1.° Premio riportato da Manfredo Giannini nella Classe 3.a

112. 0 = ~~180~~ 180 - anno 1838.



C. IVLII CÆSARIS
quæ exſtant,
cum ſelectis variorum commentariis,
quorum plerique novi,
operâ et ſtudio
ARNOLDI MONTANI.
Accedunt
Notitia Galliæ et notæ auctiores ex autographo
IOSEPHI SCALIGERI.

AMSTELODAMI, *ex Officina* Elzeviriana. A°.1661.

ILLVSTRI VIRO

PETRO AB ALTEREN,

LIBERO DOMINO

IN

IAERSVELD,

EQUITI, J. U. D.

COLLEGII ARCHITHALASSICI
AMSTELODAMENSIS
CONSILIARIO,

FISCI ADVOCATO, &c.

HÆC

C. IVLII CÆSARIS
OPERA OMNIA,
QUÆ EXTANT,

D. D. D.

ARNOLDUS MONTANUS.

DOMINE AMPLISSIME,

AVſus ſum veſtræ committere magnitudini magnum & Marte & Muſis Cæſarem, auguſtô quidem Commentatorum ſatellitiô ſtipatum: at nihilominus contra iniquos impetitores auxiliô indigentem.

 Speï

Speï plenus, quod à celeberrimâ præſtructi nominis auctoritate patrocinium ſuppliciter implorantem, pro ſolitâ humanitate, in clientelam recipere nullus dedignaberis. Quamvis maximorum negotiorum concurſum altitudine mentis, ad communem omnium ſtuporem, ſuſtineas: ac unius humeris tantum incumbat oneris graviſſimi, quanto plurium minimè eſſent pares. Dum nempe per ſingula grandis momenti cura veſtra ſe diffundit: ac, ubi ſedulitas cum prudentiâ laboraret, graviſſimis adeo dextrè conſulit; ut vel minimorum habeat rationem. Dum, cum Neptuno quaſi vices maritimas partitus, ſpolia Oceani juxta patrias leges ſuis venditas: & Collegii Archithalaſſici Conſiliarius ac Fiſci Advocatus, ſuſpiciendis titulis venerabundus, ſubſellia premis digniſſimè. Hinc & viderer meritò adſpergi impudentiæ notâ, ad cumulum negotiorum Cæſarem adjiciens: niſi probè eſſem conſcius, altam illam immenſorumque capacem tuam mentem, ita Reipublicæ gravibus curis totam occupatam; ut

ut partitô tamen ſtudiô, velut per diverticula, recurrat identidem ad abditæ ſcientiæ penetralia: ubi ea erecti ſpiritus monumenta deponuntur, quæ ſpecioſô certamine unumquemque dubium relinquunt; utrum totus inter tribunalia ſuffragiis deſudes; an verò chartis ad pulpita expalleſcas. Atque hæc pulchra ad eruditionem propenſio (quâ non modo illam veneraris, ſed & commendas exemplô, inter tot pro communi patriâ curas) non leviter auſis noſtris offerendi hunc ingenii fœtum patrocinatur. Imo, quidni Literarum fautor ſuſcipiat rara literatorum lumina, radiis velut in centrô collectis ad duplicatum ardorem ſcintillantia? Quippe illuſtriſſimus Cæſar, quæſitis undecunque doctorum elucidationibus, ſe ipſo longè major prodit, gratiam emendicans; quam eò minus denegaturus es, ubi aut Imperatoris Iulii auguſtum genus, immortalem gloriam, aut ſuperbum eruditorum comitatum, aut argumenta quæ exhibent, perſpexeris, DOMINE NOBILISSIME. Nempe offerun-

ferũtur junctim in compendiô tot pulchrè excogitata, ad illas chartas; quas, utut inter armorum ſtrepitus exaratæ ſub pellibus, literatus orbis cum ſtupore legit: nam pro perſonâ quam ſuſtinet Cæſar, & verba loquitur digna Cæſare, & res tractat heroï tanto haud indecoras. Bone Deus, quantus is, qui calamô ſcribens Ciceroni litem movit de facundiæ palmâ, dum gladiô pugnans lauros omnibus præripuit! Coarctabatur nempè hactenus Domina gentium occidentem verſus à Rhodanô. Iulius, imperium Romuli nepotum in cadentem Solem extenſurus, quicquid terrarum Rhenus, Oceanus, Alpes ac Pyrenæi complectuntur, decem legionibus, novenniô haud ita ſubigere potuit: quin fortiſſimus populus, priſcæ virtutis memor, identidem poſt clades animoſior pro libertate inſurgeret. Et profecto non impune in Galliam aquilas intuliſſent Quirites, niſi Cæſare duce, ac ipsâ bellis inteſtinis divisâ. Verùm reluctante geniô admiſerat jam hic tamen Arctoüs orbis Romanos faſces:

ſces: cùm victores, abuſi viribus concuſſi ad ſuum nefas mundi, arma in mutua convertunt vulnera: ut nempe, propria manu de ſe vindictam ſumentes, inſimul tot Cæſarum gentium calamitatibus parentarent. Primus diſſenſionum turbo, Alpium nives perfringens, Arimini in Italiâ ſe movit: qui graviori ſtatim tempeſtate Hiſpaniam afflixit. Nec ex iſtâ clade agnitum civile nefas. Puduit quaſi Cæſarem ſemel tantùm cognatô ſanguine rubuiſſe; qui iterum iterumque hauriendus. A fractis durâ obſidione Maſſilienſium rebus, in Illyrium impius Mars navigat: ut ignobilis Theſſaliæ Pharſalis, magnitudine calamitatis Romanæ, dum toto impetu funeſta odia hic ſe effundunt, nobilitaretur. Inde in Ægyptô præcipuè Alexandria diu triumphorum curſui obicem ponit. Sed vincere aſſuetus Iulius, haud exiguis difficultatibus eluctatur. Tum tanquam vicinô incendiô Africa corripitur, cadaveribus opplenda. Reſtabat tandem Hiſpanorum terra, ubi Civilis belli turbo detonaret. Atque il-

 lud,

lud, NOBILISSIME DOMINE, argumentum eſt operis hujus, ſub auguſti nominis veſtri auſpiciis alterâ editione in lucem prodientis: de quo, utut revera per ſe magnis viris haud ſit indignum, id tamen profiteri cogor, me pudore ſuffundi; quandoquidem eodem, pro dignitate veſtrâ, non ſatisfacere valeam debitæ in te obſervantiæ. Defectum autem hunc votis ſupplebo. Diu te, VIR AMPLISSIME, Summus rerum Arbiter Patriæ, familiæ, bonis omnibus, mihi incolumem ſervet. Vale.

Scribebam SCHOONHOVIÆ,

IX Calend. Mart. MDCLXI.

PRÆ-

PRÆFATIO
AD
LECTOREM.

LVcem videt, amice Lector, ſecundâ vice prælo longè nitidiori quàm ante ſubjectus Cæſar; cui abhinc decennium pro virium tenuitate operam qualemcunque impendimus: non modo ſeligendo in faſciculum juſti ordinis commentationes plurium, qui ex profeſſo Scriptorem hunc, à Cicerone ſecundum, notis illuſtrârunt; ſed & quæ ſparſim diffuſis alîus quidem materiæ chartis alii tradiderunt, inſtituto præſenti aptando. Vtrorumque illuſtria nomina offendet ubique Lector ſubſcripta: unde & (ſi rectè calculus ponatur) opus ſe commendat, ac nos nobis videmur alieni ab illorum ambitione & fuco, qui excerpta hîc & alibi, ubi latere tutò poſſe ſperant; pro ſuis vendunt. Atque eò magis quandoquidem, utut multoties noſtrô marte quid tentare fuiſſet integrum, nihilominus verba, non ſine temporis diſpendiô moleſtiaque, à magnis authoribus mutuò ſumta, præſenti materiæ applicando, interſeruerimus. Nimirum illa nobis verecundia: ut piaculi inſtar fuerit loqui, ubi alicubi invenire erant à doctis prolata, ad aliqualem Cæſarianorum Commentariorum elucidationem. Interim tamen quotieſcunque illorum copia, ut ſæpiſſime, haud fieret, ex neceſſitate conſiliô ſumtô, admiſta ſunt, quæ pro noſtris agnoſcenda. Hæc autem præcipiti primæ juventæ calore cum ſcripturiente ſæculô publicata, invenêre ſuos æſtimatores: proculdubio tum ob illuſtre argumentum graviſſimorum bellorum, quæ eâdem manu

 pri-

primus ille perpetuus Dictator, felix ſimul hiſtoricus, conſcripſit, quâ auguſtus triumphator arma geſſit: tum ob inſerta per totum opus clariſſimorum virorum luculenta teſtimonia: inter hos autem qui ad Cæſarem exornandum raras ingenii dotes ſeriò contulerunt, agmen ducit Ioannes Rhellicanus Tigurinus: antiquior enim, quod conſtat, nullus. Quamvis, teſte Iungermano, qui omnes commentatores in unum faſcem collegit, quæſtionem ei de priore ſtatu movere poſſe videatur Glareanus Helvetius. Editæ ſunt Rhellicani annotationes Baſileæ anno MDXLIII: *Glareani ante Friburgi Briſgoiæ* MDXXXVIII. *Sed, ut idem ait, veriſimile eſt illum popularis ſui jam tum publicata commentaria latuiſſe: eundemque longe antè Glareanum id conſilii cæpiſſe. Teſtatur enim extremis ad* I *lib. de bell. Gall. commentationibus, fœturam hanc Bernenſibus diſcipulis à ſe dictatam anno* MDXXIX. *Notæ Glandorpii Monaſterienſis excuſæ Lipſiæ* MDLXXIV: *Ciacconii Toleto-Carpetani Romæ* MDLXXXVIII: *Hotomanni renovatas edidêre Genevenſes: Brantii Antwerpiani politicæ & criticæ, ad calcem adjectæ voluminis, quo omnium in unum corpus à Iungermano congeſtæ. Horum literatis laboribus præcipuè uſus ſum: nam quamvis Aldi Manutii & Fulvii Vrſini, Doctiſſimorum hominum, ſcholia in Cæſarem exſtent: raro ea nihilominus operi miſcui, quia ad correctionem textus ut plurimum directa ſunt: rariuſque Spicilegia Sambuci & varias lectiones Michaëlis Bruti: utpote in quibus præter teſtimonia aut Carrarienſis, aut Gryphiani, aut Florentini, aut Pariſienſis, aut Vaſcoſani aut Manuſcripti codicis, vix quicquam invenias. Nolui Critico-*

ticorum laboribus lectori negotium faceſſere : non quod ego tam perverſè de iis judicem , qui meliorum auctorum maculas , à librariis & tempore inuſtas , multorum voluminum collatione , & antiquitatis notitiâ , & divinando etiam quandoque abſtersêre. Haud potuerunt ubique pulſæ , ante ſæcula aliquot , à communi orbis barbarie , Muſæ revocari , niſi ab illis , qui ingeniosâ manu exeſa pulvere Doctorum monumenta reſtituere valuerunt. Debent , hoc nomine , ſummo Scaligero magni Iulii haud degeneri filio , quàm plurimum plurimi auctores : inter quos etiam Cæſar , illius beneficiô , à fœdô ſuô ſquallore liberatus eſt. Supervacui laboris onus ſuſcepiſſem , non ſine infamiâ ſtultæ ambitionis, ſi poſt tantum virum ego in tam maſculo ſtudio quicquam cogitâſſem. Præſertim cùm Gothofredus Iungermanus , cui haud tenue elogium exhibet maximus ingeniorum cenſor Salmaſius , Scaligerianam correctionem ex aſſe ſequutus ſit. Et tamen (neſcio quo fato) occurrerunt iſtiuſmodi loca , quæ facili immutatione , ex vetuſtiorum codicum auctoritate , à non conſtanti ſibi ſenſu in contrarium deduci poterant. Sed ne receptam à Scaligero lectionem (illa mea erga doctos reverentia eſt) loco moverem , aut importunè verecundo ſilentio vitium textus diſſimularem , aſperſis notis indicare ſatius duxi , quàm mutare. Si verò aliquoties de præfato cultu quid remiſi : ubi apertè falſæ opiniones atrô calculô à me notantur : revera invitô propemodum ſtylô redargutionem ſententiarum quarundam abſurditas expreſſit. Cæterùm detraherem magnitudini Lipſii, ſi meæ prædicationis titulis commendare eum ſperarem. Iam dudum omnium manibus volvuntur laudanda nunquam

quam ſatis ſcripta: è quibus præcipuè abditæ antiquitatis præſentiſſima oracula paſſim deprompſi. nam licet ex profeſſo in auctorem hunc nihil congeſſerit, ita tamen ſparſim vaſtis ſuis voluminibus illum explicat, ut hanc provinciam ex profeſſo ſibi deſumſiſſe videatur. Nec ex hoc ordine removendi Merula & Cluverius: quorum eruditiſſimi labores Geographici, quemadmodum applauſu & admiratione omnium excipiuntur, ita & merentur. Ab altero in Galliâ, Hiſpaniâ & Italiâ, ab altero in Belgicâ & Germaniâ non exiguam lucem Cæſar mutuatus eſt. Horum trium doctiſſimæ lucubrationes præſenti editioni ſic aptatæ ſunt: ut prolixiores in formam commentarii contractæ jam appareant. Et ſtipatus hôc tam illuſtri ſatellitiô magnus imperator, tam avidè quæſitus eſt à multis; ut inſtar accepti hoſpitis non ſatisfeciſſe videretur convivatori, niſi oblatô beneficiô bis fruatur. Diſtracta erant exemplaria, Lugduni Batavorum excuſa: cùm interim defectus, ut ſolet, excitaverit deſiderium: cui hâc limatâ editione abundè ſatisfactum credo. Ex manuſcriptis noſtris, Amſtelodamo identidem Leidam transmiſſis, prius opus typothetarum ibi procedebat: unde & irrepſerant σφάλματα, quæ auxiliatricem manum ſummô jure depoſcerent. Etiam diſplicere hîc & alibi quæpiam cæperunt, quando ſecundis curis, utpote plerumque exactioribus, ſubjicerentur. Et certè ſemper adoleſcentiæ labores, ſub maturioris judicii incude repoſiti, imperfectam faciem produnt. Hîc enim veriverbium id obtinet: Diſcipulus prioris eſt poſterior dies. Idcirco cùm renaſci gauderet Cæſar ſecundis typis, laboranti haud gravatè operam impendimus. Inveniet ergo Lector plura immuta-

mutata, ſub limam revocata, inſerta: ita quidem, ut, niſi fallar, ſi ante applauſu dignus habitus, jam nitidiori longè formâ de veſtrâ benevolentiâ, amice Lector, minus dubitet illuſtriſſimus Imperator. Et ſi conceptâ hâc opinione haud fruſtretur, eſt quod nobis gratulari, & ad alia ſtimulos ſubdere libeat. Vale.

SCHOONHOVIÆ,

IX Calend. Mart. MDCLXI.

NOMINA EORUM QUORUM

Obſervationes & notæ hac editione exhibentur.

A.

ABbas Urſpergenſis.
Abrahamus Golnitz.
Abr. Ortelius.
Adamus Bremenſis.
Ado Viennenſis.
Adrianus Junius.
Adr. Turnebus.
Ælianus.
Æſchines.
Æthicus.
Agathias.
Agellius.
Aimonius monachus.
Albenas.
Albertus Magnus.
Aldus Manutius.
Alexander ab Alexandro.
Alfricus.
Alphonſus Adrianus.
Ammianus Marcellinus.
Ambroſius Calepinus.
Ambro. Moralis.
Andreas Alciatus.
Andr. Schottus.
Annius Viterbienſis.
Antiquus interpres Juvenalis.
Antonini itinerarium.
Antonius Mancinellus.
Anton. Muretus.
Apollonius Rhodius.
Apollodorus.
Appianus.
Aretius.
Arias Montanus.
Ariſtoteles.
Arnobius.
Arnoldus Montanus.
Aſconius Pedianus.
Athenæus.
Aventinus.
Auguſtinus.
Auguſtus Ilerdenſis.
Auſonius.

B.

BAldus.
Barnabas Briſſonius.
Beatus Rhenanus.
Bellonius.
Belloforeſtius.
Benjamin.
Bernardus Schotanus.
Bertrandus.
Beuterus.
Blondus.
Bodinus.
Bordonius.
Buonacciolus.

C.

C*Anterus.*
Cardinalis Borromæus.
Carolus Bovillus.
Car. Cluſius.
Car. Sigonius.
Caſpar Varrerius.
Capitolinus.
Cœlius Curio.
Cœl. Rhodiginus.
Cenſorinus.
Cicero.
Cittadinus.
Claudianus.
Claudius Salmaſius.
Codex Carrarienſis, Aldinus, Gryphianus, Vaſcoſanus, Wolfianus, Pariſienſis, Venetus, Bernenſis, Florentinus, Torrentii.
Columella.
Conradus Peutingerus.
Corn. Tacitus.
Cromerus.
Cteſibius.

D.

D*Alecampius.*
Dio Caſſius.
Diodorus Siculus.
Dionyſius Halicarnaſſeus.
Dionyſ. Lambinus.
Dioſcorides.
Diotogenes Pythagoræus.
Diphilus.
Divæus.
Donatus.

E.

E*Gnatius Venetus.*
Elias Schedius.

Ennius.
Epiſcopus Gerundenſis.
Eraſmus.
Erycius Puteanus.
Erythraus.
Eunapius.
Euſtathius.
Eutropius.

F.

FAbius Ruſticus.
Faërnus.
Faſti Capitolini.
Favolius.
Feneſtella.
Feſtus Avienus.
Feſt. Pompeius.
Flavius Joſephus.
Florianus.
Franciſcus Hotomannus.
Fran. Floridus.
Fran. Marius Grapaldus.
Frontinus.
Fulgentius.
Fulvius Urſinus.

G.

G*Ailius jureconſultus.*
Georgius ab Auſtria.
Georg. Fabricius.
Gerhardus Noviomagus.
Gerbelius.
Geſnerus.
Girava.
Gorlaus.
Gregorius Turonenſis.
Gruterus.
Gulielmus Budeus.
Gul. Camdenus.

H.

H*Ector Boëthius.*
Hegeſippus.
Henricus Glareanus.
Henr. Stephanus.
Horatius.
Hermolaus Barbarus.
Herodotus.
Heſychius.
Hieronymus.
Hieron. Cardanus.
Hieron. Magius.
Hippocrates.
Hubert. Giphanius.
Hubert. Leodius.
Hunfredus Lhuyd.

I.

I*Anus Guilielmus.*
Ioachimus Camerarius.
Ioannes Glandorpius.
Ioan. Lelandus.
Ioan. Macarius.
Ioan. Iucundus.
Ioan. Rhellicanus.
Ioan. de Sacro-buſto.
Ioan. Sambucus.
Ioan. Theophilus.
Ioſephus Scaliger.
Ioſias Simlerus.
Iſidorus.
Iſaacus Caſaubonus.
Iulius Scaliger.
Julius Pollux.
Juſtinianus Imperator.
Juſtinus.
Iuſtus Lipſius.
Juvenalis.

K.

K*Eron Monachus.*
Kiriacus Anconitanus.

L.

LActantius Firmianus.
Laurentius Valla.
Lazarus Baïfius.
Lævinus Torrentius.
Leander Albertus.
Leo Africanus.
Leo Trepautius.
Libanius.
Lilius Giraldus.
Livius.
Lucianus.
Lucanus.
Lucillius.
Ludovicus Guicciardinus.
Ludov. Vives.

M.

MAcrobius.
Manilius.
Marcus Boxhornius.
Morineus Siculus.
Martianus Capella.
Matthiolus.
Mercator.
Michaël Brutus.
Moletius.
Moralis.

Na

N.

N*Avagerius.*
Nicaſius Ellebodius.
Nicetas Choniates.
Nicolaus Damaſcenus.
Nicol. Perottus.
Nicol. Delphius.
Niger.
Ninnius Britannus.
Nonius Marcellus.
Notitia imperii.

O.

O*CTavius Pantagathus.*
Onuphrius Panvinus.
Orontius.
Oroſius. Otfridus.

P.

PAcuvius.
Panegyricus Conſtantino dictus.
Paradinus.
Paulinus.
Paulus Diaconus.
Paulus Merula.
Petr. Bertius.
Petr. Ciacconius.
Petr. Faber.
Petr. Montanus.
Petr. Pithœus.
Petr. Sancto-Julianus.
Petr. Victorius.
Philargyrius.
Philippus Beroaldus.
Philibertus Pingonius.
Philippus Cominæus.
Pigius.
Pinellus. *Pinetus.*
Plinius. Plutarchus.
Poldus. Polyænus.
Pomponius Jureconſultus.
Pomponius Mela.
Ponticus Vironnius.
Priſcianus. Procopius. Ptolemæus.

Q.

QUintilianus.

R.

R*Aymundus Marlianus.*
Regino.
Robertus Cœnalis.
Rob. Titius.
Roſinus. Rutilius.

S.

S*Anſelicius.*
Scepperus.
Scholiaſtes Theocriti.
Sebaſtianus Munſterus.
Sepulveda. Serenus. Servilius.
Sidonius Apollinaris.
Sigebertus.
Sigiſmundus Baro.
Silius Italicus.
Simeo Boſius.
Siſenna. Solinus.
Sophianus. Soſipater.
Stewechius. Strabo.
Suetonius. Suidas.
Sypontinus.

T.

T*Arapha.*
Terentius Varro.
Tertullianus.
Theodorus Beza.
Thucydides. *Tſchudus.*

V.

VAlerius Maximus.
Valgius Poëta.
Valtrinus. *Ubbo Emmius.*
Vegetius. Velleius.
Venerabilis Beda.
Vetus commentator in Horatium.
Vibius Sequeſter.
Victor. *Vigenereus.*
Villanovanus. *Vinetus.*
Virgilius.
Vitruvius.
Ulpianus.
Ulyſſes Aldrovandus.
Volaterranus.
Voluſius.

W.

W*Illeramus.*

X.

XIphilinus.

Z.

Z*Ardus.*
Zeno.
Zevecotius.
Zonaras.
Zoſimus.


TABULA GEOGRAPHICA
OCEANUS BRITANNICUS
OCEANUS AQUITANICUS
HISPANIA
LUSITANIA
COLCHIS
PONTUS EUXINIUS
THRACIA
MACEDONIA
BITHINIA
PAPHLAGONIA
CAPPADOCIA
ASIA MINOR
LYDIA
CILICIA
CYPRUS
SYRIA
IUDÆA
Creta
SICILIA
SARDINIA
Mare Inferum
Baleares Insulæ
MARE MEDITERRANEUM
Ister sive Danubius
BÆTICA
Bochi Regnum
MAURITANIA TINGITANA
MAURITANIA CÆSARIENSIS
NUMIDIA
AFRICA MINOR
CYRENE
MARMARICA
ÆGYPTUS
Atlas Major mons

C. JULII CÆSARIS COMMENTARIORUM DE BELLO GALLICO,

LIBER I.

GALLIA eſt omnis diviſa in partes tres: quarum unam incolunt Belgæ, aliam Aquitani, tertiam qui ipſorum linguâ Celtæ, noſtrâ Galli appellantur. Hi omnes linguâ, inſtitutis, legibus, inter

CAius Julius] *Hic nobiliſſimâ Juliorum genitus familiâ, & quod inter omnes antiquiſſimos conſtât; ab Anchiſe & Venere deducens genus; Velleius. & Virgilius:*

Julius à magno demiſſum nomen Iulo.

Cæſar] Scipionem Africanum priorem ita vocatum tradidere, quod exciſus utero matris fuerit. Sed hoc falſum eſt: nam ante bellum Samniticum Claudius quidam Cæſar exſtitit. Falſa etiam nominis ratio: nec enim Cæſar à cæſo utero dictus: id de Cæſone potius verum eſſet. Sed Cæſar antiqua vox Latina, quæ τὸν κουριῶντα ſignificat, unde Cæſaries, vel Cæſaria, ἡ κόμη κουριῶσα. *in Exercitat. Plin: Salmaſius.*

Commentaria] Plutarchus ἐφημερίδας appellat: melius Strabo ὑπομνήματα. Eſt autem Commentarius ſive Commentarium (nam utrumque promiſcuè dicitur) proprie ſcriptum, quod domi continetur nec in vulgus effertur. *Cic. Verr.* VII: *Audite decretum mercenarii Prætoris ex ipſius commentario. Recita commentarium.* Poſtea conſuetudo ſignificationem hujus vocis amplificavit; *Hotom.* Scripſit Cæſar ſua commentaria in caſtris, & ſucciſivis quidem horis: quibus herclè vel ob hoc major fides debetur, quod rebus geſtis ipſe interfuit; *Glareanus.* Multi vero de autore horum commentariorum dubitarunt, & Julio Celſo, neſcio cui, temere inſcripſerunt. Certum quidem eſt, in quibuſdam antiquis libris in fine commentariorum legitur, *Julius Celſus Conſtantinus legi commentarios Cæſaris.* Ex hoc & aliis argumentis fatetur Lipſius, Julium aliquem Celſum manus attuliſſe Cæſari, quædam recidiſſe, addidiſſe, interpolâſſe, ſed non immutaſſe Cæſarem, ut Juſtinus Trogum. *Montan.*

Gallia eſt omnis] Sequitur Cæſar in hâc diviſione Galliæ eos autores, qui Galliam à meridie Montibus Gebennâ & Jurâ definiebant, non mari Mediterraneo, ubi erat, quæ Provincia vocaba-

inter ſe differunt. Gallos ab Aquitanis Garumna flumen, à Belgis Matrona & Sequana dividit. Horum omnium for-

cabatur Romanis. *Caſaubonus.* Sic Solinus, *Gallia inter Rhenum & Pyrenæum, item inter Oceanum & montes Gebennam ac Iuram, porriguntur.* Omnis autem Gallia dividunda videbatur in Aſiaticam & Europæam: illa, Gallatia vel Gallo-Græcia appellatur: hæc, vel Cis-Alpina eſt vel Trans-Alpina. Trans-Alpina, vel Braccata vel Comata: iſta, ſic dicta eſt à veſtis genere cujus in eâ erat uſus; hæc, ab alendi comas ſtudio. Hinc Lucanus:

Crinibus effuſis toti prælate Comata.

Notandum de Comata, quod qui ante Auguſti tempora de Imperii Romani Provinciis ſcripſerunt, nunquam illos in diviſione Galliarum Braccatam comprehendere. Primus Latinorum (ſunt enim quibus triplex Galliæ diſtributio, in Aquitanos, Celtas, & Belgas, antiquiſſimorum Græcorum eſſe videtur) C. Cæſar, ut Gallias armorum arbitrio ſubegit, ita etiam tripliciter diviſit. *Merula.*

Ipſorum linguâ Celtæ] Celtarum nomen quàm-latiſſimè patuiſſe, apud Strabonem Ephorus manifeſtè innuit: ubi terræ totius loca in quatuor partes diducens, dicit eam, quæ verſus Subſolanum eſt, habitari ab Indis, quæ in Occaſum vergit, à Celtis: Arbitratur idem Strabo, Celtarum nomen univerſis Gallis inditum eſſe à Græcis, ob gentis claritatem: vel à Maſſilienſibus, ob vicinitatem ad id aliquid momenti conferentibus. Hinc qui Græcis Celtæ, Romanis ſpeciatim Galli vocabantur. *Montan.*

Hi omnes linguâ] Unicum antiquiſſimis temporibus per totam Galliam fuit idioma, id nimirum, quô hodieque Britanni, Celticæ ad Oceanum populi, & quô coloni à Gallis in adverſam inſulam miſſi, ſed ab Anglis Germaniæ gentibus in montana & occidentaliora loca compulſi, utuntur. At quum Gallis confinales eſſent verſus Occaſum & Africum, ad Pyrenæos Hiſpani, verſus Ortum & Septentrionem ad Rhenum Germani, quumque inter conterminos lapſu temporis facile commercia fiant linguarum, factum eſt, ut paulatim extremis utrimque Gallis vicinorum idiomata fuerint communicata; Aquitanis quidem Hiſpanicum, Belgis autem Germanicum, Celtis antiquum illud, de quo mox dictum, ſalvum & incorruptum ſervantibus. Sic tres Gallis cœperunt eſſe linguæ, vel potius dialecti. quemadmodum autem Celtæ tertia Gallorum portio κατ' ἐξοχὴν Galli leguntur appellati, ſic etiam Celticus ſermo ſæpe Gallicus dicitur. Poſterioribus demum temporibus illa Gallica lingua habita eſt, quæ è Latinâ conflata, longè diverſa à Celticâ: adeo ut ſenſim aliud fuerit Celticè loqui, aliud Gallicè. Hinc Sulpicius, *tu verò (inquit Poſtumianus) vel Celticè, aut, ſi mavis, Gallicè, loquere.* Merula.

Inſtitutis, legibus] *Galli non eòdem omnes utuntur ſermone, ſed aliquid nonnulli habent diverſitatis: formâ quoque reipubl. & vitæ rationibus nonnihil differunt.* Strabo.

Garumna] Γαρȣνᾶς Straboni, Ptolemæo Γαρύνα, Garonna Frontino; quod nomen integrum hodiéque retinet à capite ad Blaviam Caſtrum, vulgo Embrau vel Brau, ubi lingua Romana incipit. Nam inde pro Garonna dicitur Geronde & Gironde. De eo diligentiſſimè Mela: *Garumna ex Pyrenæo monte delapſus, niſi cum hiberno imbre aut ſolutis nivibus intumuit, diu vadoſus & vix navigabilis fertur. At ubi obviis Oceani exæſtuantis acceſſibus adauctus eſt, iiſdemque retro remeantibus ſuas illiuſque aquas agit, aliquantum plenior, & quanto magis procedit, eo latior fit: ad poſtremum magni freti ſimilis, nec majora tantum navigia tolerat, verum etiam more pelagi ſævientis* (manet & nunc ea-

ſortiſſimi ſunt Belgæ: propterea quod à cultu atque humanitate Provinciæ longiſſime abſunt, minimeque ad eos mercatores ſæpe commeant, atque ea, quæ ad effeminandos animos pertinent, important. Proximi ſunt Germanis, qui trans Rhenum incolunt, quibuſcum continenter

eadem facies) *exſurgens, jactat navigantes, atrociter, utique, ſi alio ventus, alio unda præcipitat.* Hodie perluſtratis cum aliis, tum Toloſâ & Burdigalâ, mari ſe miſcet Aquitanico, duarum fere leucarum oſtio. *Montan.*

Matrona] Ingens flumen eſt, nec Sequanâ minus. Naſcitur in Vogeſo monte paulo ſupra Lingonum urbem (*Langres*) verſus Euronotum. Receptis in ſinum ſuum aliquot minorum gentium amnibus, & viſis multis opidis urbibuſque, Sequanæ convolvitur leucâ ſupra Pariſios ad pontem Charentonium. (Vulgo *Marne.*) *Merula.* Ita de eo Auſonius:

—— *Non Axona præceps,*
Matrona non; Gallis Belgi'que interſita fines.

Sequana] Σηκουάνα Ptolomæo, Σηκουανὸς Straboni, vulgo *Seyne.* Oritur in Burgundiæ Ducatu, in Alſeti regione, duobus rivulis. Luſtratis ſectiſque cum aliis, tum Lutetiâ Pariſiorum, cui nobiliſſimam facit inſulam, Rotomagôque, mare Normannicum vel Britannicum oſtio ſatis lato irrumpit. Æſtuarium ibi valdè eſt navigantibus periculoſum. Sequana enim mare ingreſſus repente contra Fluviorum cæterorum naturam refluit, horrendo ſonitu aſcendens ad haſtæ longioris altitudinem. De ortu ejus ſic Strabo, lib. IV: *Habet fontes in Alpibus Sequana; & Rheno parallelus per Sequanos ſibi cognomines fluit in Oceanum.* Alpium appellatio Straboni, ut & aliis, ſolet eſſe latiſſima. *Idem.*

Fortiſſimi Belgæ] Præclarum elogium, à quo nec abit Tacitus, lib. IV: *quicquid roboris apud Gallos ſit, Belgas eſſe.* Hinc rectè Belgarum appellatio ad ferociam nationis refertur: ut ſint Belgæ, quaſi *Velgæ*, hoc eſt, atroces & violenti: niſi quis mavult, Belgas mutatione ſecundæ vocalis in primam, dici velut *Balgas*, à dimicandi ardore: eſt enim *balgen* conſerere manus. *H. Junius.*

Quod à cultu & humanitate Provinciæ longiſſimè abſunt] Provincia hoc loco eſt Narbonenſis Galliæ portio, quæ mari Liguſtico, Alpibus & magnâ ex parte Rhodano concluditur. Ea ſubacta à Romanis, cultum ab iis & mores acceperat molliores. Itaque vino & delitiis utebantur, quæ ex Italia mercatores ſuppeditabant; & porro à Provincialibus ad proximos Aquitanos ac Celtas eadem vitia humanitatis ſpecie tranſibant. Certe Cicero, pro M. Fonteio, *referta*, inquit, *Gallia negotiatorum eſt, plena civium Romanorum.* Provinciam hanc intelligens, ut in eâdem vini portorium grande & quæſtuoſum inſtitutum ſit à M. Fonteio, vini ſcilicet ad reliquos Gallos exportandi. *Brantius. Dicta autem Provincia ſunt, quod P. R. eas provicerit, id eſt, ante vicerit;* teſte Feſto. *Montan.*

Proximi ſunt Germanis] Quod ad vocabulum Germanorum, Tacitus autor eſt, *lib. de morib. Germ.* illud non admodum antiquum eſſe, & nuper auditum: quum antea in plures diviſi gentes, commune tot populorum nomen perdiu nullum habuerunt, ſed pro gentium ratione dicti ſunt alii Friſii, alii Catti, alii Cimbri. Tempus inditæ hujus appellationis fuit, cum Teutonum legati imminentes Italiæ poſtularent ſibi ac fratribus ſuis, ipſi *brutteros* vocabant, terras urbeſque idoneas: quumque rogarentur, quinam illi fratres eſſent, reſponderunt eſſe Teutonos; ipſo etiam Mario, ut refert Plutarchus, novitatem appellatio-

ter bellum gerunt. qua de cauſſa Helvetii quoque reliquos Gallos virtute præcedunt; quod fere quotidianis præliis cum Germanis contendunt, quum aut ſuis finibus eos prohibent, aut ipſi in eorum finibus bellum gerunt. Eorum una pars, quam Gallos obtinere dictum eſt, initium capit flumine Rhodano: continetur Garumna flumine, Oceano, finibus Belgarum; attingit etiam à Sequanis & Helvetiis flumen Rhenum: vergit ad Septemtriones. Belgæ ab extremis Galliæ finibus oriuntur: pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni: ſpectant in Septemtriones, & Orientem Solem. Aquitania à Garumna flumine ad Pyrenæos montes, & eam partem Oceani, quæ ad Hiſpaniam pertinet, ſpectat inter Occaſum Solis & Septemtriones. Apud Helvetios longe nobiliſſimus & ditiſſimus fuit Orgetorix. Is M. Meſſalâ & M. Piſone Coſſ. regni cupiditate inductus,

nis admirante. Illa igitur expeditione factum videtur, ut Teutonum abolitô nomine, ipſi poſtea ob mutuam inter ſe conſpirationem, ſocietatem ac fraternitatem, Germani Latinis vocarentur. *Bertius.*

Quibuſcum continenter bellum gerunt] Præter alia bella quæ geſſerunt Belgæ cum Germanis: *Soli Germanorum, Cimbrorum ac Teutonum impreſſionem ſubſtiterunt.* Strabo.

Rhodano] Latinis Græciſque fluvius hic notiſſimus, nomen accepit à Rhodâ Rhodiorum Colonorum urbe; *Plinius.* Fontes habet non longe ab Iſtri Rhenique fontibus, prope montem, qui vulgo *Briga.* Ita de eo *Marcell. A Peninis Alpibus effuſiore copia fontium* (tres hodie ab accolis monſtrantur) *Rhodanus fluens, & proclivi impetu ad planiora digrediens, proprio agmine ripas occultat, & paludi ſeſe ingurgitat nomine Lemanno; eamque intermeans nuſquam aquis miſcetur externis, ſed altrinſecus ſummitates undæ præterlabens ſegniores, quæritans exitus, viam ſibi impetu veloci* (adeo ut, lacu nondum plene relicto, hydromylarum tympana Genevenſium circumagat) *molitur. Unde ſine jactura rerum per denſa paludium fertur & Sequanos, longeque progreſſus Viennenſem latere ſiniſtro perſtringit, dextro Lugdunenſem.* Et paulo poſt: *Ubi auctus Rhodanus aquis advenis locupletior, vehit grandiſſimas naves ventorum flatu jactari ſæpius aſſuetas: finituſque inter valles, quas ei natura præſcripſit, ſpumeus Gallico mari concorporatur per patulum ſinum, ab Arelate octavodecimo ferme lapide diſparatum.* De oſtiis ejus inter autores non convenit; ſed hodie quinque accolæ numerant. *Montan.*

Pyrenæi montes] Hiſpaniam à Gallis dividunt: dictos volunt ἀπὸ τοῦ πυρὸς, ab igne, vel quod crebris fulminum ictibus feriantur, vel (ſcribente Diodoro) quod ejus ſilvæ, injecto à paſtoribus igne, quondam univerſæ conflagrarint. *Idem.*

Is M. Meſſala & M. Piſone] Fuere hi Conſules anno U. C. DCXCIII. De Piſone ita Pedianus: *Vixit Piſo iiſdem temporibus quibus Cicero, ſed tantâ ætate major, ut adoleſcentulum Ciceronem pater ad eum deduceret, quod in eô & antiqua vitæ ſimilitudo & multæ erant literæ: orator*

ctus, conjurationem nobilitatis fecit; & civitati perſuaſit, ut de finibus ſuis cum omnibus copiis exirent. Perfacile eſſe, quum virtute omnibus præſtarent, totius Galliæ imperio potiri. Id quod facilius eis perſuaſit, quod undique loci naturâ Helvetii continentur; una ex parte, flumine Rheno latiſſimo atque altiſſimo, qui agrum Helvetium à Germanis dividit; altera ex parte, monte Jura altiſſimo, quæ eſt inter Sequanos & Helvetios; tertia, lacu Lemanno, & flumine Rhodano, qui provinciam noſtram ab Helvetiis dividit. His rebus fiebat, ut & minus latè vagarentur, & minus facile finitimis bellum inferre poſſent: quâ de cauſâ homines bellandi cupidi magno dolore afficiebantur. Pro multitudine autem hominum, & pro gloriâ belli atque fortitudinis, anguſtos ſe fines habere arbitrabantur: qui in longitudine millia paſſuum CCXL, in latitudinem CLXXX

tor quoque melior, quàm frequentior, habitus eſt: biennio tamen ſerius, quàm Cicero, Conſul fuit. Hic à M. Pupio adoptatus, M. Pupius M. F. Piſo Frugi Calpurnianus dictus eſt. Originem gentis ad Numam retulit: hinc Ovidius:

—— Nam quid memorare neceſſe,
Ut Domus à Calpo ducat Calpurnia nomen.

Gens vero Valeria cum Tatio Rege Romam venit: à devictâ Meſſanâ, Siciliæ Urbe nobiliſſimâ, Meſſalæ cognomen accepit. Ex hâc gente fuit hic M. Valerius M. F. Meſſala Niprus, teſte Pigio. *Montan.*

Civitati perſuaſit] *Civitas vox πολύσημος eſt, & pro loco, & pro oppido, & pro jure quoque omnium, & pro hominum multitudine ſumitur. Gellius.* Apud Cæſarem vero plerumque ponitur pro gente, quæ cum eâdem linguâ, tum etiam eôdem jure iiſdemque legibus utitur, & unum imperium unumque magiſtratum agnoſcit: ut, cum infra Civitas Biturigum, Sueſſionum. *Hotoman.*

Jura] Olim fere totus Galliæ mons fuit, hodie magna ex parte Germaniæ accenſetur. Altus eſt, multiſque & ingentibus ſubnixus ſaxis: accolis incoliſque, pro ratione locorum, aliis atque aliis nominibus vocatur. Initium ejus ſtatui ſolet in finibus Baſileenſium juxta Rhenum. *Merula.*

Lemanno] Hodie Occidentalior Lemanni pars, *Lac de Geneve*; Orientalior, *Lac de Loſanne*, à ripæ ejus adjacente Loſanna, vocatur. Habet illud hic lacus proprium & peculiare, quod flante nullo in ſuperficie vento, facile & admodum ſubito turbetur, non ſine navigantium periculo, motus ab interiore aliquo, quique in imo lacus fundo latere perhibetur, vento. *Idem.*

Qui in longitudine] Eſt longitudo Helvetiæ à Geneva Conſtantiam uſque iter ſex dierum; latitudo à Jurâ ad montem Gothardi iter trium dierum. Hanc Cæſar aliquanto majorem facit; *Glareanus.* CCXL millia paſſuum autem efficiunt milliaria Germanica communia XLVIII; CLXXX mill. paſſ., milliaria XXXVI. *Montanus.* Veteres per paſſus itinerum menſuram colligebant. Perticæ ad eam rem nullus uſus aut funi-

CLXXX patebant. His rebus adducti, & auctoritate Orgetorigis permoti, conſtituerunt ea, quæ ad proficiſcendum pertinerent, comparare, jumentorum & carrorum quammaximum numerum coëmere, ſementes quammaximas facere, ut in itinere copia frumenti ſuppeteret, cum proximis civitatibus pacem & amicitiam confirmare. Ad eas res conficiendas biennium ſibi ſatis eſſe duxerunt; in tertium annum profectionem lege confirmant. Ad eas res conficiendas Orgetorix deligitur: is ſibi legationem ad civitates ſuſcepit. In eo itinere perſuadet Caſtico Catamantaledis filio, Sequano, cujus pater regnum in Sequanis multos annos obtinuerat, & à S. P. Q. R. amicus appellatus erat, ut regnum in civitate ſuâ occuparet, quod pater ante habuerat: itemque Dumnorigi Æduo, fratri Divitiaci, qui eo tempore principatum in civitate ſuâ obtinebat, ac maxime plebi acceptus erat, ut idem conaretur, perſuadet: eique filiam ſuam in matrimonium dat. Perfacile factu eſſe illis probat, conata perficere, propterea quod ipſe ſuæ civitatis imperium obtenturus eſſet: non eſſe dubium, quin totius Galliæ plurimum Helvetii poſſent: ſe ſuis copiis, ſuoque exercitu, illis regna conciliaturum, confirmat. Hâc oratione adducti, inter ſe fidem & jusjurandum dant, &, regnô occupatô, per tres potentiſſimos ac firmiſſimos populos, totius Galliæ ſeſe potiri poſſe ſperant. Ea res, ut eſt Helvetiis per indicium enuntiata, moribus ſuis Orgetorigem ex vinculis cauſſam dicere coëgerunt. Damnatum pœnam ſequi

funiculi. Hinc millia paſſuum, quæ milliaria una voce; & milliarii lapides, qui ponebantur in ſingula millia. Paſſus verò, τὸ βῆμα, inde dictus eſt, quod paſſis, id eſt, expanſis cruribus explicetur. *Salmaſius.*

Fratri Divitiaci] *In Galliâ Druides ſunt, è quibus ipſe Divitiacum Æduum cognovi: qui & naturæ rationem, quam phyſiologiam Græci appellant, notam eſſe ſibi profitebatur, &, partim auguriis, partim conjecturâ, quæ eſſent futura, dicebat.* Cicero.

Et, Regno occupato, per tres potentiſſimos] Neſcio quid hic damnare poterant Helvetii. Quare exiſtimo, Orgetorigem regnum tum ſuæ civitatis, tum totius Galliæ, affectâſſe, ſperâſſeque ſe id conſecuturum Sequanorum & Æduorum auxilio adjutum. *Ciacconius.*

Ut

ſequi oportebat, ut igni cremaretur. Die conſtituta cauſſæ dictionis, Orgetorix ad judicium omnem ſuam familiam, ad hominum millia decem, undique coëgit; & omnes clientes, obæratoſque ſuos, quorum magnum numerum habebat, eodem conduxit: per eos, ne cauſſam diceret, ſe eripuit. Quum civitas, ob eam rem incitata, armis jus ſuum exſequi conaretur, multitudinemque hominum ex agris magiſtratus cogerent; Orgetorix mortuus eſt: neque abeſt ſuſpicio, ut Helvetii arbitrantur, quin ipſe ſibi mortem conſciverit. Poſt ejus mortem nihilo minus Helvetii id, quod conſtituerant, facere conantur, ut è finibus ſuis exeant. Ubi jam ſe ad eam rem paratos eſſe arbitrati ſunt, opida ſua omnia, numero ad duodecim, vicos ad quadringentos, reliqua privata ædificia, incendunt. Frumentum omne, præter quod ſecum portaturi erant, comburunt; ut, domum reditionis ſpe ſublatâ, paratiores ad omnia pericula ſubeunda eſſent: trium menſium molita cibaria ſibi quemque domo afferre jubent. Perſuadent Rauracis, & Tulingis, &

Vt igni cremaretur] Hunc morem exurendi Reipubl. perturbatores & ſeditioſos antiquiſſimum eſſe, ſacræ literæ teſtantur, cap. 39 Jeremiæ. *Montan.*

Omnem ſuam familiam] Qui procul dubio vel in poſſeſſionibus ipſius ac ruſticis rebus, vel in vectigalibus exercendis, operam dabant. Nam hunc Helvetiorum vectigalia redempta habuiſſe, ut Dumnorigem apud Æduos, conſentaneum videtur. *Hotoman.*

Clientes obæratoſque ſuos] Romulus optionem quibuſcunque Plebeiis dedit, ut ex Patriciis, quos vellent, ſibi Patronos legerent. Hinc clientes appellati ſunt, qui ſe ita tutelæ Patriciorum commiſerant. His nefas erat Patronis ullum miniſterium negare, viciſſimque Patronis deſerere clientes. Nec in urbe tantum iſte mos obſervatus eſt: etiam coloniæ, & bello ſubactæ civitates, ſuos è civibus Romanis Patronos habuerunt. Obærati vero erant apud Gallos, qui in ſervitutem ſe Nobilium dicârant, vel ob æs alienum, vel ob magnitudinem tributorum, vel ob injuriam potentiorum: ut in pugnâ pro aurigis ſervirent, & ſcutum ferrent, & Dominos ſuos honoris loco ſtiparent. Romanis autem iſti obærati dicebantur, qui conflaverant quidem æs alienum, non tamen à creditoribus in vincula erant abducti. *Montan.*

Ne cauſſam diceret] Cauſſam dicere, eſt ſubire judicium, & rei, cujus poſtulatus ſis, rationem reddere. *Glandorp.*

Trium menſium molita cibaria] De hôc locô varie ſentiunt docti. Id conſtat, antiquitus in bellum ituros, nunc in menſem, nunc in dimidium, nunc in decem dies, nunc in triduum, commeatum ſolere ferre, prout tempus locuſque exigebat. *Montan.*

Rauracis, & Tulingis, & Latobrigis]

 Ba-

& Latobrigis finitimis, uti eodem uſi conſilio, opidis ſuis vicisque exuſtis, una cum iis proficiſcantur: Boiosque, qui trans Rhenum incoluerant, & in agrum Noricum tranſierant, Noricamque oppugnârant, receptos ad ſe, ſocios ſibi adſciſcunt. Erant omnino itinera duo, quibus domo exire poſſent: unum per Sequanos, anguſtum, & difficile, inter montem Juram, & flumen Rhodanum, quo vix ſinguli carri ducerentur; mons autem altiſſimus impendebat, ut facile perpauci prohibere poſſent: alterum per provinciam noſtram, multo facilius, atque expeditius; propterea quod Helvetiorum inter fines, & Allobrogum, qui nuper pacati erant, Rhodanus fluit, isque nonnullis locis vadô tranſitur. Extremum opidum Allobrogum eſt, proximumque Helvetiorum finibus, Geneva: ex eô populô pons ad Helvetios pertinet. Allobrogibus ſeſe vel perſuaſuros, quod nondum bonô animô in populum R. viderentur, exiſtimabant, vel vi coacturos, ut per ſuos fines eos ire paterentur. Omnibus rebus ad profectionem comparatis, diem dicunt, quâ die ad ripam Rhodani omnes conveniant:

Baſilienſem agrum à Rauracis quondam inhabitatum eſſe, argumento eſt Auguſta Rauracorum: Cujus ruinæ ſupra Baſileam etiamnum apparent. Tulingi vicini Helvetiis verſus Aquilonem inter Vogeſum & Moſellam; *Rhellicanus.* Latobrigos alii Lauſannenſes, alii Valleſianos eſſe volunt: Ortelius dicit ignorari: Helvetiis ſaltem confines fuerunt. *Montan.*

Boiosque] Gens hæc multas terrarum oras pervagata eſt; multis in locis memoriam ſui reliquit. Aliquando victores, ſed ſæpius victi. Pars eorum in Italiam ex Galliâ tranſcendit: ibi à Furio conſule, & poſtea à Scipione, tota fere deleta eſt: pars in Hercynio nemore conſedit: hanc Marcomanni ejecerunt, & Helvetii poſt vagum tandem errorem ſociam ſibi aſciverunt. *Montan.*

Unum per Sequanos, anguſtum & difficile] Has anguſtias Germani Gallique Cluſam nunc vocant. Sequani verò populi ſunt inter Celtas, hodie Burgundiæ Comitatum incolentes, *la Franche Comté.* Marlianus.

Allobrogum, qui nuper pacati] Nuper, nempe biennio ante quam Helvetii ſunt domo profecti. Geſtum eſt bellum Allobrogicum duce Catignato, quem domuit C. Pomptinus. *Dio.* Appellantur hodie Allobroges, Sabaudi. *ideo ſic dicti, quoniam Broge Galli agrum dicunt, Alla autem aliud. Dicti igitur quoniam ex alio loco fuerant tranſlati. antiquus interpres ad Juvenal. Sat.* VIII. Montan.

Geneva] Opidum Allobrogum eſt in finibus Helvetiorum: hodie Comitatus titulo gaudet. *Merula.*

L. Pi-

niant: is dies erat a. d. v. kal. Apr. L. Piſone, A. Gabinio, Coſſ. Cæſari quum id nuntiatum eſſet, eos per provinciam noſtram iter facere conari, maturat ab urbe proficiſci, & quàm maximis itineribus poteſt, in Galliam ulteriorem contendit, & ad Genevam pervenit: provinciæ toti quàm maximum militum numerum imperat. Erat omnino in Galliâ ulteriore legio una. Pontem, qui erat ad Genevam, jubet reſcindi. Ubi de ejus adventu Helvetii certiores facti ſunt, legatos ad eum mittunt nobiliſſimos civitatis; cujus legationis Numeius & Verodoctius principem locum obtinebant; qui dicerent, ſibi eſſe in animô, ſine ullo maleficio iter per provinciam facere, propterea quod aliud iter haberent nullum: rogare, ut ejus voluntate id ſibi facere liceat. Cæſar quod memoriâ tenebat, L. Caſſium Conſulem occiſum, exercitumque ejus ab Helvetiis pulſum & ſub jugum miſſum, concedendum non putabat: neque homines inimicô animô, datâ facultate per provinciam itineris faciundi, temperaturos ab injuriâ & maleficiô exiſtimabat: tamen, ut ſpatium intercedere poſſet, dum milites, quos imperaverat, convenirent, legatis reſpondit, diem ſe ad deliberandum ſumpturum; ſi quid vellent, a. d.

L. Piſone, Aulo Gabinio] Cæſari & Bibulo ſucceſſerunt hi conſules in conſulatu, anno ab U. C. DCXCVI. Quo tempore Cæſar in Galliam profectus eſt, quam cum Illyrico lege Vatiniâ à populo per quinquennium obtinuerat: filiam etiam hujus Piſonis in matrimonium duxit, & ſuam Pompeio nuptum dedit, ne ſe abſente, conſule Gabinio, novas ille res moliretur. *Montan.*

Quam maximis itineribus] *Primam Româ expeditionem faciens, octavis caſtris ad Rhodanum pervenit.* Plutarch.

Militum numerum imperat] Erant hi milites auxiliares: Romani enim vel ex civibus conſcribebant, vel ſociis milites imperabant: apud hos itaque pro imperio agebant, apud ſuos lenius. *Lipſ.*

Lucium Caſſium] Fuit hic Ravillæ filius, cognomine Longinus, & primus qui in gente Caſſia conſulatum adeptus eſt. Gens autem illa diviſa in familias eſt, Patriciam Bicellinorum: Plebeiam Longorum Longinorumque. *Pigius.*

Sub jugum miſſum] *Sub jugum mitti dicuntur hoſtes victi, ereptis omnibus armis teliſque, cum haſtis defixis duabus in terra, tertiaque ad ſummum earum deligata, ipſi eam jubentur ſubeuntes tranſire.* Feſtus.

Diem ſe ad deliberandum ſumpturum] Nempe ut deciperet hoſtem: dum pacis ſpem injiciendo ſuas partes firmat, & hoſtium ferociam quaſi obtundit. *Zevecotius.*

a. d. idus Apr. reverterentur. Interea eâ legione, quam ſecum habebat, militibuſque, qui ex provinciâ convenerant, à lacu Lemanno, quem flumen Rhodanum influit, ad montem Juram, qui fines Sequanorum ab Helvetiis dividit, millia paſſuum decem novem, murum, in altitudinem pedum ſexdecim, foſſamque perducit. Eo opere perfectô, præſidia diſponit, caſtella communit; quò facilius, ſi ſe invitô tranſire conarentur, prohiberi poſſent. Ubi ea dies, quam conſtituerat cum legatis, venit, & legati ad eum reverterunt; negat, ſe more & exemplo populi Rom. poſſe iter ulli per provinciam dare: &, ſi vim facere conentur, prohibiturum oſtendit. Helvetii eâ ſpe dejecti, navibus junctis, ratibuſque compluribus factis, alii; alii, vadis Rhodani, qua minima altitudo fluminis erat, nonnunquam interdiu, ſæpius noctu, ſi perrumpere poſſent, conati, operis munitione, & militum concurſu & telis repulſi, hoc conatu deſtiterunt. Relinquebatur una per Sequanos via, qua, Sequanis invitis, propter anguſtias ire non poterant. Iis quum ſua ſponte perſuadere non poſſent, legatos ad Dumnorigem Æduum mittunt, ut eo deprecatore à Sequanis hoc impetrarent. Dumnorix gratia & largitione apud Sequanos plurimum poterat, & Helvetiis erat amicus, quod ex eâ civitate Orgetorigis filiam in matrimonium duxerat; & cupiditate regni adductus novis rebus ſtudebat, & quamplurimas civitates ſuô ſibi beneficiô habere obſtrictas volebat. Itaque rem ſuſcipit; & à Sequanis impetrat, ut per fines ſuos Helvetios ire patian-

A. d. Idus Aprilis] A.D. id eſt, ante diem. *Manutius.*

Murum, in altitudinem] Murus munitio dicitur, quæ non ſemper ex lapide, ſed ſæpenumero ex trabibus & luto conſtat. Hujus ruinæ & veſtigia quædam etiamnum exſtant. *Rhellican.* Vult autem, murum hunc ex materiâ fuiſſe, quæ eſt ſine cæmento. *Hotomannus.*

Eo deprecatore] Atqui hoc tempore Sequani Æduorum hoſtes erant, eoſque de principatu Galliæ dejecerant. Intelligendum eſt igitur, Dumnorigem ſuis infidelem fuiſſe, Sequanorumque partes clanculum ſequutum: ut aliquanto poſt innuitur. Hinc Helvetii, cum in Æduorum fines pervenerunt, eorum fines populati ſunt. *Hotoman.*

Æduo-

tiantur; obſideſque uti inter ſeſe dent, perficit: Sequani, ne itinere Helvetios prohibeant; Helvetii, ut ſine maleficio & injuriâ tranſeant. Cæſari nuntiatur, Helvetiis eſſe in animo per agrum Sequanorum & Æduorum iter in Santonum fines facere, qui non longè à Toloſatium finibus abſunt: quæ civitas eſt in provincia: id ſi fieret, intelligebat, magno cum provinciæ periculo futurum, ut homines bellicoſos, populi R. inimicos, locis patentibus maximeque frumentariis finitimos haberet. Ob eas cauſſas ei munitioni, quam fecerat, T. Labienum legatum præfecit. Ipſe in Italiam magnis itineribus contendit: duaſque ibi legiones conſcribit; & tres, quæ circum Aquileiam hiemabant, ex hibernis educit; &,

Æduorum] Ptolomæo Αἴδουοι, Auſonio Ædues. Ante Burgundionum adventum iis in locis principatum obtinuerunt. Hodie civitas eorum Auguſtodunum. *Ortelius.* Primi externorum ſub Claudio Senatorum jus in Urbe conſecuti ſunt. *Montan.*

Santonum] Liberos eos tradit Plinius. Populi ſunt inter Aquitanos. Urbs eorum Epiſcopalis eſt Mediolanum, *la ville de Sainctes,* hodie male Xantoigne pro Saintonge. *Idem.*

Toloſatium] Toloſa antiquiſſima & clariſſima urbs eſt, Volcarum Tectoſagum colonia. Hoc tempore non ſolum Archiepiſcopatui, ſed etiam ampliſſimo totius *Languedokii* Parlamento, domicilium præbet, quondam Regum Gothorum ſedes. *Merula.*

Titum Labienum legatum] Legati Imperatoribus adjuncti; primò non tam ad imperandum quam conſulendum miſſi: & hinc nomen Legati, quod Senatus quoſdam ad Ducem è primoribus in caſtra legabat, militiæ gnaros, quorum operâ & conſiliò uteretur. Larga quidem eorum poteſtas, ſed tamen imperatori obnoxia. Singulis legionibus plerumque ſinguli attributi. Licet interdum plures paucioreſque eſſent, ut Senatui viſum, aut ut bellum & res poſcebat. *Lipſius.* Labienus autem hic ex gente Plebeia fuit. Cæſaris primum partes ſecutus eſt, ſed poſt Pompeianus factus Cingulum exædificavit. *F. Urſinus.*

Duaſque ibi legiones] Legio dicta à legendo, conſtabat ex decem cohortibus. Numerus in ea militum non ſemper idem fuit. Prima legio ſub Romulo tribus millibus peditum & trecentis ex equitibus conſcripta eſt, poſt ex quatuor, modo ex quinque, modo ex ſex millibus peditum, itemque modo ex ducentis, modo trecentis equitibus. Nemo in ea militabat, niſi civis Romanus ingenuus. *Roſinus.* Cæſaris vero ævo & circa, Legiones modicæ fuerunt. *Montan.*

Aquileiam] A fontibus aquarum perennibus ita dictam volunt. Condita eſt à Romanis contra Barbaros. Urbs tam auguſta quondam fuit, ut altera Roma diceretur. Hanc Attila triennium obſeſſam miſere diruit. Hodie ad ſolitudinem propemodum perducta Venetis paret. *Montan.*

Ex hibernis educit] Hiberna, ab ipſo tempore ſic dicta, erant receptacula in diuturnâ manſione militibus. Diſtinguuntur à ſtativis; quod ſtativa ſub pellibus ſunt, hiberna in opidis aut ca-

&, qua proximum iter in ulteriorem Galliam per Alpes erat, cum his quinque legionibus ire contendit. Ibi Centrones, & Garoceli, & Caturiges, locis ſuperioribus occupatis, itinere exercitum prohibere conantur. Compluribus his præliis pulſis, ab Ocelo, quod eſt citerioris provinciæ extremum, in fines Vocontiorum ulterioris provinciæ die ſeptimo pervenit: inde in Allobrogum fines, ab Allobrogibus in Seguſianos exercitum ducit: hi ſunt extra provinciam trans Rhodanum primi. Helvetii jam per anguſtias, & fines Sequanorum, ſuas copias tranſduxerant, & in Æduorum fines pervenerant, eorumque agros populabantur. Ædui, quum ſe, ſuaque, ab his defendere non poſſent, legatos ad Cæſarem mittunt rogatum auxilium: ita ſe omni tempore de populo R. meritos eſſe, ut penè in conſpectu exercitus noſtri, agri vaſtari, liberi eorum in ſervitutem abduci, opida expugnari non debuerint. Eodem tempore, quo Ædui, Ambarri quoque neceſſarii & conſanguinei Æduorum, Cæſarem certiorem faciunt, ſeſe, depopulatis agris, non facile ab opidis vim hoſtium prohibere: item Allobroges, qui trans Rhodanum vicos poſſeſſioneſque habebant, fuga ſe ad Cæſarem recipiunt, & demonſtrant, ſibi præter agri ſolum nihil eſſe reliqui. Quibus rebus adductus Cæſar, non expectandum ſibi ſtatuit, dum omnibus fortunis ſociorum conſumptis, in San-

caſtris, tabernaculis & alio opere accuratius inſtructa. Imo in finibus Imperii, ubi perpetuæ ſtationes, inſtar opidorum, fuerunt ædificatæ: & hæc origo & genitura aliquot hodie nobilium urbium. Bello Veienti primum conſtrui cœpta. *Lipſius.*

Ibi Centrones, Garoceli, Caturiges] Centrones hodie *Tarantaſii.* Garoceli, *Ciacconius* dubitat, an non legendum Graiocelii: quia Alpes Graiæ ibi ſunt, & Ocelum. Caturigum Metropolis Archiepiſcopalis Eberodunum, *Embrun. Ortelius.*

Ocelum] Digladiantur de eo docti: alii nempe Oulx, alii Iſilles, alii Novaleſiam eſſe contendunt. Saltem Cæſari & Straboni in Alpibus ponitur. *Montan.*

Vocontii] Inter Iſaram & Rhodanum Allobrogibus ad Orientem vicini. *Glareanus.*

Seguſiani] *Hodie le Païs & Seneſchaucée de Lionnois.* Scaliger.

Arar]

Santones Helvetii pervenirent. Flumen eſt Arar, quod per fines Æduorum & Sequanorum in Rhodanum influit, incredibili lenitate, ita ut oculis, in utram partem fluat, judicari non poſſit: id Helvetii ratibus ac lintribus junctis tranſibant. Ubi per exploratores Cæſar certior factus eſt, tres jam copiarum partes Helvetios id flumen traduxiſſe, quartam vero partem citra flumen Ararim reliquam eſſe; de tertiâ vigiliâ cùm legionibus tribus è caſtris profectus ad eam partem pervenit, quæ nondum flumen tranſierat. Eos impeditos & inopinantes aggreſſus, magnam partem eorum concidit: reliqui ſeſe fugæ mandârunt, atque in proximas ſilvas abdiderunt. Is pagus appellabatur Tigurinus. Nam omnis civitas Helvetia in quatuor pagos diviſa eſt. Hic pagus unus, quum domo exiſſet, patrum noſtrorum memoriâ L. Caſſium Conſulem interfecerat, & ejus exercitum ſub jugum miſerat. Ita, ſive caſu, ſive conſilio Deorum immortalium, quæ pars civitatis Helvetiæ inſignem calamitatem pop. R. intulerat, ea princeps pœnas perſolvit:

Arar] Putant Græci illum nomen inveniſſe τοῦ ἡρμόσθαι, quum ante Brigulus vocaretur. Oritur haud longe à fontibus Moſæ Moſellæque in Vogeſo monte. Apud Lugdunum Rhodano miſcetur. Hodie *Saone*, vel *Sone*, vocatur. *Caſaubonus.*

De tertia vigilia] Erant vigiliæ quatuor, & ſingulæ in horas ternas diviſæ. Has Primipilus clepſydris diſcernebat: Habebant vaſcula aquaria, ſive menſuras ex aquâ, quibus quatuor illa tempora æqualiter diſtinguebant. Cujuſque vigiliæ tubâ ſignum dabatur: ſed tertia iniquiſſima habita eſt, quia turbaret totam quietem. Reliquis enim bonam partem primæ aut ſequentis noctis licebat dormire. *Lipſius.*
Hinc:

—— *mediam ſomni cum buccina noctem*
Divideret, jamque excubias ſortitus iniquas
Tertius abrupta vigil iret ad arma quiete. Silius.

Magnam partem eorum concidit] Non ipſe Cæſar id egit, ſed legatus ejus Labienus. *Plutarchus*. At, quod ductu ipſius factum, rectè ſibi vindicat. *Montan.*

In quatuor pagos diviſa eſt] Non quod pagatim incoleretur Helvetia, nam duodecim oppida in ea fuerunt, ſed quod univerſus ager in quatuor partes, & tanquam præfecturas, eſſet diviſus. Erant & pagi caſtella quædam & munitiones juxta Romam in locis editis, quo ſe plebs ruſtica, hoſte in agrum Romanum incurſionem faciente, recipiebat. *Turnebus.* Græci autem πηγὴν, fontem, dicunt, καὶ Δωρικῶς παγάν. Inde Latinis pagus. *Glareanus.*

Pri-

vit: quâ in re Cæſar non ſolum publicas, ſed etiam privatas injurias ultus eſt, quod ejus ſoceri L. Piſonis avum L. Piſonem Legatum, Tigurini eôdem præliô, quô Caſſium, interfecerant. Hôc prælió factô, reliquas copias Helvetiorum ut conſequi poſſet, pontem in Arare faciendum curat, atque ita exercitum tranſducit. Helvetii, repentino ejus adventu commoti, quum id, quod ipſi diebus xx ægerrime confecerant, ut flumen transirent, illum uno die feciſſe intelligerent, legatos ad eum mittunt: cujus legationis Divico Princeps fuit, qui bello Caſſiano dux Helvetiorum fuerat: is ita cum Cæſare egit: ſi pacem populus R. cum Helvetiis faceret, in eam partem ituros, atque ibi futuros Helvetios, ubi Cæſar conſtituiſſet, atque eſſe voluiſſet: ſin bello perſequi perſeveraret, reminiſceretur & veteris incommodi populi R., & priſtinæ virtutis Helvetiorum: quod improvisò unum pagum adortus eſſet, quum ii, qui flumen tranſiſſent, ſuis auxilium ferre non poſſent; ne, ob eam rem, aut ſuæ magnopere virtuti tribueret, aut ipſos deſpiceret: ſe ita à patribus majoribuſque ſuis didiciſſe, ut magis virtute, quàm dolo, contenderent, aut inſidiis niterentur: quare, ne committeret, ut is locus, ubi conſtitiſſent, ex calamitate pop. R. & internecione exercitus nomen caperet, ac memoriam proderet. His Cæſar ita reſpondit: Eo ſibi minus dubitationis dari, quod eas res, quas legati Helvetii commemoraſſent, memoriâ teneret: atque eò gravius ferre, quo minus merito pop. R. accidiſſet. qui ſi alicujus injuriæ ſibi conſcius fuiſſet; non fuiſſe difficile cavere: ſed eo deceptum, quod neque commiſſum à ſe intelligeret quare timeret, neque ſine cauſſà timendum putaret: quod ſi veteris contumeliæ

Privatas injurias] Nam, ut dictum, Piſonis filiam Calpurniam in uxorem duxerat Cæſar. *Montan.*

Qui bello Caſſiano dux] Notandum, bellum à victis, more Romano, vocari. *Glareanus.*

Ut magis virtute, quam dolo] *Galli, homines aperti minimeque inſidioſi, qui per vir-*

liæ oblivíſci vellet; num etiam recentium injuriarum, quod eô invitô, iter per provinciam per vim tentaſſent, quod Æduos, quod Ambarros, quod Allobroges vexaſſent, memoriam deponere poſſet? quod ſuâ victoriâ tam inſolenter gloriarentur, quodque tam diu ſe impune tuliſſe injurias admirarentur, eodem pertinere. Conſuêſſe enim Deos immortales, quo gravius homines ex commutatione rerum doleant, quos pro ſcelere eorum ulciſci velint, his ſecundiores interdum res, & diuturniorem impunitatem concedere. Quum ea ita ſint, tamen, ſi obſides ab iis ſibi dentur, uti ea, quæ polliceantur, facturos intelligat; &, ſi Æduis de injuriis, quas ipſis ſociiſque eorum intulerint, item, ſi Allobrogibus ſatisfaciant, ſeſe cum iis pacem eſſe facturum. Divico reſpondit: Ita Helvetios à majoribus ſuis inſtitutos eſſe, uti obſides accipere, non dare, conſueverint: ejus rei pop. R. eſſe teſtem. Hôc reſponsô datô, diſceſſit. Poſtero die caſtra ex eo loco movent: idem Cæſar facit; equitatumque omnem, ad numerum quatuor millium, quem ex omni provincia, & Æduis, atque eorum ſociis, coactum habebat, præmittit; qui videant, quas in partes hoſtes iter faciant: qui cupidius noviſſimum agmen inſecuti, alieno loco cum equitatu Helvetiorum prælium committunt; & pauci de noſtris cadunt: quo prælio ſublati Helvetii, quod quingentis equitibus tantam multitudinem equitum propulerant, audacius ſubſiſtere, nonnunquam ex noviſſimo agmine prælio noſtros laceſſere, cœperunt. Cæſar ſuos à prælio continebat; ac ſatis habebat in præſentiâ hoſtem rapinis, pabulatio-

virtutem, non per dolum, dimicare conſueverunt. Hirtius.

Idem Cæſar facit] Obſervabatur in movendis caſtris hic mos. Tuba primum ſignum dabatur profectionis: quô auditô tabernacula milites tollebant & ſarcinulas componebant: non tamen prius, quàm tabernacula Imperatoris & Tribunorum detenſa vidiſſent. Dein alterum ſignum tuba dabatur, ut parati eſſent: & tum jumentis onera imponebant & caſtris ignem injiciebant. Tertiô tandem ſignô auditô incedere incipiebant. *Vaſtrinus.*

Nam

lationibus, populationibuſque, prohibere. Ita dies circiter quindecim iter fecerunt, uti inter noviſſimum hoſtium agmen, & noſtrum primum, non amplius quinis aut ſenis millibus paſſuum intereſſet. Interim quotidie Cæſar Æduos frumentum, quod eſſent publicè polliciti, flagitare: nam propter frigora, quod Gallia ſub Septemtrionibus, ut ante dictum eſt, poſita eſt, non modo frumenta in agris matura non erant; ſed ne pabuli quidem ſatis magna copia ſuppetebat: eo autem frumento, quod flumine Arare navibus ſubvexerat, propterea minus uti poterat, quod iter ab Arare Helvetii averterant; à quibus diſcedere nolebat. Diem ex die ducere Ædui, conferri, comportari, adeſſe, dicere. Ubi ſe diutius duci intellexit, & diem inſtare, quo die frumentum militibus metiri oporteret; convocatis eorum principibus, quorum magnam copiam in caſtris habebat, in his Divitiaco, & Liſco, qui ſummo magiſtratu præerat (quem Vergobretum appellant Ædui, qui creatur annuus, & vitæ

Nam propter frigora, quod Gallia ſub Septemtrionibus] Inde apud Petronium proverbium eſt, Gallica hyeme frigidior. Autor etiam Ariſtoteles eſt, in Problem. majus eſſe frigus iis in locis, qui poſiti ſub Septemtrionibus ſunt, unde Boreas flat, quam in Orientalibus. *Brant.*

Diem inſtare, quo die frumentum militibus metiri] Ex hôc locô patet, certo die frumentum militibus diſtributum, & ſummopere curatum ne is elaberetur. Pedites autem accipiebant in menſem quaternos tantum modios frumenti, & id Dimenſum dicebatur. Equites triplo plus. Nec putandum eſt illos frumento tantum ad cibos uſos: etiam ſal & leguminum aliquid datum eſt. Sic in exercitu Craſſi, cum poſt tranſitum fluminis emetirentur neceſſaria, primum omnium diſtribuebantur lentes & ſal, quæ Romani habent funebria. Verum ad præparandum aut coquendum panem piſtores non erant: ipſe miles ſibi piſtor: cui in eam rem, inter inſtrumenta militaria, veru & olla. *Montanus,*

Quem Vergobretum appellatum] Vergobretus, ſic dictus, ut nonnullis placet, tanquam *Verg-oberſte, ſupremus executor.* Creabatur certo tempore, certo loco, per ſacerdotes, quotannis ex diverſis familiis; cui extra fines excedere non licebat. *Merula.* Hujus magiſtratus veſtigia etiamnum Auguſtoduni manent: ubi, qui ſummum in civitate honorem gerit, *Vuerg* appellatur. Mirum autem eſt pleraſque editiones habere, *qui ſummo magiſtratu præerant*, cum, lib. VII, ipſe Cæſar ſcribat, ſummo in periculo Æduorum civitatem fuiſſe, quod duo tum magiſtratum gererent, cum ſinguli antiquitus creari conſueſſent. Hinc proculdubio *præerat* ſingulari numero legendum: ita ut ſolus Liſcus ei Magiſtratui præfuerit. *Hotoman.*

Æduis

vitæ neciſque in ſuos habet poteſtatem) graviter eos accuſat, quod, quum neque emi, neque ex agris ſumi poſſet, tam neceſſario tempore, tam propinquis hoſtibus, ab iis non ſublevetur; præſertim quum magnâ ex parte eorum precibus adductus bellum ſuſceperit; multo etiam gravius, quod ſit deſtitutus, queritur. Tum demum Liſcus oratione Cæſaris adductus, quod antea tacuerat, proponit: eſſe nonnullos, quorum auctoritas apud plebem plurimum valeat, qui privati plus poſſint, quam ipſi magiſtratus: hos ſeditiosâ atque improbâ oratione multitudinem deterrere, ne frumentum conferant; quod præſtare dicant, ſi jam principatum Galliæ obtinere non poſſint, Gallorum, quam Romanorum, imperia perferre: neque dubitare debeant, quin, ſi Helvetios ſuperaverint Romani, una cum reliquâ Galliâ Æduis libertatem ſint erepturi: ab iiſdem noſtra conſilia, quæque in caſtris gerantur, hoſtibus enuntiari: hos à ſe coërceri non poſſe: quin etiam, quod neceſſario rem Cæſari enuntiârit, intelligere ſeſe, quanto id cum periculo fecerit; & ob eam cauſſam, quamdiu potuerit, tacuiſſe. Cæſar hâc oratione Liſci Dumnorigem Divitiaci fratrem deſignari ſentiebat: ſed, quod pluribus præſentibus eas res jactari nolebat, celeriter concilium dimittit; Liſcum retinet: quærit ex ſolô ea, quæ in conventu dixerat: dicit liberius, atque audacius: eadem ſecreto ab aliis reperit eſſe vera: ipſum eſſe Dumnorigem: ſummâ audaciâ, magnâ apud plebem propter liberalitatem gratiâ, cupidum rerum novarum: complures annos portoria, reliquaque omnia Æduorum vectigalia, parvô pretiô redempta habere:

Æduis libertatem ſint erepturi] Quæ Æduorum libertas ac prærogativa præ aliis Gallis fuerit; Cæſar paulo poſt teſtatur. Nempe eos à Senatu Romano fratres & conſanguineos appellatos eſſe. Et ita de illis *Tacitus*: *Primi Ædui Senatorum in Urbe jus adepti ſunt: datum id fœderi antiquo, & quia ſoli Gallorum fraternitatis nomen cum Populo Romano uſurpant*. Montan.

Complures annos portoria, reliquaque omnia vectigalia] *Portorium eſt merces quæ portitoribus datur. Nonius Marcellus.* Publicani vero dicebantur redimere

B vecti-

bere: propterea quod illo licente, contra liceri audeat nemo. His rebus & ſuam rem familiarem auxiſſe, & facultates ad largiendum magnas comparâſſe: magnum numerum equitatus ſuo ſumptu ſemper alere, & circum ſe habere: neque ſolum domi, ſed etiam apud finitimas civitates, largiter poſſe: atque hujus potentiæ cauſſâ, matrem in Biturigibus, homini illic nobiliſſimo, ac potentiſſimo, collocaſſe: ipſum ex Helvetiis uxorem habere: ſororem ex matre & propinquas ſuas nuptum in alias civitates collocâſſe. favere, & cupere Helvetiis, propter eam affinitatem: odiſſe etiam ſuo nomine Cæſarem, & Romanos; quod eorum adventu potentia ejus deminuta, & Divitiacus frater in antiquum locum gratiæ atque honoris ſit reſtitutus: ſi quid accidat Romanis, ſummam in ſpem regni per Helvetios obtinendi venire: imperio populi R. non modo de regno, ſed etiam de eâ, quam habeat, gratiâ deſperare. Reperiebat etiam Cæſar, inquirendo, quod prælium equeſtre adverſum paucis ante diebus eſſet factum, initium ejus fugæ à Dumnorige, atq; ejus equitibus, factum eſſe (nam equitatu, quem auxilio Cæſari Ædui miſerant, Dumnorix præerat): eorumque fugâ reliquum eſſe equitatum perterritum. Quibus rebus cognitis, quum ad has ſuſpiciones certiſſimæ res accederent: quod per

vectigalia & portoria, qui ea conducebant in certum tempus, ut quo plus exigerent, quàm conduxiſſent, eo lucri plus facerent. Notandum hic, principes viros in Gallia publicanorum munus exercuiſſe. *Idem.*

Illo licente] Liceri, eſt pretium deferre pro re quam velis emere. *Logos ridiculos vendo, agite licemini.* Plautus.

In Biturigibus] Bituriges, vel ſunt Vibiſci, vel Cubi. Horum Metropolis Avaricum, illorum Burdigala. Cæſar Cuborum tantum meminit: ab Æduis, quorum in fide erant, Ligeris illos dividebat: proximi erant Arvernis. Hodie regio Biturigum, *Duché de Berry* vocatur. Quondam Carolus VII, qui pulſis Anglis regnum Francorum reſtituit, cum nihil ferme ſupereſſet, quàm Avaricum, omnia Anglis occupantibus, Bituricenſium rex in deriſum dictus eſt. *Montanus.*

Nam equitatu Dumnorix præerat] *Bene legunt equitatu, & volunt* i *illud ſuperfluum in caſu dandi. Sic Cæſar, in Anticatone: Unius ſuperbia dominatuque. Et Virgilius:*

Teque adſpectu ne ſubtrahe noſtro:

non aſpectui, teſte *Gellio.* Patet verò hôc locô, ſocios habuiſſe ſuos Præfectos, à quibus regebantur. *Montan.*

Qua-

per fines Sequanorum Helvetios traduxiſſet: quod obſides inter eos dandos curâſſet: quod ea omnia non modo injuſſu ſuo & civitatis, ſed etiam inſcientibus ipſis, feciſſet: quod à magiſtratu Æduorum accuſaretur: ſatis eſſe cauſſæ arbitrabatur, quare in eum aut ipſe animadverteret, aut civitatem animadvertere juberet. His omnibus unum repugnabat, quod Divitiaci fratris ſummum in populum R. ſtudium, ſummam in ſe voluntatem, egregiam fidem, juſtitiam, temperantiam, cognoverat: nam, ne ejus ſupplicio Divitiaci animum offenderet, verebatur. Itaque, prius quàm quidquam conaretur, Divitiacum ad ſe vocari jubet, &, quotidianis interpretibus remotis, per C. Valerium Procillum, principem Galliæ provinciæ, familiarem ſuum, cui ſummam rerum omnium fidem habebat, cum eo colloquitur: ſimul commonefacit, quæ ipſo præſente in concilio Gallorum de Dumnorige ſint dicta, quæ ſeparatim quiſque de eo apud ſe dixerit: petit, atque hortatur, ut ſine ejus offenſione animi, vel ipſe de eo, cauſſâ cognitâ, ſtatuat, vel civitatem ſtatuere jubeat. Divitiacus multis cum lacrimis Cæſarem complexus obſecrare cœpit, ne quid gravius in fratrem ſtatueret: ſcire ſe illa eſſe vera: nec quenquam ex eo plus, quam ſe, doloris capere: propterea quod, quum ipſe gratia plurimum domi, atque in reliquâ Galliâ, ille minimum propter adoleſcentiam poſſet, per ſe creviſſet: quibus opibus ac nervis, non ſolum ad minuendam gratiam, ſed pene ad perniciem ſuam uteretur: ſeſe tamen & amore fraterno, & exiſtimatione vulgi commoveri: quod ſi quid ei à Cæſare gravius accidiſſet, cùm ipſe eum locum amicitiæ apud eum teneret, neminem exiſtimaturum non ſua voluntate factum; qua ex re futurum, uti totius Galliæ animi à ſe averterentur. Hæc quum plu-

Quotidianis interpretibus] Fuerunt interpretes, quos inter exteras gentes ad externorum populorum orationem interpretandam adhibuerunt. Plerumque è numero apparitorum & libertinorum illos fuiſſe, Cicero teſtatur. *Roſinus.*

pluribus verbis flens à Cæſare peteret, Cæſar ejus dexteram prehendit: conſolatus rogat finem orandi faciat: tanti ejus apud ſe gratiam eſſe oſtendit, uti & Reip. injuriam, & ſuum dolorem, ejus voluntati ac precibus condonet. Dumnorigem ad ſe vocat, fratrem adhibet: quæ in eo reprehendat, oſtendit; quæ ipſe intelligat, quæ civitas queratur, proponit: monet, ut in reliquum tempus omnes ſuſpiciones vitet: præterita ſe Divitiaco fratri condonare dicit. Dumnorigi cuſtodes ponit: ut, quæ agat, quibuſcum loquatur, ſcire poſſet. Eôdem die ab exploratoribus certior factus, hoſtes ſub montem conſediſſe, millia paſſuum ab ipſius caſtris octo; qualis eſſet natura montis, & qualis in circuitu adſcenſus, qui cognoſcerent, miſit. Renuntiatum eſt, facilem eſſe. De tertiâ vigiliâ T. Labienum legatum pro Prætore cum duabus legionibus, & iiſdem ducibus, qui iter cognoverant, ſummum jugum montis adſcendere jubet: quid ſui conſilii ſit, oſtendit. Ipſe de quartâ vigiliâ eôdem itinere, quô hoſtes ierant, ad eos contendit; equitatumque omnem ante mittit. P. Conſidius, qui rei militaris peritiſſimus habebatur, & in exercitu L. Syllæ, & poſtea in M. Craſſi, fuerat, cum exploratoribus præmittitur. Primâ luce, quum ſummus mons à T. Labieno teneretur, ipſe ab hoſtium caſtris non longius mille & quingentis paſſibus abeſſet; neque, ut poſtea ex captivis comperit, aut ipſius adventus, aut Labieni, cognitus eſſet; Conſidius, equo admiſſo, ad eum accurrit: di-

Ejus dexteram prehendit] Nam ſiniſtram attingere ominoſum cenſebatur. Præterea dextra in fide porrigitur: utpote fidei ſacra. *Roſinus.*

De tertia vigilia] Vigilias ad clepſydram in partes quatuor dividebant, ut non amplius tribus horis ſtandum eſſet. Eas circuitores crebri obſervabant: Tubicines autem locabant: Cornicines revocabant. Plura vide ſuperius. *Montanus.*

L. Syllæ, & poſtea in M. Craſſi, fuerat] L. Cornelius Sylla, patricio genere natus, is fuit qui contra Marium civile bellum concitavit, &, muris juxta collem Exquilinum occupatis, Romam incendio & cædibus implevit. M. Craſſus autem, cenſorio triumphalique patre natus, ditiſſimus Romanorum exſtitit. Nam quo tempore Sylla capta Urbe proſcriptorum interfectorumque bona vendebat, illc coëmtione illorum quæſtum

dicit, montem, quem à Labieno occupari voluerit, ab hoſtibus teneri : id ſe à Gallicis armis atque inſignibus cognoviſſe. Cæſar ſuas copias in proximum collem ſubducit; aciem inſtruit. Labienus, ut erat ei præceptum à Cæſare, ne prælium committeret, niſi ipſius copiæ prope hoſtium caſtra viſæ eſſent, ut undique uno tempore in hoſtes impetus fieret; monte occupato, noſtros exſpectabat, prælioque abſtinebat. Multo denique die per exploratores cognovit, & montem à ſuis teneri, & hoſtes caſtra moviſſe, & Conſidium timore perterritum, quod non vidiſſet, pro viſo ſibi renuntiaſſe. Eô die, quô conſuêrat intervallô, hoſtes ſequitur, & millia paſſuum tria ab eorum caſtris caſtra ponit. Poſtridie ejus diei; quod omnino biduum ſupererat, quum exercitu frumentum metiri oporteret; & quod à Bibracte, opido Æduorum longe maximo ac copioſiſſimo, non amplius millibus paſſuum XVIII aberat; rei frumentariæ proſpiciendum exiſtimavit; & iter ab Helvetiis avertit, ac Bibracte ire contendit. Ea res per

ſtum fecit. Præterea incenſa ædificia aut nimio pondere collapſa, à poſſeſſoribus vili pretio comparata, ut quos metus & incerti rerum eventus movebant, per plus quam quingentos ſervos architecturæ peritos reſtauravit, fecitque magnam partem Romæ ſuam. Poſtea in Parthos profectus à Surena victus & occiſus eſt. *Montanus.*

Id ſe à Gallicis armis atque inſignibus] Sunt inſignia vel lupinæ exuviæ, quibus pilani ſuas galeas ornabant, aut pro galeis utebantur : vel pennigeræ coronæ & pennæ puniceæ aut nigræ, quibus cubitalis longitudinis ſuas galeas haſtati, principes & triarii, decorabant. *Turnebus.* Diverſa vero Gallorum, & Romanorum, inſignia fuerunt : cum illi non niſi criſtas pennaſque avium, iſti cornua aut partes animalium geſtarent, variaſque effigies. *Lipſius.* Arma etiam longè ali[illegible] utriſque his populis, ut ſcuta & gladii, cæteraque. *Montanus.*

Conſidium timore perterritum] Autor eſt Philoſophus, homines ſenſu quam faciliime decipi, præcipue ubi perturbati aliquo animi motu ſunt. Exemplum hic eſt. Sic patrum memoriâ bello quod Carolus Burgundiæ Dux contra Ludovicum XI, Galliarum Regem, geſſit, Burgundi conſpicati à longinquo & cælo obſcuriori locum præaltis carduis conſitum, haſtas eſſe & hoſtium copias ſuſpicati, ad prælium ſe fruſtra præpararunt, teſte Cominæo. *Montanus.*

Bibracte] In hoc opido totius Galliæ concilium Cæſar indixit, & ſæpe hiemavit. In Francorum regno ſitum eſt, in formam ruris redactum, & in radicibus montis non longe ab Æduâ civitate poſitum. Aliquando Julia dicta eſt, ſi non corruptus locus panegyris Conſtantino dictæ; ubi hæc leguntur: *Bibracte huc uſque quidem eſt dicta*

per fugitivos L. Æmylii, decurionis equitum Gallorum, hoſtibus nuntiatur. Helvetii, ſeu quod timore perterritos Romanos diſcedere exiſtimarent; eo magis, quod pridie, ſuperioribus locis occupatis, prælium non commiſiſſent; ſive quod re frumentaria intercludi poſſe confiderent, commutatô conſiliô atque itinere conversô, noſtros à noviſſimô agmine inſequi ac laceſſere cœperunt. Poſtquam id animadvertit, copias ſuas Cæſar in proximum collem ſubducit; equitatumque, qui ſuſtineret hoſtium impetum, miſit. Ipſe interim in colle medio triplicem aciem inſtruxit legionum quatuor veteranorum, ita, uti ſupra ſe in ſummô jugô duas legiones, quas in Galliâ citeriore proximè conſcripſerat, & omnia auxilia, collocaret, ac totum montem hominibus compleret. Interea ſarcinas in unum locum conferri, & eum ab iis, qui in ſuperiore acie conſtiterant, muniri juſſit. Helvetii, cum omnibus ſuis carris ſecuti, impedimenta in unum locum contulerunt: ipſi confertiſſimâ acie, rejecto noſtro equitatu, phalange factâ, ſub primam noſtram aciem

Julia. Vigenereus, & Orontius, hodie dicunt *Beaulne* vocari: Marlianus aſſerit, nomen etiamnum retinere. *Montan.*

L. Æmylii Decurionis] *Turmæ qui præeſt, Decurio nominatur. Ut enim centum pedites ab uno Centurione, ſic triginta duo equites ab uno Decurione, ſub uno vexillo reguntur.* Vegetius. Ad hunc locum notat Lipſius, non quamque turmam unum ſignum, ſed quamque Decuriam etiam aut Ducem habuiſſe illud, ut in pedite factum. *Montanus.*

Triplicem aciem inſtruxit Legionum quatuor, &c.] Acies vel duplex eſt, vel triplex. Duplex, cum tota in duo cornua ſecta, dextrum, ac lævum. Triplex eſt, cum præter cornua, alia etiam media exſurgit: & id crebrum, non ſolum ubi plures legiones, ſed etiam cum duæ: iſtis ſcilicet in medio poſitis, ſociis ad utrumque cornu. Sed alia ratio triplicis aciei eſt, cum præter ſimplicem illam diviſionem, à tergo etiam ſectio ſit & diſcrimen: ut ſi quatuor legiones ſint, duas in fronte cum ſociis ſuis pono, totidem à tergo, velut in ſubſidiis, ſuppono. Et alia iterum ratio eſt, ut hæc, quam Cæſar hic inſtruit. *Lipſius.* Veterani autem hi, ſunt tres illæ legiones, quibuſcum à plebe in Illyrium & Galliam Ciſalpinam miſſus eſt Cæſar: ſed, antequam in Provinciam proficiſceretur, Senatus Galliam trans Alpes poſitam, unamque Legionem, adjecit. *Montanus.*

Phalange factâ] Græcis, Macedonibus, & Dardanis, exteriſque aliis nationibus phalanx erat peditum ſtabile agmen gravis armaturæ, ut fere legiones Romanis. Primus Philippus Rex Macedoniæ, ſequutus heroïcum illum Trojani belli cuneum, de quo Poëta lib. v Iliad., ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, phalangem compoſuit Macedonicam, um-

aciem ſucceſſerunt. Cæſar, primùm ſuo, deinde omnium è conſpectu remotis equis, ut, æquato periculo, ſpem fugæ tolleret, cohortatus ſuos, prælium commiſit. Milites, è loco ſuperiore pilis miſſis, facile hoſtium phalangem perfregerunt. Eâ disjectâ, gladiis diſtrictis, in eos impetum fecerunt. Gallis magno ad pugnam erat impedimento, quod, pluribus eorum ſcutis uno ictu pilorum transfixis & colligatis, quum ferrum ſe inflexiſſet, neque evellere, neque, ſiniſtrâ impeditâ, ſatis com-

umbonum velut perpetuo textu conſertam, ex ſedecim millibus trecentis octoginta quatuor militibus, quos phalangitas vocant. Sed apud omnes gentes hic numerus non eſt obſervatus: alii ex novem armatorum millibus; alii ex viginti quinque millibus, ut Syri: Perſæ ex quadraginta millibus definiêre. Etiam Romani phalange uſi ſunt: ut Sylla contra Mithridatem & Archelaum, aliique. *Alexander ab Alexandro*. Hoc autem loco facere phalangem eſt, quod Græci dicunt συνασπίζειν, cum junctis ſcutis aut clypeis, vel in hoſtes invaditur, vel hoſtium impetus excipitur, quod ſic confertis clypeis Macedonum phalanx pugnare ſoleret. *Turnebus*.

E conſpectu remotis equis] *Nempe quo major permanendi neceſſitas imponeretur, auxilio fugæ erepto.* Suetonius. Tradit Plutarchus, cum Cæſari equus adductus eſſet, illum dixiſſe; *Eo quidem utar poſt victoriam, nunc autem pedeſtres in hoſtes eamus.* Montanus. Patet hinc, Imperatorem plurimum in equo fuiſſe (& hoc ſine imperatorii illi equi), ut & ipſos Tribunos: Imo interdum etiam inter equites pugnaverunt. *Lipſius*.

Cohortatus ſuos] Vetus inſtitutum eſt, Imperatorem milites ſuos publice affari; vel enim interequitans ordines ſub ipſam pugnam, vel in caſtris & ante egreſſum ſuos hortatur. Sæpe etiam extra omnem pugnæ ſuſpicionem ad milites verba facit, ſi qua ſeditio ſit, aut querela. Sed cum in caſtris, aut etiam in ipſo campo interdum, fiebat in tribunali, quod è ceſpite ſubito erigebant. Altior enim Imperator eſſe debebat, & ad auditum faciliorem & latiorem, tum ad auctoritatem. *Lipſius*.

Pilis miſſis] Fuit pilum, haſtile habens & ferrum pedale & trigonum ſtylo peracuto, quod ſtupâ colligatum emittebant, interdum haſtam habens trium pedum, nec minoris proëminentiæ ferrea veruta: quo emiſſo, velut ad id dato ſigno, citato gradu in hoſtes ibant: mox ſtrictis gladiis collato pede, cominus rem gerebant. Nonnunquam tamen tanto ardore animorum in hoſtes itum eſt, ut, ne mora in pilis emittendis fieret, illa abjicerent, & ſtrictis enſibus cominus pugnarent. Fuit hoc telum proprium Romanis: ſicut geſà Gallorum, ſariſſæ Macedonum, lancea Hiſpanorum, framea Germanorum, romphæa Thracum. *Alexander ab Alexandro*. Notat Lipſius vocem pili apud Belgas perſeverare, qui ſagittam ſic vocant. *Montanus*.

Quod pluribus eorum ſcutis uno ictu pilorum transfixis] Pilum ita ſpiculo præacuto erat, ut primo jactu inflecteretur, nec extrahi poſſet: Hinc Horatius ſerm. II:

——— nec enim quivis horrentia pilis
Agmina, nec fracta pereuntes cuſpide Gallos,
Aut labentis equo deſcribat vulnera Parthi.

 Scu-

commodè pugnare poterant; multi ut, diu jactato brachio, præoptarent ſcutum manu emittere, & nudo corpore pugnare. Tandem, vulneribus defeſſi, & pedem referre, &, quod mons ſuberat circiter ∞ paſſuum, eò ſe recipere cœperunt. Captô monte, & ſuccedentibus noſtris, Boii, & Tulingi, qui hominum millibus circiter XV agmen hoſtium claudebant, & noviſſimis præſidio erant, ex itinere noſtros latere aperto aggreſſi, circumvenire, & id conſpicati Helvetii, qui in montem ſeſe receperant, rurſus inſtare, & prælium redintegrare cœperunt. Romani converſa ſigna tripartito intulerunt: prima, ac ſecunda acies, ut victis, ac ſubmotis, reſiſteret; tertia, ut venientes exciperet; ita, ancipiti prælio, diu atque acriter pugnatum eſt. Diutius quum noſtrorum impetum ſuſtinere non poſſent; alteri ſe, ut cœperant, in montem receperunt, alteri ad impedimenta & carros ſuos ſe contulerunt: nam hôc totô præliô, quum ab horâ ſeptimâ, ad veſperam, pugnatum ſit, averſum hoſtem videre nemo potuit. Ad multam noctem etiam

Scutum vero dictum eſt παρὰ τὸ σκύτος, à loro, è quo factum. Non à ſecando, aut excutiendo, quod Varro & Iſidorus putant. Differt à clypeo formâ: quæ enim rotunda & in orbem juſtum relata, clypeos dixere: quæ in longum exibant, ſcuta. *Lipſius.*

Romani converſa ſigna] Erant ſigna apud Romanos haſtæ argentatæ, in quarum ſummo transverſum ligneolum, in modum crucis; & ſæpe cum manu ſupra eminente; tum etiam orbiculi quidam, vel clypeoli infra crucem haſtæ adnexi, nempe ex argento vel auro imagines, primò Deorum, ut Martis, Romuli, taliumque; & ab hoc exemplo ipſorum deinde Imperatorum. Sed hæc ſigna Manipulorum: ſignum totius Legionis aquila erat ex auro vel argento, ſummæ haſtæ inſiſtens, & ſæpe fulmen unguibus tenens, quaſi jaculatura. Hæc propria erat uni Legioni, ſicut vexilla equitibus. *Idem. Converſio autem ſignorum, eſt motio militum ſingulorum, cum vel in haſtam, hoc eſt, dextrorſum, ſe convertunt; vel in ſcutum, hoc eſt, ſiniſtrorſum.* Ælianus.

Cum ab hora ſeptima] Solaria apud antiquos in horas tam diei, quam noctis, temporales, ſeu naturales, non æquinoctiales, ſeu horologicas, diviſa erant: ita ut ſinguli dies noctesque horas continerent duodecim. *Cælius.*

Ad multam noctem etiam ad impedimenta] *Difficulter enim & ſero pulſis hoſtibus, plurimum laboris apud carros & caſtra Helvetiorum Cæſar ſuſtinuit, cum non viri ſolum ibi, ſed mulieres etiam & pueri, uſque ad mortem ſe defenderent atque conciderentur: ita ut mediante demum nocte finis pugnandi fuerit.* Plutarchus.

Quod

etiam ad impedimenta pugnatum eſt: propterea quod pro vallo carros objecerant, & è loco ſuperiore in noſtros venientes tela conjiciebant, & nonnulli, inter carros rotaſque, mataras ac tragulas ſubjiciebant, noſtroſque vulnerabant. Diu quum eſſet pugnatum, impedimentis caſtriſque noſtri potiti ſunt. Ibi Orgetorigis filia, atque unus è filiis captus eſt. Ex eo prælio circiter millia hominum CXXX ſuperfuerunt: eâque totâ nocte continenter ierunt: nullam partem noctis itinere intermiſſo, in fines Lingonum die IV pervenerunt, quum &

Quod pro vallo carros objecerant] Erat vallum ex ceſpite & ſudibus aggeſtus, ad labrum interius foſſæ, tanquam murus, tantæ craſſitudinis, ut nullo telo, nulloque tormento trajici poſſet: in eo firmæ ſtationes diſponebantur, ſi quando hoſtis propinquus erat. Interdum cum materia deficeret, Romani clitellas & confectas ſarcinas pro aggere oppoſuere; etiam ex humanorum corporum ſtrue caſtra vallaverunt, ut ad Mundam Cæſar; *Alexander ab Alexandro.* Morem autem hunc Helvetiorum currus diſponendi mutuo nexu pro vallo, omnibus Barbaris communem fuiſſe notat *Vegetius.*

Mataras] Matara Gallis tribuitur ab antiquis ſcriptoribus. Sic libr. III Hiſtor. Siſenna: *Galli materibus, Suevi lanceis configunt.* Et autor ad Herenn. lib. IV: *Nec tam facile ex Italia Materis Tranſalpina depulſa eſt.* Strabo vero ſcribit, lib. IV, jaculum linguâ Gallorum vocari Materam. Inde ortum poteſt videri nomen Gallicum, quo ſagittam capitatam hodie appellant Matellatam per diminutionem. *Turnebus.*

Tragulas] *Tragula, genus teli eſt, ſic dicta quod ſcutis infixa trahatur.* Feſtus. Nonius haſtam eſſe vult, nixus autoritate Salluſtii: qui lib. III ait, *Avidiſſimus ducibus, ut Metellus ictu tragulæ ſauciaretur.* Poſtremo & Varronis, ubi inquit: *Aut ille cervum, qui volatile currens, ſparo ſecutus tragulave, trajicit.* Proprie autem tragula duplex eſt, vel ea quæ manu mittitur, vel quæ è tormentis, ita atrociter ſaucians, ut plerumque ſcutum aut corpus transverberet: unde tragularii dicti, qui ea è tormentis jaciunt. Ea igitur ubi corpus tranſverberavit, quomodo extrahatur, ſæpenumero dubitatur: ac plerumque non tam retrahenda eſt, metu magni doloris, & profuſionis ſanguinis, quam hinc vel inde decidenda, ut de vulnere ſic cum minore noxa recipiatur. *Turnebus.* Sed præter jaculum etiam ſignificat genus currus ſine rotis, ut ſit tragula pro trahula vel parva trahea. *Salmaſius.*

Caſtriſque noſtri potiti] Plutarchus meminit, magnos duces, ſtantibus adhuc hoſtium caſtris, plenam adeptos victoriam non putâſſe, necdum Imperatoris meritos cognomen: & Suetonius ita magnificè de Cæſare: *Nullum unquam hoſtem fudit, quin caſtris quoque exueret.* Montanus.

Circiter hominum millia CXXX *ſuperfuerunt*] Variant in numero ſcriptores. Strabo circiter quadringenta hominum millia in prælio iſto interemta eſſe, & octo tantum millia evaſiſſe: Plutarchus centum millia pugnæ ſuperfuiſſe tradit. *Montanus.*

In fines Lingonum] Vocatur hodie Lingonenſis Ducatus (*Duché, Pairie & Eveſché de Langres*). Urbem habet Epiſcopalem, cujus Antiſtites Duces ſunt

& propter vulnera militum, & propter ſepulturam occiſorum, noſtri triduum morati, eos ſequi non potuiſſent. Cæſar ad Lingones literas nuntioſque miſit, ne eos frumento, neve aliâ re, juvarent: qui ſi juviſſent, ſe eôdem locô illos, quô Helvetios, habiturum. ipſe triduô intermiſsô, cum omnibus copiis eos ſequi cœpit. Helvetii, omnium rerum inopiâ adducti, legatos de deditione ad eum miſerunt: qui, quum eum in itinere conveniſſent; ſeque ad pedes projeciſſent; ſuppliciterque locuti, flentes pacem petiſſent; atque eos in eo loco, quo tum eſſent, ſuum adventum exſpectare juſſiſſet, paruerunt. Eo poſtquam Cæſar pervenit, obſides, arma, ſervos, qui ad eos perfugiſſent, popoſcit. Dum ea conqui-

ſunt & Pares Franciæ, vulgo *Langres.* quondam Andomatunum Lingonum. Sunt autem Lingones populi inter Celtas, Æduis, Sequanis ac Tullenſibus finitimi: nomen retinent, & Campaniæ partem incolunt. *Merula.*

Propter ſepulturam occiſorum] Hæc una cura ſtatim incumbebat, tam Romanis militibus, quam belli Ducibus: ubi primum à pugna reſpirare licuit, ut cæſi terræ mandarentur. Quam conſuetudinis hujus fuêre obſervantes, & ſolliciti, ex eo liquet: *quod ex donativis quæ milites conſequuntur, dimidia pars ſequeſtraretur apud ſigna, & ibidem ipſis ſervaretur, ne per luxum aut inanium rerum comparationem à contubernalibus poſſet abſumi. In hunc uſum decem folles, hoc eſt, decem ſacci, per cohortes ſingulas ponebantur, in quibus hæc ratio condebatur. Additus autem eſt undecimus ſaccus, in quem tota legio particulam aliquam conferebat, ſepulturæ ſcilicet cauſa, ut ſi quis ex contubernalibus defeciſſet, de illo undecimo ſacco ad ſepulturam ipſius promeretur expenſa.* Vegetius. Nec tantum civium ſed etiam hoſtium cadavera terræ mandata ſunt: aut enim factis induciis, per præcones, occiſos magna religione ad ſepulturam poſtulabant: aut rogatu ipſorum hoſtium hoſtes tumulabant. Sic Haſdrubal infenſiſſimus Romanis, nihilominus tamen cæſos Tribunos Romanos, petitione Scipionis, humavit. Cæterùm, hæc cærimonia adhibita eſt primum pyra extructa: ſic appellatur ſtrues lignorum ad comburendum cadaver: quod ubi pyræ impoſitum, qui accenſuri erant rogum, id agebant vultu & capitibus averſis. *Virgil.*

Averſi tenuere faces.

Ut officium neceſſitatis eſſe oſtenderent, non voluntatis. Sed notandum, plura cadavera ſimul quandoque ſolere cremari, ut in bello aut peſte. *Montanus.*

Seque ad pedes projeciſſent] Infima hæc eſt obteſtatio, non apud Gallos modo, ſed & Romanos: illi enim, ubi ad miſerationem quem adducere vellent, nudo pectore & dejectâ ab humeris togâ, genu nitebantur, & nonnunquam ſe humi dejiciebant: quia in pedibus & genibus numen & ſedem miſerationis arbitrabantur. Pedes autem Mercurio erant ſacri. *Montanus.*

Servos, qui ad eos transfugiſſent] Hi ſervi erant proculdubio, qui Tribunis, Centurionibus, & dignioribus militum, officia in caſtris præſtabant: gregarii enim

quiruntur, & conferuntur, nocte intermiſsâ circiter hominum millia VI ejus pagi, qui Verbigenus appellatur, ſive timore perterriti, ne, armis traditis, ſupplicio afficerentur, ſive ſpe ſalutis inducti, quod, in tantâ multitudine dediticiorum, ſuam fugam aut occultari, aut omnino ignorari poſſe exiſtimarent; primâ noctis vigiliâ, ex caſtris Helvetiorum egreſſi, ad Rhenum, fineſque Germanorum, contenderunt. Quod ubi Cæſar reſcivit; quorum per fines ierant, his, uti conquirerent, & reducerent, ſi ſibi purgati eſſe vellent, imperavit. Reductos in hoſtium numero habuit. Reliquos omnes, obſidibus, armis, perfugis traditis, in deditionem accepit. Helvetios, Tulingos, Latobrigos, in fines ſuos, unde erant profecti, reverti juſſit; &, quod omnibus frugibus amiſſis, domi nihil erat, quô famem tolerarent: Allobrogibus imperavit, ut his frumenti copiam facerent, ipſos, opida vicoſque, quos incenderant, reſtituere juſſit. Id eâ maxime ratione fecit, quod noluit eum locum, unde Helvetii diſceſſerant, vacare; ne, propter bonitatem agrorum, Germani, qui trans Rhenum inco-

enim ſervos non habebant, quibus amputata hæc inertiæ adjumenta. Sæpius illi ad hoſtes transfugiebant, ſpe libertatis & occaſione allecti. Ideo verò hos transfugas popoſcit ab Helvetiis Cæſar, ut exemplum in eos ſtatueret. Dicti ſunt ſervi, quod Imperatores vendi captivos juberent, ac, per hoc, ſervare. *Idem.*

Qui Verbigenus appellatur] Dubium eſt apud eruditos, quiſnam iſte Verbigenus pagus, aut ubi fuerit. Dicam conjecturam meam. Suſpicor ſcribendum Urbienus, ad vernaculam fortaſſis Helvetiorum linguam: alioquin mallem Urbinus. Eſt autem Urba antiquiſſimum opidum Helvetiorum, præferens vetuſtatem ruinis ædificiorum. *Rhenanus.*

Dediticiorum] Fuerunt dediticii, qui victi armis & in fidem recepti, tantum ne ſervirent, neve ſub mancipio eſſent, immunes facti ſunt. Duplices vero dediticii ſunt: vel qui pactione quâdam factâ ſe dedunt, vel qui nihil pacti ſunt, ut Ligures à Popilio Coſ. fuſi. *Montan.*

Si ſibi purgati eſſe vellent] Antiquiſſimum hunc modum dicendi eſſe probatur ex Senatusconſulto ſive reſponſo, quod à Prætore Romano Tiburtibus datum eſt in ænea tabella, hoc modo:

QUONQUE. SENATUEI. PURGATI. ESTIS. CREDIMUS. VOSQUE. ANIMUM. VOSTRUM. INDOUCERE. OPORTET. ET. ITEM. VOS. POPULO. ROMANO. PURGATOS. FORE. *F. Urſinus.*

Ut

colunt, è ſuis finibus in Helvetiorum fines tranſirent, & finitimi Galliæ provinciæ Allobrogibuſque eſſent. Boios, petentibus Æduis, quod egregia virtute erant, ut in finibus ſuis collocarent, conceſſit: quibus illi agros dederunt, quoſque poſtea in parem juris libertatiſque conditionem, atque ipſi erant, receperunt. In caſtris Helvetiorum tabulæ repertæ ſunt literis Græcis confectæ, & ad Cæſarem perlatæ, quibus in tabulis nominatim ratio confecta erat, qui numerus domo exiſſet eorum, qui arma ferre poſſent, & item ſeparatim pueri, ſenes, mulieresque. Quarum omnium rerum ſumma erat, capitum Helvetiorum millia CCLXIII, Tulingorum millia XXXVI, Latobrigorum XIV, Rauracorum XXII, Boiorum XXII: ex his, qui arma ferre poſſent, ad millia XCII. Summa omnium fuerant ad millia CCCLXIIX. Eorum, qui domum redierunt, cenſu habito, ut Cæſar imperaverat, repertus eſt numerus millium C & X. Bellô Helvetiorum confectô, totius fere Galliæ legati, principes civitatum, ad Cæſarem gratulatum convenerunt: intelligere ſeſe, tametſi, pro vete-

Vt in ſuis finibus collocarent] Opinor, ut Boios Germanis, qui in Sequanis ſedes Arioviſto duce fixerant, opponerent: nam ſine gravi cauſa pauci tantâ liberalitate non utuntur. Boii autem Gergoviam deducti ſunt: ut Cæſar libr. VII teſtatur. Vide de illis pag. VII. *Montan.*

Tabulæ repertæ ſunt literis Græcis confectæ] Tabulas has Græcis characteribus fuiſſe exaratas, non linguâ, certiſſimum eſt, cum ex Strabone, tum ipſo Cæſare: licet alii contrarium ſentiant. Diſputatur vero inter doctos, num literæ, quibus Græci utuntur, Græcæ ſint, an Gallicæ. Certe Græcorum ipſorum teſtimonio characteres iſti, α, β, γ, & reliqui, non verè Græci ſunt, ſed Barbari. Legimus enim apud Varron. libr. VII de ling. Latina; cum Crates Græcus quæſtionem Grammaticam in Græciâ agitaret, quæreretque cur non diceretur *Alpha Alphatos*; Græcos alios Grammaticos reſpondiſſe, *Hæc non ſunt vocabula noſtra, ſed penitus barbara.* Etiam Ariſtoteles fatetur, Philoſophiam à Celtarum Semnotheis initium cœpiſſe, Galliamque Græciæ fuiſſe magiſtram. Sed ego hæc malo in medium relinquere, quam certi quid definire. *Merula.*

Cenſu habito] Cenſus eſt vel æſtimatio facultatum & morum: vel populi in centurias & claſſes diſtributio & enumeratio, ut hoc loco. Hinc illa lex: *Cenſores populi ſoboles familiaſque cenſento: pecuniaſque Vrbis, templa, vias, ærarium, vectigalia tuentor: populique partes in tribus diſtribuunto.* Et tale officium Cenſorum. *Montan.*

Lo-

teribus Helvetiorum injuriis, populus R. ab iis pœnas bello repetiſſet, tamen eam rem non minus ex uſu terræ Galliæ, quam populi R. accidiſſe: propterea quod eô conſiliô, florentiſſimis rebus, domos ſuas Helvetii reliquiſſent, ut toti Galliæ bellum inferrent, imperioque potirentur, locumque domicilio ex magnâ copiâ deligerent, quem ex omni Gallia opportuniſſimum ac fructuoſiſſimum judicaſſent, reliquaſque civitates ſtipendiarias haberent. Petierunt, uti ſibi concilium totius Galliæ in diem certam indicere, idque Cæſaris voluntate facere, liceret: ſeſe habere quaſdam res, quas è communi conſenſu ab eo petere vellent. Eâ re permiſsâ, diem concilio conſtituerunt, & jurejurando, ne quis enuntiaret, niſi, quibus communi conſilio mandatum eſſet, inter ſe ſanxerunt. Eô conciliô dimiſsô, iidem principes civitatum, qui ante fuerant, ad Cæſarem reverterunt; petieruntque, uti ſibi ſecreto de ſuâ omnium-

que

Locumque domicilio ex magna copia] Ex magna copia locorum, nimirum Galliæ, eum potiſſimum delegerant, quem opportuniſſimum ſibi judicaſſent: ſolent enim barbaræ gentes relicto patrio ſterili ſolo meliores terras quærere, ut de Cimbris ac Teutonibus, in Italiam vinorum gratiâ expeditionem ſuſcipientibus, obſervavit Polybius. *Brantius.*

Stipendiarias haberet] Stipendiarii ſunt vectigales, qui ſtipendia pendunt: ut bello victæ civitates & regiones. *Dictum ſtipendium eſt, quod per ſtipes, id eſt, modica æra, colligatur.* Ulpian. Hinc ſtipendiarii, qui eam ſtipem pendebant. Stipes autem idem valent, quod oboli aut aſſes minores: quos exigui valoris fuiſſe haud dubiè conſtat: nam in mulcta à Prætore irroganda, bos centuſſibus æſtimabatur, ovis vero decuſſibus. *Montan.*

Et jurejurando, ne quis enuntiaret] Idem ere Romæ obſervatum: fuerunt quippe tacita ſenatuſconſulta, quæ palam enuntiare non licebat, quæ in ſanctiore ſenatu & concilio arcano, tanquam in receſſu ſemoto, ſervabantur: quibus decernendis neque ſcribæ, neque ſervi publici intererant, ne communicatio conſilii foret: cavebaturque, ne quis enuntiaret. Sed quod ad juramenta: apud omnes gentes, etiam maximè Barbaras, in uſu illa fuerunt. Sic Græci per fontes, per terram & Rhadamanthum; Æthiopes per defunctos, quos colebant in vita, quorum corpora vitro ſervabant: Romani per Jovem Lapidem, per ſalutem & genium Principis; vel terram tenentes, cælum Deoſque conteſtantes, ſe & caput ſuum & ſtirpem & familiam bonaque quibuſdam additis precationibus devoventes, jurabant. Aliæ gentes alias & alias jurandi formulas modoſque obſervarunt. Galli autem & Pœni non magnâ religione jurisjurandi movebantur. *Idem.*

Ga-

que ſalute cum eô agere liceret. Eâ re impetratâ; ſeſe omnes flentes Cæſari ad pedes projecerunt: non minus ſe id contendere, & laborare, ne ea, quæ dixiſſent, enuntiarentur, quàm, uti ea, quæ vellent, impetrarent: propterea quod, ſi enuntiatum eſſet, ſummum in cruciatum ſe venturos, viderent. Locutus eſt pro his Divitiacus Æduus: Galliæ totius factiones eſſe duas: harum alterius principatum tenere Æduos, alterius Arvernos. Hi quum tantopere de potentatu inter ſe multos annos contenderent, factum eſſe, uti ab Arvernis Sequaniſque Germani mercede accerſerentur: horum primo circiter millia XV Rhenum tranſiſſe: poſteaquam agros, & cultum, & copias Gallorum, homines feri ac barbari adamaſſent, tranſductos plures: nunc eſſe in Gallia ad C & XX millium numerum: cum his Æduos, eorumque clientes, ſemel atque iterum armis contendiſſe: magnam cala-

Galliæ totius factiones eſſe duas] Factionem ab initio honeſtum vocabulum fuiſſe, autor eſt Feſtus; unde factiones hiſtrionum & quadrigariorum. poſtea tamen pro ſeditione & civium diviſione in diverſa ſtudia ſumta eſt. Apud Ciceron. pro Milone, eſt hominum cœtus & caterva, quam vulgo bendam appellamus. *Turnebus.*

Ædui] Vide pag. 10.

Clientes] Vide pag. 7.

Arvernos] Ἀρϐερνοὶ, Ptolomæo; Ἀρϐέρνοι, Plutarcho; Ἀρϐέρνοι, Straboni. Fuit Arvernorum (Strabone teſte) quondam tanta potentia, ut ad Narbonenſium Maſſilienſiumque ditionem, ad Pyrenæos montes, Oceanum & Rhenum, fines extenderint. Teſtantur id etiam bella *Bituito Arverno* Duce geſta, alterum contra Fabium ad Tiſaræ & Rhodani; alterum adverſus Domitium ad Bulgæ ejuſdemque Rhodani confluentem. *Victos tunc Gallos, aut certe Romanæ Provinciæ finibus expulſos, Senatus Romanus liberos eſſe voluit. quinetiam, quo liberior eſſet Gallia, Bituitum Regem Arvernorum, cum Romam ſatiſfactionis cauſa veniſſet, Albæ cuſtodiendum cenſuit;* Livius. *Hujus Bituiti pater Luerius, tantis fertur opibus luxuriaſſe, ut aliquando oſtentandæ amicis opulentiæ ſuæ cauſa curru per campum veheretur, auream argenteamque monetam hinc inde diſpergens, quam comites ipſius colligerent;* Strabo. Hodie Arvernia, *Le Païs & Duché d'Auvergne*, ſita eſt in locis partim planis, partim montoſis; habet ad Orientem Lugdunenſes vicinos; ad Meridiem, Languedokios; ad Occidentem, Cadurcos, & Lemovices; ad Septemtrionem, Bituricenſes & Borbonios; *Merula.* Ita de illis Lucanus:

Arverni Latio ſeſe auſi fingere fratres,
Sanguine ab Iliaco populi.

Poſtquam agros & cultum] *Commune enim eſt omnibus, qui hunc tractum incolunt* (loquitur de Germanis) *ut aliò facile migrent, & propter agrorum colendorum ignaviam, & propter pecuniarum inopiam.* Strabo.

Agri

calamitatem pulſos accepiſſe: omnem nobilitatem, omnem Senatum, omnem equitatum amiſiſſe: quibus prœliis calamitatibuſque fractos, qui & ſuâ virtute, & populi R. hoſpitiô atque amicitiâ, plurimùm ante in Galliâ potuiſſent, coactos eſſe Sequanis obſides dare nobiliſſimos civitatis, & jurejurando civitatem obſtringere, ſeſe neque obſides repetituros, neque auxilium à populo R. imploraturos, neque recuſaturos, quo minus perpetuò ſub illorum ditione atq; imperio eſſent. unum ſe eſſe, ex omni civitate Æduorum, qui adduci non potuerit, ut juraret, aut ſuos liberos obſides daret: ob eam rem ſe ex civitate profugiſſe, & Romam ad Senatum veniſſe, auxilium poſtulatum; quod ſolus neque jurejurando, neque obſidibus teneretur: ſed pejus victoribus Sequanis, quàm Æduis victis, accidiſſe; propterea quod Arioviſtus rex Germanorum in eorum finibus conſediſſet, tertiamque partem agri Sequani, qui eſſet optimus totius Galliæ, occupaviſſet, & nunc de alterâ parte tertia Sequanos decedere juberet; propterea quod, paucis menſibus ante, Harudum millia hominum XXIV ad eum veniſſent; quibus locus ac ſedes pararentur: futurum eſſe paucis annis, uti omnes è Galliæ finibus pellerentur, atque omnes Germani Rhenum tranſirent: neque enim conferendum eſſe Gallicum cum Germanorum agro, neque hanc conſuetudinem victus cum illa comparandam. Arioviſtus autem, ut ſemel Gallorum copias prælio vicerit, quod prælium factum ſit Amagetobriæ, ſuperbe & crudeliter imperare, obſides nobiliſſimi cujuſque liberos

Agri Sequani, qui eſſet totius Galliæ optimus] Eadem terræ ubertas adhuc in Burgundia eſt. Nam, præter frumenti & ſalis ex aqua excocti abundantiam, laudatiſſimorum vinorum copiam ea regio habet. *Rhellican.*

Harudum] Harudes, qui ſint ex Germanis, non ſatis certo conſtat. Ptolomæus Charudes in Cimbrica Cherſoneſo ponit, unde in militiam longinquam accerſiti videntur, ut fere Germanorum eſt militia. *Glareanus.*

Amagetobriæ] Locum hunc in Celtis hodie *Toaut* vocari conjectura eſt; *Marlianus.* Alii, ut & Ortelius, dicunt, planè ignorari. *Montan.*

Unos

ros poſcere, & in eos omnia exempla cruciatus edere, ſi qua res non ad nutum, aut ad voluntatem ejus facta ſit. hominem eſſe barbarum, iracundum, temerarium: non poſſe ejus imperia diutius ſuſtineri: niſi quid in Cæſare populoque R. ſit auxilii, omnibus Gallis idem eſſe faciendum, quod Helvetii fecerunt, ut domo emigrent: aliud domicilium, alias ſedes, remotas à Germanis, petant; fortunamque, quæcunque accidat, experiantur. hæc ſi enuntiata Arioviſto ſint, non dubitare, quin de omnibus obſidibus, qui apud eum ſint, graviſſimum ſupplicium ſumat: Cæſarem, vel auctoritate ſua atque exercitus, vel recenti victoria, vel nomine populi R. deterrere poſſe, ne major multitudo Germanorum Rhenum tranſducatur, Galliamque omnem ab Arioviſti injuria poſſe defendere. Hac oratione à Divitiaco habita, omnes, qui aderant, magno fletu auxilium à Cæſare petere cœperunt. animadvertit Cæſar, unos ex omnibus Sequanos nihil earum rerum facere, quas ceteri facerent, ſed triſtes, capite demiſſo, terram intueri, ejus rei quæ cauſſa eſſet, miratus, ex ipſis quæſivit. nihil Sequani reſpondere, ſed in eadem triſtitia taciti permanere. quum ab iis ſæpius quæreret, neque ullam omnino vocem exprimere poſſet: idem Divitiacus Æduus reſpondit; hoc eſſe miſeriorem, gravioremque fortunam Sequanorum, quam reliquorum, quod ſoli nec in occulto quidem queri, nec auxilium implorare, auderent; abſentiſque Arioviſti crudelitatem, velut ſi coram adeſſet, horrerent: propterea quod reliquis tamen fugæ fa-

Unos ex omnibus Sequanos] Hoc plane incredibile videtur: Sequanos, qui diuturna bella cum Æduis geſſerant, & Arioviſtum ſubſidio evocârant, in illo Æduorum conſilio interfuiſſe, & de Arioviſto expellendo Cæſarem rogâſſe. Quare neceſſe eſt, unum & alterum tantum è Sequanis, eoſque perfugas, interfuiſſe: quemadmodum ſupradictum Dumnorigem Æduum, Sequanorum tamen partibus ſtuduiſſe. *Hotoman.*

Quod ſoli ne in occulto quidem queri] Nimirum ſuſpiria in abdito profunde ducta tanto urunt gravius, quod non liceat illa palam per os oculoſve effundere, & apertè queri. *Nulla ſiquidem flendi major eſt cauſa, quàm flere non poſſe.* Seneca.

Po-

facultas daretur; Sequanis vero, qui intra fines ſuosArioviſtum recepiſſent, quorum opida omnia in poteſtate ejus eſſent, omnes cruciatus eſſent perferendi. His rebus cognitis, Cæſar Gallorum animos verbis confirmavit: pollicituſque eſt, ſibi eam rem curæ futuram: magnam ſe; habere ſpem, & beneficio ſuo, & auctoritate, adductum Arioviſtum, finem injuriis facturum. Hâc oratione habitâ, concilium dimiſit. & ſecundùm ea multæ res eum hortabantur, quare ſibi eam rem cogitandam & ſuſcipiendam putaret: inprimis, quod Æduos, fratres conſanguineoſque ſæpenumero ab ſenatu appellatos, in ſervitute, atque in ditione videbat Germanorum teneri; eorumque obſides eſſe apud Arioviſtum ac Sequanos intelligebat: quod in tanto imperio populi Romani turpiſſimum ſibi & Reipubl. eſſe arbitrabatur. Paulatim autem Germanos conſueſcere Rhenum tranſire, & in Galliam magnam eorum multitudinem venire, populo Romano periculoſum videbat: neque ſibi homines feros ac barbaros temperaturos exiſtimabat, quin, quum omnem Galliam occupaſſent, ut ante Cimbri, Teutonique feciſſent, in Provinciam exirent, atque inde in Italiam

Populo Romano periculoſum] *Erant enim intolerabiles Romanorum ſubditis vicini Germani, & capto tempore videbantur, non contenti ſtatu ſuarum rerum præſenti, latius graſſaturi.* Plutarchus.

Barbaros] Barbarus ætate Demoſthenis dicebatur Perſarum Rex: apud belli Trojani ſcriptores, & ejuſdem argumenti Tragicos, per Barbaros intelliguntur Phryges; quia opinio Græcorum erat, eos non minus opulentos eſſe, quam Perſas. Inde Virgilius:

Barbarico poſtes auro;

Id eſt, Phrygio. Poſtea tamen vocabulum hoc latius patuit. *Turnebus. Nam barbari initio appellabantur, qui difficulter & duriter verba proferebant.* Strabo. Et inde per metaphoram illiterati, crudeles. *Montan.*

Ut ante Cimbri Teutonique] *Cimbricam Germaniæ Cherſoneſum habitantes Cimbri, homines fuerunt prædones & vagi: armiſque ad Mæotin uſque lacum progreſſos, & ab iis Cimmerium Boſphorum denominatum, quaſi Cimbricum (cum Græci Cimmeriorum nomine Cimbros afficiant) haud inepte conjicit apud Strab. Poſidonius.* Teutonos Ptolomæus non longè ab Albi fluvio inter Pharodinos & Suevos ponit. Tacitus à *Tuiſcone* Rege nomen habere putat, & alludit vulgaris linguæ denominatio. *Montan.* Cimbri autem & Teutones ab oceano per Galliam in Illyrium profecti, irrumpunt U. C. anno DCXL. Cn. Carbonem conſulem, cui ea provincia evenerat, ad Norbeiam opidum cum exercitu occurrentem, acie fundunt & profligant.

liam contenderent; præſertim quum Sequanos à provinciâ noſtrâ Rhodanus divideret: quibus rebus quàm maturrimè occurrendum putabat. Ipſe autem Arioviſtus tantos ſibi ſpiritus, tantam arrogantiam ſumſerat, ut ferendus non videretur. Quamobrem placuit ei ut ad Arioviſtum legatos mitteret, qui ab eo poſtularent, ut aliquem medium locum utriuſque colloquio deligeret: velle ſeſe de Rep. & ſummis utriuſque rebus cum eo agere. Et legationi Arioviſtus reſpondit: Si quid ipſi à Cæſare opus eſſet, ſeſe ad eum venturum fuiſſe: ſi quid ille ſe velit, illum ad ſe venire oportere: præterea ſe neque ſine exercitu in eas partes Galliæ venire audere, quas Cæſar poſſideret, neque exercitum ſine magno commeatu at-

gant. Arma inde in Gallos, qui Romanis nondum parebant, & Hiſpanos, convertunt: à quibus repulſi, adverſus M. Junium Silanum conſulem movent, quem congreſſum magna calamitate fundunt fugantque. Inde M. Scaurus contra illos in Galliam miſſus tertiam cladem accipit. Scauro Caſſius Longinus conſul ſuccedit, qui à Tigurinis in finibus Allobrogum cum L. Piſone legato ſuo & exercitu cæſus eſt. Hujus ſucceſſor Q. Cæpio cum Tectoſagibus Gallis ſive Toloſanis bellum facit, theſaurumque Toloſanum è templo Apollinis diripit, auri CX millia librarum, argenti libras quinquies decies centena millia: atque hujus ſacrilegii pœnas paulo poſt à Cimbris victus dediſſe putatur. Cæpioni proconſuli inde cum C. Manilio conſule prorogatum in Gallia imperium eſt: qui dum inter ſe privatis odiis certant, exercitum quoque & provinciam inter ſe partiuntur: atque ita à Cimbris, quibus Teutoni, Tigurini & Ambrones ſeſe conjunxerant, magna clade pridie No. Octobris & miſerabili victi ſunt; in eo enim prælio M. Aurelius conſularis captus, & paulo poſt occiſus eſt, duo filii conſulis cæſi, LXXX millia militum, calonum & lixarum XL millia occiſa, & bina caſtra capta ſunt. Cæpioni fortuna iſtius prælii crimini, & invidia populi calamitati fuit; novoque exemplo, ob rem male geſtam, populi judicio condemnatus, in carcere mortuus, ejuſque cadaver in Gemoniis à carnifice projectum eſt, & bona publicata. Cimbri hâc victoriâ potiti, iter per Galliam iterum in Hiſpaniam convertunt. Interim C. Marius iterum conſul in Galliam profectus Tectoſages domuit, Sullaque Marii legatus Copilum ejus gentis regem cepit. Prorogato deinde per biennium Marii conſulatu ob impendentem ſemper à Cimbris metum; ipſi à Celtiberis repulſi in Galliam, ſeſe Teutonis & Ambronibus conjungunt, eo conſilio, ut Alpibus ſuperatis Italiam occuparent. *Stadius.* Diviſerunt itaque caſtra Cimbri & Teutoni. Sed cæſa ſunt CL millia primum Teutonorum Ambronumque à C. Mario: poſt Cimbrorum CXX millia occiſa, capta LX millia. *Montan.*

Arioviſtus reſpondit] Ita Dion hunc locum expreſſit: *Si quid ſibi vellet Cæſar dicere, ad ſe venire juſſit, non tantum quia Cæſare ipſe inferiorem ſe non diceret, ſed etiam quia qui ab alio quid velit, ad eum venire par eſt.* Montan.

Cum

atque molimento in unum locum contrahere poſſe: ſibi autem mirum videri, quid in ſuâ Galliâ, quam bello viciſſet, aut Cæſari, aut omnino populo R. negotii eſſet. His reſponſis ad Cæſarem relatis, iterum ad eum Cæſar legatos cum his mandatis mittit: Quoniam tanto ſuo populique R. beneficio affectus, quum in conſulatu ſuo rex atque amicus à ſenatu appellatus eſſet; hanc ſibi populoque R. gratiam referret, ut in colloquium venire invitatus gravaretur, neque de communi re dicendum ſibi & cognoſcendum putaret; hæc eſſe, quæ ab eo poſtularet, primum, ne quam multitudinem hominum ampliùs trans Rhenum in Galliam tranſduceret: deinde obſides, quos haberet ab Æduis, redderet: Sequaniſque permitteret, ut, quos illi haberent, voluntate ejus reddere illis liceret: neve Æduos injuriâ laceſſeret: neve his ſociiſve eorum bellum inferret: ſi id feciſſet, ſibi populoque R. perpetuam gratiam atque amicitiam cum eo futuram: ſi non impetraret, quoniam M. Meſſala, M. Piſone, Coſſ. Senatus cenſuiſſet, uti, quicunque Galliam provinciam obtineret, quod commodo Reip. facere poſſet, Æduos

Cum in conſulatu ſuo rex atque amicus] Socium atque amicum à Senatu vocari, maximo honori ducebatur: nec datum niſi pro magnis meritis. Huic titulo etiam ampliſſima munera quandoque addita ſunt. Sic Maſaniſſæ aurea corona, aurea patera, ſella curulis, ſcipio eburneus, toga picta & palmata tunica miſſa ſunt: ſcipioni autem aquila impoſita erat. Hinc *Juvenalis:*

— *Aquilâ, ſceptro quæ ſurgit eburno.*

Nec cum Regibus tantum, ſed & cum populis exteriſque nationibus ſocietas & amicitia ſenatusconſulto jungebatur. Aliquando etiam ipſi Romani ultro amicitiam Regum expoſcebant. Sic tres centuriones legati ad Syphacem, hoſtem ſubitò Carthaginenſibus factum, verba faciunt: *Si perſeveraret urgere bello Carthaginenſes, gratam eam rem fore Senatui populoque R., & adnixuros, ut in tempore, & bene cumulatam gratiam referant.* Briſſonius. Conſulatum vero hunc Cæſar geſſit cum M. Bibulo anno ab U. C. DCXCV. *Montan.*

Hæc eſſe quæ ab illo poſtularet] Cæſar nihil aliud quærebat, quam materiam bellorum triumphorumque. Et hinc legatos miſit, non ſpe res componendi, ſed Arioviſtum irritandi: & ob hanc cauſam aliquando Senatus ad explorandum Galliarum ſtatum mittendos legatos decrevit, ac nonnulli dedendum illum hoſtibus cenſuerunt: quod tam fœderatas, quàm infeſtas & feras, gentes ultro laceſſierat. *Montan.*

Quod commodo Reipubl.] Erat enim in commiſſa publica re hæc exceptio, ut id, quod mandabatur, ita fieret, ſi commodo Reipubl. fieri poſſet: quo ſignificabatur, eam rem non poteſtati ma-

Æduos ceteroſque amicos populi R. defenderet, ſe Æduorum injurias non neglecturum. Ad hæc Arioviſtus reſpondit: Jus belli; ut, qui viciſſent, iis, quos viciſſent, quemadmodum vellent, imperarent: idem populum R. victis non ad alterius præſcriptum, ſed ad ſuum arbitrium imperare conſuêſſe: ſi ipſe populo R. non præſcriberet, quemadmodum ſuo jure uteretur; non oportere ſe à populo R. in ſuo jure impediri. Æduos ſibi, quoniam belli fortunam tentaſſent, & armis congreſſi, ac ſuperati eſſent, ſtipendiarios eſſe factos: magnam Cæ-

magis, quam prudentiæ, committi. Præter hanc formulam, etiam hac uſi ſunt, *uti curarent, quod è Republ. fideque ſuâ eſſe videretur.* Briſſonius.

Ad hæc Arioviſtus reſpondit] Tres dialectos apud Gallos in uſu fuiſſe ante diximus, Aquitanicam nempe, Celticam, & Belgicam: quarum poſtremam calluit vel ſaltem intellexit Arioviſtus; priores ignoravit: hoc loco tamen Celticâ linguâ reſpondiſſe non eſt dubium: utpote quam XIV annorum conſuetudine addidicerat. *Montan.*

Jus belli eſſe, ut, qui viciſſent, iis, quos viciſſent, quemadmodum vellent, imperarent] Nihil rationi tam eſt conſentaneum, quam ut victor pro arbitrio jus dicat victis: quos armis ſubjugâſti, ii & imperium tuum ſentiant, ferant. In victis, quandoquidem eorum vires fractæ ac penitus exſtinctæ, obſequendi eſt neceſſitas, in victore, ob augmentum potentiæ, eſt jubendi jus. Qui terræ hominumque eſt factus dominus, ſupremam in lege ferenda ac abſolutam habet poteſtatem. Hæc ita ſeſe habent, modo non deprædatio per injuriam facta, ſed bellum ex legitimâ causâ geſtum fuerit, nihilque fiat à victore, quod violat ac turbat principia juris naturæ, à divinâ providentiâ conſtituta, ac inter omnes populos confirmata.

Quod victor fiat Dominus omnium, ac jus in res ac perſonas victorum ſit nactus ex belli jure, teſtatum faciunt Gentium ac ipſius populi Romani leges, ac diuturno uſu ſtabilitæ conſuetudines.

Cyrus apud Xenophontem, lib. 7, inquit: Eſt perpetua inter homines Lex, ut, cum urbs per bellum capitur, eorum, qui ceperunt, ſint corpora & omnes facultates. Idem Plato, 1 *de legib.* Ariſtot. 1 *polit.* 4, confirmant.

Gaius JC. *lib.* 2 *aureor.* ait: Quæ ex hoſtibus capiuntur, ſtatim capientium fiunt (addit) jure gentium, ex quo bella orta, captivitates ſecutæ.

Jure Romano, niſi Dux belli aliam legem dixiſſet, vel eſſent res nonnullæ pretioſiores, capientibus privatis res mobiles ac homines cedebant, publico autem addicebantur, quæ exercitus occupâſſet. Unde & iis, qui publicâ ex prædâ, quam exercitus fecerat, quid ſubtraxiſſet, peculatus reus dicebatur. Uti author eſt Modeſtinus, *l.* 2. *de pœn.*

Marcianus *lib.* 4. *Inſtit.* reſpondet, Divum Commodum reſcripſiſſe, cogenda eſſe in fiſcum captivorum bona, quæ ſcilicet à ſingulis non erant capta. Pomponius, *lib.* 36, *ad Sapinum,* loca capta publicari, licet eſſent ſacra vel religioſa. & Paulus, *lib.* 47 *ad Edict. prætor.* lapides inde ſublatos in quemlibet uſum converti poſſe.

Hujuſmodi agrorum alios Romani militibus in præmia adſignabant, alios vectigales faciebant (hinc tributaria & ſtipendiaria prædia), alios victis ex gratiâ, aliâve causâ, relinquebant. Ut Floren-

Cæſarem injuriam facere, qui ſuo adventu vectigalia ſibi deteriora faceret: Æduis ſe obſides redditurum non eſſe; neque iis, neque eorum ſociis injuriâ bellum illaturum, ſi in eo manerent, quod conveniſſet, ſtipendiumque quotannis penderent: ſi id non feciſſent, longè ab his fraternum nomen populi R. abſuturum. Quod ſibi Cæſar denuntiaret, ſe Æduorum injurias non neglecturum; neminem ſecum ſine ſua pernicie contendiſſe: quum vellet, congrederetur: intellecturum, quid invicti Germani, exercitatiſſimi in armis, qui intra annos XIV tectum non ſubîſſent, virtute poſſent. Hæc eodem tempore Cæſari mandata referebantur: & legati ab Æduis & Treviris veniebant. Ædui, queſtum, quod Harudes, qui nuper in Galliam tranſportati eſſent, fines eorum popularentur, ſeſe ne obſidibus quidem datis pacem Arioviſti redimere potuiſſe. Treviri autem, pagos centum Suevorum ad ripam Rheni conſediſſe: qui Rhenum tranſire conarentur: iis præeſſe Naſuam, & Cimberium, fratres. Quibus rebus Cæſar vehementer commotus, maturandum ſibi exiſtimavit, ne, ſi nova ma-

rentinus, *lib.6. Inſt.* & Paulus, *lib.6. Reſp.* docent.

Certum itaque eſt, victorem populum aut principem res omnes ac homines dominio ſubjicere ſuo; ac conſequenter jus belli eſſe, ut, qui vicerit, imperet pleniſſimo jure quemadmodum velit. Uti enim quilibet privatus rerum ſuarum moderator ac arbiter eſt liberrimus, ut Imperat. Conſtantinus ad Julianum reſcripſit, nec tenetur admittere, ut in uſu legitimo rei ſuæ impediatur à quoquam: ita quoque populus vel princeps imperat rebus ac perſonis ſibi ſubditis, uti voluntas quæ juſtam rationem ſequitur, dictat, nec pati poteſt aut debet, ut quiſquam, cum non ſit ſuperior, modum præſcribat. *Schotanus.*

Si in eo manerent, quod conveniſſet] Nihil enim tam congruum fidei humanæ, quàm ea, quæ inter eos placuerunt, ſervare. Ulp. de pactis.

Pagos centum Suevorum] Mirus ſæpe Cæſar rerum deſignator eſt. Nominat hic centum pagos ſpeciatim, uti certum Suevorum genus, quod tranſire conabatur, peculiari aliquo indicio deſignaret: quippe jam antea Suevorum erant alia genera in exercitu Arioviſti, Marcomanni, Seduſii, Harudes. His igitur univerſis Suevorum gentibus alia inſuper natio jungere ſe volebant *Catti.* Hi incolebant pagos, *ex quibus,* ut ipſe Cæſar teſtatur, *ſingula millia armatorum, bellandi cauſa, ſuis è finibus educebant: reliqui domi manebant; pro ſe atque illis colebant.* Centum igitur pagos quum hic dicat, centum millia armatorum domo profecta fuiſſe innuere vide-

manus Suevorum cum veteribus copiis Arioviſti ſeſe conjunxiſſet, minus facile reſiſti poſſet. Itaque, re frumentariâ, quam celerrimè potuit, comparatâ, magnis itineribus ad Arioviſtum contendit. Quum tridui viam proceſſiſſet, nuntiatum eſt ei, Arioviſtum cum ſuis omnibus copiis ad occupandum Veſontionem, quod eſt opidum maximum Sequanorum, contendere, triduique viam à ſuis finibus proceſſiſſe. Id ne accideret, magnopere præcavendum ſibi Cæſar exiſtimabat: namque omnium rerum, quæ ad bellum uſui erant, ſumma erat in eo opido facultas, idque naturâ loci ſic muniebatur, ut magnam ad ducendum bellum daret facultatem: propterea quod flumen Alduaſdubis, ut circino circumductum, penè totum opidum cingit, reliquum ſpatium, quod non eſt amplius pedum DC, quà flumen intermittit, mons continet magnâ altitudine, ita ut radices ejus montis ex utraque parte ripæ fluminis contingant: hunc murus circumdatus arcem efficit, & cum opido conjungit. Huc Cæſar magnis diurnis nocturniſque

videtur. Hi autem Suevi Cæſaris ſunt iidem, qui Catti Tacito aliiſque autoribus. *Cluver.*

Veſontionem] *Viſontio*, Antonino; *Veſuntium*, Ammiano; Οὐισόντιον Ptolomæo; hodie *Beſançon* dicta: civitas eſt in Comitatus Burgundiæ umbilico, Libera, Imperialis, Metropolitana: ſitum quem Cæſar deſcribit, etiamnum fere retinet, præterquam quod fluvius eam nunc magnâ ex parte interſecet; accepto ponte; ut pars occidentalior poſt tempora Cæſaris accreviſſe videatur. Urbs hoc tempore magnifica, ad inſultus hoſtium ſuſtinendos & propulſandos, cum natura, Dubis beneficio, tum validiſſimis propugnaculis mirum in modum munita; ſilvoſis vitiferiſque montibus egregie cincta, piſcium fructuumque delicatiſſimorum affluentia valde dives. Frumentorum autem ubertate tam beata, ut ager ejus ſuburbicarius totius Burgundiæ granarium ſit. *Merula.*

Alduaſdubis] Vulgo *Doux*. Oritur ex monte Jura, paulo ſupra pagum amœniſſimum, quique inſtar opidi, Motam: cœpto à Meridie in Septemtrionem curſu, per Pontium Lacum lapſus, nonnullis anfractibus prætergreſſus Pontarium, Mortuam, & Vaſrum, Fanum petit S. Hippolyti; unde in Occidentem flexus, ad pagum *Chaſtelot* verſus Africum tendens, Veſontionemque permeans, &, facta ad Dolam inſula, poſt multas ambages receptoſque fluvios, prope Virdunum Arari commiſcetur. *Idem.*

Hunc murus] Conſpiciuntur hujus muri reliquiæ ingentes hodie ad D. Stephani montem. Initium illi à porta ſciſſa, vulgo *Taillée*, quæ eſt Mali Paſſus, vulgo *Maupas*. *Idem.*

Præ-

que itineribus contendit; occupatôque opidô, ibi præſidium collocat. Dum paucos dies ad Veſontionem, rei frumentariæ commeatuſque cauſſâ, moratur; ex percunctatione noſtrorum, vocibuſque Gallorum, ac mercatorum, qui ingenti magnitudine corporum Germanos, incredibili virtute, atque exercitatione, in armis eſſe prædicabant, ſæpenumero ſeſe cum iis congreſſos, ne vultum quidem atque aciem oculorum ferre potuiſſe; tantus ſubito timor omnem exercitum occupavit, ut non mediocriter omnium mentes animoſque perturbaret: hic primum ortus eſt à tribunis militum, ac præfectis, re-

Præſidium collocat] *Dictum præſidium eſt, quod præſidebant aliquo in loco, extra caſtra, quo tutior regio eſſet.* Varro. Nec tantum ſic vocabantur cohortes urbem quandam defendentes, verum etiam locus ipſe munitus. *Turneb.*

Ingenti magnitudine corporum Germanos, incredibili virtute] Cauſam magnitudinis infra Cæſar hanc eſſe dicit, quod lacte victitant, multumque in venationibus ſunt. Verùm jam dudum apud bene ſentientes conſtat: qui exuſtas à ſole mundi partes incolunt, ita caloris exuberantiâ in extimis torreri, ut intima frigoris plurimum concipiant. Proinde inſigniter ad timiditatem degenerare, & effœminatiorem naturam: dilabitur enim intimus calor meatibus corporum laxatis, & quodammodo hiantibus, ſideris propinqui intemperantiâ. At qui rigentia mundi, pruinis geluque torpentia terunt, audaciâ præcellunt, & magnitudine corporum & candore. Cæleſtium rerum ſtudioſi aliquot, Saturno acceptam referunt meridianorum timiditatem, vitamque ævi contractioris: ſicuti Martis planetæ Septemtrionalium ardorem bellicum & animi præſtantiam. Hinc eſt, quod Germaniæ incolæ immanes animis ſunt atque corporibus, & ad inſitam feritatem vaſte utraque exercent. Ita Manilius:

Flava per ingentes ſurgit Germania partus.

Duritiam feritatemque ex eô conjicere licet, quod, priuſquam pubertatem attigerint, nuditate gaudentes, plurimum operimenta neſcivere. Virilitatem ingreſſi ſagis vel arborum libris ſe veſtiverunt, etiam cum obrigeſcerent hyemali ſævitiâ, vel parvis rhenonum tegumentis, magnâ ſic quoque parte corporis nuda. *Rhodigin.*

Tantus ſubito timor omnem exercitum] Hunc locum ita Dio expreſſit: *Interim milites, cum nuntiatum eſſet, Arioviſtum magno conatu ſe ad bellum parare, multitudoque alia Germanorum ei auxilio venientium, partim jam Rhenum tranſiviſſe, partim ad ipſum fluvium in inſidiis conſediſſe diceretur, à quibus repente invaderentur, ingens triſtitia occupavit. Ita enim magnitudo corporum, multitudoque, tum audacia, minæque hoſtium ab ea profectæ, terruerant, ut ſibi non cum hominibus, ſed immanibus ac ſævis belluis rem futuram putarent.*

A tribunis militum] *Denominati ſunt Tribuni à Tribu, tribuendoque jure: quia præſunt militibus, quos ex Tribu primus Romulus legit.* Vegetius. Hi tametſi à primis originibus terni ex ſingulis tribubus, Ramnenſi, Tatienſi & Luceri, crearentur; tamen militari lege, ut ſingulis quatuor legionibus ſeni ac deni Tribuni præeſſent, ſancitum erat. Qui licet à Coſ. & ſummis ducibus antea eligerentur, poſt aliquot ætates, ut mili-

reliquiſque, qui ex urbe, amicitiæ cauſſà, Cæſarem ſecuti, magnum periculum miſerabantur, quod non magnum in re militari uſum habebant: quorum alius aliâ cauſsâ illatâ, quam ſibi ad proficiſcendum neceſſariam eſſe duceret, petebat, ut ejus voluntate diſcedere liceret; nonnulli pudore adducti, ut timoris ſuſpicionem vitarent, remanebant: hi neque vultum fingere, neque interdum lacrymas tenere poterant, abditi in tabernaculis aut ſuum fatum querebantur; aut cum familiaribus ſuis commune periculum miſerabantur. Vulgo totis caſtris

militari ſuffragio & prærogativa crearentur, militibus munus datum fuit. Lapſis mox temporibus, ut Populi ſuffragio & Tribuni rogatione fierent, lege cautum fuit. *Alexander ab Alexandro.* At cum minus idonei crearentur per ambitum & gratiam, Populus excluſus. Id autem non diuturnum; Populus jus repetiit, ita ut parem numerum Tribunorum Conſules & Populus crearent:ex quibus qui à Coſ. in exercitu creabantur,Rufuli,mox Rutuli nuncupati; eo quod Rutilius Rufus Coſ. de illorum imperio primus tuliſſet: qui à Populo, comitiati, quod ejus juſſu in comitiis deſignabantur: Erant autem Equites & Plebeii: plures ex equitibus, non raro & ex Senatoribus, præſertim graviore bello; alioquin contra, gradus hic ad ſenatorium ordinem erat. Atque hinc diſcrimen Tribunorum, ut quidam Laticlavii, quidam Anguſticlavii: illi qui ex Senatu: iſti qui ex Equite nati. Laticlaviorum ordo præſtantior. Utrumque genus ambitioſe petitum & datum; & quo pluribus gratificari poſſet, factum ſemeſtre. *Lipſius.* Fuit priſci moris, cum Princeps ad tribunatum quempiam eveheret, ut gladium illi in manus traderet: quo ſignabatur in milites jure militari imperium. Cujus edicti verba ſic habent: *Milites, quibus juſſi erunt, parento, eorumque Tribuni ſunto.* Munus Tribunorum erat, caſtrorum & exercitus curam agere, ne ſine munimento, ſine cuſtodiis ſint, pervigiles excubias jubere, milites ad ſolenne jusjurandum adigere, ſtationem in caſtrorum principiis habere, ibidemque tribunal & jura dare, in contumaces milites Romani vel Latini nominis, non virgis, ut Prætores & Conſules, ſed vitibus, animadvertere, in externos fuſtibus. Nemo verò veteri inſtituto ad tribunatum admitti poterat, niſi prius alam duxiſſet: nec alam ducere niſi cohorti præfuiſſet: ſiquidem cohors ala inferior. *Alexander ab Alexandro.*

Qui ex Urbe amicitiæ cauſa Cæſarem ſequuti] Erant hi, Plutarcho teſte, nobiles & clari juvenes, qui Cæſari in Gallicâ expeditione ſe adjunxerant luxus lucrique cauſa.

Hi neque vultum fingere] Vultum fingit, qui ad rationem præſentis temporis vel negotii vultum componit, cum aliud in pectore ſentiat. *Glandorp.* Sic apud Terentium ſenex de ſervo veteratore: *vultus*, inquit, *hominum fingit ſcelus.* Montan.

Abditi in tabernaculis] Dicta videntur tabernacula, quod in hibernis & perpetuis illis caſtris ex aſſeribus & tabulis conſtarent, licet vulgo e corio & pelle. Hæc denominatio non abſona quidem eſt: ſed revera ita appellantur non à materia, verum forma & uſu ſimili potius, nempe quod ſint tabernæ caſtrorum. *Lipſius.*

Vulgo totis caſtris teſtamenta obſignabantur] Romani olim duobus ſunt uſi teſtan-

ſtris teſtamenta obſignabantur. Horum vocibus, ac timore, paulatim etiam ii, qui magnum in caſtris uſum habebant, milites centurioneſque, quique equitatui præerant, perturbabantur. Qui ſe ex his minus timidos exiſtimari volebant, non ſe hoſtem vereri, ſed anguſtias iti-

teſtandi modis: Uno in pace & ocio;id ipſum fiebat in comitiis calatis: altero, cum in prælium exituri eſſent, id in procinctu dicebant. De hiſce agitur §. 1. *Inſt. de Teſt. ordinand.* & *ibi* Theoph. & *communiter* DD. & apud Gell. *lib.* 15 *noct.* Plutarch. in Coriolani vita. Acceſſit poſt, ne cives inteſtati cogerentur decedere, cum comitia non habebantur, tertius, per æs & libram, per imaginariam quandam venditionem, præſentibus quinque teſtibus & libripende, civibus Romanis puberibus, & familiæ emtore. Hi modi paulatim in deſuetudinem abiere. Succeſſerunt alii duo, ſolennis ac non ſolennis. Solennis deſcriptus eſt in *l. hac conſultiſſ.* 21. *C. de Teſt.* §. *ſed cum* 3. *Inſt. eod.* ac neceſſario obſervandus erat ab omnibus paganis, niſi privilegium iis ſingulare eſſet datum. Privilegium vero fuit collatum parentibus, ſi inter liberos teſtarentur. *l. fin. C. Fam. erciſc.* ruſticis, quibus penuria teſtium erat. *l. fin. C. de Teſtam.* morbo contagioſo laborantibus. *l. Caſus.* 8. *C. eod.* Parentibus omnes ſunt remiſſæ ſolennitates, aliquæ reliquis. Non ſolennis modus ad milites ſpectat. Hi quomodo volunt, poſſunt, uti Cæſar primus conſtituit. *l.* 1. *D. de Teſtam. milit.* & poſt eum Auguſtus, Titus, Domitianus, Nerva, Trajanus. *pr. Inſt. Quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam. d. l.* 1. *l. Divus.* 24. *D. de Teſtam. milit.* §. 1. *Inſt. eod.* Adeo quidem libera fuit poteſtas data militibus, ut & in vagina, in clypeo, literis ſanguine ſuo rutilantibus heres ab iis ſcribi poſſet, quin imo & in pulvere notaretur recte gladio, ſub ipſo tempore, quo in prælio vitæ ſortem relinquunt, uti patet ex ſanctione Conſtantini ad populum. Teſtibus opus non eſt niſi duobus, ſi non ſcripto, quod probari poterat, condidiſſent teſtamentum. Ratio privilegii eſt in periculorum frequentiâ ac utili, quam præſtant reipubl., operâ. Tali itaque modo milites fuiſſe teſtatos in caſtris Cæſaris, quoniam mors certa expectabatur, dubium eſſe non poteſt.

Verba, *teſtamenta obſignabantur*, non accipio, ac ſi teſtamenta eſſent ſignorum impreſſione ex neceſſitate juris ſignata (id enim non requirebatur ex conſtitutione Cæſaris), ſed quod tabulæ ultimarum voluntatum eſſent confectæ: Ita enim verbum obſignare accipitur frequenter. Vel dici poteſt, quod de facto milites quoque ſignaverint tabulas. Non enim utimur nimis præciſe privilegiis nobis conceſſis, verum ſolemus in talibus ad certitudinem rei geſtæ ac veritatem oſtendendam cautiones etiam abundantes adhibere. Verba denique, *totis Caſtris*, ſic intelligo, quod ob imminentia pericula ubique per tota caſtra ultimæ voluntates ordinarentur, aut quod fierent teſtamenta publicè quaſi in conſpectu omnium qui in caſtris erant: quo facit §. 1. *verbis: convocatis hominibus. de milit. teſtam. & d. l. divus.* 24. *D. eod.* Schotanus.

Centurioneſque] Eligebantur à Tribunis juſſu Conſulum aut permiſſu Centuriones: præerantque ſingulis manipulis duo, alter altero dignior, is nempe qui prior electus: duplex enim electio erat, vel prima vel ſecunda: prima triginta Centuriones creabantur; totidem altera: nempe decem primo in Triariis, decem in Principibus, & totidem in haſtatis: in tota autem legione ſexaginta; erant enim triginta manipuli in legione. *Lipſius.*

itineris, & magnitudinem ſilvarum, quæ inter eos atque Arioviſtum intercederent, aut rem frumentariam, ut ſatis commodè ſupportari poſſet, timere dicebant. Nonnulli etiam Cæſari renuntiabant, cùm caſtra movere, ac ſigna ferri juſſiſſet, non fore dicto audientes milites: neque propter timorem ſigna laturos. Hæc quum animadvertiſſet Cæſar, convocatô conciliô, omniumque ordinum ad id concilium adhibitis centurionibus, vehementer eos incuſavit: primum, quod aut quam in partem, aut quô conſiliô ducerentur, ſibi quærendum aut cogitandum putarent. Arioviſtum, ſe conſule, cupidiſſime populi R. amicitiam appetîſſe. Cur hunc tam temere quiſquam ab officio diſceſſurum judicaret? ſibi quidem perſuaderi cognitis ſuis poſtulatis, atque æquitate conditionum perſpectâ, eum neque ſuam, neque populi R. gratiam repudiaturum: quod ſi furore atque amentiâ impulſus bellum intuliſſet, quid tandem vererentur? aut cur de ſua virtute, aut de ipſius diligentiâ deſperarent? factum ejus hoſtis periculum, patrum noſtrorum memoriâ, quum Cimbris & Teutonis à C. Mario pul-

Ut ſatis commode] Pro *ne ſatis*. Ita Terentius: *Firmæ hæ vereor ut ſint nuptiæ*. *Montan.*

Convocato concilio, omniumque ordinum adhibitis centurionibus] Inter Centuriones nullus in conſilium militare veniendi jus habebat, niſi Primopilus, & cum illo primus Princeps & Haſtatus. Etſi interdum, ut hoc loco, omnium ordinum Centuriones advocati ſint, ſed pro tempore, & arbitrio Ducis magis, quàm more. *Lipſ.* Quod ad ordines: Centuriones Triariorum digniores erant, quam Principum; Principumque, quam Haſtatorum; & primo electi, quam ſecundo; & in nona cohorte, quam in decima; inque octava, quam nona; & ſic porro. *Montan.*

Quod aut quam in partem, aut quo conſilio ducerentur, ſibi quærendum aut cogitandum] Sic eſt: Imperatori hoc incumbit. Ita Paulus Conſul ad milites: *Unum Imperatorem in exercitu providere, & conſulere quid agendum ſit, debere, nunc per ſe, nunc cum iis quos advocaverit in conſilium; qui non ſunt advocati, eos nec palam nec ſecreto jactare ſua conſilia.* teſte Livio. *Montan.*

Arioviſtum ſe Conſule cupidiſſime P. R. amicitiam appetîſſe] Imo Cæſar pro Arioviſto in Senatu, & apud populum, loquutus eſt, cum fœdus ſocietatemque poſtularet; *Dione teſte.* Montan.

Factum ejus hoſtis periculum Patrum noſtrorum memoriâ] Acta nimirum hæc erant ante annos XLIV: anno enim ab U.C. DCL, Marius, IV Coſ., Teutonos, ſequentique anno Cimbros, profligavit: & Cæſar bellum hoc inſtruebat anno DCXCIV. *Montan.*

A C. Mario] Fuit hic perobſcuris pauperibuſque parentibus natus, & qui ope-

pulſis, non minorem laudem exercitus, quàm ipſe imperator, meritus videbatur: factum etiam nuper in Italiâ, ſervili tumultu; quos tamen aliquis uſus ac diſciplina,

opere faciundo ſe alerent, patre C. Mario, matre Fulciniâ. Magnus jam ſtatim in adoleſcentiâ habitus eſt: cùm enim Scipio Numantiam obſidens, in cœna de ducibus ſermone oborto, interrogaretur, quemnam ipſo defuncto ſimilem eſſet ducem Populus Romanus habiturus: Marii humerum leviter manu percutiens, Hunc fortaſſis, reſpondit. Ferunt, hâc voce Marium, tanquam divino oraculo, erectum in amplam ſpem, ad Rempubl. ſe contuliſſe, operâque uſum Cæcilii Metelli, Tribunum Plebis creatum fuiſſe. Inde per gradus aſcendit. Metello legatus in Numidiâ, criminando eum, conſulatum adeptus. Jugurtham captum ante currum egit. In proximum annum conſul ultro factus, Teutones in Galliâ apud aquas Sextias, Cimbros in Italiâ, in campo Caudio, vicit, deque his triumphavit. Sexies conſul per ordinem factus, cum Sulpicia rogatione provinciam Sullæ eriperet, armis ab eo devictus, Minturnis

Exul limoſâ caput abdidit ulvâ:

Inventus & in carcerem conjectus, Gallum equitem, ſtricto gladio ingreſſum ad recumbentem in cubiculo umbroſo, oculis multas flammas vibrantibus deterruit: quô viſô, & voce auditâ; Tune homo C. Marium necare audes? barbarus abjecto enſe per fores ſe proripuit, id tantum vociferans, Non poſſum C. Marium occidere. Tanto diſcrimine divinitùs liberatus, acceptâ à Minturnenſibus naviculâ, in Africam trajecit, & diu ibi exſulavit. Mox Cinnanâ dominatione revocatus, ruptis ergaſtulis exercitum fecit: cæſiſque inimicis injuriam ultus eſt. At vero laboribus curiſque confectus, & metu futurorum, & præſentium faſtidio, in morbum laterum incidit. Alii cum voluntariâ morte, ſeptimo conſulatu, deceſſiſſe: alii ſeptem continuis diebus decubuiſſe & ita exſpirâſſe, ferunt. *Montan.*

Non minorem laudem exercitus, quam ipſe imperator] Id eſt, non minorem laudem deberi exercitui Cæſaris, ipſique Cæſari Imperatori, ob deletos Helvetios, quam Mario, ejuſque exercitui, ob pulſos Cimbros. *Ciacconius.* De interpretatione autem hâc quid ſentiendum, in propatulo eſt. Nobis certè inſulſa & detorta. *Montan.*

Nuper in Italia ſervili tumultu] Lentulus quidam Barbatus Capuæ magnam familiam alebat gladiatorum: qui à Spartaco quodam Thrace perſuaſi, ut pro ſuâ potius libertate, quàm ſpectatorum voluptate, dimicarent, effracta cuſtodia, & armis, quæ viatoribus obviis eripuerant, inſtructi: ſimulque ſervis ad vexillum & auxilium vocatis, quum ſtatim decem amplius millia coiiſſent hominum, montem Veſuvium occuparunt. Ibi à Clodio Glabro obſeſſi, per fauces cavi montis vitigineis delapſi ſunt vinculis; & ad imas ejus radices deſcendere: & exitu invio, nihil tale opinantis ducis ſubito impetu caſtra rapuere. Inde Campaniam pervagantes, villas & vicos, Nolam & Nuceriam pluresque urbes terribili ſtrage populati ſunt. Affluentibus in diem copiis, quum jam eſſet juſtus exercitus, è viminibus pecudumque tegumentis inconditos ſibi clypeos; è ferro ergaſtulorum recocto gladios ac tela, fecerunt: domitis obviis gregibus equitatum paraverunt. Sed mox Crixus Spartaci ſocius ad Garganum montem à Gellio conſule una cum XXX M oppreſſus eſt: cujus manibus, trecentis ex Gellii & Lentuli Coſſ. exercitu captivis, Spartacus parentavit. Ab eôdem, per Apenninum in Galliam properante, Lentulus, qui veſti-

na, quam à nobis accepiſſent, ſublevaret: ex quo judicari poſſet, quantum haberet in ſe boni conſtantia: propterea quod, quos aliquandiu inermes ſine cauſsâ timuiſſent, hos poſtea armatos, ac victores, ſuperâſſent: denique hos eſſe Germanos, quibuſcum ſæpenumero Helvetii congreſſi non ſolum in ſuis, ſed etiam in illorum finibus, plerumque ſuperaſſent, qui tamen pares eſſe noſtro exercitui non potuerint. Si quos adverſum prælium, & fuga Gallorum, commoveret, hos, ſi quærerent, reperire poſſe, diuturnitate belli defatigatis Gallis, Arioviſtum, quum multos menſes caſtris ac paludibus ſe continuiſſet, neque ſui poteſtatem feciſſet, deſperantes jam de pugnâ, & diſperſos, ſubito adortum, magis ratione ac conſilio, quàm virtute, viciſſe: cui rationi contra homines barbaros atque imperitos locus fuiſſet; hâc ne ipſum quidem ſperare noſtros exercitus capi poſſe. Qui ſuum timorem in rei frumentariæ ſimulationem, anguſtiaſque itinerum conferrent, facere arroganter; quum aut de officio Imperatoris deſperare, aut ei præſcribere viderentur: hæc ſibi eſſe curæ; frumentum Sequanos, Leucos, Lingones, ſubminiſtrare; jam-

veſtigiis illius inhærebat, & Gellius, qui iter ei intercludebat, caſtris exuti ſunt: & apud Mutinam C. Caſſius itidem victus, ægrè elapſus eſt. Tandem Licinius Craſſus prætor primum cum parte fugitivorum, quæ ex Gallis Germaniſque conſtabat, feliciter pugnavit; cæſis hoſtium XXXV millibus, & duce eorum Granico: deinde etiam cum Spartaco bellavit; occiſis cum ipſo XL millibus. Et ille tumultus ſervilis, de quo hic Cæſar. Dicit autem *nuper:* ſic eſt: geſtum enim eſt hoc bellum circa annum U. C. DCLXXX. *Montan.*

Inermes] Servi enim quum auxilio vocati à Spartaco adeſſent, inermes erant: poſtea tamen ex ferro exgaſtulorum recocto, ut dictum, gladios & tela fabricarunt. *Montan.*

Arioviſtum, cum multos menſes] Loquitur de pugna Amagetobriæ facta, de qua paulo ſuperius mentionem fecit. *Montan.*

Ne ipſum quidem ſperare] *Sperare* ἄκυρον hic pro timere, quomodo Græci ſuum ἐλπίζειν uſurpant: idem poëtis ſolenne. Sic Terent. *Nam quod tu ſperas, propulſabo facile.* Brantius.

Leucos] Populi, finitimi Lingonibus, & Sequanis, ac Mediomatricibus (qui hodie Metenſes), Belgis attribuuntur, & Trevirenſi provinciæ. Hoc tempore Tullenſes dicti: Civitas eorum *Toul* epiſcopalis eſt, in Lotaringia regione, *Marliano* teſte. Vocat hanc urbem Ptolomæus Tullum: ut & itinerarium Antonini. Putat autem Leucos vernaculè appellatos *de Lutzen*, & latè impe-

jamque eſſe in agris frumenta matura: de itinere ipſos brevi tempore judicaturos. Quod non fore dicto audientes, neque ſigna laturi dicantur, nihil ſe eâ re commoveri: ſcire enim, quibuſcunque exercitus dicto audiens non fuerit; aut, male re geſtâ, fortunam defuiſſe; aut, aliquo facinore comperto, avaritiam eſſe convictam: ſuam innocentiam perpetuâ vitâ, felicitatem Helvetiorum bello eſſe perſpectam. Itaque ſe, quod in longiorem diem collaturus eſſet, repræſentaturum, & proximâ nocte de quartâ vigiliâ caſtra moturum, ut quamprimum intelligere poſſet, utrum apud eos pudor atque officium, an timor, plus valeret. Quod ſi præterea nemo ſequatur, tamen ſe cum ſolâ decimâ legione iturum: de quâ non dubitaret; ſibique eam Prætoriam cohortem futuram. Huic legioni Cæſar & indulſe-

imperâſſe, & ab iis Lutſeburgi celebris opidi nomen ortum, quaſi *der Lutzen borch*, *Divaus*. Ita de Leucis Lucanus:

Optimus excuſſo Leucus Rhemuſque lacerto. Montan.

Innocentiam perpetuâ vitâ, felicitatem Helvetiorum bello] Primus Manutius hunc locum ita emendavit: antea enim exemplaria habebant, *perpetua vitæ felicitate*: quod ſuperiori non reſpondet, neque felicitatis perpetuitas in omni vita ad bellicam fortunam pertinet. Innocentiam autem hic avaritiæ oppoſuit. *Hotoman.*

Quod in longiorem diem eſſet collaturus] Epilogus hic affectuum militarium pleniſſimus eſt. Miros namque ad deponendum timorem in animis eorum aculeos relinquit, dum ait, ſe periculum facturum è veſtigio, utrum pudor, an officium militare plus apud eos poſſet, an timor ex vanis rumoribus incuſſus. *Rhellicanus.*

Repræſentaturum] *Repræſentare* Latinis eſt, præſens oculis oſtendere, ſeu in rem præſentem perducere, Græci παρίστημι, vel παρεμφαίνω vocant. Aliquando eſt reddere vel referre. Sic Suetonius: *repræſentaturus pro opera dignam cuique mercedem.* Etiam vocabulum juris eſt, & ſumitur pro ante diem præſtare, aut facere. *Hotoman.*

Decimâ legione] *Sic ſecundum ordinem delectuum Romanæ legiones nominabantur.* Dion. Aſtutum autem hoc Cæſaris conſilium, qui ut quorundam ignaviam caſtigaret, cum decima legione ſe iturum prædicat, *quo conſecutus eſt, ut decimam tanquam præcipuæ fortitudinis teſtimonio cogeret, & cæteros puderet, ne penes alios gloria virtutis eſſet:* ut habet Frontinus. *Montan.*

Prætoriam cohortem] *Dicta eſt Prætoria cohors, quod à Prætore non diſcederet. Scipio enim Africanus primus fortiſſimum quemque delegit, qui ab eo in bello non diſcederent, & cætero militiæ munere vacarent, & ſeſquiplex ſtipendium acciperent.* Feſtus. Ideo vero appellata Prætoria, & non conſularis aut proconſularis cohors, *quod veteres omnem magiſtratum, cui pareret exercitus, Prætorem appellarunt; atque inde prætorium.* Aſconius. In hoc genus fere adoptati & aſcripti amici & voluntarii; etſi alii for-

ſerat præcipuè, & propter virtutem confidebat maximè. Hâc oratione habitâ, mirum in modum converſæ ſunt omnium mentes, ſummaque alacritas & cupiditas belli gerendi innata eſt: princepſque decima legio per tribunos mil. ei gratias egit, quod de ſe optimum judicium feciſſet; ſeque eſſe ad bellum gerendum paratiſſimam confirmavit. Inde reliquæ legiones per tribunos mil. & primorum ordinum centuriones egerunt, uti Cæſari ſatisfacerent: ſe neque umquam dubitâſſe, neque timuiſſe, neque de ſumma belli ſuum judicium, ſed Imperatoris eſſe, exiſtimaviſſe. Eorum ſatisfactione acceptâ, & itinere exquiſito per Divitiacum, quod ex aliis Gallis ei maximam fidem habebat, ut millium amplius quadraginta circuitu locis apertis exercitum duceret, de quartâ vigi-

fortibus potius viris implebant. Hi dicti prætoriani; eorum arma thoraces ſquammei & ſcuta imbricata. Veteres unam ſolam habebant prætoriam cohortem, & nec omnes: poſtea per bella civilia auctæ: quo exemplo Auguſtus Romæ circa ſe habuit novem prætorias cohortes, firmamentum imperii, & poſtea peſtem. *Lipſius.* Cohors autem vox Græcanica eſt; χόρτος enim Græcis eſt περιορισμὸς καὶ περιχώρημα: ſic Homerus: αὐλῆς ἐνὶ χόρτῳ, de ſepto & ambitu: quod Latini cohortem vel chortem vocant. Nam & ſic ſcribebant, & antiqui lapides docent. Varro tamen derivat à coërcendo: *quod circa eum locum pecus coërceretur.* Turnebus. Habuit vero cohors tres manipulos, unum haſtatorum, alterum Principum, & tertium Triariorum. *Lipſius.*

Converſæ ſunt omnium mentes] *Quamquam nonnulli diverſum ſentirent, tamen non modo contradixit nemo, ſed aſſenſi ſunt omnes: iique inprimis, qui Cæſari ſuſpecti erant, quaſi rumorum eorum, quos ipſis objecerat, autores eſſent.* Dion. Hoc loco videre licet, elogium Tranquilli de Cæſare verum eſſe, cum dicit: *eum milites ſibi adeo obſequentes habuiſſe, ut ſeditionem per decem annos Gallicis in bellis nullam moverint.* Montan.

Primorum ordinum Centuriones] Hi ſunt Centurio Primipili, Primus Princeps, Primus Haſtatus; quorum maxima dignitas erat in legione. *Hotoman.*

Uti Cæſari ſatisfacerent] Qui apud Romanos de injuriâ factâ aut maledicto ſe volebant purgare, jurejurando id faciebant. Duplici autem modo ea res tranſigebatur: interdum enim jurabant, ſe non feciſſe: interdum ſatisfaciebant. Hoc ſenſu Martialis:

Nil in te ſcripſi, Bithynice: credere non vis,
Et jurare jubes: malo ſatisfacere.

Interdum non nudis verbis, ſed & jurejurandô interpoſitô ſatisfaciebant. Et ita Alcmena, apud Plautum:

——— *quin ego illum aut deſeram,*
Aut ſatisfaciat mihi: atque adjuret inſuper
Nolle eſſe dicta.

Jupiter autem jurgii autor his verbis Alcmenæ ſatisfacit:

Per dextram tuam te, Alcmena, oro, obſecro,
Da mihi hanc veniam, ignoſce, irata ne ſies.

Jusjurandum etiam addit:

Ma-

vigiliâ, uti dixerat, profectus eſt. Septimo die, quum iter non intermitteret, ab exploratoribus certior factus eſt, Arioviſti copias à noſtris, millibus paſſuum IV & XX abeſſe. Cognito Cæſaris adventu Arioviſtus legatos ad eum mittit: quod antea de colloquio poſtulaſſet, id per ſe fieri licere, quoniam propius acceſſiſſet, ſeque id ſine periculo facere poſſe exiſtimaret. Non reſpuit conditionem Cæſar: jamque eum ad ſanitatem reverti arbitrabatur, quum id, quod antea petenti denegâſſet, ultro polliceretur, magnamque in ſpem veniebat, pro ſuis tantis, populique R. in eum beneficiis, cognitis ſuis poſtulatis, fore uti pertinaciā deſiſteret. Dies colloquio dictus ex eo die quintus. Interim, quum ſæpe ultro citroque legati inter eos mitterentur, Arioviſtus poſtulavit, ne quem peditem ad colloquium Cæſar adduceret, vereri ſe, ne per inſidias ab eo circumveniretur: uterque cum equitatu veniret: aliâ ratione ſe non eſſe venturum. Cæſar, quod nec colloquium, interpoſitâ cauſâ, tolli volebat, neque ſalutem ſuam Gallorum equitatu committere audebat; commodiſſimum eſſe ſtatuit, omnibus equis Gallis equitibus detractis, legionarios eo milites legionis decimæ, cui quammaxime confidebat, imponere; ut præſidium quamamiciſſimum, ſi quid opus facto eſſet, haberet: quod quum fieret, non irridiculè quidam ex militibus decimæ legionis dixit; Plus, quàm pollicitus eſſet, Cæſarem facere: pollicitum, in cohortis prætoriæ loco decimam legionem habiturum, ad equum reſcribere. Planities erat magna, & in ea tumulus terreus ſatis grandis: hic locus æquo fere ſpatio ab caſtris utriſque aberat. Eò, ut erat dictum, ad colloquium

Mane, arbitratu tuo jusjurandum dabo. Briſſonius.

Aſconio verò *ſatisfacere eſt, tantum facere, quantum ſatis ſit irato ad vindictam.* Montan.

Ad equum reſcribere] Eſt reſcribere militare verbum. Nam *ſcribi* legiones dicuntur, cùm inſtituuntur. *Reſcribi* verò, cùm ordo earum mutatur, ut, ſi ex pedeſtribus copiis equeſtres fiant. *Hotoman.*

Prius

quium venêrunt. Legionem Cæſar, quam equis devexerat, paſſibus cc ab eo tumulo conſtituit: item equites Arioviſti pari intervallo conſtiterunt. Arioviſtus, ut ex equis colloquerentur, &, præter ſe, denos ut ad colloquium adducerent, poſtulavit. Ubi eò ventum eſt, Cæſar, initio orationis, ſua Senatuſque in eum beneficia commemoravit; quod rex appellatus eſſet à Senatu, quod amicus, quod munera ampliſſima miſſa; quam rem & paucis contigiſſe, & à Romanis pro maximis hominum officiis conſueviſſe tribui docebat: illum, quum neque aditum, neque cauſſam poſtulandi juſtam haberet, beneficio ac liberalitate ſuâ ac Senatus, ea præmia conſecutum. Docebat etiam, quam veteres, quamque juſtæ cauſſæ neceſſitudinis ipſis cum Æduis intercederent; quæ Senatusconſulta, quoties, quámque honorifica in eos facta eſſent: ut omni tempore totius Galliæ principatum Ædui tenuiſſent. prius etiam, quam noſtram amicitiam appetiſſent. Populi R. hanc eſſe conſuetudinem, ut ſocios atque amicos non modo ſui nihil deperdere, ſed gratiâ, dignitate, honore auctos velit eſſe. Quod verò ad amicitiam populi R. attuliſſent, id iis eripi, quis pati poſſet? Poſtulavit deinde eadem, quæ legatis in mandatis dederat, ne aut Æduis, aut eorum ſociis bellum inferret; obſides redderet: ſi nullam partem Germanorum domum remittere poſſet; at ne quos amplius Rhenum transire pateretur. Arioviſtus ad poſtulata Cæſaris pauca reſpondit; de ſuis virtutibus multa prædicavit, tranſiſſe Rhe-

Prius quam noſtram amicitiam appetiſſent] Quorum majores amici Populo R. fuerant, petebant ſecum *amicitiam ſocietatemque renovari:* qui nunquam ſocii fuerant & amici, *ut in amicitiam Pop. R. reciperentur.* Et id non populi exteræque nationes, ſed & Reges rogabant. Hoc autem potiſſimum verborum genere ſocietatem petentibus Senatus concedere ſolet; *Senatus juſſit illos vel illos in formulam ſociorum referri.* Plura vide ſuperius. *Briſſon.*

De ſuis virtutibus multa prædicavit] Habet tota hæc oratio Gallicam oſtentationem, cum linguæ quâdam intemperantiâ: quam Arioviſtus à Gallis quaſi mutuò ſumſerat, & in Gallis reprehendit Diodorus: *In colloquiis*, inquit, *parci & obſcuri, per involucra ſynecdochice pleraque enuntiantes. Tum multa hyperbolice*

Rhenum ſeſe non ſua ſponte, ſed rogatum & accerſitum à Gallis; non ſine magnâ ſpe, magniſque præmiis, domum propinquoſque reliquiſſe: ſedes habere in Gallia ab ipſis conceſſas, obſides ipſorum voluntate datos: ſtipendium capere jure belli, quod victores victis imponere conſueverint. Non ſeſe Gallis, ſed Gallos ſibi bellum intuliſſe: omnes Galliæ civitates ad ſe oppugnandum veniſſe, ac contra ſe caſtra habuiſſe; eas omnes copias uno abs ſe prælio fuſas ac ſuperatas eſſe: ſi iterum experiri velint, paratum ſe decertare: ſin pace uti malint, iniquum eſſe de ſtipendio recuſare, quod ſuâ voluntate ad id tempus pependerint. Amicitiam populi R. ſibi ornamento; & præſidio, non detrimento, eſſe oportere: idque ſe eâ ſpe petîſſe: ſi per populum R. ſtipendium remittatur, & dedititii ſubtrahantur; non minus libenter ſeſe recuſaturum populi R. amicitiam, quàm appetierit. Quod multitudinem Germanorum in Galliam tranſducat, id ſe ſui muniendi, non Galliæ impugnandæ, cauſſâ facere: ejus rei teſtimonium eſſe, quod, niſi rogatus, non venerit, & quod bellum non intulerit, ſed defenderit. Se prius in Galliam veniſſe, quam populum R. Nunquam ante hoc tempus exercitum populi R. Galliæ provinciæ fines egreſſum. Quid ſibi vellet? cur in ſuas poſſeſſiones veniret? Provinciam ſuam eſſe hanc Galliam,

bolicè ad ſuæ laudis amplificationem, aliorumque contemtum, jactant. Minaces præterea ſunt & elati, Tragicique exaggeratores. Montan.

Omnes Galliæ civitates] Elatoriè & militariter dictum, cum ab iis demum oppugnatus ſit, quæ in fide & clientelâ Æduorum erant. *Hotoman.*

Quod non bellum intulerit, ſed defenderit] Defenderit, id eſt, repulerit: eſt hæc verbi ſignificatio admodum propria; licet præter vulgatum uſum. *Lipſ.* Eodem modo apud Propertium:

Nympharum cupidas ſemper defende rapinas.

Se prius in Galliam veniſſe] Falſum hoc eſt: Venit enim in Galliam Arioviſtus anno demum ab U.C. DC. LXXIX. At à Romanis multo ante Ædui fratres & ſocii appellati ſunt. *Montan.*

Galliæ Provinciæ] Eſt ea Galliæ Narbonenſis portio, quæ P. R. pacata erat, & mari Liguſtico, Alpibus & magna ex parte Rhodano concluſa. Hodie in exiguâ parte, in qua Maſſilia & Aquæ Sextiæ, nomen ſuum mordicùs retinet. *Montan.*

Provinciam ſuam eſſe hanc Galliam, ſicut illam noſtram] Bene Arioviſtus; Ædui enim & Sequani certis cum illo

liam, ſicuti illam noſtram. Ut ſibi concedi non oporteret, ſi in noſtros fines impetum faceret; ſic iterum, nos eſſe iniquos, quod in ſuo jure ſe interpellaremus. Quod ex SC. Æduos appellatos amicos diceret; non ſe tam barbarum, neque tam imperitum eſſe rerum, ut non ſciret, neque bellô Allobrogum proximô Æduos Romanis auxilium tuliſſe; neque ipſos in his contentionibus, quas Ædui ſecum & cum Sequanis habuiſſent, auxilio populi R. uſos eſſe. Debere ſe ſuſpicari, ſimulatâ Cæſarem amicitiâ, quod exercitum in Galliâ habeat, ſui opprimendi cauſſa habere. Quod niſi decedat, aut exercitum deducat ex his regionibus; ſeſe illum non pro amico, ſed pro hoſte habiturum: quod ſi eum interfecerit, multis ſeſe nobilibus, principibuſque populi Roma-

legibus tranſegerant: ſi duriores fuerint, facilitatem potius aut fortunam accuſare debuerunt, quàm, nullâ novâ injuriâ læſi, bellum movere. Nec potuit Cæſar cauſam illorum ſuſcipere, quin ſimul injuſtitiæ damnaret Romanos, qui, quos ſemel ſubegerant, niſi pactis ſtarent ac bonâ fide parerent, puniebant ut rebelles. *Zevecot*. Provincia autem hoc loco eſt regio quæ vectigal ademptis legibus pendere jubetur, externoque Magiſtratui parere. Aliàs etiam ſignificat quamcunque terram, in quâ bellum adminiſtraret Romanus Imperator; ut & quamcunque publici muneris procurationem. *Montan.*

Neque bello Allobrogum proximo] Fuerunt varia bella. Primum Salyes in Maſſilienſes ab ortu, proximos fœderatos P. R., latrocinia exercebant; eam injuriam vindicant Romani. Poſt Salyes vero in Arvernos, Rutenos, Allobroges arma converſa; qui, ut potentiſſimi, huic bello nomen fecerunt Allobrogicum, ita ultimo à Fabio Maximo victi ſunt. Salyes per Fulvium Conſulem afflicti, per C. Sextium Calvinum Coſ. debellati ſunt eo loci, ubi & coloniam Sextius, ab aquarum copia, de ſuo nomine Aquas Sextias dictas, haud longe ſupra Maſſiliam, anno ab U.C. DCXXIX, condidit. Elapſum ex ea pugna Salyorum regem Allobroges recipiunt & protegunt, & Æduorum P. R. ſociorum agros devaſtant: quare bellum in ſe convertunt, & ipſi ſocios Arvernos quoque armant contra Romanos. Cn. Domitius Ahenobarbus Coſ. elephantis in prælio uſus, ex ipſorum exercitu ad Vindalium urbem, ubi Sulga & Rhodanus confluunt, XX millia cecidit, III millia cepit. *Stadius*. Cum autem hic dicitur *proximo bello*: non intelligendum eſt illud, quod Fulvius aut Sextius aut Ahenobarbus, aut Fabius geſſit; ſed quod Pomptinus. *Montan.*

Quod ſi eum interfecerit, multis ſe nobilibus] Inter hos Cato Uticenſis non poſtremus. Meminit Suetonius, & Plutarchus, Catonem in Senatu cenſuiſſe, Cæſarem oportere dedi Germanis, ob bellum injuſtè motum: ſed proſperè decedentibus rebus illum periculo ereptum. Quod cùm ipſe Cæſar præclarè noſſet, Anticatonem edidit. Præter Catonem autem infenſiſſimus Cæſari erat Bibulus collega ejus antehac in conſulatu: cui faſces fracti & verbera & vulnera incuſſa ſunt, ut & Tribunis ple-

mani, gratum eſſe facturum: id ſe ab ipſis per eorum nuntios compertum habere: quorum omnium gratiam atque amicitiam ejus morte redimere poſſet. Quod ſi diſceſſiſſet, ac liberam ſibi poſſeſſionem Galliæ tradidiſſet, magnum ſe illum præmio remuneraturum; & quæcunque bella geri vellet, ſine ullo ejus labore & periculo confecturum. Multa à Cæſare in eam ſententiam dicta ſunt, quare negotio deſiſtere non poſſet; &, neque ſuam, neque populi R. conſuetudinem pati, ut optimè meritos ſocios desereret; neque ſe judicare Galliam potius eſſe Arioviſti, quàm populi R. Bello ſuperatos eſſe Arvernos & Rutenos à Q. Fabio Maximo; quibus populus R. ignoviſſet, neque in provinciam rede-

plebis; dum Cæſari legem Agrariam promulganti obnituntur. Tum etiam inprimis L. Domitius; qui illi palam minabatur, Coſ. ſe, effecturum, quod Prætor nequiſſet, ademturumque ei exercitus. Nec minus odio Cæſarem habebant Cicero, Rabirius, Metellus, aliique: quia populi favorem quærens optimatium auctoritatem diminueret: quorum omnium gratiam redemturum ſe haud ſine ratione ejus morte Arioviſtus gloriatur. *Montan.*

Superatos Arvernos & Rutenos à Q. Fabio Maximo] De Arvernis vid. Pag. XXVIII. Ruteni, Ῥουτηνοὶ Straboni, Ῥουτανοὶ Ptolomæo, vulgo *de Rouërgue*; Populi ſunt Narbonenſi provinciæ vicini, non longe ab Arvernis & Santonibus. Urbs eorum Epiſcopalis eſt Segodunum, Ptolomæo Σεγόδουνον, Gregor. Turonenſi Rutena, hodie *Rodais*. Multa hæc à Saracenis, Gottis, Francis paſſa eſt: donec tandem in Francorum venit ditionem. Horum populorum, ut & Arvernorum Allobrogumque CXX millia occidit ad Varam flumen Fabius, & Allobrogibus in deditionem acceptis, bellum confecit. Bituitum ſive Betultum (ut nomen ejus in fragmento marmoreo legitur, quod anno M. D. LXIII erutum eſt) Regem Arvernorum captum in triumphum duxit. Teſtatur Oroſius, Fabium hunc adeo cum parvo exercitu occurriſſe Gallis, ut paucitatem Romanorum vix ad eſcam canibus, quos in agmine habebat, ſufficere poſſe Betultus jactaret. Notabile etiam eſt, quod accidiſſe hic Plinius refert: nempe Fabium laborantem quartanâ, liberatum in acie. Fuit autem hic Fabius ex gente patriciâ Fabiâ, in quâ vel Labeones, vel Pictores, vel Maximi. Maximi fere Quinti prænomine uſi ſunt. Coſ. cum L. Opimio anno ab U. C. DC. XXXII. Nepos Pauli Æmilii ex filio Q. Fabio Maximo Æmiliano, quem gens Fabia ſibi adoptaverat. *Montan.*

Huc pertinet fragmentum triumphi, quod in Bibliothecâ Farneſianâ:

Q. FABIUS. Q. ÆMILIANI. F. Q. N. AN. DC. MAXIMUS. PROCOS. DE. ALLOBROGIB. ET. REGE. ARVERNORUM. BETULTO. X. K. ...

Neque in provinciam redegiſſet] Solebat Senatus Romanus, acceptis ab Imperatore literis de regione in poteſtatem reductâ, de mulctâ ac præmiis victorum conſultare, ac quid fieri placeret, Imperatorem monere, decem aut quinque Legatis Senatoribus ad eum miſſis, ut ex illorum ſententiâ de hoſtili

degiſſet, neque ſtipendium impoſuiſſet: quod ſi antiquiſſimum quodque tempus ſpectari oporteret, populi R. juſtiſſimum eſſe in Galliâ imperium: ſi judicium Senatus ſervari oporteret, liberam debere eſſe Galliam, quam bello victam ſuis legibus uti voluiſſet. Dum hæc in colloquio geruntur, Cæſari nuntiatum eſt, equites Arioviſti propius tumulum accedere, & noſtros adequitare; lapides telaque in noſtros conjicere. Cæſar loquendi finem fecit; ſeque ad ſuos recepit; ſuiſque imperavit, ne quod omnino telum in hoſtes rejicerent: nam, etſi ſine ullo periculo legionis delectæ cum equitatu prælium fore videbat: tamen committendum non putabat, ut, pulſis hoſtibus, dici poſſet, eos à ſe per fidem in colloquio circumventos. Poſteaquam in vulgus militum elatum eſt, quâ arrogantiâ in colloquio Arioviſtus uſus, omni Galliâ Romanis interdixiſſet; impetumque in noſtros ejus equites feciſſent; eaque res colloquium diremiſſet: multo major alacritas, ſtudiumque pugnandi majus exercitui injectum eſt. Biduo poſt Arioviſtus legatos ad Cæſarem mittit, velle ſe de his rebus, quæ inter

ſtili regione ſtatueret. Quibus ille mandatis acceptis, aut ex certa Senatus voluntate, ſi ita præſcriptum fuerat; aut de communi decem Legatorum ſententia, victis gentibus aut ignovit, aut in Provinciæ formam redegit. In Provinciam redigebat, cum ademtis aut immutatis legibus eos omnino Magiſtratui Romano ſubjecit, ac vectigalia conventuſque conſtituit. Verùm non omnes Provinciæ civitates eôdem modô tractatæ ſunt: aliæ majoribus, aliæ minoribus commodis aut detrimentis pro ſingularum merito affectæ. Quæ conſtituta erant de univerſâ regione aut unâquâque urbe, Imperator, facto per præconem ſilentio, præconi fere pronuntianda mandabat, ac poſtremo, relicto præfecto Provinciæ, Romam decedebat. *Roſin.*

Neque ſtipendium impoſuiſſet] Stipendium quod victis imponebatur, erat vel certum, vel incertum. Certum, definita fere ſtipendii ſumma: & hoc proprie tributum, ſive ſtipendium: & qui hoc pendebant, ſtipendiarii nominati. Incertum, quod portubus rebuſque venalibus, paſcuis agriſque conſtitutum. *Idem.* Nec tantum illud ſtipendium, quod victi pendent; ſed etiam æs militare: quin & ſtipendium, ærumna, pœna & labor. Eô ſenſu Horatius:

Quis finis? aut quod me manet ſtipendium?

Sunt quoque ſtipendia, anni militiæ: unde, decem ſtipendia habere aut duodecim, legimus: quod eſt decem aut duodecim annis militâſſe. *Turneb.*

Liberam debere] Cùm liberæ relinquerentur domitæ gentes, permittebatur iis, ſuis uti legibus, ſuoſque Magiſtratus more patrio creare. *Montan.*

Civi-

inter eos agi cœptæ, neque perfectæ eſſent, agere cum eo: uti aut iterum colloquio diem conſtitueret: aut, ſi id minus vellet, ex ſuis legatis aliquem ad ſe mitteret. Colloquendi Cæſari cauſſa viſa non eſt, & eò magis, quod pridie ejus dici Germani retineri non potuerant, quin in noſtros tela conjicerent: legatum ex ſuis ſeſe magno cum periculo ad eum miſſurum, & hominibus feris objecturum exiſtimabat. Commodiſſimum viſum eſt, C. Valerium Procillum C. Valerii Caburi filium, ſummâ virtute & humanitate adoleſcentem (cujus pater à C. Valerio Flacco civitate donatus erat), & propter fidem, & propter linguæ Gallicæ ſcientiam, quâ multâ jam Arioviſtus, longinquâ conſuetudine, utebatur; &, quod in eo peccandi Germanis cauſſa non eſſet, ad eum mittere; & M. Mettium, qui hoſpitio Arioviſti uſus erat: his mandavit: ut, quæ diceret Arioviſtus, cognoſcerent, & ad ſe referrent. Quos quum apud ſe in caſtris Arioviſtus conſpexiſſet; exercitu ſuo præſente, clamavit: Quid

Civitate donatus erat] Jus civitatis à principio P. R. parciſſime dabat. Hinc Punico ardente bello, Murrina Syracuſanus ob plurima in Remp. merita, & quod in Siciliâ cum equitatu ad Romanos tranſierat, ex autoritate Senatus, & rogatione populi, civitate donatus fuit, loco magni muneris. Mox lege Gelliâ & Corneliâ, ut niſi quibus Cn. Pompeius civitatem dediſſet, nemo civis fieret, decretum eſt. Poſtea ſub imperatoribus liberalius data civitas; omnibus nempe terrarum nationibus, bene de nomine Romano meritis. Sed notandum, apud Romanos triplices fuiſſe libertatum ſpecies: nam plerique manumiſſi, liberi ſimul & cives Romani erant; quæ major libertas & ex vindictâ appellatur: alii teſtamento, vel in æde ſacra, aut ante Conſulem, ut inquit Caius: nonnulli cenſu habito fiebant liberi; quo genere manumiſſionis etiam civitatem Romanam aſſequebantur. Quum enim ſoli cives cenſerentur, ſi quis ſervus jubente Domino in cenſum relatus eſſet, & liber & civis erat: qui tamen cenſus non jus civitatis confirmabat, ſed indicabat, eum qui cenſus fuiſſet, pro cive ſe geſſiſſe. Erat etiam conſtitutum, ut qui civitatem Romanam aſſecuti fuerant (ne quid diſcriminis cum veris civibus foret), pudendas artes non pertractarent, ac mutatis exploſiſque veteribus nominibus, P. Corneiii, Metellorumque, & Claudiorum, aliorumque nobilium priſca nomina, tanquam veri cives, & cultu Romano educati, uſurparent. *Alexander ab Alexandro.*

Quod in eo peccandi Germanis cauſa non eſſet] Id eſt, nullo prætextu lædi poterat: nulla ejus lædendi occaſio prætexi poterat. Sic Cicer. Verr. 3: *Non eſt in hoc homine cuiquam peccandi locus:* hoc eſt, qui Verrem abſolverit, nullâ præſcriptione ſuum crimen poterit tegere; ut Cæſar alibi loquitur. *Hotoman.*

Quid ad ſe venirent? an ſpeculandi cauſſa? Conantes dicere prohibuit, & in catenas conjecit. Eôdem die caſtra promovit, & millibus paſſuum VI à Cæſaris caſtris ſub monte conſedit. Poſtridie ejus diëi, præter caſtra Cæſaris ſuas copias tranſduxit, & millibus paſſuum II ultra eum caſtra fecit; eô conſiliô, uti frumento, commeatuque, qui ex Sequanis & Æduis ſupportaretur, Cæſarem intercluderet. Ex eo die dies continuos V Cæſar pro caſtris ſuas copias produxit, & aciem inſtructam habuit; ut, ſi vellet Arioviſtus prælio contendere, ei poteſtas non deeſſet. Arioviſtus his omnibus diebus exercitum caſtris continuit; equeſtri prælio quotidie contendit. Genus hoc erat pugnæ, quô ſe Germani exercuerant. Equitum millia erant VI, totidem numero pedites velociſſimi, ac fortiſſimi; quos ex omni copiâ ſingulos, ſuæ ſalutis cauſſâ, delegerant: cum his in præliis verſabantur: ad hos ſe equites recipiebant: hi, ſi quid erat durius, concurrebant: ſi qui, graviore vulnere accepto, equo deciderant, circumſiſtebant: ſi quo erat longius prodeundum, aut celerius recipiendum, tanta erat horum exercitatione celeritas, ut jubis equorum ſublevati curſum adæquarent. Ubi eum caſtris ſeſe tenere Cæſar intellexit, ne diutius commeatu prohiberetur, ultra eum locum, quo in loco Germani conſederant,

Equitum millia erant ſex, totidem numero pedites] Hanc Germanorum conſuetudinem in obſidione Capuæ Romani primum invenerunt. Cùm enim ab equitatu Campano plerumque vincerentur, *juvenes electi ſunt maximè vigore & levitate corporum veloces. Iis parma breviores quam equeſtres, & ſeptena jacula quaternos longa pedes data, præfixa ferro, quale haſtis velitaribus ineſt. Eos ſingulos in equos ſuos accipientes equites, aſſueſecerunt & vehi poſt ſe, & deſilire perniciter, ubi ſignum datum eſſet.* Livius. Hunc morem poſtea à Romanis aliquoties obſervatum legimus; & Germanos eôdem adhuc uſos docet ſuo ævo Tacitus; & contra Julianum Cæſarem ſimile fere equeſtre prælium inſtituiſſe, Marcellinus teſtatur. *Montanus.*

Quos ex omni copiâ ſinguli ſingulos] Conſuetudo hæc veterum militaris; veteres enim in conſtituendâ acie, cùm animoſiſſimè in prælium ire parabant, & omni animorum & corporum contentione pugnæ diſcrimen capeſſere, hoc conſilium interdum ſequebantur; ut vir virum legeret: ut in cujus virtute plurimum fiduciæ eſſe quiſque ſtatueret, eum in acie proximum haberet,

rant, circiter paſſus DC ab his caſtris idoneum locum delegit; acieque triplici inſtructa, ad eum locum venit. Primam & ſecundam aciem in armis eſſe, tertiam caſtra munire juſſit. Hic locus ab hoſte circiter paſſus ſexcentos, uti dictum eſt, aberat: eò circiter hominum numerum XVI millia expedita cum omni equitatu Arioviſtus miſit; quæ copiæ noſtros perterrerent, & munitione prohiberent. Nihilo ſecius Cæſar, ut ante conſtituerat, duas acies hoſtem propulſare, tertiam opus perficere juſſit. Munitis caſtris duas ibi legiones reliquit, & partem auxiliorum: quatuor reliquas in caſtra majora reduxit. Proximo die, inſtitutô ſuô, Cæſar ex caſtris utriſque copias ſuas eduxit: paullulumque à majoribus progreſſus aciem inſtruxit; hoſtibuſque pugnandi poteſtatem fecit. Ubi ne tum quidem eos prodire intellexit, circiter meridiem exercitum in caſtra reduxit. Tum demum Arioviſtus partem ſuarum copiarum, quæ caſtra minora oppugnaret, miſit. Acriter utrimque, uſque ad veſperum, pugnatum eſt. Solis occaſu ſuas copias Arioviſtus, multis & illatis & acceptis vulneribus, in caſtra reduxit. Quum ex captivis quæreret Cæſar, quamobrem Arioviſtus prælio non decertaret, hanc reperiebat cauſſam:

ret, cujus latus tegeret, & à quo ſuum viciſſim tegeretur. *Turnebus.* Sic Tuſci bis à Rutulis pulſi hoc genere aciei, majore coorti mole, magnam cædem fecerunt. Virgilii verſus ſunt:

Bis Tuſci Rutulos egere ad mœnia verſos:
Bis rejecti armis reſpectant terga tegentes.
Tertia ſed poſtquam congreſſi in prælia, totas
Implicuere inter ſe acies, legitque virum vir.

Idem in exercitus delectu fecerunt Hetruſci: *Ad Vadimonis lacum Hetruſci, lege ſacratâ, coacto exercitu, cùm virum vir legiſſet, quantis nunquam aliàs ante, ſimul copiis, ſimul animis, dimicárunt.* Livius.

Quatuor reliquas in majora caſtra reduxit] Ex ſuperioribus apparet, Cæſarem tantummodo ſex legiones Romanas habuiſſe. Supra namque dicit, ante Helveticum bellum à ſe geſtum, unam tantum legionem in ulteriori Galliâ fuiſſe: ideoque ſe in Italiam profectum, ut duas iſtic conſcriberet, ac deinde tres, quæ ad Aquileiam hiemabant, ex hybernis educeret. Majora autem caſtra ea vocat, quæ prius fecerat, & longius ab hoſte erant ſita. *Rhellican.*

Multis illatis & acceptis vulneribus] Refert Dio, Arioviſtum propemodum caſtris potitum, eoque ſucceſſu elatum, ſpretis mulierum vaticiniis, prælium ſequenti die non detrectâſſe. *Montanus.*

ſam; quod apud Germanos ea conſuetudo eſſet, ut matresfamilias eorum ſortibus & vaticinationibus declararent, utrum prælium committi ex uſu eſſet, nec ne: eas ita dicere, Non eſſe fas Germanos ſuperare, ſi ante novam Lunam prælio contendiſſent. Poſtridie ejus diei Cæſar præſidio utriſque caſtris, quod ſatis eſſe viſum eſt, relicto, omnes alarios in conſpectu hoſtium pro caſtris minoribus conſtituit; quod minus multitudine militum legionariorum, pro hoſtium numero, valebat, ut ad ſpeciem alariis uteretur. Ipſe triplici inſtructâ acie uſque ad caſtra hoſtium acceſſit. Tum demum neceſſariò Germani ſuas copias è caſtris eduxerunt, gene-

Ut matresfamilias ſortibus & vaticinationibus] Plutarchus vortices fluminum inſpicere, & ex ſtrepitu & fluctuatione amnium futura præſagire ſuetas tradit. Tantam fœminis autoritatem tribuebant Germani; ut non modo pro vatibus haberent, & ſanctum ac providum quid iis ineſſe arbitrarentur; ſed & colerent aliquas pro Deabus. Ita Tacitus: *Velleda virgo nationis Bructera late imperitabat, vetere apud Germanos more, quo pleraſque fœminarum fatidicas, &, augeſcente ſuperſtitione, arbitrentur Deas.* Et idem auctor: *Olim Auriniam, & complures alias venerati ſunt.* Montan.

Non eſſe fas] Nefas hic accipi videtur, pro impoſſibili, ut apud Horat. & Cicer. quod Græcis ἀδύνατον. *Montan.*

Si ante novam lunam] Unde factum ſit, quod Germani novilunium potiſſimum, antequam præliarentur, exſpectarent, lib. VI manifeſtum fit. Quum enim eos ſolos in Deorum numero haberent, quos cernerent, & quorum ope juvarentur aperte (ut eſt ſol, luna, Vulcanus), ac reliquos ne famâ quidem noſſent: ſuperſtitio, ac dementatio illa diabolica facile inoleſcere potuit, ut pugnam ante novam Lunam non indipiſcerentur. *Rhellican.* Præterea clarius hac de re Tacitus memorat, nempe agendis rebus hoc auſpicatiſſimum initium crediſſe Germanos, *cùm aut inchoaretur luna, aut impleretur.* Idem Lacedæmones obſervarunt, qui à Lycurgo legem acceperant, ne ante plenilunium cum exercitu exirent. *Montan.*

Poſtridie ejus diei] Plutarchus obſervat, Cæſarem ex Germanorum ſuperſtitione pugnandi occaſionem arripuiſſe. Frontinus ſtratagematis loco habet. *Cæſar,* inquit, *in Galliâ, quia compererat, Arioviſto Germanorum regi inſtitutum, & quaſi legem militibus, non pugnandi decreſcente luna, tum potiſſimum acie commiſſâ impeditos religione hoſtes vicit.* Montan.

Omnes alarios] Mens hic & conſilium Cæſaris, non disjungere legionarios; ſed unà habere ad pugnam: alarios autem, id eſt, auxiliares & ſocios, pro caſtris alteris *in ſpeciem*, ut loquitur, relinquere, terrendo hoſti aut diſtinendo. Revera enim huic manui (è Gallis plerique erant) non nimis fidebat. *Lipſius.* Dicti alarii; quod ad ſimilitudinem alarum ab utrâque parte acies protegant: quæ ſuo tempore vexillationes à velo vocarentur, quia velis, hoc eſt, flammulis uterentur. *Montan.*

Gene-

generatimque conſtituerunt, paribuſque intervallis Harudes, Marcomanos, Triboccos, Vangiones, Nemetes, Seduſios, Suevos: omnemque aciem ſuam rhedis & carris circumdederunt: ne qua ſpes in fugâ relinqueretur: eo mulieres impoſuerunt, quæ in prælium pro-

Generatimque conſtituerunt] Id eſt, per genera & nationes: non permixtis & confuſis gentibus, ſed ſuo cuique genti ordine conſtituto. Prælium autem hoc Cæſaris cum Arioviſto commiſſum eſt in Sequanis circa Mombeliardum. *Cluverius.*

Harudes] Pag. XXXI. Glareani quidem ſententiam adduximus; melius de hâc gente ita Cluverius: Agri Harudum inter Mænum & Danubium extenſi fuerunt, ad Nariſcorum uſque confinium: terminum autem inter Harudes atque Nariſcos ſtatuo juxta lineam à fontibus Mæni ad oppidum *Ingolſtat* ductam. Regiones nunc his finibus comprehenduntur iſtæ: Franconiæ ac Palatinatus ſuperioris partes, cum agro Norimbergenſi: item Sueviæ portio, qua oppida *Dunckelſpuhl* & *Nordlingen*.

Marcomani] Licet difficile ſit Marcomanorum fines indicare: terminos tamen iis ſtatuo à meridie Danubium; ab occaſu Rhenum, à ſeptemtrionibus Nicrum, &, qui in hunc defluit Cocharum; ab ortu eundem Cocharum, ad arcem uſque *Cocheburg*. Regiones illæ nunc his finibus clauduntur: Wittembergienſis ducatus totus; Rhenani Palatinatus pars inter Nicrum & Rhenum; Briſigavia, & Sueviæ Ducatus pars. *Idem.*

Triboccos] Straboni Τριβόκχοι, Tacito Triboci, ut & aliquando Treboci vocantur. Non inſulsè nomen eorum derivatur ab Elſatiæ vico quodam Zun drenen buchen / id eſt, *Ad treis fagos.* Priſci enim Celtæ *tres* dicebant *thri*, & variante dialecto *thre*; & fagum arborem buche & bueche. Cæterum Triboccorum fines antiqui nunc Elſatiæ ſuperioris pars dimidia, ſeptemtriones ſpectans; item inferioris pars fere dimidia, illi proxima. *Idem.*

Vangiones] Haud dubie Germanis ipſis dicti antiquitùs fuere thi Wangen/ id eſt, ut nos loquimur, die Wangen. Illud vocabulum quid ſignificet, haud temere dixerim. Caput eorum Borbetomagus, hodie Worms. Priſcis temporibus procul dubio hæc appellata *Wotmitmagen*, & variante dialecto *Wormitmagen*. Ex quo Romani, quibus inuſitatus literæ W ſonus, fecere Vormitomagum. Poſteriores Germani omiſſa particula *Magen*, dixere *Wormiz*, ex quo denique *Worms*. Idem.

Nemetes] Belgis hi annumerantur, finitimi Metenſibus, Argentinenſibus, Wormacienſibus, & Rheno flumini. Caput eorum Spira, juridico totius imperii conventu urbs nunc celebris. *Martianus.*

Seduſios] Eorum limites facio, à meridie Cocharum & Nicrum amnes; ab occaſu Rhenum; à ſeptemtrionibus Mænum, ad oppidum uſque *Bamberg*, & confluentem Redonitii fluminis; ab ortu, dictum modo flumen, &, qui in hoc evolvitur, Æſchium amnem. Portiones hic nunc ſternuntur Palatinatus Rheni, & Franconiæ. *Cluverius.*

Rhedis & carris] *Rhedæ vocabulum Gallicum eſt, quo tamen Cicero utitur. Quintilianus.* Eſt genus leviculi curſus, quô geſtabantur nobiliores in villas ſuas. *Carra autem neut. generis eſſe conſuetudine perſuaſum eſt. Siſenna, Cæſar, aliique maſcul. genere efferunt.* Nonius. Dicta ita ſunt à cardine quatuor rotarum, vel quod currendo ſonent. *Montan.*

proficiſcentes milites, paſſis crinibus flentes, implorabant, ne ſe in ſervitutem Romanis traderent. Cæſar ſingulis legionibus ſingulos legatos, & quæſtorem, præfecit; uti eos teſtes ſuæ quiſque virtutis haberet. Ipſe à dextro cornu, quod eam partem minimè firmam hoſtium eſſe animadverterat, prælium commiſit. Ita noſtri acriter in hoſtes, ſignô datô, impetum fecerunt. Itaque hoſtes

Paſſis crinibus flentes] Alia exemplaria hoc loco habent *manibus*. Utra lectio melior ſit, ſatis conſtituere non poſſum. A Gallicis mulieribus uterque mos uſurpatus eſt. Patet hoc libro VII, ubi illa leguntur: *Matresfam. quæ paulo ante Romanis de muro manus tendebant, ſuos obteſtari, & more Gallico paſſum capillum oſtentare, cæperunt*. Videtur conſuetudo fuiſſe, ut in exteris rogandis, paſſis manibus; in ſuis paſſis crinibus uterentur. *Hotoman.* Quicquid ſit, certe præcipuum ſupplicandi genus fuit. Quod idem etiam à Siculis & Græcis obſervatum: apud quos, humum crinibus verrere, aut paſſis protenſiſque manibus obteſtari, maxima ſupplicatio erat. *Montan.*

Singulos legatos & quæſtorem] Sex igitur legatos hoc bello Cæſar habuit. Nam ſuperius ſex legiones nominavit. De legatis vid. pag. XI. Quæſtores autem dicti à quærendo; quod pecunias publicas conquirebant & reponebant. Origo eorum dubia. Alii Romulum, alii Numam, alii Tullum, quæſturam inveniſſe tradunt. Sed ſicut hoc incertum, ita exploratum eſt, Valerium Publicolam, cùm Saturni ædem & ærarium condidiſſet, duos quæſtores, qui publicis pecuniis præeſſent, ſuffragiis populi creari voluiſſe. Quæ res cùm proſperè Reipub. ceſſiſſet, & plebs cum Patribus tumultuata quæſturæ ſe participem fore contenderet, eo deducta eſt, ut ex duobus quatuor quæſtores fierent. duo, qui urbanis negotiis & ærario præeſſent: duo, qui conſulibus ad belli miniſteria præſto forent: liberumque eſſet, ut hi poſſent ex plebe vel patribus populi ſuffragio creari. *Alexander ab Alexandro.* Hic numerus ita diu manſit; donec ſtipendiaria tota Italia duplicatus is eſt: factique octo, ad tractanda etiam provinciarum vectigalia, in quas cum Proconſulibus aut Proprætoribus ſorte mittebantur. At mox lege Sullæ XX creati ad Senatum ſupplendum. Nec obſcura admodum eorum munera; è quibus præcipuum pecuniæ publicæ acceptio & expenſio: item ſignorum militarium (ex argento & auro; non enim velis utebantur) in ærario obſervatio: prædæ venditio & ſubhaſtatio; legatorum exceptio, deductio, hoſpitii aſſignatio. *Lipſius.* Cæſarum verò temporibus, literas quoque publice ſcriptas in ſenatu legebant; iique candidati Principis appellabantur. Manſio illis in Provinciâ lege determinata erat annua: deinde Romam ipſis redire licebat: tantaque quæſtorum cum conſule vel prætore erat conjunctio; ut hi illos liberum loco haberent, illi ab his ut parentes colerentur. *Janus Gulielmus.*

Ipſe à dextro cornu] Bene à dextro cornu, & non æque à ſiniſtro. Nam ſi ſiniſtrum promoves adverſus hoſtile dextrum, profecto latus nudum objicis hoſti, qui à ſiniſtro ſuo tuto miſſilibus aut ſagittis petet. Hoc eſt, quod Vegetius ait, *apertos aggredi tunc hoſtem*: quia ſcuta nempe in ſiniſtris. *Lipſius.*

Signo dato] Signum pugnæ duplex: Vel tunica ruſſa in Prætorii faſtigio in haſtâ extensâ, ut eô ſignô miles moneretur parare ſe & arma, tum etiam, ut ſi qui diſperſi, convenirent. Utile fuit

hoſtes repente celeriterq; procurrerunt; ut ſpatium pila in hoſtes conjiciendi non daretur. Rejectis, comminus gladiis pugnatum eſt. At Germani celeriter, ex conſuetudine ſuâ, phalange factâ, impetus gladiorum exceperunt. Reperti ſunt complures noſtri milites, qui in phalangas inſilirent, & ſcuta manibus revellerent, & deſuper vulnerarent. Quum hoſtium acies à ſiniſtro cornu pulſa, atq; in fugam converſa eſſet, à dextro cornu vehementer multitudine ſuorum noſtram aciem premebant. Id quum animadvertiſſet P. Craſſus adoleſcens, qui equitatu præerat, quod expeditior erat, quàm hi, qui inter aciem verſabantur, tertiam aciem laborantibus noſtris ſubſidio miſit. Ita prælium reſtitutum eſt, atque omnes hoſtes terga verterunt, neque prius fugere deſtiterunt, quàm ad flumen Rhenum, millia paſſuum ex eo loco circiter quinquaginta, pervenerunt. Ibi perpauci, aut viribus confiſi tranſnatare contenderunt; aut, lintribus inventis, ſalutem ſibi petierunt: in his fuit Arioviſtus, qui naviculam deligatam ad ripam nactus, eâ profugit: reliquos omnes equites conſecuti noſtri interfecerunt. Duæ fuerunt Arioviſti uxores, una Sueva natione, quam domo ſecum adduxerat; altera Norica, regis Vocionis ſoror, quam in Galliâ duxerat, à fratre miſſam. Utraque in eâ fugâ periit: duæ filiæ harum, altera occiſa, altera capta eſt. C. Valerius Procillus, quum à cuſtodibus in fuga trinis catenis vinctus traheretur, in ipſum Cæſarem, hoſtium equitatum perſequentem, incidit. Quæ quidem res Cæſari non minorem, quam ipſa victoria, volupta-

fuit in re ſubitâ; diverſumque à claſſico eſt, quia hoc auribus, illud oculis ſerviebat. Vel ſignum pugnæ, aut ſimpliciter ſignum, eſt teſſera, quæ datur unô alterôque verbô ſub ipſam pugnam, ab Imperatore, ut eô commilitones inter ſe norint, & item hoſtem; cujus uſus perit, cùm iſte quoque tenet. *Lipſius.*

Reliquos omnes] Occiſorum numerum non eſſe à Cæſare traditum, teſtimonio ſunt Oroſii verba, qui ait: *Neque conjici numerus Germanorum potuit, vel quantus pugnæ affuerit, vel quantus fuerit occiſorum.* Plutarchus tamen numerum cæſorum LXXX millia fuiſſe ait: quod & Appianus tradit, & Zonaras. *Montan.*

Duæ fuerunt Arioviſti uxores] *Prope ſoli Barbarorum ſingulis uxoribus contenti ſunt; exceptis admodum paucis, qui non libidine, ſed ob nobilitatem, plurimis nuptiis ambiuntur.* Tacitus.

Ubii]

luptatem attulit: quod hominem honeſtiſſimum provinciæ Galliæ, ſuum familiarem, & hoſpitem, ereptum è manibus hoſtium, ſibi reſtitutum videbat, neque ejus calamitate de tantâ voluptate & gratulatione quidquam fortuna deminuerat. Is, ſe præſente, de ſe ter ſortibus conſultum dicebat, utrum igni ſtatim necaretur, an in aliud tempus reſervaretur: ſortium beneficio ſe eſſe incolumem. Item M. Mettius repertus, & ad eum reductus eſt. Hôc prælió trans Rhenum nuntiatô, Suevi, qui ad ripas Rheni venerant, domum reverti cœperunt, quos Ubii, qui proximè Rhenum incolunt, perterritos inſecuti, magnum ex his numerum occiderunt. Cæſar, unâ æſtate duobus maximis bellis confectis, maturiùs paullo, quam tempus anni poſtulabat, in hiberna in Sequanos exercitum deduxit, hibernis Labienum præpoſuit. ipſe in citeriorem Galliam ad conventus agendos profectus eſt.

LI-

Ubii] Transrhenana Cæſaris ævo gens, eam amnis ripam in Germaniâ coluerunt, quæ inter Magontiacum & Coloniam porrigitur. Poſtea à M. Agrippâ, regnante Auguſto, in Galliam translati ſunt. *Cluverius.* At de his poſtea latiùs.

In Galliam citeriorem ad conventus agendos] Proconſules Prætoreſque qui provincias cum exercitu obtinebant, æſtatem rei militari dabant, hiemem juriſdictioni, & conventibus agendis tribuebant. Ita Cicero: *Erat mihi in animo rectà proficiſci ad exercitum, æſtivos menſes reliquos rei militari dare, hibernos juriſdictioni.* Et quoniam in ſingulis provinciis erant conſtitutæ civitates, in quibus conventus fierent, proconſul per omnia opida, quæ illis conventibus attributa erant, edictum proponebat, aut etiam per totam provinciam; quo decreto provinciales ad conventum evocabat, certâ ejus rei die conſtitutâ. Hoc ſenſu intelligendus Livius: *Siculorum civitatibus Syracuſas, aut Meſſanam, aut Lilybæum indicitur concilium, conventus agitur: eo imperio evocati conveniunt.* Ciacconius. *Conventus* verò *quatuor modis intelligitur. Uno, cùm quemlibet hominem ab aliquo conventum eſſe dicimus. Altero, cùm ſignificatur multitudo ex compluribus generibus hominum contracta in unum locum. Tertiò, cùm à Magiſtratibus Populus judicii cauſa congregatur. Quartò, cùm in aliquem locum frequentia hominum ſupplicationis aut gratulationis cauſa colligitur.* Feſtus Pompeius. Quid autem Cæſar egerit in Gallia citeriore, eleganter his verbis depingit Plutarchus: *Dimiſſis in Sequanos ad hiberna militibus, ipſe iis, quæ Romæ agebantur, intentus, in Circumpadanam diſcedit Galliam, quæ commiſſa illi provinciæ pars erat. Ibi reſidens plebis animos ad ſe pelliciebat. Nam cùm ad eum multi concurrerent, unicuique tum poſtulata præbebat, tum ſpem ingentem addebat. In eâ expeditione haud intellexiſſe Pompeius videtur, quod Cæſar, cum civium Romanorum armis hoſtes profligaret, cives hoſtili victos gaza capiebat.* Montan.

Quum

LIBER II.

QUum eſſet Cæſar in citeriore Gallia in hibernis, ita uti ſupra demonſtravimus, crebri ad eum rumores afferebantur, literiſque item Labieni certior fiebat, omnes Belgas, quam tertiam eſſe Galliæ partem dixeramus, contra populum R. conjurare, obſideſque inter ſe dare. Conjurandi has eſſe cauſſas: primùm, quod vererentur, ne, omni pacatâ Galliâ, ad eos exercitus noſter adduceretur: deinde quod ab nonnullis Gallis ſollicitarentur, partim qui Germanos diutius in Galliâ verſari nollent; ita populi R. exercitum hiemare atque inveteraſcere in Galliâ moleſtè

QVum eſſet Cæſar] Anno ab U.C.DCXCVII incepit hoc tertium bellum, Coſſ. P. Cornelio P. F. Lentulo Spinthere, & Q. Cæcilio Q. F. Metello Nepote. *Montan.*

In citeriore Gallia] Includebatur antiquitùs Gallia Rheno flumine, Oceano, Pyrenæis jugis & Alpibus. At poſtquàm Gallorum pars Italiæ ſolum occupavit, Alpes tranſgreſſa, terminus ab hoc latere factus eſt Apenninus mons & Æſis amnis, ad Anconam uſque, maris Adriatici urbem. Totus autem hic tractus Romanis diviſus eſt in Galliam ulteriorem & citeriorem: hæc etiam Italica, Ciſalpina, ut & Togata promiſcuè dicta eſt. Vocis etymon alii à γάλα, quod lac Latinis, derivant, quia lacteos, id eſt, albi coloris homines producit: Diodorus à Galatâ Herculis filiâ: inſulsè Bodinus Celtis hoc nomen contigiſſe annititur probare, quod, cùm orbem terrarum peragrarent, ſe mutuò interrogarent, *Où allons-nous? quo proficiſcimur?* ex quo vocatos vult Ouallones; & à Latinis, per G efferentibus, Gallos. Optime in hac caligine videt doctiſſimus Cluverius: qui à Celtica voce *Gallen* (quam nunc dicimus *Wallen*, indicatque *iter facere*) nomen derivat. Quum enim exundante domi multitudine, exteras regiones petere Galli cœpiſſent: parte illorum in Italiam, parte in Illyricum, atque inde in Græciam & Aſiam, parte in Germaniam delatâ: à re ipsâ invento vocabulo, proximis Germanis Illyriiſque dicti ſunt *thi Gallen*, ſive *Galler*, & alia dialecto *Waller*; quod voce æquipollenti vulgo dicimus *die wanderer*, Latine *peregrinatores.* Ex hoc Latini, vocabulum ſuo ori accommodantes, formarunt *Galli.* Montan.

Regna

leſtè ferebant; partim qui mobilitate & levitate animi novis imperiis ſtudebant. Ab nonnullis etiam, quod in Galliâ à potentioribus, atque iis, qui ad conducendos homines facultates habebant, vulgo regna occupabantur: qui minus facile eam rem imperio noſtro conſequi poterant. Iis nuntiis literiſque commotus Cæſar duas legiones in citeriore Gallia novas conſcripſit, & initâ æſtate in interiorem Galliam, qui deduceret, Q. Pedium legatum miſit. Ipſe, quum primum pabuli copia eſſe inciperet, ad exercitum venit. Dat negotium Senonibus, reliquiſque Gallis, qui finitimi Belgis erant, uti ea, quæ apud eos gerantur, cognoſcant: ſeque de his rebus certiorem faciant. Hi conſtanter omnes nuntiaverunt, manus cogi, exercitum in unum locum conduci. Tum vero dubitandum non exiſtimavit, quin ad eos duodecimo die proficiſceretur. Re frumentariâ proviſâ, caſtra movet, diebuſque circiter XV ad fines Belgarum pervenit. Eo quum de improviſò, celeriuſque omnium opinione, veniſſet, Rhemi, qui proximi Galliæ ex Belgis ſunt, ad eum legatos Iccium, & Antebrogium, primos civitatis ſuæ, miſerunt: qui dicerent, ſe ſuaque omnia in fidem atque poteſtatem populi R. permittere, neque ſe cum reliquis Belgis conſenſiſſe, neque contra populum R. omnino conjurâſſe; paratoſque eſſe & obſides dare, & imperata facere, & opidis recipe-

Regna occupabantur] Regna hoc loco ſunt eadem, quæ in Perſide Satrapiæ. Poſtea Ducatus, Comitatus, Marchiæ dictæ ſunt. *Hotoman.*

Q. Pedium] Hic Q. Pedius, Cæſaris ex ſorore nepos fuit, & ab ipſo poſtea inter hæredes aſcriptus: geſſitque conſulatum cum Cæſare juniore, Hirtio & Panſa interemptis. Hujus lege damnati ſunt Caſſius & Brutus cæterique Cæſaris percuſſores. Deceſſit in eodem honore, vir præter conſularem dignitatem triumphalis quoque. *Glandorp.*

Senonibus] Populi hi ſunt inter Celtas Belgis, Pariſiis & Carnutibus finitimi. Horum majores Romam captam incenderunt, cæſi poſtea à Camillo. Urbs Senonum olim Agendicum, vulgo *Sens.* Ante Cæſarem in fide Æduorum ſteterunt. *Montan.*

Rhemi] Inter Belgas proximi Celtis, Veromanduis, Treviris, Metenſibus, ac ſilvæ Arduennæ. Civitas eſt Metropolis, nomen retinens: in quâ Reges Galliarum oleo cælitùs, ut aiunt, miſſo inaugurari ſolent. *Idem.*

Sueſ-

cipere, & frumento, ceteriſque rebus juvare: reliquos omnes Belgas in armis eſſe: Germanoſque, qui cis Rhenum incolunt, ſeſe cum his conjunxiſſe; tantumque eſſe eorum omnium furorem, ut, ne Sueſſones quidem fratres conſanguineoſque ſuos, qui eôdem jure, iiſdem legibus utantur, unum imperium, unumque magiſtratum cum ipſis habeant, deterrere potuerint, quin cum his conſentirent. Quum ab his quæreret, quæ civitates, quantæque in armis eſſent, & quid in bello poſſent; ſic reperiebat: pleroſque Belgas eſſe ortos à Germanis: Rhenumque antiquitùs tranſductos, propter loci fertilitatem ibi conſediſſe; Galloſque, qui ea loca incolerent, expuliſſe: ſoloſque eſſe, qui patrum noſtrorum memoriâ, omni Galliâ vexatâ, Teutonos Cimbroſque intra fines ſuos ingredi prohibuerint: quâ ex re fieri, uti earum rerum memoria magnam ſibi auctoritatem, magnoſque ſpiritus in re militari ſumerent. De numero eorum omnia ſe habere explorata Rhemi dicebant, propterea quod propinquitatibus affinitatibuſque conjuncti, quantam quiſque multitudinem in communi Belgarum concilio ad id bellum pollicitus ſit, cognoverint. Plurimum inter eos Bellovacos, & virtute, & auctoritate, & hominum numero, valere: hos poſſe conficere armata millia centum; pollicitos ex eo numero lecta millia LX; totiuſque belli imperium ſibi poſtulare. Sueſſones ſuos eſſe finitimos; latiſſimos feraciſſimoſque agros poſſidere: apud eos fuiſſe regem noſtra etiam memoria Divitiacum, totius Galliæ potentiſſimum: qui quum magnæ partis harum regionum, tum etiam Britanniæ, imperium obtinuerit; nunc eſſe regem Galbam: ad hunc propter juſtitiam, prudentiamque, ſummam totius belli

Sueſſones] Straboni Σȣεσιῶνες· ubi Caſaubonus legit Σȣεσσῶνες. mendosè Ptolomæo Οὐέσσονες. hodie *Soiſſons.* Merula.

Soloſque eſſe] Ita de illis Strabo : *Primam laudem Belgis tribuunt, diviſis in* XV *gentes, quæ habitant inter Rhenum & Ligerim & Oceanum : ſolique adeo Belgæ Germanorum, Cimbrorum, ac Teutonum impreſſionem ſubſtiterunt.*

Mori-

belli omnium voluntate deferri: opida habere numero XII; polliceri millia armata quinquaginta: totidem Nervios, qui maxime feri inter ipſos habeantur, longiſſimeque abſint: XV millia Atrebates: Ambianos X millia: Morinos XXV millia: Menapios IX millia: Caletes X millia: Velocaſſes & Veromanduos totidem: Aduaticos XXIX millia: Condruſos, Eburones, Cæræſos, Pæ-

Morini] Proximi Oceani freto hi fuerunt, omnium Belgarum extremi, reſpectu Romæ: hinc Maro, *Extremique hominum Morini.* Verſus meridiem Atrebates Atuaticoſque, ab ortu Menapios, à ſeptentrione Oceanum Selandicas uſque inſulas attingebant: inde & ipſis inſulis cingebantur, quas tunc Toxandri tenuerunt. *Cluverius.* Meminit Morinorum lapis, in Gelriâ, dimidiato à Neomago milliario, repertus.

MINERVÆ
CUR. LADÆ
T. PUNICIUS. CE
NIALIS. II. VIR. CO
LON. MORINO
RUM. SACERDOS
ROMÆ. ET. AUG.
OB. HONOREM
F. V. A. M. D. V. L.

At de Morinis poſtea latius. *Montan.*

Menapii] Ubique Cæſar Menapios Morinis jungit: qui ab his ab occaſu æquinoctiali Scalde flumine ſubmovebantur. *Cluverius.* Habitabant autem ab ulteriori Rheni ripâ, quâ Sicambris finitimi erant, uſque ad Oceanum Gallicum, quà Scaldis obliquis meatibus infunditur. In quô tractu nunc Gelriæ pars, Erabantiæ quicquid ultra Timeram ſeu Demerim fluvium eſt, & nonnihil ex Flandria trans Scaldim, comprehenduntur. Duravit Menapiorum nomen, ut & Morinorum, uſque ad annum DCCC. LXXXII: quo anno Normanni adjunctis ſibi Danis ferro & igni omnia devaſtarunt. *Divæus.*

Caletes] Male putantur eſſe, qui in Morinenſi Diœceſi habitant: decipiuntur ſimilitudine pronuntiationis opidi Caliſii. Sed revera Caletes populi ſunt in ſuperiore Normanniâ ultra Rhotomagum, ad oſtium Sequanæ, quos hodie Caletenſes appellamus, quorum oppida ſunt Dieppa, Portus, Juliobona, quam Villam bonam appellamus. Teſtatur hoc Strabo, lib. 4, qui in eô, quem ſcripſi, tractu Caletes collocat. *Turnebus.*

Velocaſſes] Ut Caletes ultra, ita Velocaſſes citra Rhotomagum hodie ſunt, etiam olim Rhotomagum iis attributum erat, quos nunc Vilcaſſinenſes appellamus, qui & bipartiti hodie ſunt in Normannos & Francos. Velocaſſes Normanni inter Andelam & Heptam ſiti ſunt, ubi opidum eſt Giſortium: Velocaſſes Franci incolunt inter Æſiam: Sic enim Vibius Sequeſter appellat fluvium Galliæ, qui nunc Iſara. *Turneb.* Vitioſe autem Velocaſſes, pro Baiocaſſibus. *Scaliger.*

Veromanduos] Nihil hâc gente notius: eandem regionem, eôdem adhuc nomine appellati inhabitant. *Divæus.* Rhemis, Atrebatibus, Nerviiſque finitimi; ſiti ſunt in regno Francorum, at ex magna parte in diœceſi Laudunenſi & Sueſſonenſi, & ex toto in Provincia Rhemenſi, inſtarque Provinciæ habentur, inter quos ſunt incolæ opidi S. Quintini. *Marlian.* Anguſtos olim exiguam gentem obtinuiſſe fines, patet ex eo, quod tantum V millia armatorum ad commune hoc Belgarum bellum contribuerunt. *Cluverius.*

Condruſos] Exigua hæc fuit gens inter Eburones, Segnos & Treviros, ſub quorum etiam clientela ſtabat; Menapiis, Moſæ, & ſylvæ Arduennæ finitima,

Pæmanos, qui uno nomine Germani appellantur, arbitrari ad XL millia. Cæſar Rhemos cohortatus, liberaliterque oratione proſecutus, omnem ſenatum ad ſe convenire, principumque liberos obſides ad ſe adduci juſſit: quæ omnia ab his diligenter ad diem facta ſunt. Ipſe Divitiacum Æduum magnopere cohortatus, docet quan-

tima. Nomen retinet. Diœceſis eſt Leodienſis, & uſque ad civitatis fere mœnia protenditur; cujus Antiſtiti etiam ſubjacet; nunc Ducatui Luxenburgenſi, ac Comitatui Namurcenſi, & Moſæ vicina eſt. *Marlian.*

Eburones] Ab oriente his terminus fuit Rhenus; quo ab Ubiis ſupra Coloniam Agrippinenſem, à Sicambris infra Coloniam, arcebantur. A meridie habuere Condruſos, Pæmanos, alioſque: à quibus ſeparati lineâ, ab oppidô Bonnâ ad uſque Moſæ Urtæque amnium confluentem, & mox ipsô Moſâ, ad Namurcum uſque oppidum: ab occidente contermini fuere Aduaticis. *Cluverius.* Tradunt, apud Eburones, nunc *Leodienſes*, Caroli magni ſtirpem ortum habuiſſe in vico *Lupiliâ* nomine, Leodienſi civitati proximo. Civitas eſt Epiſcopalis Leodium, quam Carolus, dux Burgundiæ ultimus, ſolo æquavit, omneſque puberes & ſacerdotes interfecit; quod Epiſcopo, conſanguineo ſuo, infeſtiores aliquanto fuiſſent. *Marlianus.* Veriſimile eſt, Eburones ita dictos, quaſi *de Heiburen*, ſive *Eiburen*. Divæus.

Cæræſos, Pæmanos] De ſedibus utriuſque hujus populi non ita conſtat. Si Huberto Thomæ fides, illi circa Moſam, ubi nunc arx *Carey*: hi in Arduennâ habitârunt, ubi nunc vicus nomine *Pemont*. At ſi quicquam conjecturis tribuendum, non abſurdè Pæelandiæ nomen à Pæmanis deducas: ut populus *Pæmannen*, regio *Peelland* appelletur. *Divæus.* Notandum hic, Segnos Condruſis finitimos, licet non nominentur, haud credibile eſſe hoc bello abſtinuiſſe. Tum etiam quatuor has nationes, Condruſos nempe, Segnos, Cæræſos, atque Pæmanos, omnes incoluiſſe inter Eburones ac Treviros. Limites eorum, à meridie iidem, qui Treviris à ſeptemtrione: à ſeptemtrione iidem, qui Eburonibus à meridie: ab ortu ſolis Rhenus, ultra quem Ubii: ab occaſu Moſa, citra quem Nervii. Regiones nunc comprehenduntur his finibus iſtæ. Colonienſis agri pars, ut & exigua Juliacenſis Ducatus: Limburgienſis pars fere dimidia, meridionalis; ubi ipſum Limburgium: è Luceburgienſi ducatu, oppida *Durbuy*, *Marche*, *Rochefort*: è Leodiacenſi agro, oppida *Huy* & *Chinay*, item vicus *Spaa*, cum fonte acidulo: comitatus Namurcenſis dimidia pars, ad dextram Moſæ ripam, ubi oppidum *Dinant*. Jam verò quo ordine ſinguli inter ſe juncti fuerint, haud expeditum dictu eſt. *Cluverius.*

Qui uno nomine Germani] Difficilis hic locus. An non enim Treviri, Menapii, Batavi, aliique, erant Germani, Rhenum antiquitus tranſgreſſi? Omnino. Et tamen Condruſi, Eburones, Cæræſi, Pæmani, Segni, tanquam peculiari proprioque vocabulo, Germani appellantur. Sed haud levis eſt cauſa, cur id fieret. Primi hi quinque populi Rhenum tranſgreſſi, Gallos finibus expulerunt ſupra adſignatis. Hi ab initio Germani, poſtea Tungri fuere dicti: Tungri enim, à ſcriptoribus, Cæſaris ætatem conſequentibus, in iiſdem finibus collocantur, quos Cæſaris ævo quinque illi populi tenuerunt. Verum à victis Gallis, qui unam nationem putabant, quia junctim ex patrio ſolo advenerant, primum Germani ſunt dicti:

quantopere Reip. communiſque ſalutis interſit, manus hoſtium diſtineri, ne cum tanta multitudine uno tempore confligendum ſit: id fieri poſſe, ſi ſuas copias Ædui in fines Bellovacorum introduxerint, & eorum agros populari cœperint. His mandatis, eum ab ſe dimittit. Poſtquam omnes Belgarum copias in unum locum coactas ad ſe venire, neque jam longè abeſſe, ab his quos miſerat exploratoribus, & ab Rhemis, cognovit, flumen Axonam, quod eſt in extremis Rhemorum finibus, exercitum tranſducere maturavit, atque ibi caſtra poſuit: quæ res & latus unum caſtrorum ripis fluminis muniebat, &, poſt ea quæ erant, tuta ab hoſtibus reddebat, & commeatus ab Rhemis, reliquiſque civitatibus, ut ſine periculo ad eum portari poſſet, efficiebat. In eo flumine pons erat: ibi præſidium ponit: & in altera parte fluminis Q. Titurium Sabinum legatum cum VI cohortibus reliquit: caſtra in altitudinem pedum XII vallo foſsâque duodeviginti pedum, munire jubet. Ab ipſis caſtris opidum Rhemorum nomine Bibrax aberat millia paſſuum IIX. Id ex itinere magno impetu Belgæ oppugnare cœperunt. Ægrè eô die ſuſtentatum eſt. Gal-

quod nomen poſtea adeo apud univerſos Gallos invaluit, uti non modo quinque illæ nationes eo, tanquam peculiari vocabulo, appellarentur, ſed omnes etiam reliquæ è Tranſrhenanâ regione in eandem Galliam tranſgreſſæ. *Cluverius.* Habuerunt itaque primi Tungri Germanorum nomen à Gallis impoſitum; Tungrique, ut dictum, ſunt quinque hæ nationes. Unde facile videre eſt, cur Cæſar hos quinque populos uno nomine Germanos appellatos dicat, ut & Bertii erronea conjectura pag. 111 allegata, de origine nominis Germani, ex hoc loco apparet. *Montanus.*

In fines Bellovacorum] Bellovaci, Straboni Βελλοάκοι, Ptolemæo Βελλόακοι, mediæ ætatis Chronographis Belgivaci vocantur, hodie *Beauvoiſin.* Jacent in Provincia Rhemenſi ac regno Francorum. Putat Divæus à Belgivacis Belgarum nomen ortum: quod mihi non fit veriſimile: quoniam Belgarum nomen antiquius eſt quàm Belgivacorum: Belgivacorum enim demum mentio fit apud Gregorium Turonenſem, Adonem, Reginonem, Annonium. *Montan.*

Axonam] Notiſſimum flumen eſt *Aiſne.* Ortelius.

Bibrax] Hubertus Leodius & Glandorpius volunt hoc opidum hodie vocari *Breay*, & Comitatus titulo decoratum, quatuor milliaribus Gallicis à Sueſſonibus diſtare. Ortelius aliique contendunt ignorari. *Montan.*

Gal-

Gallorum eadem, atque Belgarum, oppugnatio eſt. Hi, ubi, circumjectâ multitudine hominum totis mœnibus, undique in murum lapides jaci cœpti ſunt, muruſq; defenſoribus nudatus eſt; teſtudine factâ, portis ſuccedunt, murumque ſubruunt: quod tum facile fiebat: nam tanta multitudo lapides ac tela conjiciebant, ut in muro conſiſtendi poteſtas eſſet nulli. Quum finem oppugnandi nox feciſſet, Iccius Rhemus, ſummâ nobilitate & gratiâ inter ſuos, qui tum opido præerat, unus ex iis, qui legati de pace ad Cæſarem venerant, nuntios ad eum mittit; Niſi ſubſidium ſibi mittatur, ſe diutius ſuſtinere non poſſe. Eò de mediâ nocte Cæſar, iiſ-

Gallorum eadem atque Belgarum oppugnatio] Ordinis ratio poſtulare videtur, *Belgarum eadem atque Gallorum.* Nam de Belgis nunc loquitur. *Hotomannus.* Quamquam Gallis Belgiſque Cæſar hoc genus oppugnationis tribuat, Romani etiam uſi ſunt, & vulgo quidem uſi: ſed ideo facit, quia illi vix aliam machinationem, quam teſtudinem, adhibebant, operum fere expertes: cùm Romani eam, quando opus. *Lipſius.*

Circumjecta multitudine totis mœnibus] Romani in urbium expugnationibus corona & operibus utebantur. Horum Galli, ut & Germani, prorſus nihil habebant, ſolaque corona loca munita oppugnabant. *Cluverius.* Illa interdum duplex aut triplex aut ſupra, ut numerus militum & loci magnitudo oppugnandi erat. Pedites in coronâ introrſum ſtabant, quorum invadere; extrorſum equites, quorum inſpectare & tueri. Et primum quidem ſeries ita duplex & triplex: ſed cùm appropinquabant, ratio vult, magis arctatos multiplicatoſque item fuiſſe; in gyro ſcilicet aſſiduè anguſtiore. Et forſan etiam cohortes alibi relictæ, ad ſubita belli, & ſubſidium aut præſidium. Hoc etiam amplius, primos ordines peditum ſcutatorum graviorumque fuiſſe, qui cominus aſſultarent invaderentque: retrorſum leves aut velites, ut funditores, ſagittarios, qui eminus pellerent telis, & deturbarent propugnatores. *Lipſius.* Et hoc eſt quod hic Barbari agunt: *undique nempe in murum lapides jaciunt.* At Romani in ſubita tantum oppugnatione coronâ utebantur; Celtæ, in omni. *Montan.*

Teſtudine facta] Teſtudo in oppugnatione erat, cum ſcutis ſupra capita elatis muro ſuccedebant, primis altioribus, & ordine paulatim, tecti ſimplicis in morem, decreſcente. Cauſa, ut tela injecta per proclive laberentur, & minus inſidere poſſent aut infigi. In has teſtudines manipulatim aut centuriatim ſe conglobabant. Finis illius erat unus; ſuccedere & ſubruere, ut hoc loco: alter, ſuccedere & aſcendere. Nam aſcendebant alii ſuper alios, ut faſtigio altitudinis muri æquarentur. *Lipſius.* Longe autem ſubtiliores in militari hoc opere, ut in omnibus, Romani, quam Belgæ aliique Barbari: quibus & machinamenta & aſtus oppugnationum ignoti. *Montan.*

Portis ſuccedunt] Quod ad portas ſubruendi muri cauſa concurrebant, argumento eſt, foſſam ante portas non fuiſſe. *Hotoman.*

iiſdem ducibus uſus, qui nuntii ab Iccio venerant, Numidas, & Cretas ſagittarios, & funditores Baleares, ſubſidio opidanis mittit: quorum adventu, & Rhemis cum ſpe defenſionis ſtudium propugnandi acceſſit, & hoſtibus eâdem de cauſsâ ſpes potiundi opidi diſceſſit. Itaque pauliſper apud opidum morati, agroſque Rhemorum depopulati, omnibus vicis, ædificiiſque, quò adire poterant, incenſis, ad caſtra Cæſaris omnibus copiis

Numidas] Numidæ populi in Africâ, à Græcis Nomades dicti, quaſi in paſcuis inter armenta degentes, ἀπὸ τῦ νέμειν, paſcere, olim alveos navium converſos pro tuguriis habebant, & tam exercitati equites erant, ut non fræno, quemadmodum nos, ſed virgulâ duntaxat regerent equos. *Montan.* Hodie eorum regio Arabibus *Biledulgerid* nuncupatur: & ex oriente principium ſuum habet ab *Eloacato* urbe, quæ ab Ægypto centum diſtat milliaribus, extenditurque occidentem verſus ad Nunum uſque maris Mediterranei opidum. In ſeptemtrione Atlante clauditur, ea nempe montis parte, quæ auſtro expoſita eſt. Ad auſtrum vero terminatur Libyæ deſertô arenosô. Arabes eam uno nomine omnes appellitant terram dactyliferam: eò quod hæc ſola Africæ regio dactylos habet. Alit etiam infinitam ſcorpionum atque ſerpentum copiam, quorum morſibus venenoſis multi quotannis interfecti inveniuntur. *Leo Africanus.*

Cretenſes ſagittarii] Sic eſt: fuerunt primi Cretenſes, qui inter Græcos navibus & ſagittis valuerunt Olim Dianæ dicatos illos fuiſſe tradunt: propterea etiam hodie Turcas jaculatione ſuperant, in quâ arte à pueritia exercentur, veterem ſequentes conſuetudinem. Inſulam eorum dictam antiquitùs Curetam volunt, ab incolis Curetibus, & per Syncopen Cretam. Græcis ἑκατόμπολις, nunc Candia. Forma eſt oblonga; longitudo enim illius numerat CCLXX millia paſſ. latitudo L. A ſeptentrione Ægeis fluctibus, ab auſtro Libycis & Ægyptiis, ab occaſu mari Adriatico, ab ortu Carpathio pulſatur. Rexerunt Cretam Jupiter, tum Rhadamanthus, poſt Minos & Græci. A Metello, qui & ideo Creticus, Romanis ſubjecta eſt: dein Conſtantinopolitanis paruit: donec à Balduino comite Flandriæ & imperatore Conſtantinopoleos Marchioni Montisferrati data: à quo Venetis immani auri pretio anno MCXCIV vendita. *Petrus Montanus.*

Funditores Baleares] Erant tam periti funditores, ut ab eâ arte nomen inveniſſe Baleares credantur, nempe ἀπὸ τῦ βάλλειν. Certè fundæ ſola iis arma, id unum ab infantiâ ſtudium. Cibum enim puer à matre non accipiebat, niſi quem ipsâ monſtrante percuſſerat. Inſulæ eorum itidem Baleares dictæ ſunt, Græcis etiam Gymneſiæ, quia nudi incolæ degebant. Jacent in mari Mediterraneo, Terraconenſi Hiſpaniæ obverſæ: Major hodie Majorca, minor Minorca appellatur. Illa valdè ferax, tribuſque urbibus culta, & portubus undique frequens, cen tum M paſſ. in longitudinem patet: hæc unam cognominem urbem habet, duoſque portus, altis montibus & nemoroſis cincta: mediterraneæ partes, Majorcæ minime feracitate cedunt, à quâ circiter ſex leucis diſtat: in ambitu complectitur CL mill. paſſ. *Montanus. Baleares autem tribus fundis præliabantur.* Florus. *Una longioribus habenis, ad longiores jactus; altera brevibus, ad breviores; tertia mediis, ad medios.* Strabo. Eas fundas circum caput habuiſſe alii vo-

piis contenderunt: & à millibus paſſuum, minus II, caſtra poſuerunt: quæ caſtra, ut fumo atque ignibus ſignificabatur, amplius millibus paſſuum IIX in latitudinem patebant. Cæſar primò, & propter multitudinem hoſtium, & propter eximiam opinionem virtutis, prælio ſuperſedere ſtatuit. Quotidie tamen equeſtribus præliis, quid hoſtis virtute poſſet, & quid noſtri auderent, periclitabatur. Ubi noſtros non eſſe inferiores intellexit: loco pro caſtris ad aciem inſtruendam naturâ opportuno atque idoneo, quod is collis, ubi caſtra poſita erant, paullulum ex planicie editus, tantum adverſus in latitudinem patebat, quantum loci acies inſtructa occupare poterat, atque ex utrâque parte lateris dejectus habebat, & in fronte leviter faſtigiatus paullatim ad planiciem redibat: ab utroque latere ejus collis tranſverſam foſſam obduxit circiter paſſuum CD: & ad extremas foſſas caſtella conſtituit: ibique tormenta collocavit; ne, quum aciem inſtruxiſſet, hoſtes (quod tantum multitudine poterant) à lateribus ſuos pugnantes circumvenire poſſent. Hôc factô, duabus legionibus, quas proxime conſcripſerat, in caſtris relictis, ut, ſi quid opus eſſet,

volunt: alii, & commodius hoc quidem aptiuſque, unam circa caput, alteram ventrem, tertiam in ipſa manu. Vidit Lipſius imaginem in columnâ veteri Antonini, in quâ Balearis capite, & ventre, & humeris eam geſtat. Forma fundæ, quæ in monumentis obvia, eſt funiculus in medio latior, ovali forma, & qui paulatim in ſtrictius abit. dicta ita Latinis, quod ex ea lapides fundantur. *Lipſius.*

Ut fumo atque ignibus ſignificabatur] Ex igne enim in caſtris incenſo, de hoſtium copiis judicari ſolitum. Infra lib. VI: *monet, ut ignes fieri in caſtris prohibeat, ne qua ejus adventus procul ſignificatio fiat.* Brantius.

Prælio ſuperſedere ſtatuit] Dio ſcribit, non auſum cum hoſtibus congredi Cæſarem, priuſquam manifeſto ipſius contemptu ad occupandum pontem, & prohibendos ipſi commeatus proceſſiſſent. Id quod paulo poſt Cæſar non obſcurè comprobat. Sed tamen ea illius cunctatio, ut fuerit cum timore aliquo conjuncta, ſingulari tamen prudentia & ſtratagemate non caruit. *Glandorp.*

Adverſus in latitudinem] *Adverſus* nomen eſt, ut ſit, in fronte caſtrorum, contra hoſtem. Ita libr. Civil. II: *adverſus plutei objectu.* Ciacconius.

Dejectus habebat] *Dejectus* vocat dejectiones & præcipitia. Utitur eâdem voce Livius, ſed pro dejectione: *Anguſtias*, inquit, *arborum dejectu ſeptas.* Loquitur de Furcis Caudinis. *Glandorpius.*

ſet, ſubſidio duci poſſent; reliquas ſex legiones pro caſtris in acie conſtituit. Hoſtes item ſuas copias ex caſtris eductas inſtruxerant. Palus erat non magna inter noſtrum atque hoſtium exercitum. Hanc ſi noſtri tranſirent, hoſtes exſpectabant: noſtri autem, ſi ab illis initium tranſeundi fieret, ut impeditos aggrederentur, parati in armis erant. Interim prælio equeſtri inter duas acies contendebant. Ubi neutri tranſeundi initium faciunt, ſecundiore equitum noſtrorum prælio, Cæſar ſuos in caſtra reduxit. Hoſtes protinus ex eo loco ad flumen Axonam contenderunt, quod eſſe poſt noſtra caſtra demonſtratum eſt. Ibi vadis repertis, partem ſuarum copiarum tranſducere conati ſunt; eô conſiliô, ſi poſſent, caſtellum, cui præerat Q. Titurius legatus, expugnarent, pontemque interſcinderent: ſin minus, agros Rhemorum popularentur; qui magno nobis uſui ad bellum gerendum erant; commeatuſque noſtros ſuſtinebant. Cæſar certior factus à Titurio, omnem equitatum, & levis armaturæ Numidas, funditores, ſagittarioſque pontem tranſducit, atque ad eos contendit. Acriter in eo loco pugnatum eſt. Hoſtes impeditos noſtri in flumine aggreſſi magnum eorum numerum occiderunt. Per eorum corpora reliquos audaciſſimè tranſire conantes, multitudine telorum repulerunt. Primos, qui tranſierant, equitatu circumventos interfecerunt. Hoſtes, ubi & de expugnando opido, & de flumine tranſeundo, ſpem ſe fefelliſſe intellexerunt, neque noſtros in locum iniquiorem progredi pugnandi cauſſa viderunt, atque eos res frumentaria deficere cœpit; conciliô convoca-

Commeatuſque noſtros ſuſtinebant] Id eſt, præbendis commeatibus inſerviebant: eôdem modô dicimus, *quempiam ſuſtinere ſumptus*, qui eos facit ac ſuppeditat. *Idem.*

Per eorum corpora reliquos] Diſſentit Plutarchus à Cæſare: hic enim Belgas per ſuorum corpora in flumine ſtrata tranſire conantes à Romanis repulſos eſſe dicit: ille vero Romanis tranſitum eſſe factum per Belgarum cadavera. Hæc verba ſunt: *Belgas maxima parte turpiter dimicantes fudit, ceciditque: ita ut paludes & profunda quadam flumina per cæſorum ſtragem Romanis tranſitum præbuerint.*

Per

vocatô, conſtituerunt, optimum eſſe domum ſuam quemque reverti, & quorum in fines primùm Romani exercitum introduxiſſent, ad eos defendendos undique convenire; ut potius in ſuis, quàm alienis finibus decertarent, & domeſticis copiis rei frumentariæ uterentur. Ad eam ſententiam, cum reliquis cauſſis, hæc quoque ratio eos deduxit: quod Divitiacum atque Æduos finibus Bellovacorum appropinquare cognoverant. His perſuaderi, ut diutius morarentur, ne ſuis auxilium ferrent, non poterat. Eâ re conſtitutâ, ſecundâ vigiliâ magno cum ſtrepitu ac tumultu caſtris egreſſi, nullo certo ordine, neque imperio, quum ſibi quiſque primum itineris locum peteret, & domum pervenire properaret, fecerunt, ut conſimilis fugæ profectio videretur. Hâc re ſtatim Cæſar per ſpeculatores cognitâ, inſidias veritus; quod, quâ de cauſsâ diſcederent, nondum perſpexerat; exercitum equitatumque caſtris continuit. Primâ luce confirmatâ re ab exploratoribus, omnem equitatum, qui noviſſimum agmen moraretur, præmiſit, eique Q. Pedium, & L. Aurunculeium Cottam, legatos præfecit. T. Labienum legatum cum legionibus tribus ſubſequi

Per ſpeculatores cognitâ] Speculatores, ad hoc inſtituti, ut hoſtilia ſilentio perſpicerent, deferrentque: paſſim in his commentariis occurrunt, ſæpe etiam exploratorum nomine. *Brantius.*

Inſidias veritus] Circumſpecti Imperatoris officio Cæſar functus eſt; ſolent enim hoſtes aliquando aſtu magis, quam metu, retrocedere: id (teſte Tacito) Germanico Cæſari perquàm familiare fuit. *Rhellican.*

Q. Pedium] Legatus hic eſt, qui duas legiones in citeriore Galliâ conſcriptas (ut in principio libri legere licet) in ulteriorem deduceret. Idem ex gente conſulari, poſtea Cæſaris voluntate cum Fabio maximo triumphavit in conſulatu trimeſtri, licet nihil dignum per ſe geſſiſſet: quapropter non ſine riſu ejus pompa excipiebatur à populo: ſimul quod ligneis, non eburneis imaginibus opidorum uteretur in ferculis. Hinc memorabilis ille jocus Chryſippi; cùm enim in triumpho Cæſaris eburnea opida eſſent tranſlata, & poſt paucos dies Fabii & Pedii lignea: thecas eſſe opidorum Cæſaris dixit. Plura ſuperius vide. *Montan.*

L. Auruncuſeium Cottam] Fuit hic ex gente Aurunculeiâ plebeiâ. Poſtea cum quinque cohortibus in hybernis fraude Ambiorigis cæſus. Ita de eo Lucanus: *Nimiumque rebellis Nervius, & cæſi pollutus ſanguine Cottæ.* Primus in ea gente C. Aurunculeius Cotta ad Rempub. acceſſit, Prætorque Sardiniam rexit. *Montan.*

ſequi juſſit. Hi noviſſimos adorti, & multa millia paſſuum proſecuti, magnam multitudinem eorum fugientium conciderunt; quum ab extremo agmine hi, ad quos ventum erat, conſiſterent, fortiterque impetum noſtrorum militum ſuſtinerent. Priores, quod abeſſe à periculo viderentur, neque ullâ neceſſitate, neque imperio continerentur, exaudito clamore, perturbatis ordinibus, omnes in fugâ ſibi ſubſidium poſuerunt. Ita ſine ullo periculo tantam eorum multitudinem noſtri interfecerunt, quantum fuit diëi ſpatium: ſub occaſumque Solis ſequi deſtiterunt; ſeque in caſtra, uti erat imperatum, receperunt. Poſtridie ejus diëi Cæſar, prius quàm ſe hoſtes ex terrore ac fugâ reciperent, in fines Sueſſonum, qui proximi Rhemis erant, exercitum duxit; & magno itinere confecto ad opidum Noviodunum contendit. Id ex itinere oppugnare conatus, quod vacuum ab defenſoribus eſſe audiebat, propter latitudinem foſſæ, murique altitudinem, paucis defendentibus, expugnare non potuit. Caſtris munitis vineas agere, quæque ad oppugnandum uſui erant, comparare cœpit. Interim omnis ex fugâ Sueſſonum multitudo in opidum

Noviodunum] Novioduni nomine tria fuere in Galliis opida, primum Sueſſonum, alterum Æduorum, tertium Biturigum. Hic de Sueſſonum Novioduno agitur: quæ civitas, hodie *Noiön*, Epiſcopalis eſt, proxima Pariſiis, ſita in Provincia Rhemenſi, & Francorum regno. Notandum eſt, vetere Gallorum lingua *Dunum* ſignificâſſe monticulum; unde haud dubiè Belgarum *Duyn*, collis arenoſus. *Montan.*

Id ex itinere oppugnare] Fit hoc, cùm ſine machinis, celeriter ſcalis admotis, adſcenſus tentatur. Contrarium eſt, obſidione oppugnare. *Hotoman.*

Caſtris munitis] Caſtrorum munitio ſic fiebat. Ceſpitibus terrâ exciſis, à fronte foſſa fiebat: à tergo murus ex lignis, & iiſdem glebis ac ceſpitibus: vallique, id eſt, ſtipites interjiciebantur & frondes, ne terra laberetur. Is proprie agger & vallum dicebatur, ſupraque lorica & pinnæ ad ſimilitudinem muri ſtruebantur. *Idem.* Ad munienda vero caſtra Romani & ſocii communiter & ſolenniter adhibiti: imo ipſi imperatores manum interdum admoverunt, in calcar & exemplum. Servabatur in muniendo perpetuus & certus ordo, & ut quiſque in iis locum & tentorium ſuum noverat, ſic partem quoque operis, quæ obveniret. Operi intendebant per partes centuriones, ſed toti operi præerant Tribuni duo, ut ſcilicet omnia aptè & cohærenter fierent, & ne quid centuriones remitterent. *Lipſius.*

Cele-

dum proximâ nocte convenit. Celeriter vineis ad opidum actis, aggere jactô, turribuſque conſtitutis, magnitudine operum, quæ neque viderant ante Galli, neque audierant, & celeritatè Romanorum permoti, legatos ad Cæſarem de deditione mittunt; &, petentibus

Celeriter vineis ad opidum actis] Vineæ machinæ ſunt ex lignis levioribus, longæ magis, quàm altæ: quarum tectum munitione duplici tabulatis cratibuſque contexebatur. *Turnebus.* Ita eſt: ex lignis levioribus; nempe quia transferri opus & à militibus moveri debebat: hinc ad illum motum indicandum, *vineas agere.* ut hoc loco etiam *procedere* & *proferre* dicebant: nam eminus paratæ, paulatim admovebantur ad opidum; ſive ut ſub iis arietem admoverent, ſive ſubruerent muros: latera autem illarum vimine quoque ſepiebantur. Interdum tamen ſi plura aut graviora in opido tormenta, nec vim ſufferrent hæ craticeæ, faciebant craſſiore ligno. *Lipſius.*

Aggere jacto] Agger is fuit terreus quidam, & alia materia mixta, mons & elevatio: quem paulatim verſus urbem producebant & attollebant, ut ex alto pugnarent & turres ibi conſtituerent. Vocabatur agger ab ipſa re: quia aggerebant & cumulabant terram, lapidem, lignum. Virgulta & faſces maximè hic uſui, ſive ad implendum & attollendum, ſive ad ligandum. Nec tantùm virgulta & tenuia ramorum requirebantur, ſed & ipſi trunci: quia illa in mediam molem ſtipabant: hos & ad latera applicabant, firmando & coërcendo. Struebant enim latera, & cancellatim tignis directis tranſverſiſque variè ligabant: ſed antrorſum urbem verſus pars ea manebat aperta. Aggerebant igitur paulatim & promovebant, in ipſas foſſas, denique ad muros. Dum id fieret, nihilominus turres in aggere impoſitæ, quæ adminiſtrantes aut operantes tuebantur: eæ quoque cum aggere paulatim procedebant. *Lipſius.*

Turribuſque conſtitutis] Erant turres duplices, vel enim partes vallorum, vel, de quibus hic ſermo, mobiles illæ: quæ paulo ab urbe longius ſtructæ, ne tela vitiarent aut impedirent. Agebantur autem rotis ad minimum IV, ſed & VI, aut VIII. Etiam ſubditas, prout turrium modus eſſet, legimus. Et oportebat ſanè humum æquabilem denſamque huic rei eſſe. Actæ igitur rotis, ſed latentibus & internis, aut certè interius movendis. Hoc ideo, ne telis hoſtium, qui agerent, exponerentur, & turris tueretur ſuos motores: à tergo tamen quidam appliciti, qui propellerent; & licuit, quia illinc non metus. Minores turres LX cubitorum in altitudine erant, baſi quadrata: unumquodque latus XVII cubitorum: decem tectorum: ſupremum tectum quintam partem baſis habebat. Majores XC cubitorum in altitudine, quindecim tectorum. Maximæ XX tectorum; altæ cubitos CXX; latæ quaquaverſum XXIV erant. At turres in tot tabulata non æqualiter ſurrexerunt, ſed inſtar Phari Ægyptiacæ, paulatim & per ea ſingula decreverunt. Proceritas autem tanta fuit, ut non ſolùm muros, ſed & turres lapideas altitudine ſuperarent. Latitudo non ad normam artis adſtricta, ſed pro temporibus & voluntate ſtruentium mutata. Tecta ſive tabulata, quæ & faſtigia & vertices dicuntur, plerumque plura in turribus, ut defenſores plures imponerent, tum ut tormenta, ſed non maxima, ſcalas, pontes, & talia ad invadendum. frontes earum ferratæ erant: alia etiam iis materia circumdata, ſcilicet centones, coria, ſtoreæ: & hæc de more. *Idem.*

bus Rhemis, ut conſervarentur, impetrant. Cæſar, obſidibus acceptis, primis civitatis, atque ipſius Galbæ regis duobus filiis, armiſque omnibus ex opido tranſditis, in deditionem Sueſſones accepit; exercitumque in Bellovacos duxit: qui quum ſe ſuaque omnia in opidum Bratuſpantium contuliſſent, atque ab eo opido Cæſar cum exercitu circiter millia paſſuum V abeſſet, omnes majores natu ex opido egreſſi, manus ad Cæſarem tendere, & voce ſignificare cœperunt, ſeſe in ejus fidem ac poteſtatem venire, neque contra populum R. armis contendere: item quum ad opidum acceſſiſſet, caſtraque ibi poneret; pueri mulieresque ex muro paſſis manibus, ſuo more, pacem à Romanis petierunt. Pro his Divitiacus (nam poſt diſceſſum Belgarum, dimiſſis Æduorum copiis, ad eum reverterat) facit verba. Bellovacos omni tempore in fide atque amicitiâ civitatis Æduæ fuiſſe. Impulſos à ſuis principibus, qui dicerent, Æduos à Cæſare in ſervitutem redactos, omnes indignitates contumeliaſque perferre, & ab Æduis defeciſſe, & populo R. bellum intuliſſe: qui hujus conſilii principes fuiſſent, quod intelligerent, quantam calamitatem civitati intuliſſent, in Britanniam profugiſſe: petere non ſolùm Bellovacos, ſed etiam pro his Æduos, ut ſuâ clementiâ ac manſuetudine in eos utatur: quod ſi fecerit, Æduorum auctoritatem apud omnes Belgas amplificaturum: quorum auxiliis atque opibus, ſi qua bella inciderint, ſuſtentare conſueverint. Cæſar, honoris Divitiaci atque Æduorum cauſſa, ſeſe eos in fidem recepturum & conſervaturum, dixit: &, quod erat civitas magna, & inter Belgas auctoritate ac hominum multitudine præſtabat, DC obſides popoſcit. His traditis, omnibuſque armis

Bratuſpantium] Sub Cæſaribus tranſnominatum eſt Cæſaromagum, *Scaligero* teſte. Carolo Bovillo pagus hodie putatur eſſe *Granviller*, vel *Grattepance*: aliis *Clermont en Beauvoiſin*, Vigenereo *Beaumont ſur Oiſe*. Montanus. Bratuſpantii memoria ſervatur in vitâ S. Guiberti; item in hiſtoriâ Ansfridi Epiſcopi Ultrajectenſis apud Sigebertum. *Merula.*

Am

armis ex opidô collatis, ab eô locô in fines Ambianorum pervenit, qui ſe ſuaque omnia, ſine morâ, dediderunt. Eorum fines Nervii attingebant: quorum de naturâ moribuſque Cæſar quum quæreret, ſic reperiebat: Nullum aditum eſſe ad eos mercatoribus: nihil pati vini, reliquarumque rerum ad luxuriam pertinentium, inferri: quod, his rebus relangueſcere animos, eorumque remitti virtutem, exiſtimarent: eſſe homines feros, magnæque virtutis: increpitare atque incuſare reliquos Belgas, qui ſe populo R. dedidiſſent, & patriam virtutem projeciſſent: confirmare, ſe neque legatos miſſuros; neque ullam conditionem pacis accepturos. Quum per eorum fines triduo iter feciſſet; inveniebat ex captivis, Sabin flumen ab caſtris ſuis non amplius millia paſſuum x ab-

Ambianorum] Ambiani à Belgio, Bellovacorum regione, diſterminati fuerunt, & Nerviis ac Veromanduis finitimi, à ſeptentrione Atrebates, à meridie Samaram, vulgo *la Somme*, habuerunt: ab occaſu Oceanum, Cæſaris ævo, attigiſſe, haud levis conjectura eſt: quia nulli alii populi Ambianis Oceanoque interponuntur à Cæſare; cui tamen frequens in his oris exercitus. *Cluverius*. Sedes eorum in eâ Picardiæ parte, ubi hodie opulentiſſima urbs Ambianum, vulgo *Amiens*. Merula.

Nervii] Attigerunt hi à meridie Rhemos: ab ortu Moſâ flumine primùm ab illis populis quinque, qui unô nomine antea Germani, mox Tungri dicti; deinde à Treveris, ſeparati ſunt: ab occaſu Scalde Cameracum uſque ab Ambianis; hinc verò ad Scarpæ confluentes ab Atrebatibus: à ſeptentrione idem iis terminus, qui Aduaticis à meridie. Continentur hodie regiones his finibus iſtæ: Namurcenſis Comitatus pars inter Moſam & Sabim; in quâ caſtellum Namurcenſe: hinc ea regio, quæ inter dictos amnes vulgo vocatur *Baſſe Bourgogne*, id eſt, Burgundia inferior: deinde Hannoniæ maxima pars: nec non è Picardia Tiraſſienſis ducatus portio: item Cameracenſis agri pars, *Cluverio* teſte. Ita de iis Tacitus: *Nervii circa affectationem Germanicæ originis ultro ambitioſi ſunt, tanquam per hanc gloriam ſanguinis à ſimilitudine & inertiâ Gallorum ſeparentur*. Montan.

Nihil pati vini] *Vinum enim curas vigoremque animi impedit ad procinctum tendentibus, ſomno accommodatum & ſecuritatibus*. Plinius. Cæterùm præter Germanos & Germanicæ originis gentes, Locrenſes Epizephyrii, ex lege Zaleuci, vino uti capitale ducebant. Et hodie ſimiliter Sarraceni & Turcæ non tam ex lege Muhamedis, quàm ex antiquâ gentis Arabum conſuetudine, vini uſum fugiunt. *Glandorp*.

Et patriam virtutem projeciſſent] Quaſi à ſe rejeciſſent, cùm retinere, ſi voluiſſent, potuiſſent. Ita Cicero: *Neque ego, cui omnium civium libertas cariſſima fuiſſet, meam projeciſſem. Græci* προΐεσθαι dicunt. *Brantius*.

Per eorum fines triduo iter] Ex hoc locô Marliani error evincitur, qui Nervios *Tornacenſes* eſſe hodie putat; illorum enim fines non tam ampli, ut poſſet triduo iter per eos Cæſar facere: *Montan*.

Sabin flumen] Sabis, accolis nunc *Sambre*, à lævâ ripâ in Moſam evolvitur,

x abeſſe: trans id flumen omnes Nervios conſediſſe, adventumque ibi Romanorum exſpectare, unà cum Atrebatibus & Veromanduis, finitimis ſuis: nam his utriſque perſuaſerant, ut eandem belli fortunam experirentur: exſpectari etiam ab his Atuaticorum copias, atque eſſe in itinere: mulieres, quique per ætatem ad pugnam inutiles viderentur, in eum locum conjeciſſe, quò propter paludes exercitui aditus non eſſet. Cæſar, his rebus cognitis, exploratores centurioneſque præmittit, qui locum caſtris idoneum deligant. Quumque ex dedi-

tur, penes Condruſos ſeu Namurcium opidum Leodienſium. *Cluverius.*

Cum Atrebatibus] Atrebates, Ptolomæo Ἀτρεϐάτιοι, iiſdem finibus à meridie cingebantur, quibus Ambiani à ſeptemtrione: ab occaſu pertinebant ad uſque Oceanum; à ſeptentrione ad Morinos: à Morinis ſeparabantur amne, qui apud Bononiam in Oceanum evolvitur. Includitur his finibus nunc tota Arteſia: pars item Flandriæ, dextræ Legiæ amnis ripæ affixa, quà opida viſuntur *Ryſſel*, *Douay*, *Armentiers*, *Baſſe*, *& Orchies:* Et Hanoniæ exigua portio, qua opida *S. Amand*, *Bouchain*, *Arleux*, *Pecquencourt.* Idem.

Exploratores Centurioneſque præmittit] Locum caſtris deligere erat Centurionum, ad hoc munus electorum. Nec illi tantum præmiſſi, ſed & ex quâque legione unus Tribunus: cui aliquando legati aut tales adjuncti, cùm periculum majus eſſet & diligentius ponenda caſtra. Munus itaque hoc erat certorum hominum, quod & Vegetius oſtendit: qui appellat eos Metatores. Verùm credibile eſt ejus ævo diſtinctos fuiſſe à Centurionibus. *Lipſius.* Sic de hoc negotiô Polybius: *Præeunt Tribunus & Centurionum illi, qui ad hoc munus ſemper electi ſunt. Hi cùm totum locum conſpexerint, ubi metari oportet, in eô primùm capiunt & deſignant Prætorium: & ad quod latus aſpectumque loci Prætorio adjacentis ponere oportebit legiones. His electis & captis dimetiuntur Prætorii ambitum: deinde lineam rectam ad quam tabernacula locantur Tribunorum: tum aliam lineam æquidiſtantem, à qua incipiunt metari legiones. Conſimiliter & latera utrimque ad Prætorium dimetiuntur & deſcribunt lineis. His in brevi abſolutis, quoniam facilis dimenſio, omnibus intervallis definitis jam ante & conſuetis: tum vexillum defigunt: unum quidem & primum in loco ubi Prætorium ponendum, ſecundum in latere electo, tertium in mediâ lineâ ubi Tribuni tendunt: quartum, ubi legiones. Et hæc quidem faciunt punicea, illud autem Imperatoris album: ad latera porro interdum tenues haſtas defigunt, interdum vexilla coloris alterius. His factis, ſtrigas dimetiuntur, & haſtas in quâque eâ defigunt: è quibus, cùm appropinquarunt copiæ, & in conſpectu habent caſtra, ſtatim omnia omnibus innoteſcunt, indicio & ratiocinio uſis à Prætorii ſigno. Et cùm quiſque ſciat in quâ ſtrigâ & in quâ parte tendat, (ſemper enim in eâdem:) fit quiddam ſimile, ut ſi exercitus in notam & ſuam urbem ingrediatur. Illic enim ſtatim à portis declinantes procedunt, & quiſque veniunt ad ſuas ædes ſine ambage & errore: quoniam & universè & in parte cognoſcunt, quâ regione urbis iis divertendum.* Libuit egregium hunc locum, licet ſatis prolixum, adſcribere. *Montan.*

dediticiis Belgis reliquiſq; Gallis complures Cæſarem ſecuti unà iter facerent: quidam ex his, ut poſtea ex captivis cognitum eſt, eorum dierum conſuetudine itineris noſtri exercitus perſpectâ, nocte ad Nervios pervenerunt, atque his demonſtrârunt, inter ſingulas legiones, impedimentorum magnum numerum intercedere; neque eſſe quidquam negotii, cum prima legio in caſtra veniſſet, reliquæque legiones magnum ſpatium abeſſent, hanc ſub ſarcinis adoriri: quâ pulsâ, impedimentiſque direptis, futurum, ut reliquæ contra conſiſtere non auderent. Adjuvabat etiam eorum conſilium, qui rem deferebant, quod Nervii antiquitus, quum equitatu nihil poſſent, (neque enim ad hoc tempus ei rei ſtudent) ſed, quidquid poſſunt, pedeſtribus valent copiis, quo facilius finitimorum equitatum, ſi prædandi cauſſa ad eos veniſſet, impedirent, teneris arboribus inciſis atque inflexis, crebriſque in latitudinem ramis (enatis) & rubis ſentibuſque interjectis effecerant, ut, inſtar muri, hæ ſepes munimenta præberent: quô non modo non intrari, ſed ne per-

Inter ſingulas legiones, impedimentorum magnum numerum] *Ad primum agmen plerumque ponunt extraordinarios: his ſuccedit ſociorum cornu dextrum: poſt iſtos ſequuntur jumenta prædictorum. Horum agmini ſuccedit & conſequitur Romana prima legio, à tergo habens vaſa ſua & impedimenta: tum ſecunda legio, cui ſubſequuntur jumenta ſua, & ſociorum item impedimenta, qui ad tergum locati ſunt.* Polybius. Et hæc eſt conſuetudo, de quâ hic Cæſar. Impedimenta autem dicuntur omnia ea, quæ conducunt ad iter, ut utenſilia, ſarcinæ & jumenta, Græci ἀποσκευὴν vocant. *Montanus.*

Hanc ſub ſarcinis adoriri] Solent Romani milites, cùm in bellum irent, quatuor oneris genera ſecum ferre, cibum, utenſilia, vallum, arma. Cùm arma ſola, expediti dicebantur, hoc eſt, ſine impedimentis ullis. Cicero eleganter: *Scutum, gladium, galeam noſtri milites in onere non plus numerant, quam humeros, lacertos, manus. Arma enim membra militis eſſe dicunt, quæ quidem ita geruntur apte, ut, ſi uſus foret, abjectis oneribus, expeditis armis, ut membris pugnare poſſent.* Sed cùm præterea alia onera ferrent, *ſub ſarcinis impediti* dicebantur. *Brantius.*

Teneris arboribus inciſis] Hæc generatim Morinis, Atrebatibus, Eburonibus & Menapiis attribuit Strabo. Eôdem autem fere modô Mardi exercitum Alexandri prohibebant: *Arbores denſæ ſunt ex induſtriâ conſitæ, quarum teneros adhuc ramos manu flectunt, quos intortos rurſus inſerunt terræ. Inde velut ex alia radice latiores virent trunci: hos quà natura fert, adoleſcere non ſinunt: quippe alium alii quaſi nexu

perſpici quidem poſſet. Iis rebus quum iter agminis noſtri impediretur, non omittendum ſibi conſilium Nervii exiſtimaverunt. Loci natura erat hæc, quem noſtri caſtris delegerant: Collis ab ſummo æqualiter declivis ad flumen Sabin, quod ſupra nominavimus, vergebat: ab eô flumine pari acclivitate collis naſcebatur adverſus huic & contrarius, paſſus circiter CC, infimus, apertus, ab ſuperiore parte ſilveſtris, ut non facile introrſus perſpici poſſet. Intra eas ſilvas hoſtes in occulto ſeſe continebant. In apertô locô, ſecundum flumen, paucæ ſtationes equitum videbantur. Fluminis erat altitudo circiter pedum III. Cæſar, equitatu præmiſſo, ſubſequebatur omnibus copiis. Sed ratio ordoque agminis aliter ſe habebat, ac Belgæ ad Nervios detulerant: nam, quod hoſtis appropinquabat, conſuetudine ſuâ Cæſar VI legiones expeditas ducebat: poſt eas totius exercitus impedimenta collocabat: inde duæ legiones, quæ proximè conſcriptæ erant, totum agmen claudebant, præſidioque impedimentis erant. Equites noſtri cum funditoribus ſagittariiſque flumen tranſgreſſi cum hoſtium equitatu prælium committunt. Quum ſe illi identidem in ſilvas ad ſuos reciperent, ac rurſus è ſilvâ in noſtros impetum facerent, neque noſtri longius, quàm quem ad finem porrecta ac loca aperta pertinebant, cedentes inſequi auderent; interim legiones ſex, quæ primæ venerant, opere dimenſo, caſtra munire cœperunt. Ubi prima impedimenta noſtri exercitus ab iis, qui in ſilvis abditi latebant, viſa ſunt, quod tempus inter eos committendi prælii convenerat; ita ut intra ſilvam aciem ordineſque conſtituerant, atque ipſi ſeſe confirmaverant, ſubito omnibus copiis provolaverunt, impetumque in no-

nexu conſerunt, qui ubi multâ fronde veſtiti ſunt, operiunt terram. Itaque occultus nexus ramorum velut laquei perpetua ſæpe itinera claudit. Curtius.

Quam quem ad finem porrecta] *Loca porrecta* ſunt plana, neque montibus interſepta, neque ſilvis impedita. *Ciacconius.*

In

noſtros equites fecerunt. His facile pulſis ac proturbatis, incredibili celeritate ad flumen decucurrerunt; ut pene uno tempore & ad ſilvas, & in flumine, & jam in manibus noſtris hoſtes viderentur. Eâdem autem celeritate adverſo colle ad noſtra caſtra, atque eos, qui in opere occupati erant, contenderunt. Cæſari omnia uno tempore erant agenda: vexillum proponendum, quod erat inſigne, quum ad arma concurri oporteret: ſignum tubâ dandum: ab opere revocandi milites: qui paullo longius, aggeris petendi cauſſa, proceſſerant, accerſendi: acies inſtruenda: milites cohortandi: ſignum dandum: quarum rerum magnam partem temporis brevitas, & ſucceſſus & incurſus hoſtium impediebat. Iis difficultatibus duæ res erant ſubſidio; ſcientia atque uſus militum, quod ſuperioribus præliis exercitati, quid fieri opor-

In manibus noſtris hoſtes viderentur] *In manibus eſſe* novâ quâdam ratione, & præter vulgatam conſuetudinem, Cæſarem dixiſſe, pro præſentes eſſe, & ita propinquos, ut pene manibus tangi poſſent, notat Lipſius, allato Virgilii loco:

Quod votis optaſtis, adeſt, perfringere dextra.

In manibus Mars ipſe, viri. Montan.

Vexillum proponendum] Vexillum Imperatores habebant penes ſe in tabernaculo: & qui delectum olim habebant, in arce ponebant: cùm prælium etiam erat committendum, proponebatur tollebaturque vexillum. Vexillo igitur pugnandi dabatur ſignum, & in repentino tumultu prælii inopinati, ad arma concurrendi, ut hoc loco. Tollebat & ſignum, quod vexillum erat, qui rapidè celeriterque milites contrahebat: etiam ad præſidium comparandum, & ſpem oſtendendam, confirmandoſque animos. *Turnebus.*

Signum tubâ dandum] Forma tubæ eadem fere, quam hodie apud Europæos videmus: ære directo ducta eſt, canali ad exitum latiori; quæ erat militaris. Nam & alia ſacrorum eſt, diſpari uſu, & fortaſſe formâ. Dicta tuba eſt à tubo ſive canali, quem referebat. *Lipſius.* Tyrrhenus Piſæus primus æneam tubam invenit, cùm antea ex cornu bubulo fieret. *Alexander ab Alexandro.*

Signum dandum] Vocatur hoc ſignum teſſera, Græcis σύνθημα· quod datur uno alterove verbo ſub ipſam pugnam ab Imperatore, ut eo ſymbolo commilitones inter ſe norint, & item hoſtes. *Lipſius.* In caſtris Cæſaris aliquando ſignum fuit, Venus genitrix, aliquando Felicitas; in Pompeii Magni, Hercules invictus: in junioris, Pietas: in Divi Antonini, Æquanimitas: & in aliis aliud. *Montanus.* Veteres autem magis nomina Deorum dabant, quos aut patria aut ipſi Duces colebant: ita Cyro teſſera erat, Ζεὺς σύμμαχος, ἡγεμὼν, σωτήρ· Cæſari, ut dictum, Venus; Auguſto, Apollo. *Lipſius.*

Scientia atque uſus militum] Hinc rectè Vegetius: *In omni prælio non tam multitudo, & virtus indocta, quàm ars & exercitium, ſolent præſtare victoriam.* Montan.

De-

oporteret, non minus commodè ipſi ſibi præſcribere; quàm ab aliis doceri poterant; & quod ab opere ſingulisque legionibus ſingulos legatos Cæſar diſcedere, niſi munitis caſtris, vetuerat. Hi, propter celeritatem, & propinquitatem hoſtium, nihil jam Cæſaris imperium ſpectabant; ſed per ſe, quæ videbantur, adminiſtrabant. Cæſar, neceſſariis rebus imperatis, ad cohortandos milites, quam in partem ſors obtulit, decucurrit: & ad legionem decimam devenit. Milites non longiore oratione eſt cohortatus, quàm uti ſuæ priſtinæ virtutis memoriam retinerent, neu perturbarentur animo, hoſtiumque impetum fortiter ſuſtinerent: &, quod non longius hoſtes aberant, quàm quo telum adjici poſſet; prælii committendi ſignum dedit: atque item in alteram partem cohortandi cauſſa profectus, pugnantibus occurrit. Temporis tanta fuit exiguitas, hoſtiumque tam paratus ad dimicandum animus, ut, non modo ad inſignia accommodanda; ſed etiam ad galeas induendas, ſcutiſque tegmenta detrahenda tempus defuerit. Quam quiſque in partem ab opere caſu devenit, quæque prima ſigna conſpexit, ad hæc conſtitit: ne, in

quæ-

Decucurrit] Obſerva, præteritum illud compoſitum contra præceptiones Grammaticorum primam verbi ſyllabam geminare. Simul locutionem hanc *telum adjicere* pro conjicere. *Glandorp.*

Ad inſignia accommodanda] Inſignia dicebantur ornamenta, quibus Duces, Præfecti cæterique inſigniores notabantur, ut internoſci poſſent. Veluti cùm Centuriones tranſverſis & argentatis galearum criſtis uterentur: item ſigniferi galeis urſinis pellibus tectis, *Hotoman.* Pilani autem lupinis exuviis galeas ornabant: Haſtati Principes & Triarii pennigeris coronis, penniſque puniceis aut nigris cubitali longitudine. Nec inſignia tantum capitis erant, ſed & veſtitus. *Ciacconius.* Vide Pag. XXI.

Ad galeas induendas] Forma galearum hæc: Antrorſum apertæ, & ferri aliqua eminentia, ſed repandi: unde & *ſilæ* dictæ Feſto: ad latus & malas utraſque bucculæ, ſic dictæ, quod buccas tegant. Habebant in galeis criſtas: in quibus mira quædam ſuperbia & laſcivia Romanorum. *Lipſius.*

Scutiſque tegmenta detrahenda] Solent Romani variis formis atque coloribus ſcuta ſua inſignire, & nomina quædam in adverſis ſcutis inſcribere: ut Imperatorum, ſub quibus merebant, Centurionum, imo & ſua, addito ex quâ cohorte eſſent, quâve Centuriâ. Quare non mirum eſt, ſi ejuſmodi ſcuta cautè curioſéque habuerint, & contra nimbos, pulverem taleſque injurias tecta. *Idem.* Hinc Cæſar palam vocat tegmenta, operimenta ſcutorum, quæ Græcis σάγματα, Plauto integumenta. *Turneb.*

Duces

quærendo ſuos, pugnandi tempus dimitteret: inſtructo exercitu, magis, ut loci natura, dejectuſque collis, & neceſſitas temporis, quam, ut rei militaris ratio atque ordo poſtulabat. Quum diverſis locis legiones aliæ aliâ in parte hoſtibus reſiſterent, ſepibuſque denſiſſimis, ut ante demonſtravimus, interjectis; proſpectus impediretur; neque certa ſubſidia collocari, neque quid in quâque parte opus eſſet provideri, neque ab uno omnia imperia adminiſtrari, poterant. Itaque, in tantâ rerum iniquitate; fortunæ quoque eventus varii ſequebantur. Legionis nonæ & decimæ milites, ut in ſiniſtrâ parte aciei conſtiterant, pilis emiſſis, curſu ac laſſitudine exanimatos, vulneribuſque confectos Atrebates (nam his ea pars obvenerat) celeriter ex loco ſuperiore in flumen compulerunt: & tranſire conantes, inſecuti gladiis, magnam partem eorum impeditam interfecerunt. Ipſi tranſire flumen non dubitaverunt; & in locum iniquum progreſſi rurſus regreſſos ac reſiſtentes hoſtes, redintegrato prælio, in fugam dederunt. Item aliâ in parte diverſæ duæ legiones, undecima & octava, profligatis Veromanduis, quibuſcum erant congreſſi, ex loco ſuperiore in ipſis fluminis ripis præliabantur. At totis fere à fronte & à ſiniſtra parte nudatis caſtris, quum in dextro cornu legio duodecima, & non magno ab ea intervallo ſeptima conſtitiſſet; omnes Nervii confertiſſimo agmine, duce Boduognato, qui ſummam imperii tenebat, ad eum locum contenderunt: quorum pars aperto latere legiones circumvenire, pars ſummum locum caſtrorum petere cœpit. Eôdem tempore equites noſtri, leviſque armaturæ pedites, qui cum hiis unà fuerant,

Duce Boduognato] Olim apud Germanos & Belgas hac voce *Boden* corpus ſignificabatur. *Rhenanus*. Remanet hodie ejus appellationis uſus apud pleroſque populos. Erit itaque Boduognatus quaſi dicas Germanice Leibsgnade. *Gland.*

Levis armaturæ pedites] Levium militum plura genera, Rorarii, Accenſi, & quos hic Velites dicimus. Illi priores duo in veteri levi armaturâ fuerunt; hi poſtremi in novâ. Et notandum eſt, novum totum illud de Velitibus fuiſſe, & an-

rant, quos primo hoſtium impetu pulſos dixeram, quum ſe in caſtra reciperent, adverſis hoſtibus occurrebant, ac rurſus aliam in partem fugam petebant: & calones, qui Decumanâ portâ, à ſummo jugo collis noſtros victores flumen tranſire conſpexerant, prædandi cauſa, egreſſi, quum reſpexiſſent, & hoſtes in noſtris caſtris verſari vidiſſent, præcipites ſeſe fugæ mandabant. Simul eorum, qui cum impedimentis veniebant, clamor fremituſque oriebatur: aliique aliam in partem perterriti ferebantur. Quibus omnibus rebus permoti equites Treviri, quorum inter Gallos virtutis opinio eſt ſingularis, qui, auxilii cauſſà à civitate miſſi, ad Cæſarem venerant, quum multitudine hoſtium caſtra noſtra compleri,

& antea Funditores, Jaculatores, Sagittarii, & id genus in uſu, quos duobus illis nominibus Rorariorum & Accenſorum dicebant. Manſeruntque illi ad bellum Punicum ſecundum, quo Velites inſtituti, A. U. C. DXLII. ante perraro id nomen in Romanâ re legitur; ſed velitibus uſi ſunt ante Romanos Galli & Germani. Et hæc Velitum origo: qui poſt Cæſaris ævum deſierunt, & vox deinde uſurpata pro levi milite. Eorum autem loco uſi ſunt Funditoribus, Sagittariis, Jaculatoribus, quos Baleares, Cretenſes, Numidæ, & id genus nationes ſubminiſtrabant. *Lipſius.*

Calones] Habuerunt Romani ſervos aut calones, ſed nec multos, nec vulgo. Tribuni, Centuriones & digniores militum, habebant; gregarii non habebant, quibus amputata hæc adjumenta inertiæ; ſed & dignioribus arctè modus ſtatutus erat, ultra quos & quot non haberent. Nec aliter in veteri militiâ. In ſequenti hoc & alia ſolutiora, ubi magnus calonum & ſervorum numerus in exercitu increbuit. *Idem.* Calones autem licet militiæ ſacramento adigi non ſolerent, ſi quidem ſervilia miniſtrabant militibus, illos tamen in aciem produiſſe, bonam fidelemque operam Reip. ſæpe navâſſe comperimus, tunc quum acciſis rebus, & re exterminatâ, militumque fractâ virtute, militiam militare coacti ſunt: qui quod calas ligneas vel vallum geſtarent, dicti calones fuere; calas enim antiqui dixerunt fuſtes, quos ſervi portarent in comitatu dominorum, dum in expeditionem vadunt: ſeu ἀπὸ τ̃ καλῶν. *Alexander ab Alexandro.*

Decumana porta] Hæc porta remota erat ab hoſte, oppoſitaque Prætoriæ: ex eâ deſertores & facinoroſi, qui jure militari puniendi erant, educebantur: Decumana autem dicta, vel quod ampla & patens eſſet, vel quod cohortes Decimæ ibi tenderent. *Montan.*

Equites Treviri] Nomen hoc apud autores ſæpius variatur: in aliis quippe Cæſaris exemplaribus dicuntur Treveri, in aliis Treviri: in Antonini itinerario fere ubique ſunt Triveri: apud Dionem in uno eodemque libro modo ſunt Τρηούηροι, modo Τρηούϊροι, ut & apud Strabonem: apud Ptolomæum Τρήβιροι. Cauſa hujus variationis primùm à Germanis profecta eſt, quia ipſi, pro ratione variarum dialectorum, nomen id multipliciter variaverunt. *Cluverius.* Sed de his poſtea.

Ca-

pleri, legiones premi, & pene circumventas teneri, calones, equites, funditores, Numidas, diverſos diſſipatoſque in omnes partes, fugere vidiſſent, deſperatis noſtris rebus, domum contenderunt. Romanos pulſos ſuperatoſque, caſtris impedimentiſque eorum hoſtes potitos, civitati renuntiaverunt. Cæſar, ab decimæ legionis cohortatione ad dextrum cornu profectus, ubi ſuos urgeri, ſigniſque in unum locum collatis, duodecimæ legionis milites confertos ſibi ipſis ad pugnam eſſe impedimento, quartæ cohortis omnibus centurionibus occiſis, ſigniferôque interfectô, ſignô amiſſô, reliquarum cohortium omnibus fere centurionibus aut vulneratis, aut occiſis, in his, Primopilô P. Sextiô Baculô, for-

Cæſar, à Decimæ legionis cohortatione ad dextrum cornu] Lipſius teſtatur, libros quoſdam habere: *Cæſar Decimæ legionis cohorte ad dextrum:* ex quo ipſe legit: *Cæſar cum Decimæ legionis cohorte*. Ita enim fuit huic Duci mos, ut plerumque cohortem unam ex fidiſſimâ hâc & fortiſſimâ legione, aut etiam hanc ad tutelam ſuam aſſumeret: & falſa alioqui hæc narratio. Nam ſupra jam dixerat, Cæſarem à cohortatione legionis Decimæ, tranſiſſe in partem alteram, idque ante pugnam. *Montan*.

Quartæ cohortis omnibus Centurionibus] Plutarchus duodecimam legionem & ſeptimam ab hoſtibus circumventas, eorumque Centuriones omnes trucidatos ſcribit. Verba ejus ſunt: *Fuſo equitatu duodecimam ſeptimamque legionem circumdederunt Nervii, Centurioneſque omnes interfecerunt.*

Signiferoque interfecto] In manipulo duo erant ſigniferi ſeu vexillarii, ut alter alterius vicem obiret in defatigatione (gravia enim hæc ſigna), aut etiam in morbo. Eligebantur à Centurionibus, ſed non niſi vigore animi & corporis præſtantes. *Lipſius*.

Primopilo] Variè legitur hoc nomen: vel enim Primi pilus, vel Primipilus & Primopilus vocibus coalitis dicebatur. In lapidibus: PRIMOPILO. LEG. III. & locis ſexcentis. Item abſolutè Primus Centurio, *ἡγεμὼν τοῦ τάγματος*, *στρατοπεδάρχης τοῦ τάγματος*, appellabatur. Erat enim ipſe caput & ductor omnium Centurionum. Etiam in collegam ſuum, ſiniſtrum Primopilum, jus aliquod habebat; nam hæc de dextro accipienda & ſummo, niſi tamen imperium hoc inhibuere per vices. Imperabat quidem ſuæ duntaxat centuriæ, ſed quia mandata Imperatoris aut Tribunorum ſæpe per illum edebantur in vulgus, etiam in acie in agmine illum aſpectabant, & ad ejus nutum ſiſtebant aut procedebant, ideo quia aquilam regebat, primum ſignum. Quia igitur aquila in Primopili tutelâ, & ei velut aſſignata, inde manavit, ut aquila pro ipſo Primopilatu uſurparetur. Munus hoc, propterea quod quiddam eximium erat, petitum eſt ambitiosè & repetitum: atque adeo Tribuni ipſi, poſtquam defuncti, capiebant. *Idem*.

P. Sextio Baculo] Vv. cc. habent: *in his, Primopilo P. Sextio Pactio*. Codex antiquus Hotomanni, *Furios Bibaculos*: alii legunt, *P. Sextio Bibaculo*; quod quarundam familiarum, ut Furiæ & Sextiæ, cognomentum fuiſſe veterum monumenta teſtantur. *Montan*.

fortiſſimô virô, multis gravibuſque vulneribus confectô, ut jam ſe ſuſtinere non poſſet, reliquos eſſe tardiores, & nonnullos à noviſſimis deſertos prælio excedere, ac tela vitare, hoſtes neque à fronte ex inferiore loco ſubeuntes intermittere, & ab utroque latere inſtare, & rem eſſe in anguſto vidit, neque ullum eſſe ſubſidium, quod ſubmitti poſſet; ſcutô ab noviſſimis uni militi detractô (quod ipſe eò ſine ſcuto venerat), in primam aciem proceſſit; centurionibuſque nominatim appellatis, reliquos cohortatus, milites ſigna inferre, & manipulos laxare juſſit, quò facilius gladiis uti poſſent. Hujus adventu ſpe illatâ militibus, ac redintegratô animô, quum pro ſe quiſque in conſpectu Imperatoris etiam in extremis ſuis rebus operam navare cuperet, paullum hoſtium impetus tardatus eſt. Cæſar quum ſeptimam legionem, quæ juxta conſtiterat, item urgeri ab hoſte vidiſſet, Trib. mil. monuit, ut paullatim ſeſe legiones conjungerent, & converſa ſigna in hoſtes inferrent. Quô factô, quum aliis alii ſubſidium ferrent, neque timerent, ne averſi ab hoſte circumvenirentur, au-

Scuto ab noviſſimis uni militi detracto] Narrant eadem de Cæſare Plutarch. Sueton. Flor. Valer. Max. Et ita Cordubenſis poëta:

Ipſe manu ſubicit gladios, ac tela miniſtrat,
Promovet ipſe acies; impellit terga ſuorum,
Verbere converſæ ceſſantes excitat haſta.

Milites ſigna inferre] Legioni aquila communis erat, manipulo ſua *ſigna*: quæ in fronte ejus ſparſa & diſpoſita. De fronte Livius: *Dictator ſigna efferri, ac ſequi armatos jubet.* Si ergo ſequuntur, præeunt ſigna. Obſervabatur autem hic mos militaris, ut cùm in aciem exeundum eſſet, ſigniferis imperaretur à Ducibus, *Infer ſignum in hoſtem.* Idem Livius de Camillo: *datô deinde ſignô ex equô deſiiit, & proximum ſigniferum manu arreptum ſecum in hoſtes rapit, Infer, miles, clamitans, ſignum.* Ubi vero manendum erat, dicebatur: *ſignifer, ſtatue ſignum.* Montan.

Manipulos laxare] Quia nempe conſtipati perdebant ſpatia pugnandi, exhibet: *Singulas centurias vir ducebat, graminis ac herbarum faſciculum (quem Latini manipulum vocant) conto impoſitum ſuſtinens. Unde & nunc in exercitu hos maniplares vocant.* Manipuli vero ſinguli, homines recipiebant ducentos quinquaginta ſex, decurias ſedecim, centurias duas: in unoquoque duo Centuriones, & unicuique ſua pars attributa, quam duceret. *Montan.*

Et converſa ſigna] *Converſa ſigna inferre* eſt collatis ordinibus, ac conjunctis viribus, in hoſtem ire. *Gland.*

Ut

audacius reſiſtere, ac fortius pugnare cœperunt: interim milites legionum duarum, quæ in noviſſimo agmine præſidio impedimentis fuerant, præliô nuntiatô, curſu incitatô, in ſummô colle ab hoſtibus conſpiciebantur. Et T. Labienus, caſtris hoſtium potitus, & ex locô ſuperiore, quæ res in noſtris caſtris gererentur, conſpicatus, decimam legionem ſubſidio noſtris miſit: qui, quum ex equitum & calonum fugâ, quô in locô res eſſet, quantôque in periculô & caſtra, & legiones, & Imperator verſaretur, cognoviſſent, nihil ad celeritatem ſibi reliqui fecerūt. Horum adventu tanta rerum commutatio eſt facta, ut noſtri, etiam qui vulneribus confecti procubuiſſent, ſcutis innixi, prælium redintegrarent; tum calones, perterritos hoſtes conſpicati, etiam inermes armatis occurrerent. Equites verò, ut turpitudinem fugæ virtute delerent, omnibus in locis pugnabant, quò ſe legionariis militibus præferrent. At hoſtes, etiam in extremâ ſpe ſalutis tantam virtutem præſtiterunt, ut, quum primi eorum cecidiſſent, proximi jacentibus inſiſterent, atque ex eorum corporibus pugnarent. His dejectis, & coacervatis cadaveribus, qui ſupereſſent, ut ex tumulo tela in noſtros conjicerent, pilaque intercepta remitterent; ut non nequidquam tantæ virtutis homines judicari deberet, auſos eſſe tranſire latiſſimum flumen, adſcendere altiſſimas ripas, ſubire iniquiſſimum locum: quæ facilia ex difficillimis animi magnitudo redegerat. Hôc præliô factô, & prope ad internecionem gente ac nomine Nerviorum redactô, majores natu, quos unà cum pueris mulieribuſque in æſtuaria ac paludes collectos dixeramus, hâc pugnâ nuntiatâ, quum victoribus nihil impeditum, victis nihil

Ut non nequidquam tantæ virtutis homines] Senſus hic eſt: qui in extremô præliô tam ſe fortiter geſſerunt, eos etiam initio, quæ geſſiſſe dicuntur, ſit geſſiſſe veriſimile. *Canterus.*

In Æſtuaria] *Æſtuaria*, loca ſunt per quæ mare accedit & recedit. Hic vero pro locis ſtagnantibus & paludoſis accipi convenit. *Idem.*

hil tutum arbitrarentur; omnium, qui ſupererant, conſenſu, legatos ad Cæſarem miſerunt, ſeque ei dediderunt, & in commemoranda civitatis calamitate, ex DC ad III ſenatores, ex hominum millibus LX vix ad D, qui arma ferre poſſent, ſeſe redactos eſſe dixerunt: quos Cæſar, ut in miſeros ac ſupplices uſus miſericordiâ videretur, diligentiſſimè conſervavit; ſuiſque finibus atque opidis uti juſſit; & finitimis imperavit, ut ab injuriâ & maleficiô ſe ſuoſque prohiberent. Atuatici, de quibus ſupra ſcripſimus, quum omnibus copiis auxilio Nerviis venirent; hâc pugnâ nuntiatâ, ex itinere domum reverterunt: cunctis opidis caſtelliſque deſertis, ſua omnia in unum opidum egregiè naturâ munitum contulerunt: quod quum ex omnibus in circuitu partibus altiſſimas rupes deſpectuſque haberet, unâ ex parte leniter acclivis aditus, in latitudinem non amplius CC pedum relinquebatur: quem locum duplici altiſſimo muro munierant: tum magni ponderis ſaxa, & præacutas trabes in muro collocârant. Ipſi erant ex Cimbris Teu-

Ex DC *ad* III *ſenatores*] Plutarchus duntaxat quadringentos patricii ordinis fuiſſe Nerviis ante calamitatem memorat; Abbreviator Livii ex ſexaginta hominum millibus non quingentos, ſed trecentos, & non ex ſexcentis ſenatoribus, ſed XCV, duntaxat tres ſuperfuiſſe ſcribit. *Montan.*

Atuatici] Variè nomen hoc in Cæſaris exemplaribus legitur: aliàs quippe ſunt Aduatici: aliàs Atuatici, ut hic, & apud Dionem. Utrumque rectè; variatâ tantum dialecto. Patriâ linguâ à bellicæ virtutis præſtantiâ dicti videntur thi Abzwacker / aliâ dialecto, de Aſtwacker / id eſt, *carptores*; quia finitimorum agros armis manibuſque carpebant, donec tandem his finibus conſederunt. Ab ortu ſolis circumſcripti fuerunt iiſdem limitibus, quibus Eburones ab occaſu: nempe lineâ à Namurco ad fontem amnis Getæ, & inde ipſo amne ad Demeræ uſque confluentem: ab ſeptemtrione item iiſdem, quibus Menapii à meridie, id eſt, Demerâ & Rupellâ flumine, ad Scaldis uſque confluentem: ab occaſu ad confluentem uſque Teneræ, Scalde, quo à Morinis diſcreti: à meridie lineâ ductâ ad Sabin amnem (vulgo *Sambre*) & opidum *Fontaines*: quo à Nerviis diremti. Regiones nunc his finibus clauduntur iſtæ: Magna pars Brabantiæ, inter Getam, Demeram ac Teneram amnes. Flandriæ exiguus tractus juxta dextram Teneræ ripam; ubi opidum *Dendermonde*: item Hannoniæ pars: & item Namurcenſis comitatus portio, Sabis lævæ ripæ affixa. *Cluverius.*

Deſpectuſque] *Deſpectus* eſt ex loco ſuperiore, quaſi deorſum aſpectus. *Brantius.*

Quum

Teutoniſque prognati; qui, quum iter in provinciam noſtram atque Italiam facerent, his impedimentis, quæ ſecum agere ac portare non poterant, citra flumen Rhenum depoſitis, cuſtodiæ ex ſuis ac præſidio VI millia hominum unà reliquerunt. Hi, poſt eorum obitum, multos annos à finitimis exagitati, quum aliàs bellum inferrent, aliàs illatum defenderent; conſenſu eorum omnium pace factâ, hunc ſibi domicilio locum delegerunt. Ac, primô adventu exercitus noſtri, crebras ex opido excurſiones faciebant, parvuliſque præliis cum noſtris contendebant. Poſtea, vallo pedum XII, in circuitu XV millium, crebriſque caſtellis circummuniti, opido ſeſe continebant. Ubi, vineis actis, aggere exſtructô, turrim conſtitui procul viderunt, primum irridere ex murô, atque increpitare vocibus, quo tanta machinatio ab tantô ſpatiô inſtitueretur? quibuſnam manibus, aut quibus viribus; præſertim homines tantulæ ſtaturæ (nam pleriſque hominibus Gallis, pro magnitudine corporum ſuorum, brevitas noſtra contemtui eſt), tanti oneris turrim in muros ſeſe collocare confiderent? Ubi vero moveri, & appropinquare mœnibus viderunt, novâ atque inuſitatâ ſpecie commoti, legatos ad Cæſarem de pace miſerunt: qui ad hunc modum locuti: Non ſe exiſtimare, Romanos ſine ope deorum bellum gerere; qui tantæ altitudinis machinationes tantâ celeritate promovere, & ex propin-

Quum iter in provinciam noſtram] Actum hoc erat circiter A. ab U. C. DCXLVII; & ante L annos cum Cæſar hæc ſcriberet. Scripſit enim hæc anno U. C. DCXCVII. *Montan.*

Vallo pedum XII, *in circuitu* XV *millium*] Cum ſpatium vides, quod eſt XV milliarium, & valli continui altitudinem pedum XII, & pro ratâ latitudinem, amplius tot turres ligneas in ambitu extructas, & hæc omnia non multis diebus manu militari confecta, meritò exclames cum Livio: *Jam in opere quis par Romano miles? quis ad tolerandum laborem melior?* Brant.

Homines tantulæ ſtaturæ] *Plaga mundi glacialis candida cute homines producit, flavis crinibus: truces vero ex cœli rigore, corporumque proceritate conſpicuos, humoris alimento: media terra modicos corporum habitus, ingenia fœcunda, totiuſque naturæ capacia alit.* Plinius.

pinquitate pugnare poſſent: ſe ſuaque omnia eorum poteſtati permittere dixerunt: unum petere ac deprecari; ſi forte pro ſuâ clementiâ ac manſuetudine, quam ipſi ab aliis audiſſent, ſtatuiſſet, Atuaticos eſſe conſervandos, ne ſe armis deſpoliaret: ſibi omnes fere finitimos eſſe inimicos, ac ſuæ virtuti invidere; à quibus ſe defendere, traditis armis, non poſſent: ſibi præſtare, ſi in eum caſum deducerentur, quamvis fortunam à populo Romano pati, quam ab his per cruciatum interfici; inter quos dominari conſuêſſent. Ad hæc Cæſar reſpondit: Se magis conſuetudine ſuâ, quam merito eorum, civitatem conſervaturum, ſi prius, quam aries murum attigiſſet, ſe dedidiſſent, ſed deditionis nullam eſſe conditionem, niſi armis traditis: ſe id, quod in Nervios feciſſet, facturum; finitimiſque imperaturum, ne quam dedititiis populi Romani injuriam inferrent. Re nuntiatâ ad ſuos, illi ſe, quæ imperarentur, facere dixerunt. Armorum magnâ multitudine de muro in foſſam, quæ erat ante opidum, jactâ, ſic ut prope ſummam muri aggeriſque altitudinem acervi armorum adæquarent: & tamen circiter parte tertiâ (ut poſtea perſpectum eſt) celatâ, atque in opido retentâ, portis patefactis, eo die pace ſunt uſi. Sub veſperum Cæſar portas claudi, militeſque ex opido exire, juſſit, ne quam noctu opidani à militibus injuriam acciperent. Illi, ante initô (ut intellectum eſt) conſiliô, quod, deditione factâ, noſtros præſidia deducturos, aut denique indiligentius ſervaturos, crediderant, partim cum his, quæ

Si prius, quam aries murum attigiſſet] Hodie idem mos aut lex eſt, durius in eos conſuli qui tormenta exſpectarunt; neque enim ſine direptione fortunarum & captivitate in deditionem recipiuntur, quorum mœnia tormentis quaſſata ſunt. *Turnebus.* Cicero tamen graviter monet: *qui armis poſitis ad Imperatoris fidem confugiunt, quamvis aries murum percuſſerit, recipiendos eſſe.* Montan.

Armorum magnâ multitudine de muro] Sententia eſt, aggerem pari admodum altitudine cum oppoſito muro fuiſſe, & jacta inter utrumque arma utrumque æquaſſe. *Brant.*

Igni-

quæ retinuerant & celaverant, armis; partim, ſcutis ex cortice factis, aut viminibus intextis, quæ ſubito (ut temporis exiguitas poſtulabat) pellibus induxerant: tertiâ vigiliâ, quà minime arduus ad noſtras munitiones adſcenſus videbatur; omnibus copiis repente ex opido eruptionem fecerunt. Celeriter, ut ante Cæſar imperaverat, ignibus ſignificatione factâ, ex proximis caſtellis eò concurſum eſt; pugnatumquē ab hoſtibus ita acriter; ut à viris fortibus in extremâ ſpe ſalutis, iniquô locô contra eos, qui ex vallo turribuſque tela jacerent, pugnari debuit, quum una in virtute omnis ſpes ſalutis conſiſteret. Occiſis ad hominum millibus IV, reliqui in opidum rejecti ſunt. Poſtridie ejus diei, refractis portis, quum jam defenderet nemo, atque intromiſſis militibus noſtris, ſectionem ejus opidi univerſam Cæſar vendidit. Ab his, qui emerant, capitum numerus ad eum relatus eſt millium LIII. Eôdem tempore à P. Craſsô, quem cum legione unâ miſerat ad Venetos, Unellos, Oſiſmios, Curioſolitas, Seſuvios, Aulercos, Rhe-

Ignibus ſignificatione factâ] Non tantum vigiles ignibus utebantur, ad illucendum, & ut accedentes noſcerent: ſed etiam alio fine in turribus faces excitabantur aut ſpeculis; nempe, ut hic patet, ad indicandum aliquid aut ſignificandum. Tale Genus Græci φρυκτοὺς dicunt. Suidas inter alios: *Phrycti, faces quædam è ligno factæ, quas ſuper muros ferentes ſignificant vicinis aut ſociis, cum vident hoſtes adventantes. Atque etiam cum ſocios vel auxilium vident; ſed cum iſtos, geſtant faces quietas, cum hoſtes, quatiunt & movent.* Convenit quod Polybius διὰ τῶν πυρσῶν σημαίνειν dicit. Plinius inventum hoc Sinoni attribuit: *Specularem ſignificationem Troiano bello Sinon invenit.* Sophocles Palamedi. Vegetius inter uſitata refert: *Si diviſæ ſint copiæ, per noctem flammis, per diem fumo ſignificari ſociis.* Lipſius.

Sectionem ejus opidi univerſam] Auctionem ſive ſectionem vendere, eſt auctionari & res in auctione vendere. Qui vero ſectionem emebant, ſectores appellabantur: ita dicti ſunt, *qui ſpem lucri ſui ſecuti bona condemnatorum ſimul auctionabantur, proque his pecunias penſitabant, poſtea pro compendio ſuo ſingula vendituri.* Aſconius. Ea autem auctio haſtâ propoſitâ fiebat. *Haſtæ ſubjiciebantur ea, quæ publicè venundabantur. quia ſignum prælii eſt haſta.* Feſtus.

Oſiſmii] Populi inter Celtas, Oceanum attingentes, proximi Lexobiis, Nannetibus, Venetis. Inter civitates Armoricas nominantur, in Provincia Turonenſi regnoque Francorum ſiti. Horum litora Britannico ſunt mari adverſa, ut refert Mela. Cænalis eos nominat *Landriguet. Montan.*

Seſuvii] In eôdem tractu, quô Oſiſmii, habitârunt. Quidam illos Exiſinos eſſe putant: quæ civitas eſt Epiſcopalis

 Fro-

Rhedones, quæ ſunt maritimæ civitates, Oceanumque attingunt, certior factus eſt, omnes eas civitates in ditionem poteſtatemque populi R. eſſe redactas. His rebus geſtis, omni Galliâ pacatâ, tanta hujus belli ad Barbaros opinio perlata eſt, ut ab nationibus, quæ trans Rhenum incolerent, mitterentur legati ad Cæſarem, quæ ſe obſides daturas, imperata facturas, pollicerentur. Quas legationes Cæſar, quod in Italiam Illyricumque properabat, initâ proximâ æſtate, ad ſe reverti juſſit. Ipſe in Carnutes, Andes, Turones, quæ civitates propinquæ his locis erant, ubi bellum geſſerat, legionibus in hiberna deductis, in Italiam profectus eſt. Ob eas res, ex literis Cæſaris, dies

XV

Provinciæ Turonenſis, in Francorum regno ſiti. *Marlian.*

Aulerci Rhedones] Fuerunt quadruplices Aulerci; vel Eburovices, vel Cenomani, vel Brannovices, vel, qui hic intelliguntur, Diablintres. *Ortelius.* Erant hi ex maritimis civitatibus, Oceanum attingentibus, Angliæ oppoſiti in Provincia Turonenſi & Francorum regno ſiti, *Leondoul* Gallicè. *Marlianus.* Rhedones itidem in Armoricis. Urbs eorum epiſcopalis Condate, *la ville de Renes en Bretagne*. Ortel. Sed de omnibus his populis ſuo loco. *Montan.*

In ditionem poteſtatemque] In fragmento Legis Serviliæ, quod ſervabatur olim apud F. Urſinum, ita habetur: QUOIQUE. IN ARBITRATU. DICIONE. POTESTATE P.R.

Dies XV *ſupplicatio decreta*] Quod factum magis ex inveterato Pop. R. in Gallos odio, quàm aliâ de cauſâ, nonnulli volunt. Ut qui palam profitebantur, ſe cum Gallis de ſalute, non de gloriâ, certare. Quid enim? Annibal infeſtiſſimus ille Romano nomini, qui annis XVII in viſceribus Italiæ hæſit, poſtquam Magni Scipionis virtute coactus eſt, pro ſuâ patriâ pugnaturus, in Africam reverti, vacuamque Italiæ poſſeſſionem Romanis relinquere: *decretum*, inquit Livius, *ut quinque dies circa omnia pulvinaria ſupplicaretur.* Nunc ob debellatos Belgas, aliosq; Galliæ populos, XV dierum ſupplicatio decernitur. Sed hoc forſan ex affectu P. R. erga Cæſarem? ergone minor ille erga Pompeium, qui & Mithridatem devicit, & tot provincias imperio Romano adjecit? & tamen idem Livius devictis Veiis: *Senatus*, ait, *in quatriduum, quot dierum nullo ante bello, ſupplicationes decernit.* Brantius. Erat ſupplicatio quaſi triumphi prærogativa quædam. Senatus autem decreto, Deorum templa omnia aperiebantur, ut viri matronæque gratulantes Diis gratias agerent. *Ciacconius.* Aliquando Senatores & Patricii cum conjugibus & liberis, plerumque coronati, nonnunquam omnes tribus & ordines, præeunte Pontifice Maximo, aliquando Duumviris, præcedentibus pueris ingenuis & libertinis, ac virginibus patrimis & matrimis coronatis, vel lauream tenentibus manu, voce modulatâ pronunciantibus carmen, ſupplicabant. Obſervatum eſt, ut, quoties ſupplicationes aut lectiſternia indicebantur, à jurgiis & litibus temperarent, vinctiſque vincula demerent. Etiam animadverſum, plerumque à matronis qui-

xv ſupplicatio decreta eſt: quod ante id tempus acciderat nulli.

L I-

quibus viri eſſent; Junoni ſupplicatum, primùm in Capitolio, deinde in mari proximô, unde hauſtâ aquâ templum & ſimulacrum inſpergebant. *Alexander ab Alexandro.*

Quod ante id tempus acciderat nulli] Verùm id eſt. Nemini xv dierum ſupplicatio decreta ante id tempus. Quinctio quidem, v; Cn. Pompeio xii dies; Camillo, Veiis captis, quatriduum. Tandem Hirtio, & Panſæ, & Cæſari juniori, Mutinâ liberatâ, dierum quinquaginta ſupplicatio decreta: & poſtea etiam ob leviſſimas cauſas: ita Neroni ob recitationem carminum in theatro. In eâ vero decernendâ victoriæ magnitudo, dignitaſque Imperatoris, conſiderabatur. *Montanus.*

Tertius

Liber III.

Quum in Italiam proficiſceretur Cæſar, Ser. Galbam cum legione duodecimâ & parte equitatus, in Nantuates, Veragros Sedunoſque miſit, qui à finibus Allobrogum & lacu Le-

Tertius hic liber, III anni hujus belli hiſtoriam complectitur, ab U. C. anno DCXCVIII, Coſſ. Cn. Lentulo Marcellino, L. Martio Philip. *Glarean.*

Serg. Galbam] In gente Sulpitiâ Galbæ plerumque Sergii prænomen uſurparunt. Fuit autem hic Galbæ Imperatoris proavus, qui poſtea, potiente rerum Cæſare, ob repulſam Conſulatus, conjuravit cum Caſſio & Bruto. Quare & Pediâ lege damnatus eſt. *Gland.*

Nantuates] Straboni Ναντουᾶται. Eos aliis atque aliis locis recentiores ponunt ſcriptores. Martianus locat ad lacum Acronium. Paradinus notat, regionem & nomen eorum hodieque exſtare in opidulo, quod etiamnum *Nantua*, haud procul Chamberiaco. Ita de iis Scaliger: qui Nantuates ad lacum Acronium conſtituunt, & Conſtantienſes eſſe dicunt, non minus deſipiunt, quam qui Monaſterium illud Benedictinorum interpretantur. Tſchudus, qui hæc loca peragravit, per Nantuates eum in Sabaudiâ tractum intelligit, qui Bernatium nunc eſt, & Gallice *Païs de Vaut*, & Germanicâ deflexione die Waat appellatur. *Montan.* Nantuates autem his finibus optimè includuntur. Ab Allobrogibus arcebantur Dransâ flumine, quod in Lemanum incidit: ab Helvetiis primùm duobus altiſſimis montibus, quorum vulgaria vocabula, *Dent de Luman, & Mont Seron*; dein aliis contiguis jugis ad fontes uſque Sanæ: à Sedunis eorundem jugorum excurſu, à fontibus Sanæ ad Martiniacum opidum: à Veragris montium itidem jugo, à Martiniaco ad Allobrogum fines extenſo. *Cluver.*

Veragros] Straboni Οὐάραγροι, Varagri Plinio: Dio imperite unis Veragris id ſpatium attribuit, quod à Sunanis Alpibus ad uſque Lemanicum extenſum erat. *Montanus.* Hodie ſunt Valleſii inferiores. *Tſchudus.* Incoluerunt vallem Dranſa amne riguam, à ſummo Pennini vertice ad Rhodani uſque ripam. *Cluver.*

Sedunoſque] Fuerunt hi ſupra Veragros, verſus fontes Rhodani. Opidum eorum, quod totius vallis eſt caput, nominis antiqui etiamnum memoriam ſervat, quo incolis Germanis Sitten / Gallis verò paulo corruptius dicitur *Sion* & *Seon.* Cluver.

Habent in eô Epiſcopum, qui regioni & ut Princeps, & ut eccleſiaſticus præſul imperat: at nihil agit abſque omnium conſenſu. Habitant Seduni vallem in C millia paſſuum extentam. Homi-

Lemano & flumine Rhodano ad ſummas Alpes pertinent. Cauſſà mittendi fuit, quod iter per Alpes, quò magnô cum periculô, magniſque portoriis mercatores ire conſueverant, patefieri volebat. Huic permiſit, ſi opus eſſe arbitraretur, uti iis locis legionem, hiemandi cauſſa, collocaret. Galba, ſecundis aliquot præliis factis, caſtelliſque compluribus eorum expugnatis, miſſis ad eum undique legatis, obſidibuſque datis, & pace factâ, conſtituit cohortes duas in Nantuatibus collocare: ipſe cum reliquis ejus legionis cohortibus in vicô Veragrorum, qui appellatur Octodurus, hiemare, qui vicus poſitus in valle, non magnâ adjectâ planicie, altiſſimis montibus undique continetur. Quum hic in duas partes flumine divideretur, alteram partem ejus vici Gal-

Homines ſunt liberi, & quos Romani nunquam cogere potuerunt, ut ipſorum diſcerent linguam. Quod ſignum eſt vel nihil ibi unquam, vel parvo tempore, potuiſſe Romanos. Habent itaq; adhuc eandem linguam, qua Helvetii utuntur. Hodie priſtinâ retentâ virtute Veragris, qui Romanam linguam uſurpant, dominantur: ac in Provinciam redegere, parte etiam Antuatium occupatâ. Helvetiis confœderati ſunt, ut Rhæti. *Glarean.*

Ad ſummas Alpes] Τὰ ἄκρα τῶν Ἄλπεων: ſummum Penninum Antoninus & tabula; ſummum verticem Livius. in quo Pennum Deum colebant incolæ Veragri. Pæninas Alpium fauces vocat Plinius. Nunc dicitur *mons Divi Bernardi & mons Jovis*. Cluv.

Mercatores ire conſueverant] Patet etiam Mercatoribus iter fuiſſe per Penninum montem ex Antonino & tabulâ. Eôdem tranſitu Cæcina exercitum traduxit, qui Aquas Helvetias diripuerat, Aventicoque excidium fuerat minatus. *Idem.*

Octodurus] Tota hæc deſcriptio in tantum opido, quod nunc vulgo Gallis *Martiny*, Germanis Martinach vocatur, & regioni circumjacenti, omnibus numeris ac partibus convenit, ut nihil unquam magis graphicè deſcribi poſſit. *Idem.* Elegantius tamen eandem regionem deſcribit autor vitæ Divi Mauricii; his verbis: *Maximianus Cæſar ad comprimendam Bagaudarum factionem in Gallias properans, ad Alpium Peninarum aditum venit. Transmeantibus iter Alpium, poſt arduam & horrendam viam, ſubito aqualis loci campeſtris occurrit grata planicies. Quô in locô opidum factum eſt, quod Octodorus nomen accepit. circa quod irrigua fluminibus prata, atque agrorum fertilis cultura porrigitur.* Montan.

Vicus] Duplex eſt, vel extra urbem, vel in urbe. In urbe, eſt ædium continuata ſeries, non ipſa via, quæ ſuo nomine appellatur: extra urbem, ut hic, eſt regio conſtans ex pluribus caſis, nullo mœnium ambitu, accolis diſperſis, in plano, circa flumina vel fontes, qui ad unum locum conſilii cauſa coëunt. *Manutius.*

In duas partes flumine] Dicit Cluverius, ſe vidiſſe flumen hoc, oriens ex ſummo Pennino, vulgarique vocabulo indigitatum *Dranſe*, Octodurum ſive *Martinach* hodieque ſecare.

N-

Gallis conceſſit; alteram, vacuam ab illis relictam, cohortibus ad hiemandum attribuit. Eum locum vallô foſsâque munivit. Quum dies hibernorum complures tranſiſſent, frumentumque eò comportari juſſiſſet; ſubitò per exploratores certior factus eſt, ex eâ parte vici, quam Gallis conceſſerat, omnes noctu diſceſſiſſe, monteſque, qui impenderent, à maximâ multitudine Sedunorum & Veragrorum teneri. Id aliquot de cauſſis acciderat, ut ſubitò Galli belli renovandi, legioniſque opprimendæ, conſilium caperent. Primùm, quod legionem, neque eam pleniſſimam, detractis cohortibus duabus, & compluribus ſigillatim, qui, commeatus petendi cauſſà, miſſi erant, abſentibus; propter paucitatem deſpiciebant: tum etiam, quod, propter iniquitatem loci, quum ipſi ex montibus in vallem decurrerent, & tela conjicerent, ne primum quidem poſſe impetum ſuſtineri exiſtimabant. Accedebat, quod ſuos ad ſe liberos abſtractos obſidum nomine dolebant; &, Romanos, non ſolùm itinerum cauſſa, ſed etiam perpetuæ poſſeſſionis, culmina Alpium occupare conari, & ea loca finitimæ provinciæ adjungere, ſibi perſuaſum habebant. His nuntiis acceptis, Galba, quum neque opus hibernorum, munitioneſque plenè eſſent perfectæ; neque de frumento, reliquoque commeatu, ſatis eſſet pro-

Neque eam pleniſſimam] Pleniſſima dicitur legio, cùm omnes milites, Tribunos Centurioneſque habet. His contrariæ vocantur infrequentes & attenuatæ. *Ciaccon.*

Abſentibus] Hunc locum ſic Dio expreſſit: *Poſtquam militum alii cum eo manſerunt, quippe haud longè ab Italiâ ſe abeſſe rati: alii verò ſingulatim in alia loca diſceſſerunt, incolæ ejus regionis, eô intellectô, inopinatis illum inſidiis aggreſſi ſunt.* Montan.

Romanos non ſolum itinerum cauſa, ſed etiam perpetuæ poſſeſſionis] Uſu enim venit non rarò, ut cui per provinciam alterius caſtra metari liceat, eandem per vim teneat. Quin & mos Romanorum fuit rarus ille & notandus, qui in limite imperii hoc ſervabant; ut externum neminem admitterent exciperentve, niſi cuſtode datô & arbitrô actionum. *Lipſius ad Taciti German.*

Opus hibernorum, munitioneſque] Hiberna à Romanis validô vallô foſsâque & tabernaculis accuratius inſtruebantur: utpote receptacula militum in diuturnâ manſione. Vide Pag. 11. *Montan.*

Ga-

proviſum; quod deditione factâ, obſidibuſque acceptis, nihil de bello timendum exiſtimaverat: conciliô celeriter convocatô, ſententias exquirere cœpit. Quô in conciliô quum tantum repentini periculi præter opinionem accidiſſet, ac jam omnia fere ſuperiora loca multitudine armatorum completa conſpicerentur, neque ſubſidio veniri, neque commeatus ſupportari, intercluſis itineribus, poſſent: prope jam deſperatâ ſalute, nonnullæ hujuſmodi ſententiæ dicebantur, ut, impedimentis relictis, eruptione factâ, iiſdem itineribus, quibus eò perveniſſent, ad ſalutem contenderent. Majori tamen parti placuit, hôc reſervatô ad extremum conſiliô, interim rei eventum experiri, & caſtra defendere. Brevi ſpatiô interjectô, vix ut his rebus, quas conſtituiſſent, collocandis atque adminiſtrandis tempus daretur, hoſtes ex omnibus partibus, ſignô datô, decurrere; lapides geſaque in vallum conjicere. Noſtri, primò integris viribus fortiter repugnare, neque ullum fruſtra telum ex loco ſuperiore mittere: ut quæque pars caſtrorum nudata defenſoribus premi videbatur, eò occurrere, & auxilium ferre. Sed, hôc ſuperari, quod diuturnitate pugnæ hoſtes defeſſi prælio excedebant, alii integris viribus ſuccedebant: quarum rerum à noſtris propter paucitatem fieri nihil poterat, ac non modo defeſſo ex pugnâ excedendi, ſed ne ſaucio quidem ejus loci, ubi conſtiterat, relinquendi, ac ſui recipiendi, facultas dabatur. Quum jam amplius horis VI continenter pugnaretur, ac non ſolùm vires, ſed etiam tela noſtris deficerent, atque hoſtes acrius inſtarent, languidioribuſque noſtris, vallum ſcindere, & foſſas complere, cœpiſſent, reſ-

Geſaque] Geſum; alii, & ſæpius Græci, Gæſum ſcribunt: vox ac tela peregrina videntur. Athenæus quidem Romanos petîſſe ab Hiſpanis vult, alii magis a Gallis. Eſt autem telum vel contus longè feriens: & grandius fuiſſe jaculum, etiam Feſtus indicat, cum vocat grave jaculum. paſtoritium telum Livius facit & Silius. *Lipſius*. *Galli etiam viros fortes Geſos appellant*, Servio teſte. *Montan.*

Foſſas] Erat foſſa exterius vallo præ-

reſque eſſet jam ad extremum deducta caſum; P. Sextius Baculus, primipili centurio, quem Nervico prælio compluribus confectum vulneribus diximus, & item C. Voluſenus tribunus mil., vir & conſilii magni & virtutis; ad Galbam accurrunt, atque unam eſſe ſpem ſalutis docent; ſi, eruptione factâ, extremum auxilium experirentur. Itaque, convocatis centurionibus, celeriter milites certiores facit, pauliſper intermitterent prælium, ac tantummodo tela miſſa exciperent, ſeque ex labore reficerent: poſt, ſignô datô, è caſtris erumperent, atque omnem ſpem ſalutis in virtute ponerent. Quod juſſi ſunt, faciunt; ac ſubitò omnibus portis eruptione factâ, neque cognoſcendi quid fieret, neque ſui colligendi hoſtibus facultatem relinquunt. Ita commutatâ fortunâ, eos, qui in ſpem potiendorum caſtrorum venerant, undique circumventos, interficiunt; & ex hominum millibus

prææducta: lata plurimum octo pedes, & totidem alta: alii tamen adaugent. Non raro duplex foſſa, ut & duplex vallum legitur, majoris firmitatis & tutelæ cauſa. Hanc accincti fodiebant. *Lipſius.*

Omnibus portis] Portæ in caſtris quatuor. Prætoria, quæ & Quæſtoria. Siquidem Prætorium etiam Quæſtorium fuit; prout Prætor aut Quæſtor Legionibus præerat: altera à tergo caſtrorum Decumana, eò quod ampla & patens: ex quâ facinoroſi, in quos jure militari erat animadvertendum, educuntur: tertia Principalis; ex quâ Principes & ſummi duces, velut ex poſtico, ſi quando uſui foret, opem ſuis laborantibus ferre, & milites educere, conſuêrant. Via quoque quæ ad portam ferebat, Principalis dicta. Quarta poſt Prætorium, Quintana: quippe per eam commeatus in caſtra convehi, & rerum utenſilium copia venalis exponi: inde etiam merces ad uſum militaris multitudinis, quæque bello uſui, importari & exportari ſolita. Nonnulli autem in caſtris Romanis multiplices portas exemplis annotârunt: quod ideo ſervatum, ne quid eruptionem ſubitam in hoſtes demoretur, utque omnibus portis uno impetu diverſi irrumpant. Sed tamen ubi ampliſſima erunt caſtra, & quamvis latè fuſa, ibi quatuor ad ſummum portas conſtitui convenire: minora verò & anguſta, duabus contenta eſſe debere, omnes ferme conſentiunt. *Alex. ab Alexand.* Inferior ætas minores quaſdam portulas interſtruxit. Fores & januæ etiam iis impoſitæ ad ſerandum & reſerandum. Turres etiam in portis ad defenſionem lego. Quæ talia tamen nonniſi in Stativis & diuturnioribus manſionibus (ut hîc fortaſſè) habuiſſe credendum eſt. In unam noctem ne foribus quidem valdè opus. Portæ ſingulæ quinquaginta pedum: latiore enim ingreſſu opus vehiculis & jumentis. *Lipſius.*

Neque cognoſcendi quid fieret] Nimirum *pars non parva victoriæ eſt, hoſtem turbare, antequam dimices.* Veget.

Ar-

libus amplius XXX, quem numerum barbarorum ad caſtra veniſſe conſtabat, plus tertiâ parte interfectâ, reliquos perterritos in fugam conjiciunt, ac ne in locis quidem ſuperioribus conſiſtere patiuntur. Sic omnibus hoſtium copiis fuſis, armiſque exutis, ſe in caſtra munitioneſque ſuas recipiunt. Quô præliô factô, quod ſæpius fortunam tentare Galba nolebat, atque alio ſeſe in hiberna conſilio veniſſe meminerat, aliis occurriſſe rebus videbat, maximè frumenti commeatuſque inopiâ permotus, poſterô die omnibus ejus vici ædificiis incenſis, in provinciam reverti contendit: ac nullô hoſte prohibente, aut iter demorante, incolumem legionem in Nantuates, inde in Allobrogas, perduxit, ibique hiemavit. His rebus geſtis, quum omnibus de cauſſis Cæſar pacatam Galliam exiſtimaret, ſuperatis Belgis, expulſis Germanis, victis in Alpibus Sedunis; atque ita initâ hieme in Illyricum profectus eſſet, quod eas quoque nationes adire, & regiones cognoſcere volebat; ſubitum bellum in Galliâ coortum eſt. Ejus belli hæc fuit cauſſa. P. Craſſus adoleſcens cum legione VII proximus mare Oceanum Andibus hiemabat. Is, quod in his

Armiſque exutis] Certè probroſum valdè fuiſſe armis exui, ex eô intelligi poteſt, quod Hiſpani armis exuti mortem ſibi conſciverint, apud Livium. *Montan.*

Quod ſæpius fortunam] *Nemo* enim *ſe tuto diu*

Periculis offerre tam crebris poteſt. Seneca.

In Illyricum] Antiquiſſimi fines Illyrici fuere inter Iſtrum & Alpes Adriaticumque pelagus, & inter Rhenum ac Mæſiam; Scythiæ quoque illius magnæ partem antea vetuſtiſſimis ſcriptoribus habitam fuiſſe, maximè credibile eſt. Quin ad Illyrios maximè ſpectant verba Strabonis, ubi, τῶν ὑπὲρ τοῦ Ἀδρίου κατοικοῦντας ſub Hyperboreorum nomine veniſſe antiquiſſimis mortalium, teſtatur. Priſcis autem ſæculis comprehenſos fuiſſe ſub Illyriorum nomine Vindelicos, Noricos, Pannonios atque Dalmatas. *Cluverius.*

In Andibus] Andes populi ſunt inter Celtas, Curioſolitis, Venetis, Carnutibus & Turonibus finitimi, ac Ducatui Bituricenſi; Oceanoque proximi, quos Ligeris flumen alluit. *Marlian.* Hodie *le Duché d'Anjou.* Civitas epiſcopalis Juliomagus, *la ville d'Angiers.* Ortel. Quos autem Cæſar Andes, Andegavos Oroſius vocat, qui hæc omnia pene totidem verbis deſcripſit: *Dum P. Craſſus adoleſcens cum legione* VII *Oceano tenus apud Andegavos hiemat.* Montanus.

his locis inopia frumenti erat, præfectos tribunoſque mil. complures in finitimas civitates, frumenti commeatuſque petendi cauſſa, dimiſit: quô in numerô erat T. Terraſidius, miſſus in Euſubios; M. Trebius Gallus, in Curioſolitas; Q. Velanius, cum T. Siliô, in Venetos. Hujus civitatis eſt longè ampliſſima auctoritas omnis oræ maritimæ regionum earum, quod & naves habent Veneti plurimas, quibus in Britanniam navigare conſueverunt; & ſcientiâ atque uſu nauticarum rerum cæteros antecedunt, & in magno impetu maris atque aperto, paucis portibus interjectis, quos tenent ipſi, omnes fere, qui eôdem mari uti conſueverunt, habent vectigales. Ab iis fuit initium retinendi Silii atque Velanii, quod per eos, ſuos ſe obſides, quos Craſſo dediſſent, recuperaturos exiſtimabant. Horum auctoritate finitimi adducti (ut ſunt Gallorum ſubita & repentina conſilia) eâdem de cauſsâ Trebium Terraſidiumque retinent: & celeriter miſſis legatis, per ſuos principes inter ſe conjurant, nihil, niſi communi conſilio, acturos, eundemque omnis fortunæ exitum eſſe laturos; reliquaſque civitates ſolicitant, ut in eâ libertate, quam à majoribus acceperant, permanere, quàm Romanorum ſervitutem perferre, mallent. Omni orâ maritimâ celeriter ad ſuam ſententiam perductâ, communem legationem ad P. Craſ-

Præfectos] In Romanis caſtris plures præfecti fuere, ut ab autoribus traditur, apud quos Præfecti caſtrorum, Præfecti evocatorum, fabrûm, equitum, ſociûm celebrantur. *Ciacconius.*

Euſubios] Aliæ editiones pro Euſubios habent Unellos, pro quibus Ciacconius Venelos legit; dubitatque num pro Euſubiis legendum Seſuvios, vel an utrobique Lexuvios. Meliores codices Euſubios retinent: Græca verſio nihilominus habet, Τίτος Τεῤῥασίδιος, εἰς τὴν τῶν Οὐνέλλων. Quicquid ſit; & Euſubii & Unelli populi fuerunt inter Celtas, ex maritimis civitatibus. *Montanus.*

M. Trebius Gallus] Vett. CC. legunt: *M. Trebonius Gallus.* cui lectioni ſuffragatur vetus inſcriptio Romæ: Q. TREBONIUS. Q. L. CLA. GALLUS. EX. PATRIBUS. LIBERTINIS. *F. Urſinus.*

Curioſolitas] Populi inter Celtas ex civitatibus Armoricis, proximi Andegavenſibus, Venetis, Rhedonibus, aliiſque. Hos *Coriſopitenſes* eſſe, plerique placet. Quæ civitas eſt epiſcopalis, in Provinciâ Turonenſi, Britanniæ ducatu, Regnoque Francorum

Craſſum mittunt: ſi velit ſuos recipere, obſides ſibi remittat. Quibus de rebus Cæſar à Craſſo certior factus, quod ipſe aberat longius; naves interim longas ædificari in flumine Ligeri, quod influit Oceanum, remiges ex provinciâ inſtitui, nautas gubernatoreſque comparari, jubet. His rebus celeriter adminiſtratis, ipſe, quàm primùm per anni tempus potuit, ad exercitum contendit. Veneti reliquæque item civitates, cognitô Cæſaris adventu, ſimul quod, quantum in ſe facinus admiſiſſent, intelligebant, legatos, quod nomen ad omnes nationes ſanctum inviolatumque ſemper fuiſſet, retentos abs ſe, & in vincula conjectos; pro magnitudine periculi bellum parare, & maximè ea, quæ ad uſum navium pertinerent, providere, inſtituunt; hoc majore ſpe, quod mul-

corum ſiti: *Cornouaille* Gallis. *Marlianus.*

Naves interim longas] Multa fuiſſe navium genera, & appellationes, notat Agellius, lib. x, cap. xxv. Naves autem longæ ſunt, quæ remis aguntur, Græcis *μακρὰ πλοῖα*. Romani demum bellô Punicô primô in eâ arte ſe exercuerunt hôc modô: Subſelliis in arenâ poſitis per ordinem, remiges inſidentes ad vocem præcipientis, qui in medio eorum erat, omnes unâ voce protendere brachia & reducere, remoſque per arenam movere pariter docebantur: ita navigandi artem edocti, & perfectis interea navibus mare ingreſſi, poſt paucos dies verum in undis periculum fecerunt. Corinthii verò (teſte Thucydide & Libanio) primi naves concinnârunt; navium etiam fabricator, quem naupegum vocant, Aminocles patria Corinthius, Samiis naves ſtruxiſſe fertur. Navale bellum vetuſtiſſimum traditur illud, quod à Corinthiis adverſus Corcyrenſes geſtum. Dictam navem volunt alii à Græco *Νάω*, quod eſt fluo; alii à No, quod nato; alii à Navo, quod rectorem navium navis expoſcat. *Montan.*

In flumine Ligeri] *Λίγειρις* (vel ut in aliis codicibus melius *λίγηρις*); *Λείγηρ* Straboni & Ptolomæo: Hodie *Loire*; & *Leire*. Oritur ex Cemmenis montibus, in pago Velauno; locus vulgo *le Font de Leire*. Amplior eſt reliquis; ut meritò *Pater Galliæ fluviorum* audiat, aquæ limpidiſſimæ. Factô inter varios populos (Celtas ab Aquitanis olim ex Strabonis notatione dividebat) procurſu, exonerat ſe in Oceanum occidentalem inter Nannetes & Pictones, Strabone etiam ſcribente: ὁ δὲ *Λείγηρ μεταξὺ* Πικτόνων τε καὶ Ναμνίτων ἐκβάλλει; oſtiô quatuor fere leucas amplô, pulvillis aliquot infectô: interius, ad duas cum ſemi leucas, rupes ſunt, quibus à porcis cognomen. Ingentes & navigiorum patientes excipit fluvios non paucos. *Metula.*

Quod nomen ad omnes nationes] *Legati nomen ejuſmodi eſſe debet, quod non modo inter ſociorum jura, ſed etiam inter hoſtium tela incolume verſetur.* Cic. Ver. 1. Hinc & Tacitus: *Hoſtium*, inquit, *jus quoque & ſacra legationis & fas gentium rupiſtis.* Montan.

multum naturâ loci confidebant: pedeſtria eſſe itinera conciſa æſtuariis, navigationem impeditam propter inſcientiam locorum, paucitatemque portuum, ſciebant. Neque, noſtros exercitus, propter frumenti inopiam, diutius apud ſe morari poſſe, confidebant. Ac jàm ut omnia contra opinionem acciderent, tamen ſe plurimum navibus poſſe: Romanos neque ullam facultatem habere navium, neque eorum locorum, ubi bellum geſturi eſſent, vada, portus inſulaſque noviſſe: ac, longe aliam eſſe navigationem in concluſô mari, atque in vaſtiſſimô atque apertiſſimô Oceanô, perſpiciebant. His initis conſiliis, opida muniunt, frumenta ex agris in opida comportant. Naves in Venetiam, ubi Cæſarem primum bellum geſturum conſtabat, quàm plurimas poſſunt, cogunt. Socios ſibi ad id bellum Oſiſmios, Lexobios, Nannetes, Ambialites, Morinos, Diablintes, Menapios adſciſcunt. Auxi-

Vada, portus inſulaſque noviſſe] Revera inſcitia locorum Imperatori ſæpe maximo damno, imo exitio fuit. *Brant.* Livii monitum eſt: *Tuum & hoſtium exercitum, locorum ſitum, naturam regionis noſce.* Quod vero ad vada portuſque: circa eam Galliæ partem, de quâ hic Cæſar agit, olim celebres fuerunt portus, Staliocanus, nunc *Roſcou*; & verſus meridiem haud inde procul in eâdem Britanniâ, poſt flexum Promontorii Gobæi, portus Vindana, Οὐίνδανα Ptolom., *Fenſtiers* hodie vel *Conqueſt*; aliique ignobiliores: habet etiam vada plurima hic tractus, & inter alias inſulas Taurum (vulgo *le Taureau*) circumſeptum rupibus innumeris, cæcis & latentibus. *Montan.*

In concluſô mari, atque in vaſtiſſimô & apertiſſimô Oceanô] Mare Mediterraneum ideo concluſum dicitur, & quod hinc Africæ, illinc Aſiæ minoris, iſtinc Italiæ Græciæque, tum etiam Hiſpaniæ litoribus continetur; & crebris ingentibuſque interdum, ut Siciliâ Cretâque inſulis, quaſi coërcetur: fretô anguſtô prope Gades exitum in Oceanum habens; qui liber, nec ullis ſpatiis circumſcriptus, niſi orbis terrarum, eum totum ambit. Additur *apertiſſimus*: quia ſicut circa Iccium portum, & finitima illi loca objectu Britanniæ Oceanus coarctatur: ita hic Gallia verſus occidentem promontorium protrudens, libero viſu verſus ſeptemtrionem, Hyperboreum; verſus occidentem, Atlanticum mare reſpicit. *Montan.*

Venetiam] Venetia, hodie *Vannes*, ſita eſt in inferiori Britanniâ, *la baſſe Bretaigne.* Arcem habet, quæ vulgo *l'Hermine*, Palatium quondam Ducum Britanniæ. *Merula.*

Nannetes] Populi inter Celtas: Civitas eorum Epiſcopalis in Provinciâ Turonenſi, ac Britanniâ citeriore Britonante, & regno Francorum ſita, nomen retinens, & comitatus titulum habens, qui ſemper Ducis Britanniæ primogenito aſcribitur. *Nantes* hodie dicti. *Marlian.*

Am-

Auxilia ex Britanniâ, quæ contra eas regiones poſita eſt, accerſunt. Erant hæ difficultates belli gerendi, quas ſupra oſtendimus: ſed tamen multa Cæſarem ad id bellum incitabant: injuriæ retentorum equitum Romanorum: rebellio facta poſt deditionem: defectio datis obſidibus: tot civitatum conjuratio: in primis, ne, hâc parte neglectâ, reliquæ nationes idem ſibi licere arbitrarentur. Itaque quum intelligeret, omnes fere Gallos novis rebus ſtudere, & ad bellum mobiliter celeriterque excitari, omnes autem homines naturâ libertati ſtudere, & conditionem ſervitutis odiſſè; prius quàm plures civitates conſpirarent, partiendum ſibi ac latius diſtribuendum exercitum putavit. Itaque T. Labienum legatum in Treviros, qui proximi Rheno flumini ſunt, cum equitatu mittit. Huic mandat; Rhemos reliquoſque Belgas adeat, atque in officio contineat: Germanoſque, qui auxilio à Belgis accerſiti dicebantur, ſi per vim navibus flumen tranſire conentur, prohibeat. P. Craſſum cum cohortibus legionariis XII, & magno numero equi-

Ambialites] Quædam exemplaria habent Ambiliates; hodie, voce parum abludente, *Lambalois*. Merula.

Diablintes] Sic cenſent Scaliger, Urſinus, aliique, non Diablintres, ex membranis ſcribendum. Plinio Diablindi; Διαχλῖ) vero Ptolomæo, minus bene. Habitârunt olim, ut quibuſdam videtur, ubi nunc *Leondoul*. In S. Domnoli, Cenomanorum Epiſcopi, vitâ hæc leguntur: *Villa Tridenta ſita in Condita Diablintica*. Quæ quid volunt, nondum capio. *Idem*.

Contra eas regiones] Reſpicit nempe hæc Galliæ pars Britanniam verſus ſeptemtrionem. *Montan.*

Injuriæ retentorum equitum] Profecto ſi legatus aliquomodo violatur, niſi publico ſatisfiat, ei civitati bellum indici & inferri debet. Tul. pro leg. Manil. ita ait, *Legati quod erant appellati ſuperbius, Corinthum Patres veſtri, totius Græciæ lumen, extinctum eſſe voluerunt*: & paulo poſt, *jus legationis verbo violatum illi perſecuti ſunt*. Vid. Bodinum, lib. V de Repub. cap. VI. Nemo autem ignorat equites fuiſſe medios inter Patricios & plebem: iis dignitate inferiores, ab his jure annulorum aureorum ſegregatos. *Montan.*

Reliquæ nationes idem ſibi licere] *Non enim ibi conſiſtunt exempla, unde cœperunt, ſed quamlibet in tenuem recepta tramitem, latiſſimè evagandi ſibi viam faciunt.* Velleius.

Cohortibus legionariis] Sicut Manipulares, qui in manipulis; alarii in alis: ita legionarii erant, qui in legionibus militabant; & hi Romani vel Latini nominis. At cohortes duodecim efficiunt paulo plus quàm legionem: in eâ enim decem cohortes. *Montan.*

equitatu in Aquitaniam proficiſci jubet, ne ex his nationibus auxilia in Galliam mittantur, ac tantæ nationes conjungantur. Q. Titurium Sabinum legatum cum legionibus III in Unellos, Curioſolitas Lexobioſque, mittit, qui eam manum diſtinendam curet. D. Brutum adoleſcentem claſſi, Gallicisque navibus, quas ex Pictonibus, & Santonis, reliquiſque pacatis regionibus, convenire juſſerat, præfecit; & quum primùm poſſet, in Venetos proficiſci jubet. Ipſe eò pedeſtribus copiis contendit. Erant ejuſmodi fere ſitus opidorum, ut poſita in extremis linguis promontoriiſque, neque pedibus aditum haberent, quum ex alto ſe æſtus incitaviſſet, quod hic ſemper accidit horarum XII ſpatio; neque navibus, quod,

Lexobios] Hi & Cæſari quandoque Lexovii, Plinioque; *Ληξούιοι* Straboni; Ptolomæo Λεξουιοι. Hodie *l'Eveſché & Païs de Liſieux en Normandie.* Merula.

Ex Pictonibus] Πήκλονες Ptolomæo; Pictavi Ammiano; hodie *le Païs de Poictou.* Sunt qui eos à Pictis Britanniæ populis ortos dictoſque fabulantur. Nunc Pictonium vel Pictavia, *Poictou*, regio eſt omnium rerum fertiliſſima: comprehendens mille ducentas Parœcias. Spectat verſus meridiem Ecoliſmenſes & Santones; ad occidentem Oceanum habet; quà ſeptemtrio eſt, Britannos reſpicit & Andegavenſes; reliqua Turones, Bituricenſes & Lemovices claudunt. Regni titulo legitur decorata à Gottis; quos hinc exegit Francorum rex Clodovæus. *Merula.*

Linguis Promontoriiſque] Lingua nonnunquam eſt genus promontorii dejectioris. ita Plin. *Inde in altum lingua mille paſſus excurrens.* & Pacuvius (citante Gelliô), *Id promontorium cujus lingua in altum proficit.* Promontorium autem (teſte F. Pompeiô) dicitur quaſi *preminens Mons.* Montanus.

Quod his ſemper accidit horarum XII *ſpatio*] Plinius, lib. II, cap. 101, omnia Maria ſe in plenilunio purgare ſcribit, & quædam ſtato tempore. Sed quæ cauſa ſit marinæ exæſtuationis, idem eôdem librô ita: *Pluribus modis exæſtuatio fit. verùm cauſa potiſſima in Sole Lunâque. Bis inter duos exortus affluunt materia, & refluunt, vicenis quaterniſque ſemper horis.* Et paulo poſt: *Omnes æſtus in Oceanô majora integunt ſpatia inundantque, quàm in reliquo mari: ſive quia totum in univerſitate animoſius eſt, quàm in parte: ſive quia magnitudo aperta ſideris vim benè graſſantis efficacius ſentit, eandem anguſtiis vincentibus.* Et hæc Plinius. At profectò exclamandum cum Lucano (libet addere egregium & huic loco convenientiſſimum carmen):

Vindicat alternis vicibus, cùm funditur ingens
Oceanus; vel cùm refugis ſe fluctibus aufert.
Ventus ab extremo pelagus ſic axe volutet,
Deſtituatque ferens: an ſidere mota ſecundo
Tethyos unda vaga Lunaribus æſtuet horis?
Flammiger an Titan, ut alentes hauriat undas,

Eri-

quod, rurſus minuente æſtu, naves in vadis afflictarentur. Ita utrâque re opidorum oppugnatio impediebatur: ac, ſi quando magnitudine operis forte ſuperati, extruſô mari aggere ac molibus, atque his ferme mœnibus adæquatis, ſuis fortunis deſperare cœperant, magnô numerô navium appulsô, cujus rei ſummam facultatem habebant, ſua omnia deportabant; ſeque in proxima opida recipiebant. Ibi ſe rurſus iiſdem opportunitatibus loci defendebant. Hæc eò facilius magnam partem æſtatis faciebant, quod noſtræ naves tempeſtatibus detinebantur; ſummaque erat vaſto atque aperto mari, magnis æſtibus, raris ac prope nullis portubus, difficultas navigandi. Namque ipſorum naves ad hunc modum factæ, armatæque erant. Carinæ aliquantò planiores, quàm noſtrarum navium, quò facilius vada ac deceſſum æſtus excipere poſſent: proræ admodum erectæ, atque item puppes, ad magnitudinem fluctuum tempeſtatiumque accommodatæ. Naves totæ factæ ex robore, ad quamvis vim & contumeliam perferendam. Tranſtra ex pedalibus in latitudinem trabibus, confixa clavis ferreis digiti pollicis craſſitudine. Anchoræ, pro funibus, ferreis

Erigat Oceanum, fluctuſque ad ſidera volvat?
Quærite, quos agitat mundi labor: at mihi ſemper
Tu quæcunque moves tam crebros cauſſa meatus,
Ut ſuperi voluere, lates. Montan.

Ipſorum naves] Operæ pretium Strabonis verba cum his Cæſaris conferre. *Craſſis lignis eorum navis conſtabat: ſed cum vento incitatæ impetum darent, Romani vela earum falcibus, quas longuriis præfixerant, deripiebant: nam velis utebantur pelliceis. Veneti ad vim ventorum, & catenas intendebant loco rudentum: naves faciebant latis carinis, altis proris & puppibus ob æſtum maris, ex materiâ, quâ abundant, quernâ. Tabularum juncturas non committebant, ſed intercapedines relinquebant, quas algâ implerent, ne materia, cum ſubducuntur naves, exareſceret, neve ei noceret humor: cum alga ſuâ naturâ ſit horridior, quercus ſicca & pinguedinis inops.* Montan.

Ex robore] Robur glandifera arbor eſt, teſte Plinio: ſinuoſa toto ambitu folia habet: tantæ item duriciei, ut terebrari, niſi madefacta, nequeat, & ne ſic quidem adactus avelli clavus. Ejuſdem arboris lignum tardiſſime cariem ſentit. *Rhellicanus.*

Contumeliam] *Contumeliam* dixit pro ictu quô naves affliguntur. *Hotomannus.*

Tranſtra] *Tranſtra & tabulæ navium dicuntur, & tigna, quæ pro pariete in parietem porriguntur.* Feſtus.

reis catenis revinctæ. Pelles pro velis, alutæque tenuiter confectæ; ſive propter lini inopiam, atque ejus uſus inſcientiam; ſive, quod eſt magis veriſimile, quod tantas tempeſtates Oceani, tantoſque impetus ventorum ſuſtineri, ac tanta onera navium regi velis non ſatis commode arbitrabantur. Cum his navibus noſtræ claſſi ejuſmodi congreſſus erat; ut unâ celeritate & pulſu remorum præſtarent; reliqua pro loci naturâ, pro vi tempeſtatum, illis eſſent aptiora & accommodatiora. Neque enim his noſtræ roſtro nocere poterant: tanta in his erat firmitudo: neque propter altitudinem facile telum adjiciebatur, & eâdem de cauſsâ minus incommodè ſcopulis continebantur. Accedebat, ut, quum ſævire ventus cœpiſſet, & ſe vento dediſſent, & tempeſtatem ferrent facilius, & in vadis conſiſterent tutius, & ab æſtu derelictæ nihil ſaxa & cautes timerent. Quarum rerum omnium noſtris navibus caſus erant extimeſcendi. Compluribus expugnatis opidis, Cæſar, ubi intellexit fruſtra tantum laborem ſumi, neque hoſtium fugam captis opidis reprimi, neque his noceri poſſe, ſtatuit expectandam claſſem: quæ ubi convenit, ac primum ab hoſtibus viſa eſt, circiter CCXX naves eorum paratiſſimæ atque omni genere armorum ornatiſſimæ è portu profectæ noſtris adverſæ conſtiterunt. Neque ſatis Bruto, qui claſſi præ-

Alutaque] *Pellis poſtquam eſt concinnata ad calceos & cætera opera facienda, aluta dicitur.* Varro.

Roſtro nocere non poterant] *Quia Barbarorum naves ſolido robore intentæ ſaxorum modo adactos roſtratarum ictus retundebant.* Oroſius.

Bruto] Hic Decimus Brutus, etiam Junius & Albinus vocatus, iſte eſt, qui poſtea cum M. Bruto & Caſſio in Cæſaris necem conſpiravit, ſummis licet ab illo beneficiis affectus, & in ſecundis hæredibus ſcriptus: & Antonium, Cæſari fidum & robuſtum hominem, inſtante jam facinoris tempore, extra curiam, injectô ſtudiosè longiori ſermone detinuit: & Mutinæ ab Antonio obſeſſus, Octaviani operâ liberatus eſt: qui, ut bellum contra Antonium Lepidumq; gereret, profectus, L. Plancum, qui cùm conſul ad ſequentem annum deſignatus fuerat, ſocium ſibi adſcivit: ſed ubi ab illô deſtitutus, relictâ Galliâ, per Illyricum pedeſtri itinere in Macedoniam proficiſci ad M. Brutum inſtituit: ibi deficientibus ab eo militibus, in manus Latronum incidit, à quibus, aqua & igni interdictus, ad Capenum Sequanum deductus, Antonio proditus, & immiſſis per-

præerat, neque tribunis mil. centurionibuſque, quibus ſingulæ naves erant attributæ, conſtabat, quid agerent, aut quam rationem pugnæ inſiſterent. Roſtrô enim noceri non poſſe cognoverant. Turribus autem excitatis, tamen has altitudo puppium ex barbaris navibus ſuperabat; ut neque ex inferiore loco ſatis commodè tela adjici poſſent, & miſſa à Gallis gravius acciderent. Una erat magno uſui res præparata à noſtris, falces præacutæ, inſertæ affixæque longuriis, non abſimili formâ muralium falcium. His quum funes, qui antennas ad malos deſtinabant, comprehenſi adductique erant, navigiô remis

percuſſoribus ab eôdem eſt interfectus. *Montanus.*

Turribus autem excitatis] Non una, ſed & in prora & puppi hæ turres conſtitui ſolebant. Etiam conjungebantur modo binæ, modo ternæ, interdum plures naves; verùm iis lateribus, quibus connectendæ, prius ademptis. At de his poſtea. *Montan.*

Falces] *Falx dicitur acutiſſimum ferrum, curvatum ad ſimilitudinem falcis, quod contis longioribus inditum, collatorios funes (quibus antenna ſuſpenditur) repente præcidit, collapſiſque velis liburnicam pigriorem ac inutilem reddit.* Vegetius, lib. IV, cap. XIV. *Montan.*

Longuriis] Longurii (teſte Varrone) ſunt haſtæ ſeu perticæ longiores. Nonio longuriones vocantur, quomodo etiam homines longi. *Montan.*

Muralium falcium] Sunt quibus *ruralium* placet. Quaſi verò non etiam murales æquè ut navales, propter ruſticarum falcium ſimilitudinem, ita nominentur. Præterea non animadvertunt, ſimilitudinem, de quâ hic Cæſar, non ad ipſa falcium ferramenta, ſed ad longuria & affixionem pertinere, quaſi dixiſſet, navales iſtas falces eâ re muralium ſimiles fuiſſe, quod ut illæ longis trabibus, ita hæ longioribus contis inſertæ affixæque eſſent. *Hotomannus.* Sic de iis Vegetius, lib. IV: *De materiâ ac tabulatis teſtudo contexitur, quæ ne exuratur incendiô, coriis, vel ciliciis centonibuſque veſtitur. Hæc intrinſecus accipit trabem, quæ, ubi adunco præfigitur ferro, falx vocatur, ab eo quod incurva eſt, ut de muro extrahat lapides: ubi ipſius caput veſtitur ferrô, aries appellatur.* Montan.

Funes] Hi funes collatorii dicti, vel potius, ut Turnebus cenſet, chalatorii; ita ut chalare verbum ſit deductum à Græco χαλᾶν. Idem nautis hodie familiare, qui dicunt chalare velum, quod chalare, ſit laxare & demittere: unde & chalatorii funes, quibus antenna & attollitur & demittitur. *Stewechius.*

Antennas ad malos deſtinabant] Antennæ ſunt ligna per tranſverſum in malo poſita, in quibus velum alligatur. *Glarean. Deſtinabant* autem eſt deligabant. Eôdem modô & infra aliquoties loquitur Cæſar. *Ciaccon.*

Adductique erant] Ita intellexit hunc locum Oroſius: *Hoc, inquit, plurimum auxilio fuit, quod falces acutiſſimas non pertinaciter contis præfixas, funibus autem ſubnexis, paraverat, quibus cum opus eſſet, apprehenſos eminus rudentes, ſubductis haſtilibus per funem falcem trahendo ſuccidercnt. His celeriter expeditis diſrumpi hoſtilium antennarum armamenta præcepit: ita antennis ruentibus, &c.* Montan.

remis incitatô prærumpebantur. Quibus abſciſſis, antennæ neceſſariò concidebant; ut, quum omnis Gallicis navibus ſpes in velis armamentiſque conſiſteret, his ereptis, omnis uſus navium unô tempore eriperetur. Reliquum erat certamen poſitum in virtute: quâ noſtri milites facile ſuperabant; atque eò magis, quod in conſpectu Cæſaris atque omnis exercitus res gerebatur: ut nullum paullo fortius factum latere poſſet: omnes enim colles & loca ſuperiora, unde erat propinquus deſpectus in mare, ab exercitu tenebantur. Disjectis, ut diximus, antennis, quum ſingulas binæ aut ternæ naves circumſiſterent, milites ſummâ vi tranſcendere in hoſtium naves contendebant. Quod poſtquam barbari fieri animadverterunt; expugnatis compluribus navibus, quum ei rei nullum reperiretur auxilium; fugâ ſalutem petere contenderunt. Ac, jam converſis in eam partem navibus, quò ventus ferebat, tanta ſubito malacia, ac tranquillitas exſtitit, ut ſe locò movere non poſſent: quæ quidem res ad negotium conficiendum maximè fuit opportuna: nam ſingulas noſtri conſectati expugnaverunt; ut perpaucæ ex omni numero, noctis interventu, ad terram pervenerint, quum ab horâ fere IV uſque ad Solis occaſum pugnaretur. Quô præliô bellum Venetorum totiuſque oræ maritimæ confectum eſt. Nam, quum

Armamentis] Armamenta ſumuntur pro antennis & velis aliiſque navis inſtrumentis: quidam ab ἄρμενον Græcâ voce, armamentum deductum exiſtimant: etſi ab armis verius. *Turneb.*

Malacia] Feſtus: *Fluſtra dicuntur, cum in mari fluctus non moventur, quàm Græci μαλακίαν vocant.* Alioqui *malacia* eſt Plinio redundantia ſtomachi, defectioque mulierum prægnantium. *Expetitur*, inquit, *in gravidarum malacia. & quoniam guſtatu moveat infantem.* Niſi eâdem ratione dicta in gravidis ſit *malacia*, quando infantis motus non ſentitur; ut in mari, cum fluctus non moventur. *Ciaccon.* Plus tamen malaciam eſſe, quam tranquillitatem, Seneca indicat. *Sed in otiô*, ait, *inconcuſſô jacere, non eſt tranquillitas: malacia eſt.* Nauticum vocabulum videtur ex μαλακία, quæ Græcis animi mollitiem & remiſſionem ſignificat. Quanquam obſervatum, *malacos* etiam à Latinis dictos molles. *Hotoman.*

Venetorum] Veneti, quod hactenus omiſimus, hodie *Vannes*, ex opinione Strabonis, Venetiarum in ſinu Adriatico autores ſunt. *Montan.*

Sub

quum omnis juventus, omnes etiam gravioris ætatis, in quibus aliquid conſilii aut dignitatis fuit, eò convenerant; tum navium quod ubique fuerat, unum in locum coëgerant. Quibus amiſſis, reliqui neque quò ſe reciperent, neque quemadmodum opida defenderent, habebant. Itaque ſe ſuaque omnia Cæſari dediderunt: in quos eò gravius Cæſar vindicandum ſtatuit, quò diligentius in reliquum tempus à barbaris jus legatorum conſervaretur. Itaque, omni ſenatu necatô, reliquos ſub coronâ vendidit. Dum hæc in Venetis geruntur: Q. Titurius Sabinus cum his copiis, quas à Cæſare acceperat, in fines Unellorum pervenit. His præerat Viridovix, ac ſummam imperii tenebat earum omnium civitatum quæ defecerant; ex quibus exercitum magnaſque copias coëgerat. Atque his paucis diebus Aulerci Eburovices Lexoviique, ſenatu ſuô interfectô, quod auctores belli eſſe nolebant, portas clauſerunt, ſeque cum Viridovice conjunxerunt; magnaque præterea multitu-

Sub coronâ vendidit] Quid ſub coronâ vendere ſignificet, Gellius, lib. VII, cap. IV, ex Sabino demonſtrat: *Sicuti*, inquit, *antiquitùs mancipia jure belli capta coronis induta veniebant, & idcirco dicebantur ſub corona venire; namque ut ea corona ſignum erat captivorum venalium, ita pileus impoſitus demonſtrabat ejuſmodi ſervos venum dari, quorum nomine emptori venditor nihil præſtaret*. Subjungit & aliam hujus denominationis cauſam: nempe *quod milites, cuſtodiæ cauſa, captivorum venalium greges circumſtarent: eaque circumſtatio militum corona appellata ſit. Sed id magis verum eſſe, quod ſupra dixi, Cato quoque docet*.

Q. Titurius Sabinus] Fuit hic ex Tituriâ gente, quæ è Sabinis cum T. Tatiô Sabinô, in regni conſortium à Romulô aſcitô, Romam venit. Exſtat hujus Titurii denarius, à filio percuſſus, in memoriam victoriæ contra Unellos. *Montanus*. Mentio etiam fit Tituriæ familiæ in veteri inſcriptione, quæ reperta Romæ in Aventinô monte fuit, in quô Tatii ſepulcrum fuiſſe ſcribit Halicarnaſſeus.

T. TITURIUS. T.F. SABINUS

T. TITURIUS. T.F. PAL. MAMERCUS.

TITURIA. SABINA.

TITULUM. FECERUNT.

H. M. D. M. *F. Urſinus.*

Eburovices] Male legitur *Aulerci, Eburovices*, ut pleraque exemplaria habent, interjecta diſtinctione, quaſi duo eſſent populi. Eſt hoc contra veterum ſcriptorum, præcipuè Plinii & Ptolemæi, mentem. Certum eſt, Aulercorum, ſive prænomen, ſive cognomen, ſit habendum, aliquot veteris Galliæ populis fuiſſe commune. Gens autem hæc Ptolemæo vocatur Αὐλίρκιοι Ἐβουρικοὶ· *Ebores*, vel *Ebures*, Auſonio: hodie, ut cenſent Scaliger, Vinetus, Orontius, *l'Eveſché d'Evreux en Normandie*. Merula.

Lega-

titudo undique ex Galliâ perditorum hominum latronumque convenerat, quos ſpes prædandi, ſtudiumque bellandi, ab agriculturâ & quotidianô labore revocabat. Sabinus idoneô omnibus rebus locô caſtris ſeſe tenebat: quum Viridovix contra eum duum millium ſpatio conſediſſet, quotidieque productis copiis pugnandi poteſtatem faceret; ut jam non ſolum hoſtibus in contemptionem Sabinus veniret, ſed etiam noſtrorum militum vocibus nonnihil carperetur: tantamque opinionem timoris præbuit, ut jam ad vallum caſtrorum hoſtes accedere auderent. Id eâ cauſsâ faciebat, quod cum tantâ multitudine hoſtium, præſertim eô abſente, qui ſummam imperii teneret, niſi æquô locô, aut opportunitate aliquâ datâ, legato dimicandum non exiſtimabat. Hâc confirmatâ opinione timoris, idoneum quendam hominem & callidum delegit Gallum, ex iis quos auxilii cauſſa ſecum habebat. Huic magnis præmiis pollicitationibuſque perſuadet, uti ad hoſtes tranſeat: quid fieri velit, edocet. Qui ubi pro perfugâ ad eos venit, timorem Romanorum proponit: quibus anguſtiis ipſe Cæſar à Venetis prematur, docet: neque longius abeſſe, quin proximâ nocte Sabinus clam ex caſtris exercitum educat, & ad Cæſarem, auxilii ferendi cauſsâ, proficiſcatur. Quod ubi auditum eſt, conclamant omnes, occaſionem negotii bene gerendi amittendam non eſſe: ad caſtra iri oportere. Multæ res ad hoc conſilium Gallos hortabantur: ſuperiorum dierum Sabini cunctatio; perfugæ confirmatio; inopia cibariorum, cui rei parum diligenter ab his erat proviſum; ſpes Venetici belli, & quod fere libenter homines, id quod volunt, credunt.

Iis

Legato dimicandum non exiſtimabat] Quanta diligentia res militaris apud Rom. culta ſit, docet cum hic locus, tum is, qui apud Livium: ubi innuit, Fabium Papyrii dictatoris magiſtrum equitum pene ſecuri percuſſum: quod contra ejus edictum cum Samnitibus (quamquam feliciter) pugnaviſſet. *Rhellican.*

Homines, id quod volunt, credunt] Nam *blanda eſt ſperandi pro ſe cuique dulcedo.* Plin. & contra.

—— *tardè quae redita lædunt*
Credimus. Ovid.

P. Craſ-

Iis rebus adducti, non prius Viridovicem reliquoſque duces ex concilió dimittunt, quàm ab his ſit conceſſum, arma uti capiant, & ad caſtra contendant. Quâ re conceſsâ, læti velut exploratâ victoriâ, ſarmentis virgultiſque collectis, quibus foſſas Romanorum compleant, ad caſtra pergunt. Locus erat caſtrorum editus, & paullatim ab imô acclivis; & circiter paſſus CIↃ. huc magnô curſu contenderunt, ut quàm minimum ſpatii ad ſe colligendos armandoſque Romanis daretur, exanimatique pervenerunt. Sabinus ſuos hortatus cupientibus ſignum dat. Impeditis hoſtibus, propter ea, quæ ferebant, onera, ſubito duabus portis eruptionem fieri jubet. Factum eſt opportunitate loci, hoſtium inſcitiâ ac defatigatione, virtute militum, ac ſuperiorum pugnarum exercitatione; ut ne unum quidem noſtrorum impetum ferrent, ac ſtatim terga verterent. Quos impeditos, integris viribus milites noſtri conſecuti, magnum numerum eorum occiderunt, reliquos equites conſectati, paucos, qui ex fugâ evaſerant, reliquerunt. Sic, unô tempore, & de navali pugnâ Sabinus, & de Sabini victoriâ Cæſar certior factus eſt: civitateſque omnes ſe ſtatim Titurio dediderunt. Nam ut ad bella ſuſcipienda Gallorum alacer ac promptus eſt animus: ſic mollis ac minimè reſiſtens ad calamitates perferendas mens eorum eſt. Eôdem fere tempore P. Craſſus, quum in Aquitaniam perveniſſet; quæ pars, ut ante dictum eſt, & regionum latitu-

P. Craſſus] M. Craſſi hic filius, qui patri in Parthos proficiſcenti, à Cæſare veniens, ſecumque & virtutis ſuæ his aliiſque Gallicis bellis parta præmia ferens, & mille equites delectos adducens, ſe conjunxit: in quô bellô, fortiſſimè contra Surenam rem gerens, occubuit. Nam Publius graviter vulneribus affiictus, ubi ab Hieronymo & Nicomacho Græcis monebatur, ut unà cum ipſis prælio excederet, & Ichnas perfugeret, reſpondit: Nullum tam atrox genus necis eſſe, propter quod dereſeret eos, qui propter ipſum perirent: irent, ſaluti ſuæ conſulerent. Ipſe cum propriâ dextrâ uti haud poſſet (ut pote quæ telo transfixa), armigero latus præbuit feriendum. Cujus caput haſtæ præfixum, Parthi, adequitantes prope, Romanis oſtenderunt, per contumeliam, quinam parentes, quod genus fuiſſet, interrogantes. *Montan.*

L. Va-

titudine, & multitudine hominum, ex tertiâ parte Galliæ eſt æſtimanda, quum intelligeret, in illis locis ſibi bellum gerendum, ubi paucis ante annis L. Valerius Præconinus legatus, exercitu pulſo, interfectus eſſet; atque unde L. Manilius Procoſ. impedimentis amiſſis, profugiſſet: non mediocrem ſibi diligentiam adhibendam intelligebat. Itaque, re frumentariâ provisâ, auxiliis equitatuque comparatô; multis præterea viris fortibus Tolosâ, Carcaſone & Narbone, quæ ſunt civitates Galliæ pro-

L. Valerius Præconinus] Omnes libri ita habent; excepto manuſcripto, *Præconius*. Hic è gente Valeriâ, quæ è Sabinis oriunda, cum Tatio Rege Romam venit: habuitque familias patricias & plebeias. Plutarchus Valerium principem gentis appellat, autoremque pacis inter Sabinos & Romanos. Hinc Valeſia hæc gens primùm, poſt Valeria dicta, ut Fuſia, Papiſia; neque enim ante tempora Appii Cæci, qui primus literam *R* protuliſſe dicitur, Valerii, Furii, dicti. *F. Urſinus.*

L. Manilius Procoſ.] Vehementer hic errat doctiſſimus Hotomannus, qui neque Valerium, neque Manilium, in Galliâ alterum interfectum, alterum profugiſſe, nuſquam legit. Hinc dubitat, num pro *Valerio* ſit reponendum *Aurelius*, & pro *L. Manilio procoſ. C. Manilius conſul*: ita ut bello Cimbricô hæc geſta ſint. Quod ſenſus & conſequentia haud admittunt. Primo enim *paucis ante annis* habetur. Hoc de Cimbris verum eſſe non poteſt: quoniam illorum acta inciderunt in annum ab U.C. DCXLIII. cùm hæc geſta ſint anno DCXCVIII. Deinde etiam de Sertoriano tumultu hic Cæſarem loqui, ex conſequentibus facile conjicere eſt. Itaque Manilius ille eſt, qui contra Sertorium è Galliâ Narbonenſi in Hiſpaniam tranſcendens cum tribus legionibus & mille ac quingentis equitibus, manus conſeruit cum Herculeio, vel, ut alii legunt, Hirtuleio, Sertorii quæſtore; à quo caſtris exſutus, omnibuſque copiis nudatus, in opidum Ilerdam refugiens, ſolus pene evaſit. Acta hæc circa annum ab U. C. DCLXXV. Et ideo, *paucis ante annis*. Montan.

Toloſa] Τολῶσα Straboni & Ptolemæo, vulgo *Toulouſe*, antiquiſſima clariſſimaque urbs. Hanc ita Auſonius depingit:

Coctilibus muris quam circuit ambitus ingens,
Perque latus pulchro prælabitur amne Garumna.

Iſte Poëtæ ambitus ingens, nunc quoque talis eſt. Paucas namque habet Gallia urbes Tolosâ majores, ſoli cedente Pariſiorum Lutetiæ. Fuit aliquando multò, quàm nunc eſt, amplior opulentiorque; uti patet cum ex his Auſonii verſibus, tum ex epiſtolâ ad Paulinum, quæ ordine eſt XXIII, ubi eam *Quincuplicem* appellat, quaſi ex quinque urbibus conflatam. Sed multa gravia & acerba tulit, majeſtaſque ejus magnopere imminuta eſt, cum alias, tum Albigenſis dogmatis tempeſtate. Celebrem habet academiam; olim omnium artium & diſciplinarum, hodie autem cumprimis Juriſprudentiæ ſtudio florentem. De *auro Toloſano*, natoque inde proverbio in eum, cui fata res ſecundas eſſe nolunt; cuique malum malo congeritur, legendi Agellius lib. I. Strabo lib. IV. *Merula.* Vid. etiam pag. XI. *Montan.*

Carcaſone] Carcaſſum Plinio; Carcaſio Procopio; Καρκάσω Ptolomæo; ſecun-

provinciæ finitimæ, ex his regionibus nominatim evocatis, in Sotiatium fines exercitum introduxit. Cujus adventu cognitô Sotiates, magnis copiis coactis equitatuque, quô plurimum valebant, in itinere agmen noſtrum adorti; primùm equeſtre prælium commiſerunt: deinde, equitatu ſuô pulſô, atque inſequentibus noſtris, ſubitò pedeſtres copias, quas in convalle in inſidiis collocaverant, oſtenderunt. Hi, noſtros disjectos adorti, prælium renovaverunt. Pugnatum eſt diu atque acriter; quum Sotiates ſuperioribus victoriis freti in ſuâ virtute totius Aquitaniæ ſalutem poſitam putarent. Noſtri autem, quid ſine Imperatore, & ſine reliquis legionibus, adoleſcentulo duce, efficere poſſent, perſpici cuperent. Tandem tamen confecti vulneribus hoſtes terga vertêre. Quorum magnô numerô interfectô, Craſſus ex itinere opidum Sotiatium oppugnare cœpit. Quibus fortiter

ſecundum inter tres Languedokii Seneſchallias locum obtinet: *la Seneschauſſée de Carcaſſone*. Idem.

Narbone] Νάρβων Polybio; Narbo Martius Plinio: Avieno Naro. Ptolemæus *Tectoſagum urbem* facit in Galliâ Narbonenſi, *Arecomicorum navale* Strabo; *Decumanorum coloniam* Plinius. *A propriis colonis* conditam notat Iſidorus. Quæ cauſa Narbonem Coloniam deducendi Romanis fuerit; quod primum nomen antiquiſſima urbs, & unde *Martii* habuerit, adhuc quærunt docti. Deduxit primus, poſt domitos à Longinis, Domitiis Fabiiſque Gallos Trans-Alpinos, Licinius Craſſus orator, quum adhuc eſſet adoleſcens. Factum id anno ab U. C. IↃCXXXVI, L. Porcio Catone & Q. Marcio Rege Coſſ. Unde ſunt, qui inepte *Marcium* ab altero Conſule cognominatum volunt. Quicquid ſit, bellicâ gloriâ inſignis fuit urbs apud antiquos. Deductam iterum coloniam Narbonem à C. Julio Cæſare dictatore; & Tib. Claudium Neronem, Ti. Imperatoris patrem, deduxiſſe autor eſt Suetonius. Ex eô tempore *Julia Paterna Narbo Martius* dicta eſt: *Julia* quidem à Cæſare: *Paterna* vero ad diſtinctionem Octaviani. *Merula*. Hodie civitas eſt Metropolitica, nomen retinens: eam *Martiam* dictam putat à militibus ex Martiâ legione eò deductis in coloniam à Cæſare, *Marlianus*.

Quæ ſunt civitates Galliæ provinciæ finitimæ] *Finitimæ*, ſcil. Aquitaniæ. Cemmenii namq; montes Aquitanicam Galliam à Narbonenſi disjungunt. *Rhellic.*

Sotiatium] Variè hoc vocabulum ſcribitur: alia exemplaria *Soutiates*; apud Oroſium *Sociates*; apud Plinium *Sottiates*; Σωτιανοὶ apud Athenæum. Interpretantur nonnulli *Lavedanos (Lavedan)* incolas. *Merula*.

Opidum Sotiatium] Sabellicus opidum hoc (quod tamen non nominat) caput gentis Sotiatum eſſe ſcribit. Ortelius vult hodie *Sots* vocari, & in editô colle poſitum eſſe, patrimonium Eccleſiæ Metropolitanæ Auſciorum. *Montanus*.

Cuni-

titer reſiſtentibus, vineas turreſque egit. Illi, aliàs eruptione tentatâ, aliàs cuniculis ad aggerem vineaſque actis, cujus rei ſunt longè peritiſſimi Aquitani; propterea quod multis locis apud eos ærariæ ſtructuræ ſunt; ubi, diligentiâ noſtrorum, nihil his rebus profici poſſe intellexerunt, legatos ad Craſſum mittunt; ſeque in deditionem ut recipiat, petunt. Qua re impetratâ, arma tradere juſſi, faciunt. Atque in eâ re omnium noſtrorum intentis animis, aliâ ex parte opidi Adcantuannus, qui ſummam imperii tenebat, cum DC devotis, quos illi Soldurios appellant: quorum hæc eſt conditio, ut omnibus in vitâ commodis unà cum his fruantur, quorum ſe amicitiæ dediderint. Si quid iis per vim accidat, aut eundem caſum unà ferant, aut ſibi mortem conſciſcant. Neque adhuc hominum memoriâ repertus eſt quiſ-

Cuniculis] Locum hunc Florus ſic interpretatur, ut pudeat propemodum commemorare. *Aquitani*, inquit, *callidum genus in ſpeluncis ſe recipiebant: juſſit includi, mox dilabebantur in ſilvas: juſſit incendi, nemo tantum feroces dixerit Gallos; fraudibus agunt.* Intelligendum eſt igitur Aquitanos cuniculos egiſſe, ut aggerem ſubverterent. *Hotomannus.* Quis autem primus cuniculorum agendorum rationem invenerit, Vegetius his verbis, lib. IV, cap. XX, deſcribit: *Quum Rhodiorum*, inquit, *civitas oppugnaretur ab hoſtibus, & turris ambulatoria ſuper murorum altitudinem ac turrium omnium pararetur: Mechanici ingenio inventum eſt tale remedium. Per noctem ſub fundamento muri cuniculum fodit, & illum, ad quem die poſterô turris fuerat promovenda, nullô hoſtium ſentiente, egeſtâ terrâ cavavit intrinſecus, & cum rotis ſuis moles impulſa fuiſſet, tantô pondere ſolô cedente ſubſedit, ut nec jungi muris, nec moveri ulterius potuerit.*

Cujus rei] Male propter rationem Grammaticam dici *facies faciei*, *res rei*, Agellius notat. Nam qui puriſſimè locuti ſunt, ut Salluſtius aliique, declinârunt hôc modô, *dies*, *hujus die.* Sic prædictus autor invenit in Jugurthâ Salluſtii ſummæ fidei & reverendæ vetuſtatis libro, *Vix decima parte die reliqua.* & in librô C. Cæſaris de analogiâ ſecundô, *hujus die, hujus ſpecie.* Montan.

Arma tradere juſſi, faciunt] Qui ſe dedebant, arma abjicere & tradere jubebantur. Sic infra lib. V, *non eſſe conſuetudinem P. R. ullam accipere ab hoſte armato conditionem.* Brant.

Soldurios] Athenæus ex Nicolao Damaſceno optimè his convenientia narrat: præterquam quod pro *Adcantuanno* habet *Adiatomus*: & *Siloduni*, non *Soldurii*; à qua voce nos hodie fortè retinemus *Soldat*, quaſi qui ſalario conducatur. *Brant.* Hodie etiam militum quoddam genus Germanis dicitur *ſoldner*: Anglis vero quivis miles *ſoldior*, ſive *ſowdior*. Britannis Wallis *ſowdiwr.* Cluverius.

Eundem caſum unà ferant] Ad hunc locum reſpexit Horatius, cauſamque ex eô ſumſit, cur Galliam epitheto ornaret, *non paventis funera.* lib. IV, ode XIV. *Henr. Stephanus.* Erat & apud Ægyptios amicitiæ genus, quod συναποθνη-

quiſquam, qui, eô interfectô, cujus ſe amicitiæ devoviſſet, mori recuſaret. Cum iis Adcantuannus eruptionem facere conatus, clamore ab eâ parte munitionis ſublatô, quum ad arma milites concurriſſent, vehementerque ibi pugnatum eſſet, repulſus in opidum eſt: uti tamen etiam deditionis conditione uteretur, à Craſſo impetravit. Armis obſidibuſque acceptis, Craſſus in fines Vocatium & Taruſatium profectus eſt. Tum verô barbari commoti, quod opidum & naturâ loci, & manu munitum, paucis diebus, quibus eò ventum erat, expugnatum cognoverant; legatos quoquoverſus dimittere, conjurare, obſides inter ſe dare, copias parare cœperunt. Mittuntur etiam ad eas civitates legati, quæ ſunt citerioris Hiſpaniæ, finitimæ Aquitaniæ; inde auxilia duceſque accerſuntur. Quorum adventu magnâ cum auctoritate & magnâ cum hominum multitudine bellum gerere conantur. Duces verò ii deliguntur, qui unà cum Q. Sertorio omnes

ποθνησκόντων, id eſt, *commorientium*, appellabant. Quorum ea lex, ut ſi uni quid accidiſſet, alter ultro mortis ſocium ſe adjungeret. Multa Plutarchus, in Pelopida, de Laconum *ſacra cohorte*, quæ ἱερὸς λόχος Græcis, ἐραστῶν καὶ ἐρωμένων, quos ἐπιλέκτους vocat. Teſtatur idem autor, ſolere Gallos corpora vitamque ſuam Principibus devovere, ita ut cum vivis viverent, pro iis periclitarentur, morerentur atque adeo cum iis. Nam ſupereſſe nefas erat. *Brantius.*

Vocatium] Vocates populi in Novempopulaniâ: ignorantur. *Ortelius.* Conjectura tamen eſt hos fuiſſe *Veſaticos*: & ab iiſdem forte Vaſconum nomen ortum. *Marlian.*

Taruſatium] Taruſates putant quidam nunc temporis eſſe *Turſa* urbis incolas in Auſcitanâ Provinciâ. *Merula.* Populi ſunt in Aquitaniâ; ſed ignorantur. aliqui *Turſan*, Epiſcopalem urbem Auſciorum eſſe volunt, quæ nulla eſt in rerum naturâ; neque ullus Epiſcopatus in totâ Vaſconiâ eo nomine. *Turſan* quidem eſt vicecomitatus patrimonii illuſtris gentis Labretiorum. Sed *Turſan* cum *Taruſatibus* idem facere, hoc eſt divinare, & fortaſſe delirare. *Ortel.* Quicquid ſit, veteres fuerunt incolæ Vaſconiæ; proximi Sotiatibus, Tarbellis, Garumnis, aliiſque. *Montan.*

Citerioris Hiſpaniæ] Romani Hiſpaniam à ſe devictam primò diviſerunt in *Citeriorem* & *Ulteriorem*, anno ab U. C. D. LVI. C. Cornelio Cethego & Q. Minucio Rufo Coſſ. Citerior ea dicta eſt, quæ Italiæ vicinior, inter Iberum ſita fluvium & Pyrenæos montes. Poſtea verò, ubi in Bæticam, Luſitaniam & Tarraconenſem Hiſpania diſtingui cœpit, Citerioris fines longe ultra Iberum exporrecti ſunt. *Montan.*

Q. Sertorio] Sertorius hic loco non obſcuro natus Nurſiæ in Sabinis, orbus patre apud matrem viduam (Rheæ nomen fuiſſe ferunt) honeſtè educatus fuit. Cauſis dicendis adoleſcen-

omnes annos fuerant, ſummamque ſcientiam rei militaris habere exiſtimabantur. Ii conſuetudine populi Romani loca capere, caſtra munire, commeatibus noſtros intercludere inſtituunt. Quod ubi Craſſus animadvertit, ſuas copias propter exiguitatem non facile diduci, hoſtem & vagari, & vias obſidere, & caſtris ſatis præſidii relinquere; ob eam cauſſam minus commodè frumentum commeatumque ſibi ſupportari; in dies hoſtium numerum augeri: non cunctandum exiſtimavit, quin pugnâ decertaret. Hâc re ad concilium delata, ubi omnes idem ſentire intellexit, poſterum diem pugnæ conſtituit. Primâ luce productis omnibus copiis, duplici acie inſtitutâ, auxiliis in mediam aciem conjectis; quid hoſtes conſilii caperent, exſpectabat. Illi, etſi propter multitudinem & veterem belli gloriam, paucitatemque noſtrorum, ſe tutò dimicaturos exiſtimabant: tamen tutius

ſcentiam exercuit, ita ut potentiæ aliquid facundiâ in Urbe ſibi paraverit. Sed virtus militaris à foro eum ad caſtra tranſtulit. In iis contra Cimbros, Marſos, Hiſpanos multa præclara facinora edidit. Tandem à Syllâ victus Marius, Scipioniſque militibus ſpe pacis corruptis, Sertorius Marianarum partium in Hiſpaniam contendit; ut, ſi eam obtinuiſſet, hominibus cum Mario adhuc ſtantibus, at adverſam fortunam paſſis, refugium eſſet. Inde ejectus, in Mauruſiam trajecit: at paulo poſt in Hiſpaniam revertitur. Ibi cum bis mille ſexcentis viris, quos Romanos appellabat, admixtiſque Afris ſeptingentis, Luſitaniſque ſcutatis quatuor millibus, & ſeptingentis equitibus, contra quatuor duces Romanos bellum ſuſtinebat, qui ſub ſe habebant CXX peditum, ſex equitum, duo ſagittariorum & funditorum millia, urbes vero innumeras. Nec propulſavit tantùm, ſed & intulit bellum. Vicit enim hôc exercitu, Cottam naumachiâ, Didium, Domitium & Luſium Toranium: Ipſum etiam Metellum, quô eô tempore major inter Romanos nullus, tot cladibus affecit, ut Lollius ex Narbonenſi Galliâ ſubſidio ei veniret, & Pompeius magnis copiis Româ adverſus Sertorium mitteretur. Sed poſt multas victorias magnus ille imperator à Perpennâ, ob nobilitatem principatum affectante, ad cœnam vocatus, multis vulneribus obtruncatus eſt. *Montan.*

Summamque ſcientiam rei militaris] Docuerat enim (teſte Plutarcho) barbaros Romanam armaturam Sertorius, ordinibuſque & teſſeris inſtruxerat, & inſanam illam ſuorum roboris fiduciam diminuens, ex latronibus fortiſſimos milites fecerat. *Idem.*

Duplici acie] Vid. Pag. XXII.

Auxiliis in mediam aciem] Diverſus erat locus auxiliis in acie. Ita Gallos Germanoſque auxiliares in fronte locatos apud Tacitum II Annal. videmus. Sicut autem in legionibus ſoli cives, ſic in auxiliis Latini ſocii & bar-

tius eſſe arbitrabantur, obſeſſis viis, commeatu interclusô, ſine ullo vulnere victoriâ potiri: &, ſi propter inopiam rei frumentariæ Romani ſeſe recipere cœpiſſent, impeditos agmine, & ſub ſarcinis inferiores animo, adoriri cogitabant. Hôc conſiliô probatô ab ducibus, productis Romanorum copiis, ſeſe caſtris tenebant. Hâc re perſpectâ, Craſſus, quum ſuâ cunctatione atque opinione, timidiores hoſtes, noſtros milites alacriores ad pugnandum effeciſſet, atque omnium voces audirentur, expectari diutius non oportere, quin ad caſtra iretur: cohortatus ſuos, omnibus cupientibus, ad hoſtium caſtra contendit. Ibi, quum alii foſſas complerent: alii, multis telis conjectis, defenſores vallo munitionibuſque depellerent, auxiliareſque, quibus ad pugnam non multum Craſſus confidebat, lapidibus teliſque ſubminiſtrandis, & ad aggerem ceſpitibus comportandis, ſpeciem atque opinionem pugnantium præberent: quum item ab hoſtibus conſtanter, ac non timidè, pugnaretur, telaque ex loco ſuperiore miſſa non fruſtra acciderent: equites, circuitis hoſtium caſtris, Craſſo renuntiaverunt, non eâdem eſſe diligentiâ ab Decumanâ portâ caſtra munita, facilemque aditum habere. Craſſus, equitum præfectos cohortatus, ut magnis præmiis pollicitationibuſque ſuos excitarent, quid fieri velit, oſtendit. Illi, ut erat imperatum, eductis quatuor cohortibus, quæ, præſidio caſtris relictæ, integræ ab labore erant, & longiore itinere circumductis, ne ex hoſtium caſtris conſpici poſſent, omnium oculis mentibuſque ad pugnam intentis, celeriter ad eas, quas diximus, munitiones pervenerunt: atque his prorutis, prius

barbari militabant. Romani etiam ſine auxiliis pugnarunt: Scipiones enim multa præclarè geſſerant in Hiſpaniâ, nullius militis mercenarii operâ uſi. *Montanus.* Dicta vero *auxilia ab auctu, cum acceſſerant, qui adjumento eſſent alienigenæ.* Varro, lib. IV de ling. Latin.

Sine ullo vulnere victoria] *Prima* enim *egregiorum ducum ſapientia, victoriam ſine periculo comparare.* Polyænus.

prius in hoſtium caſtris conſtiterunt, quàm planè ab his videri, aut, quid rei gereretur, cognoſci poſſet. Tum verò, clamore ab eâ parte audito, noſtri redintegratis viribus, quod plerumque in ſpe victoriæ accidere conſuevit, acrius impugnare cœperunt. Hoſtes undique circumveniri, deſperatis omnibus rebus, ſe per munitiones dejicere, & fugâ ſalutem petere contenderunt. Quos equitatus apertiſſimis campis conſectatus, ex millium L numero, quæ ex Aquitaniâ Cantabriſque veniſſe conſtabat, vix quartâ parte relictâ, multâ nocte ſe in caſtra

Aquitania] Nonnulli ita dictam volunt ab aquis, quibus abundare fertur: alii ab opido Aquis, *Aqs*, derivant. Juxta Ptolemæum à Pyrenæis montibus uſque ad Ligerim extenditur. Nunc autem, teſte Ortelio, à Garumnâ ad Oceanum & Pyrenæos porrigitur. Et à Circio quidem Septentrionali occidentem verſus Oceanum habet, qui Aquitanicus ſinus dicitur, ab occaſu Hiſpaniam, à ſeptentrione Lugdunenſem provinciam, à meridie Narbonenſem. Mercator in eâ quinque Ducatus, XX Comitatus, & VI dominia enumerat. *P. Montanus*. Auguſtus autem Aquitaniam in tres maximas provincias diviſit: primam Aquitaniam, cujus metropolis Avaricum Biturigum Cuborum: ſecundam, cujus Burdigala Vibiſcorum: tertiam, cujus caput Auguſta Auſciorum: ea eſt quam Cæſar Aquitaniam vocat, contenta intra Garumnam, Pyrenen & Oceanum, hodie ab ipſis Aquitanis vocata *Vaſconia*; quum Aquitaniæ nomen latius pateat. Itaque anguſtiores fines ſunt Aquitaniæ Cæſaris, quàm ut tertiam partem Galliæ facere poſſit Ortelius. *Montan.*

Cantabriſque] Habitârunt olim Cantabri latius quam nunc ipſa *Biſcaia* patet, occupatis etiam locis illis, ubi nunc *Guipuſcoa* & *Navarra*. Populi Hiſpaniæ celeberrimi & multorum ſcriptis decantati. Eleganter Silius de eorum moribus, libr. III:

Cantaber ante omnes hiemiſque, æſtuſque famiſque
Invictus, palmamque ex omni ferre labore.

& paulo poſt:

Nec vitam ſine Marte pati.

Concludit denique:

——— *damnatum vivere paci.*

Omnibus Hiſpaniæ populis ſubactis à Romanis, ſoli cum Aſturibus aliiſque corregionalibus vinci non potuerunt: ultra montes enim, qui à Pyrenæis perpetuo procurrunt ad Nerium uſque promontorium, habitabant, neque niſi cum maximâ difficultate & periculo adiri poterant. Tandem Auguſtus ipſe, contra hanc gentem, bello quinquennali fractam, profectus, eam debellavit. *Merula.* Mediô etiam ſeculô cum Gothi Hiſpaniam irrumperent, & poſt Gothos Saraceni: ſoli Cantabri tuti latuerunt in ſuis confragoſis montibus. Ne tum quidem victi, cum Muhammedes Alhagibus Manſor vulgo totam Hiſpaniam vaſtabat: nec cum Hilminolinus magno cum exercitu, Hiſpaniâ rabie & incendiis deformatâ, Avenionem uſque progreſſus eſt. *Montanus.*

Vix quartâ parte relictâ] Oroſius & Eutropius tradunt, ex illis quinquaginta millibus Aquitanorum & Cantabrorum triginta octo millia cæſa; quod planè cum Cæſare convenit. *Glandor.*

Tar-

caſtra recipit. Hâc auditâ pugnâ, maxima pars Aquitaniæ ſeſe Craſſo dedidit, obſideſque ultrò miſit: quo in numerô fuerunt Tarbelli, Bigerriones, Preciani, Vocates, Taruſates, Eluſates, Garites, Auſci, Garumni, Sibutzates, Cocoſateſque. Paucæ ultimæ nationes, anni

Tarbelli] Ultimi populi Novempopulaniæ ſive Aquitaniæ Cæſaris, ad Aturri fluminis ripas. Eorum duæ urbes epiſcopales, Aquæ Tarbellicæ, *Aqs*; & Baiona Lapurdenſium, *Baione au païs de Labourd*. Ortelius. Strabo autem eos cum aliis collocat ad Pyrenen & Oceanum; Ptolemæus inter Pyrenæos & agrum Burdigalenſem. Plinius in Aquitaniâ Tarbellos *Quatuor-Signanorum* cognomine celebrat. *Merula.*

Bigerriones] Plinio Bigerri, Bigeritani Auſonio, & Paulino ad Auſonium, *Pelliti* indigitantur: quod ob intenſum iis in locis frigus pellibus ovium, caprarum aliarumque beſtiarum, ut hodieque, ſe tegerent. Veteres incolæ ſunt partis Vaſconiæ. Hodie *la Comté de Bigorre*. Poſſident regionem inter Benearnenſes & Convenas, cœlo ſoloque aſperam, ventoſam, frigidam, vini inferacem: homines ſunt elati ingenii, armis dediti, egregiè ſimulantes, ingrati: opidani urbaniores. Nobilitas, quæ hic frequens, animoſa & humana. Sedes Epiſcopalis vulgo *Tarbe de Begorre*, aut *Bigorre*; quæ in hôc Comitatu unica, ſub metropoli Auſcenſi. Stupendum eſt, quod in Vaſconia & præcipuè apud hos populos videtur; nempe hominum genus eſt, qui nunc *Capots*, nunc, variante dialecto, *Gahets* appellantur. Deteſtandi ſunt ſuis, eorumque commercia fugiuntur. Habentur pro leprâ infectis. Quaſi eſſent, vel quod ſint interdictæ iis civitates & opida, incolere coguntur ſuburbia & loca ſemotiora. adſignatæ ſunt & iis in templis ſtationes. Creduntur alios inficere. Plerique fabri ſunt lignarii, & vietores, aliiſque artibus Mechanicis dediti, laboris patientiſſimi. Omnium halitus & os grave olet. Quicquid ſit, maledictionis perhibetur genus, quod à majoribus in poſteros manifeſtiſſimis indiciis derivatur. In facie actionibuſque quiddam apparet, quod eos contemtui deteſtationique reddit obnoxios. Ne mutire quidem auſi, ſiquid injuriæ iis inferatur, vel à viliſſimo. Si quis forte ditior, liberi tamen non fiunt hæredes, niſi mobilium, quæ omnes tanquam certam luem averſantur. *Idem.*

Preciani] In Novempopulaniâ gentes: ignorantur. *Ortel.*

Eluſates] *Le païs d'Euſe en Gaſcogne.* Urbs eorum *Euſa*, vel *Elſa*. Incolæ veteres ſunt partis Vaſconiæ. *Merula.*

Garites] In Novempopulaniâ: ignorantur, ſi non ſint *Gavaritani*, hoc eſt, *le païs de Gavardan*. Ortelius.

Auſci] Ptolemæo Αὔσκιοι. cui ipſorum urbs Αὔγουστα, hodie *Auch*, quæ & totius Novempopulaniæ, ſive Vaſconiæ, metropolis. Opidum eſt ad Gerſum flumen, rupi inædificatum, aditu difficile. Veterum Auſcorum tractus nunc *Armaignac* fere appellatur. *Merula.*

Garumni, Sibutzates, Cocoſates] Garumni populi in Novempopulaniâ, proximi Taruſatibus, Auſcis, Hiſpaniæ citeriori: ignorantur. *Marlian.* Vocati Garumni, quod Garumnæ illorum multi eſſent accolæ. *Merula.* Sibutzates itidem in Novempopulaniâ, ignorantur. *Ortel.* Cocoſates; Plinius eos vocat Coceſſates, *Sexſignanos* cognominans: qui quo loco fuerint, nondum didici. *Merula.*

Paucæ ultimæ nationes] Supple, ad Pyrenæos montes vergentes; ut eſt

anni tempore confiſæ, quod hiems ſuberat, id facere neglexerunt. Eôdem fere tempore Cæſar, etſi prope exacta jam æſtas erat, tamen, quod, omni Galliâ pacatâ, Morini Menapiique ſupererant, qui in armis eſſent, neque ad eum umquam legatos de pace miſiſſent; arbitratus id bellum celeriter confici poſſe, eò exercitum adduxit. Qui longè aliâ ratione, ac reliqui Galli, bellum gerere inſtituerunt. Nam, quod intelligebant, maximas nationes, quæ prælio contendiſſent, pulſas ſuperataſque eſſe; continenteſque ſilvas ac paludes habebant; eò ſe ſuaque omnia contulerunt. Ad quarum initium ſilvarum quum perveniſſet Cæſar, caſtraque munire inſtituiſſet; neque hoſtis interim viſus eſſet; diſperſis in opere noſtris, ſubitò ex omnibus partibus ſilvæ evolaverunt, & in noſtros impetum fecerunt. Noſtri celeriter arma ceperunt, eoſque in ſilvas repulerunt; &, compluribus interfectis, longius impeditioribus locis ſecuti, paucos ex ſuis deperdiderunt. Reliquis deinceps diebus Cæſar ſilvas cædere inſtituit, &, ne quis inermibus imprudentibuſque militibus ab latere impetus fieri poſſet, omnem eam materiam, quæ erat cæſa, converſam ad hoſtem collocabat, & pro vallô ad utrumque latus exſtruebat. Incredibili celeritate magnô ſpatiô paucis diebus confectô, quum jam pecus

Lugdunenſis colonia, Rhuteni & Segadunum. *Rhellican.*

Quod hyems ſuberat] Cæſar inferius lib. v affirmat, nullum fere tempus hyemis interceſſiſſe, quin aliqui ex victis Gallis rebellionem adornarent; nimirum ob hanc cauſam, quod ipſi homines ſeptentrionales frigoribus magis ſueti eſſent, quàm Romani meridionales; ideoque ad bellum hyberno tempore gerendum accommodatiores; ut Cæſar ipſe meminit. *Idem.*

Morini Menapiique] Suſpicatur Glareanus hic latere mendum librariorum, quod duos hos populos conjunxerint; vel aliam quampiam gentem alterius loco ſuppoſitam. Utrumque hoc falſum: rectè enim Menapii Morinis junguntur; à quibus nempe ab Occaſu æquinoctiali Scalde flumine ſubmovebantur. Certè non aliquomodo veriſimile eſt, ut ille loquitur, de quô tamen modô planè ambigit, Morinos & Menapios latos fines habuiſſe; ſed veriſſimum eſt. Vide eorum terminos, pag. LXIV. *Montan.*

Omnem eam materiam] Appellatione *Materiæ* omne lignum continetur. Livius:

pecus atque extrema impedimenta ab noſtris tenerentur, ipſi denſiores ſilvas peterent: ejuſmodi tempeſtates ſunt conſecutæ, uti opus neceſſariò intermitteretur, &, continuatione imbrium, diutius ſub pellibus milites contineri non poſſent. Itaque, vaſtatis omnibus eorum agris, vicis ædificiiſque incenſis, Cæſar exercitum reduxit, & in Aulercis Lexoviiſque, reliquis item civitatibus, quæ proximè bellum fecerant, in hibernis collocavit.

LI-

vius: *Multam materiam ceciderat miles.* Id eſt, multum ligni. *Glandorp.*

Sub pellibus] Antiquus dicendi modus eſt, pro *ſub tentoriis*, quia tentoria vulgo è corio & pelle conſtabant. Hæ pelles è publico datæ, ſed Ducibus tantùm. *Lipſius.*

LIBER IV.

EA, quæ ſecuta eſt, hieme, qui fuit annus Cn. Pompeio, M. Craſſo, Coſſ., Uſipetes Germani, & item Tenchtheri, magnâ cum multitudine hominum, flumen Rhenum tranſierunt, non longè à mari, quò Rhenus influit. Cauſſa tranſeundi fuit, quod ab Suevis complures annos exagitati, bello premebantur, & agriculturâ prohibebantur. Suevorum gens eſt longe maxima & bellicoſiſſima Ger-

CN. *Pompeio*, *M. Craſſo*] Conſulatum Pompeii & Craſſi ſecundum dicit, qui incidit in annum ab U. C. DCXCIX, cum eundem honorem ante annos XV ambo ſimul geſſiſſent. *Gland.* Vid. pag. XX de Craſſo.

Uſipetes] A principio quidem Uſipetes dicti ſunt, à Cæſare, & iis qui commentarios ejus ſecuti ſunt, ab iiſdemque Tenchtheri, Græcâ magis, quam Latinâ ſcriptione. Poſteriores verò Uſipios dixere atque Tencteros. Apud Strabonem Νουσίπων vocabulum legitur, pro Οὐσιπίων· Ptolemæo ſunt Οὐισποὶ· Habitârunt olim regiones has: Monaſterienſis agri portionem, qua opidula ſternuntur *Olſen*, *Boocholt*, aliaque vicina: item Cliviæ partem omnem Tranſrhenanam: comitatum *Rekelinkhuyſen*, & proximam Marchienſis comitatus partem, quà opida *Dortmunt*, *Caſtorp*, *Eſſen*, *Bokum*. Ab Uſipetum ſive Uſipiorum vocabulo opidum comitatus titulo inſignitum, *Zutphen* ſive *Sutphen*, appellatum videtur; quaſi huc uſque poſtea temporis progreſſis Uſipiis. *Cluver.*

Tenchtheri] Hi ab Uſipetibus diremti fuerunt à ſeptentrione Luppiâ; ab occaſu Rhenô à Menapiis. Quondam ſedes eorum, ubi nunc altera Marchienſis Comitatus pars, lævæ Roræ amnis ripæ affixa: Montenſis Ducatus maxima pars: ex Comitatu Luppienſi ipſum opidum *Luppia:* ex Epiſcopatu Paderbornenſi *Boke*, & *Soltkoten:* denique ea Weſtofaliæ parte, quæ inter Luppienſem Marchienſemque, & Waldecenſem Comitatum, epiſcopatumque Paderbornenſem, ſternitur. *Idem.*

Suevorum gens] Incoluerunt Suevi vaſtiſſimos tractus; utpote qui ab Albi ac Salâ Chaluſoque amnibus, ad Viſtulam flumen uſque, inter occaſum ortumque; inter meridiem verò ac ſeptentriones à Danubio ad Oceanum uſque glacialem extenſi fuerunt. At Suevi, de quibus hic mentio, ſunt tantùm pars Suevorum; illi enim in multa

Germanorum omnium. Ii centum pagos habere dicuntur: ex quibus quotannis ſingula millia armatorum, bellandi cauſſa, ſuis ex finibus educunt. Reliqui domi manent: pro ſe atque illis colunt. Hi rurſus invicem annô poſt in armis ſunt; illi domi remanent. Sic neque agricultura, neque ratio, neque uſus belli intermittitur: ſed privati ac ſeparati agri apud eos nihil eſt: neque longius anno remanere unô in locô, incolendi cauſſa, licet: neque multum frumento, ſed maximam partem lacte atque pecore vivunt, multumque ſunt in venationibus. Quæ res & cibi genere, & quotidianâ exercitatione, & libertate vitæ (quod à pueris nullô officiô aut diſciplinâ aſſuefacti nihil omnino contra voluntatem faciant), & vires alit, & immani corporum magnitudine

multa gentium nationumque nomina diviſa erant. Sic in Sueviâ numerantur *Hermunduri*, *Marcomanni*, *Quadi*, aliique. Imo Æthicus gentes Suevorum in univerſum fuiſſe tradit LIV. Igitur Suevi improprie ita à Cæſare vocantur; quum verò nomine ſint Chatti: quorum antiquum nomen haud dubie nunc retinent Haſſi. Habitârunt autem olim ubi nunc regiones iſtæ: Thuringia & Haſſia totæ, omnis item Grubbenhagenſis Ducatus; Epiſcopatus Paderbornenſis dimidia pars, Viſurgi affixa; abbatia Fuldenſis, Franconiæ Coburgienſiſque Ducatuum portiones. *Idem.*

Maxima & bellicoſiſſima Germanorum] De nullâ hæc quam de Cattorum natione intelligi debent. Nam, ut mox indicatum, tam amplas coluerunt regiones, uti haud facilè indicaveris ullius nationis ampliores fines in totâ Germaniâ. De bellicoſitate verò eorum ita Tacitus: *Duriora genti corpora, ſtricti artus, minax vultus, & major animi vigor: multum, ut inter Germanos, rationis, & ſollertia.* Atque hos militares ſpiritus, non Cæſaris ævo tantum adverſus Tenchtheros, Cheruſcos, Uſipetes Ubioſque, retinuerunt, ſed perpetuò: nullum enim acriorem diuturnioremque hoſtem invenerunt Romani in Tranſrhenanâ Germaniâ, quàm Cattos. *Montan*

Centum pagos] Dividere agros in pagos, omnibus Germaniæ gentibus commune fuit. Eſt autem pagus integra amplioris regionis portio, cujus apud ipſos Germanos vernaculum vocabulum fuit *Gaw*, & variantibus dialectis, *Gew*, *gow*. Hinc etiamnum tot urbes opidaque deſinentia in *gow* vel *gaw*. Sic in Friſia *Ooſtergow*, quaſi dicas, pagus orientalis, *Briſgaw*, *Nordgaw*, & alia alibi. *Montan.*

Neque longius anno] Eundem morem apud Scythas & Getas in uſu fuiſſe notat Horat. lib. 3 Ode 34:

Nec cultura placet longior annua,
Defunctumque laboribus
Æquali recreat ſorte vicarius. Mont.

Sed maximam partem lacte] Id eſt, *maximâ ex parte.* Græciſmus Cæſari familiaris. Cui ſimilis ille locus Ciceronis: *magnam partem tectis ac tenebris continebantur.* Plura ſuggeret Græcorum Schola, quorum id proprium; κατὰ enim libenter exaudiunt. *Brant.*

dine efficit. Atque in eam ſe conſuetudinem adduxerunt, ut locis frigidiſſimis neque veſtitus, præter pelles habeant quidquam, quarum propter exiguitatem, magna eſt corporis pars aperta, & laventur in fluminibus Mercatoribus eſt ad eos aditus; eò magis, ut quæ bello ceperint, quibus vendant, habeant; quàm quo ullam rem ad ſe importari deſiderent. Quin etiam jumentis, quibus maximè Gallia delectatur, quæque impenſo parat pretio, Germani importatis non utuntur; ſed, quæ ſunt apud eos nata prava atque deformia, hæc quotidiana exercitatione, ſummi ut ſint laboris, efficiunt. Equeſtribus præliis ſæpe ex equis deſiliunt, ac pedibus præliantur; equoſque eôdem remanere veſtigiô aſſuefaciunt; ad quos ſe celeriter, quum uſus poſcit, recipiunt. Neque eorum moribus turpius quidquam, aut inertius habetur, quam ephippiis uti. Itaque ad quemvis numerum ephippiatorum equitum quamvis pauci adire audeant. Vinum ad ſe omnino importari non ſinunt, quod eâ re ad laborem ferendum remolleſcere homines, atque effeminari arbitrantur. Publicè maximam putant eſſe laudem, quàm latiſſimè à ſuis finibus vacare agros: hâc re ſignificari, magnum numerum

Laventur in fluminibus] Mela eos magno ſtudio natandi, etiam aſperrima hyeme, detentos eſſe perhibet. Extat & vetus epigramma Græcum, quod recens natos liberos in flumine probari ſolitos memorat. *Montan.*

Impenſo pretio] *Impenſo pro immenſo ſeu ingenti.* Feſto Pompeio.

Quam ephippiis uti] Græci *ςρώματα*, itemque ἐφίππια dixere: Quâ voce vulgo & Latini uſi, ut hic. Oſtendit autem hic locus Romanos ephippia habuiſſe; ideo enim contèmtui à Germanis habiti. *Lipſius.*

Vinum ad ſe omnino importari non ſinunt] Diodorus tamen Gallos antiquitus uſque eo vino deditos fuiſſe affirmat, ut nulla merx carior extiterit; utque merum ad ebrietatem, atque adeo inſaniam hauſerint. Addam amplius, creditum eâ causâ in Italiam non ſemel irrupiſſe Gallos, liquoris ſuavitate illectos, ut autor eſt Livius, Plinius, Plutarchus. *Brantius.*

A ſuis finibus vacare agros] Eadem Mela de Germanis omnibus in commune aſſerit, dicens, eos bella cum finitimis gerere, & cauſas eorum ex libidine acceſſere: neque imperitandi prolatandique quæ poſſident. *Nam*, inquit, *ne illa quidem enixè colunt, ſed ut circa ipſos quæ jacent, vaſta ſint.* Rhellic.

Magnum numerum civitatium] Quamvis hic Cæſar tradat *magnum civitatium numerum* à Chattis pulſum; tamen duas tantum civitates fuiſſe, Uſipetum

rum civitatium ſuam vim ſuſtinere non potuiſſe. Itaque unâ ex parte à Suevis circiter millia paſſuum DC agri vacare dicuntur. Ad alteram partem ſuccedunt Ubii, quorum fuit civitas ampla atque florens, ut eſt captus Germanorum, & paullo, qui ſunt ejuſdem generis, etiam ceteris humaniores, propterea quod Rhenum attingunt, multique ad eos mercatores ventitant, & ipſi propter propinquitatem Gallicis ſunt moribus aſſuefacti. Hos quum Suevi, multis ſæpe bellis experti, propter amplitudinem gravitatemque civitatis, finibus expellere non potuiſſent, tamen vectigales ſibi fecerunt, ac multo humiliores infirmioreſque reddiderunt. In eâdem cauſsâ fuerunt Uſipetes & Tenchtheri, quos ſupra diximus; qui

petum & Tenchtherorum, omnino ego perſuaſum habeo. Solet quippe Cæſar, pro magno illo ſuo animo, res plus juſto extollere, magnitudinemque augere. Sic ſupra lib. II, ad finem, à nationibus trans Rhenum legationes ad ſe miſſas ait; quum tamen hoc IV lib. *unos Ubios, legatos* miſiſſe fateatur. *Cluverius.*

Agri vacare dicuntur] Haud levis conjectura eſt hos agros, ab una parte Chattorum vacuos, inter Sigambrorum Cheruſcorumque fines fuiſſe; in Weſtofaliæ parte, circa opida *Oſnbrugge* & *Minden*, Amiſiam ac Viſurgim amneis inter. *Idem.*

Ubii] Ulteriorem Rheni ripam, ut ante dictum pag. LX, tenuerunt ætate Cæſaris. Tranſgreſſi agros acceperunt, qui ante fuerant Condruſorum; & infra hos Eburonum Menapiorumque finium partem. Tum ab ortu Rheno protegebantur, contra pulſores ſuos Cattos; qui in priſcas eorum ſedes migraverant: & à meridie Treveros; ab occaſu Menapios & Eburones; à ſeptentrione eoſdem Menapios vicinos habebant. Intra quos fines iſtæ nunc regiones ſternuntur. Juliacenſis Ducatus pars maxima, dextram ripam Roræ contingens: Colonienſis Epiſcopatus fere totus. At nondum Rhenum tranſgreſſos occupaſſe ea loca, ubi nunc Marchiæ comitatus, hodie à Duce Clivenſi poſſeſſus, & Weſtfaliæ opida ſunt, parſque Ducatus Montenſis, conjectura eſt. Caput gentis, Ubiorum opidum eſt. Conditum illud videri poteſt ſtatim ac Ubii Rhenum tranſgreſſi; nempe anno ante natum Chriſtum XXXV: ſaltem Auguſto regnante extructum eſt. Agrippina, neptis Agrippæ, mater Neronis, colonia eo deducta, opido eorum Coloniæ Agrippinenſi nomen dedit. Forte Ubiorum nominis veſtigia hodie ſervat *Ubich*, pagus in agro Juliacenſi. *Montan.*

Finibus expellere non potuerunt] Haud multo tamen poſt a Cattis expulſi ſunt, teſte Strabone, lib. IV. Quo tempore bellum in Gallia gerebat conſul Romanus M. Vipſanius Agrippa: à quô Rhenum tranſgredientes, in fidem recepti. Deinde etiam ſuſpecti bello Batavico Germanis Galliſque, quaſi circa originem & nomen Romanum ambitioſi à Julio Tutore Trevero armis ſubacti, compulſique Romanorum amicitiam ejurare, diſcrimen adiêre, Treviris Tranſrhenaniſque delere inauſpicati nominis opidum annixis. *Idem.*

Ædi-

qui complures annos Suevorum vim ſuſtinuerunt. Ad extremum tamen agris expulſi, & multis locis Germaniæ triennium vagati, ad Rhenum pervenerunt: quas regiones Menapii incolebant, ad utramque ripam fluminis agros, ædificia vicoſque habebant: ſed tantæ multitudinis adventu perterriti, ex his ædificiis, quæ trans flumen habuerant, demigraverunt: & cis Rhenum diſpoſitis præſidiis Germanos tranſire prohibebant. Illi, omnia experti, quum neque vi contendere, propter inopiam navium; neque clam tranſire, propter cuſtodias Menapiorum poſſent; reverti ſe in ſuas ſedes regioneſque ſimulaverunt: & tridui viam progreſſi rurſus reverterunt: atque omni hoc itinere unâ nocte equitatu confectô, inſcios inopinanteſque Menapios oppreſſerunt; qui de Germanorum diſceſſu per exploratores certiores facti ſine metu trans Rhenum in ſuos vicos remigraverant. His interfectis, navibuſque eorum occupatis, priuſquam ea pars Menapiorum, quæ citra Rhenum erat, certior fieret, flumen tranſierunt; atque omnibus eorum ædificiis occupatis, reliquam partem hiemis ſe eorum copiis aluerunt. His de rebus Cæſar certior factus, & infirmitatem Gallorum veritus, quod ſunt in conſiliis capiendis mobiles, & novis plerumque rebus ſtudent, nihil his committendum exiſtimavit. Eſt autem hoc Gallicæ conſuetudinis, ut, & viatores etiam invitos conſiſtere cogant, &, quod quiſque eorum de quâque re audierit aut cognoverit, quærant: & mercatores

Ædificia vicoſque habebant] Ita & Florus: *nil præter nives raraſque ſilvas habet.* Eleganter *habere* pro *habitare.* Brantius.

Tridui viam progreſſi rurſus reverterunt] Simile Stratagema Q. Metelli Valerius narrat, lib. VII, cap. IV: *qui cùm urbem Contrebiam viribus expugnare non poſſet, viam reperit, qua propoſitum ad exitum deduceret. Itinera magno impetu ingrediebatur, deinde alias atque alias regiones petebat. Modo hos obſidebat montes, paulo poſt ad illos transgrediebatur. Poſtquam verò & exercitum ſuum ignorantiâ, & totam Celtiberiam errore implicavit; cùm aliò curſum direxiſſet, ſubito ad Contrebiam defluxit, eamque inopinatam & attonitam oppreſſit.*

Infirmitatem] *Infirmitatem* paſſim pro *levitate & perfidia* uſurpat. Sic infra, *cognita Gallorum infirmitate.* Hotomannus.

At-

tores in opidis vulgus circumſiſtat; quibus ex regionibus veniant, quaſque res ibi cognoverint, pronuntiare cogant. His rumoribus atque auditionibus permoti de ſummis ſæpe rebus conſilia ineunt: quorum eos è veſtigio pœnitere neceſſe eſt, quum incertis rumoribus ſerviant; & plerique ad voluntatem eorum ficta reſpondeant. Qua conſuetudine cognitâ Cæſar, ne graviori bello occurreret, maturius, quàm conſueverat, ad exercitum proficiſcitur. Eò quum veniſſet, ea, quæ fieri ſuſpicatus erat, facta cognovit: miſſas legationes à nonnullis civitatibus ad Germanos; invitatoſque eos, uti ab Rheno diſcederent; omniaque, quæ poſtulaſſent, ab ſe fore parata. Qua ſpe adducti Germani latius jam vagabantur, & in fines Eburonum & Condruſorum, qui ſunt Trevirorum clientes, pervenerant. Principibus Galliæ evocatis, Cæſar, ea, quæ cognoverat, diſſimulanda ſibi exiſtimavit: eorumque animis permulſis & confirmatis, equitatuque imperatô, bellum cum Germanis gerere conſtituit. Re frumentariâ comparatâ equitibuſque delectis, iter in ea loca facere cœpit, quibus in locis Germanos eſſe audiebat. A quibus quum paucorum dierum iter abeſſet, legati ab iis venerunt: quorum hæc fuit oratio: Germanos neque priores populo Romano bellum inferre: neque tamen recuſare, ſi laceſſantur, quin armis contendant: quod Germanorum conſuetudo hæc ſit à majoribus tradita, quicunque bellum inferant, reſiſtere, neque deprecari: hoc tamen dicere, veniſſe invitos, ejectos domo. Si ſuam gratiam Romani velint, poſſe eis utiles eſſe amicos: vel ſibi agros attribuant, vel patiantur eos tenere, quos armis

Auditionibus] Ταῖς ἀκοαῖς, Græcâ, Hebræâ & Germanicâ loquendi formâ Cæſar hic uſus eſt, declarans quid per rumores intelligat. *Rhellican.*

E veſtigio pœnitere] *Præcipitata* enim *raptim conſilia, cum neque revocari, neque in integrum reſtitui poſſint, celerem pœnitentiam, ſed eandem ſeram atque inutilem ſequi* neceſſe. *Livius.*

Eburonum] Vid. pag. LXV.

Condruſorum] Vid. pag. LXIV.

Ne-

armis poſſederint: ſeſe unis Suevis concedere: quibus ne Dii quidem immortales pares eſſe poſſint: reliquum quidem in terris eſſe neminem, quem non ſuperare poſſint. Ad hæc Cæſar; quæ viſum eſt, reſpondit. Sed exitus fuit orationis: Sibi nullam cum his amicitiam eſſe poſſe, ſi in Galliâ remanerent; neque verum eſſe, qui ſuos fines tueri non potuerint; alienos occupare: neque ullos in Galliâ vacare agros; qui dari tantæ præſertim multitudini ſine injuriâ poſſint: ſed licere, ſi velint, in Ubiorum finibus conſidere, quorum ſint legati apud ſe, & de Suevorum injuriis querantur, & à ſe auxilium petant: hoc ſe ab Ubiis impetraturum. Legati hæc ſe ad ſuos relaturos dixerunt; &, re deliberatâ, poſt diem tertium ad Cæſarem reverſuros; interea, ne propius ſe caſtra moveret, petierunt. Ne id quidem Cæſar ab ſe impetrari poſſe dixit: cognoverat enim magnam partem equitatus ab iis aliquot diebus ante prædandi frumentandique cauſâ ad Ambivaritos trans Moſam

Neque verum eſſe] *Verum* fortaſſe pro *æquum* aut *rectum*, quomodo Horat. lib. 1 epiſt. 7:

An quæcunque facit Mæcenas, te quoque verum eſt?

Et quod hic *non verum* dixit Cæſar, *non æquum* dicunt poſtea Germani, cum Cæſari reſpondent: *Si ſe invito, Germanos in Galliam tranſire, non æquum exiſtimaret.* Brant.

Ambivaritos] Diſputant de Ambivaritis doctiſſimi viri, & plerique fœdè hallucinantur. Jucundus & Marlianus Brabantinos eſſe putant. Divæus tractum illos incoluiſſe credit, in quo nunc Boſcum, Gravia, Breda, Bergæ, opida ditionis Brabanticæ, nec non Antwerpia: & hanc haud abſurdâ conjecturâ (verba ejus ſunt) ex nomine Ambivaritorum in *Amptuarten*, aut *Ambtuarten*, detórtô appellatam. Rectiùs paulo Ortelius ignorari credit. Certe Cluverius perſpicaciſſimè hic videt, ut ubique. Primò Ambivariti nuſquam alias, neque cuiquam alii autori, neque ipſi Cæſari, in tam crebris per has oras bellis, memorantur: ne in communi quidem illâ Belgarum conſpiratione: à quâ ipſi in medio reliquorum (ſi circa Antverpiam fuiſſe credas) immunes eſſe haud-quaquam potuerunt. Tum etiam mira res eſſet, quid Germani hi equitatus magnam partem mitterent in hanc regionem frumentandi causâ, ſterilem planè & deſertam, ac perpetuo ericeto obſitam, omniumque rerum egenam; talis erat omnis terra inter Scaldim Moſamque. Quapropter longè melius eſt, pro obſcuris iſtis, & nemini aliàs in provinciâ tam celebri cognitis *Ambivaritis*, legere *Aduaticos*: horum quippe agri, qua reliqua Brabantiæ pars ad lævam Demeræ ripam ſternitur, ſunt fertiliſſimi. Vide de Aduaticis pag. LXXXVI. *Montan.*

Mo-

ſam miſſam. Hos expectari equites, atque ejus rei cauſâ moram interponi, arbitrabatur. Moſa profluit ex monte Vogeſo, qui eſt in finibus Lingonum, & parte quâdam Rheni receptâ, quæ appellatur Walis, inſu-

Moſa] E Lotharingiâ promotus, Namurcenſes Leodicenſeſque adit: indeque Brabantos Gelroſque interlabitur: ubi partem quandam ſui duobus alveis, quibus munimentum divi Andreæ circumdatur, in Vahalim tranſmittit: ſuo tamen ſibi nomini latum ſervans alveum, uſque ad vicum *Bochoven*. Mont. Hinc autem divertente in occaſum ſolis æſtivi alveo, uſque ad arcem Lœveſtenium, ubi Vahali nunc jungitur, novus appellatur Moſa, vulgo accolis *de nieuwe Maſe*: hinc eodem nomine Gorichomium prælabitur opidum, infra quod jam geminum fert nomen, alterum modo dictum, alterum quod accolis *de Merwe* vocatur, à veteri arce ejuſdem nominis; cujus veſtigia in undis prope Dordracum exſtant. hinc dicto gemino nomine Flaredingam uſque devectus, infra id opidum uno ſimplicique nomine, donec Oceano miſceatur, Moſa vocatur. Moſæ autem veteris alveus, à Cæſare Tacitoque deſcriptus, ab opido *Megen*, uno certoque flumine, nullis in Vahalim ad Divi Andreæ munimentum aquis tranſmiſſis, (poſteriore enim ſeculo hæ foſſæ factæ) devectus eſt, eas terras antiquitus dextra ripa perfundens, ubi nunc opidum *Heuſden*, ſiniſtra ubi *Geertrudenbergh* conſpicitur. inter hoc & Dordracum, continui nunc funduntur lacus: at ſuperiore ævo aridam humum, certum amni præbuiſſe alveum, indicant reliquiæ vicorum, ſub undis latentes. quin etiam nunc alvei profunditas deprehenditur inter dictos vicos, hôc tractu. Tum & adhuc hodie tenuis alveus, qui à novo Moſa juxta vicum *Bochoven* divergens in ſiniſtras terras, primum *Hedickſe Maſe* vulgo accolis, mox *de oude Maſe*, id eſt, vetus Moſa, indigitatur. quem veterem eſſe amnis alveum ſatis ipſum nomen clamat. *Cluverius.* Quod autem Moſam potius, quam Maſam Cæſar appellat; non aliam puto fuiſſe cauſam: quàm quod eum accolæ, ut nunc, *de Moes* nuncuparint: hoc enim commune populis à Lovanio in Moſam vergentibus, ut *oe* pronuntient, ubi nos *ae*. Sic *woer*, pro *waer*, *joe* pro *jae*. Divæus.

Vogeſo] *Vogeſus* ita etiam Plinio & Lucano, corruptè *Vocetus*, & *Vocetius*, apud Tacitum, Alpium nomine à Strabone deſcribitur. Mons eſt, cui ſilva ſuperfuſa, Burgundiam Alſatiamque à Lotharingia ſeparans; vulgo dicitur, *Mont de Faucilles*, & *Montaigne de Bourgoigne*. Merula. At male legitur, *Vogeſus*; exemplaria manuſcripta diſertiſſimis verbis habent *Voſegus*: cum quibus convenit Græcus interpres Cæſaris: apud quem ſic: Ὁ δὲ Μόσης ποταμὸς ἀπὸ μὲν τῆ Βοσήκε ὄρες καταῤῥεῖ· Et in lapide antiquo, qui apud Tabernas montanas, opidum ad radices Voſegi montis:

VOSEGO. MAXIMINUS.
V. S. L. L.

Nomen hoc etiamnum eôdem terrarum tractu permanet: licet temporis longinquitate detortum. Prope Moſæ fontes cœnobium eſt, vulgari vocabulo *Voyge* ſive *Voyſe*: ingenſque inter Moſam & Moſellam amnes ſilva, vulgo *la foreſt*, ſive *le bois de la Voyſe* dicta: id eſt, *ſilva Voſenſis.* Cluver.

Lingonum] Vid. pag. XXV.

Walis] Varie hoc vocabulum in Cæſaris manuſcriptis exemplaribus notatum reperitur: *Vaccalus*, *Vacchalus*, *Vacalus*, *Vacalos*, *Valis*, *Vallis*, *Wallis*. Quæ varietates ſatis indicant mendum in pleriſque, vel certe in omnibus, hærere. Ac primo ratio nulla eſt, cur

inſulam efficit Batavorum: neque longius ab eo millibus paſ-

cur Cæſarem vocabulum hoc per *W* ſcripſiſſe credamus: cujus literæ apud Romanos nulla notitia. Quæritur nunc utrum recte litera *H* interponatur: quæ à Tacito & Servio omiſſa. Ego eam à Cæſare ſcriptam, & rectè quidem ſcriptam, judico. Etenim cum Germanis vocabulum amnis patriâ linguâ diceretur *wael*, ſive *waal*, ſive *wahl*, unica ſyllaba, in qua *ae* & *aa* ſunt diphthongi, nihil aliud ſonantes, quam *a* productum: recte à Romanis interponebatur aſpiratio *h*, unde Servio dicitur *Vahal*, Tacito *Vahales*. Quum vero ipſa quoque aſpiratio pleniori gutture, & tanquam geminata, proferretur ex antiquiſſimo gentium more: ſonus ejus in affinem literam Græcorum χ, id eſt, *ch*, declinavit. Unde pro *Vahal* factum *Vachal*, & latina formatione *Vachalis*; ut eſt apud Sidonium. Unde etiam Cæſarem id vocabulum ſic ſcripſiſſe judico. Tandem vero *ch*, abjecta aſpiratione mutatum eſt in *c*: unde *Vacalis*, quod apud eundem Sidonium, nec non in quibuſdam exemplaribus Cæſaris. Vahalis autem originem ſuam debet Rheno. Rhenus enim ad munimentum Schenkii in duos alveos dividitur: ſiniſter Vahalis dictus Neomagum, Tiliam, Bomelium, Gelriæ opida præterlapſus; nomen præfert nunc ad arcem uſque *Lœveſteyn*. Juxta hanc foſſa, à vico Bochoven manibus quondam hominum egeſta, aquas pariter Moſæ in Vahalis flumen invexit ac nomen; quod etiam nunc durat ſub cognomento novi Moſæ. Vahalis igitur amnis antea fuit, qui novus poſtea Moſa dictus. Hujus lævam ripam lacus nunc tegunt, Gertrudabergam inter Dordracumque ſparſi. In dextra ripa à Loveſtenio viſitur Gorichomium opidum: inde vici *Slydrecht*, *Papendrecht*: huic in læva ripa objacet Dordracum opidum. à quo Vahalis eôdem cognomentô novi Moſæ in orientem ſe convertit; ad foſſam uſque, quæ Leccæ amni miſcetur, abluto vico Hollandiæ *Alblaſſerdam*. Foſſæ alius ab occidente æſtivo oppoſitus eſt alveus, mediam inſulam ſecans: quem veterem eſſe Vahalis alveum, ipſum prodit nomen, quo in hunc uſque diem *de Wale* accolis dicitur. Hujus ſiniſtræ ripæ adjacent tres vici *Haynyderambaght*, *Ryſoort*, & *Ianſdam*. Ab hoc iterum in lacus transfunditur Vahalis; donec inter duos inſulares vicos *Putten* & *Portugael* Vahalis nomen rurſus obtineat. quod deinde ſervat, donec inter Geroflitium & Flaredingam Moſæ miſceatur: *cujus hinc immenſô ore in Oceanum effunditur*, teſte Tacitô. Ad Geroflitium igitur fuiſſe Moſæ & Vahalis confluentes certum eſt: non ad Loveſtenium, ut alii hactenus vulgo tradiderunt. Cetero antiqui iſti dictorum amnium ductus, ſic poſtmodo, cum Oceani inundationibus, tum mortalium operibus turbati ſunt, ut multis in locis vix veſtigia deprehendantur. *Cluverius.*

Inſulam efficit Batavorum] Batavi, ut hoc primum dicam, progenies fuere Cattorum, qui Haſſi nunc dicuntur: ſeditione domeſticâ, teſte Tacito, per vim à popularibus pulſi. Tempus ſeceſſionis haud facile monſtratu eſt. Jam longè ante Cæſaris tempora has oras cis Rhenum obſediſſe, credibile eſt. Cæſar hôc locô primus eorum nomen apud Romanos prodidiſſe videtur. Nomen id domô attulerint, an verò egreſſi jam è Cattis inter ſe conſtituerint, planè incertum. Sunt qui jam tunc hôc nomine appellatos exiſtimant, quum adhuc pars Cattorum in Germaniâ forent. Pro argumento afferunt duo nominis veſtigia, quorum alterum in *Battenberg*, prope Adranam flumen; alterum in *Battenhauſen*, haud procul amne Verrâ, in Haſſiâ exſtant. Verùm hæc lubrica conjectatio eſt: proinde haud temere admittenda. Quicquid ſit, Dio inſulam hanc Βαταύαν νῆσον vocat, ubi tamen ſuſpi-

paſſuum LXXX in Oceanum tranſit. Rhenus autem oritur

ſuſpicor legendum Βατανίαν· Zoſimus Βαταβίαν· Panegyrici Latini Bataviam: quod nomen etiamnum in ſuperiori inſulæ parte durat: appellatur quippe incolis *de Betauw*, ſive *Betouw*, & variante Dialecto *Betuwe*, quaſi *Bataw*. Initium inſulæ eſt, ubi Rhenus velut in duos amnes dividitur: id verò haud procul Clivio opido, ad munimentum vulgo *Schenken-ſchans*, fieri videmus: ubi, ut olim, nunc etiam dividitur in duo cornua. Ex his tamen Cæſaris verbis quidam probare nituntur, inſulæ initium duxiſſe à Moſæ Vahaliſque confluentibus, contra Taciti Pliniique apertiſſima teſtimonia. Verùm id præfandum, Cæſarem in commentariis ſe non præſtare diligentem geographum: inſulamque accuratius deſcriptam à Tacito, quàm Cæſare. Nec mirum: quum hoc illi potiſſimè inſtitutum fuerit; huic vèro minus. Cæſari enim Moſæ magis decurſum, quàm inſulæ ſitum, deſignare intentio fuit: idque ex eo liquet, quod Moſam dicat, parte quàdam Rheni receptâ, efficere inſulam: nec quicquam de Oceano, aut altero Rheni alveo, præterea addat. Ecquid igitur credere jubet, ſolum Moſam efficere inſulam Batavorum, totamque ambire? haud opinor. Verba ejus igitur ſic interpretanda, uti Moſam, unà cum illâ parte, quam Rhenus Vahalis nomine mittit, inſulæ latus auſtrinum efficere, eum intellexiſſe exiſtimem. Cui interpretationi ſuffragantur millia paſſuum LXXX, huic ſpatio àb illo aſſignata. *Neque longius*, enim dicit, *ab o millibus paſſuum* LXXX *in Oceanum tranſit*. Ubi notandum, Cæſarem non *ab ea*, ſed *ab eo* dicere: illud quippe partem Rheni, quæ Vahalis appellatur, ſignificare poterat: & tunc ab cujus confluente initium millium LXXX paſſuum ducendum foret: hoc verò ipſum Rhenum deſignat, ubi is deſinit Rhenus dici, & in Vahalis nomen tranſit, ad dictum Schenkii munimentum. Hoc ſpatium igitur, ſi cum Taciti verbis conferas, patebit eandem Cæſari mentem, quæ Tacito, fuiſſe. Tacitus principium inſulæ ac tergum, ad divergium Vahalis ponit; finem ſeu frontem ad Oceanum. Hoc ſpatium ſi accuratius dimetiaris, nempe à dicto munimento ad extremum inſulæ excurſum, qui eſt ad Moſæ oſtium & pagum *Graveſande*; dabit millia paſſuum LXXXIII: qui numerus admodum parum abeſt, quin cum Cæſaris computatione conveniat. *Cluver*. Batavi autem bellicâ virtute apud omnes nationes celebratiſſimi fuerunt. Et ita quidem, ut Auguſtus corporis ſtipatores ex iis legerit; quod equitandi arte pollerent. Inter eorùm duces inclaruit Cariovalda; qui, Germanico Varianam cladem in Cheruſcos ulturo, Batavorum virtute aperuit Viſurgim: ut & Cl. Civilis, qui non contentus jugum Romanorum excuſſiſſe, vicinos omnes tam Germanos, quàm Gallos eôdem convolvit bellô. Exitus verò, quod dolendum, latet, parte Taciti amiſsâ, quæ hunc continebat. Conſtat nihilominùs eos in poteſtatem Romanorum veniſſe: ſub Tito enim eorum & Tungrorum armis Britanni victi: & ſub Adriano Iſtrum tranavit Batavus equitatus, licet pondere armorum gravis: quô miraculò perterrefacti Sarmatæ Adriano ſe dediderunt. Hinc tanti habiti à Romanis, ut fratres & amici nuncuparentur. Hoc præter alia marmor prope Leidam erutum teſtatur: in fine ſic habetur:

GENS. BATAVORUM. AMICI. ET. FRATRES. ROMANI. IMPERII.

Cæterùm à Valeriani imperio, uſque ad Juliani per centum annos, acerrima Batavi cum Francis geſſère bella. Quo factum, ut Salii primum, nobiliſſima Francorum natio, partem inſulæ, quæ Tranſiſalanæ proxima, inſederint. Quos cum Quadi pellere inſtituerent, Julianus pacem ita confecit;

tur ex Lepontiis, qui Alpes incolunt, & longô ſpatiô per fines Nantuatium, Helvetiorum, Sequanorum, Mediomatricorum, Tribocorum, Trevirorum, citatus fertur: &,

cit, ut Quadi Saliique in corpus nomenque Batavicum coaleſcerent. Medio tempore, collapſo imperio Romano, Saxones, Wilti Sclavique, deinde Normanni & Dani rapinis & incurſionibus omnia infeſta habuerunt: Batavos contra, ſe ſuaque defendendo, magna inter diſpendia, auxiſſe virtutem ſatis conſtat. Cætera in abdito ſunt: magnum enim ad ea tempora hiſtoriæ deliquium eſt, quibus Comites primum inſtituti. Mutarunt etiam Batavi circa hoc ævum nomen, Friſiique dici cœpere, Bataviæ ſive Batuæ appellatione intra ſuperiorem inſulæ partem concluſâ. Poſtea autem, rejecto etiam hoc nomine, Hollandi dicti. Libuit hæc prolixius de patriâ meâ apponere. *Montan.*

Rhenus autem oritur ex Lepontiis] Rectè ex Lepontiis: Summis quippe Alpibus, quæ Lepontios à meridie attingunt, fons ejus effunditur. Tacit. ita de Rheni fonte: *Rhenus Rhæticarum Alpium inacceſſo ac præcipiti vertice ortus, modico flexu occidentem verſus, ſeptentrionali Oceano miſcetur.* Bene: Cæſari non repugnat. Nam ut Lepontii à meridie, ſic Rhæti à ſeptentrione ſummas Alpes, ex quibus Rhenus oritur, attingunt. *Montan.* Lepontiæ autem Alpes vel majores ſunt vel minores: iſtæ ſunt montes, quibus à lacu Lario per Clavennam Curiam Rhetorum itur: hæ, quibus à Bellizonâ per Ticini amnis vallem Torſanum primum Helvetiorum opidum aditur. Manet hic antiqui nominis Lepontiorum veſtigium: Ticini enim vallis ab Italis *Levantina*, quaſi dicas Lepontina, nominatur, à Germanis *Livinen.* Sunt verò minores Lepontiæ æquitate viarum ac montium cæteris Alpibus leniores, niſi editiſſimum Divi Gothardi jugum, & profundiſſima vallis, quam cum tremulo ponte infernam vocant, uno tantum aut altero loco maximam cum ſummo timore tranſeuntibus difficultatem præberent. Ex hoc Gothardi monte Rhenus anterior, & qui propriè Rhenus, (tres hodie viſuntur Rheni fontes, licet antiquitas omnis tantùm unius mentionem faciat;) originem habet. Sed ex ſummo jugo Lepontiorum, quod Cadelinum vocant, fluvius Froda ad Lucumonis montem, ſive, ut quidam, Barnabæ, defluit: ac mox mutato nomine Rhenus medius vocatur. Fluvius hic vicum Rhetorum Medullinum (*Medels*) præterfluit, & prope cœnobium Diſertinum Rhenum anteriorem à dextra ingreditur. Et hic ſecundus Rheni fons: tertius à Rhetis oſtenditur in monte, quem Culmen de Olcello vocant, alii S. Bernardini montem, Rhetos à Miſaucis dividens. Cæterum montes iſti, in quibus fontes Rheni oſtenduntur, ſunt fere continui: & uno nomine Adulæ ſeu Adyæ montis à veteribus comprehenduntur. *Simlerus.*

Nantuatium] Vehementer ſuſpicor reponendum, *Nemetum:* quamvis ordo populorum non rectè ſequatur. Sed hoc illi fere familiare eſt. Ita lib. VI ordinem haud obſervavit idem autor, ubi de ſilva Hercinia: *Oritur*, inquit, *ab Helvetiorum, & Nemetum, & Rauracorum finibus.* Quum tamen & Rauraci & Sequani Nemetibus præponendi forent. Poſt Nemetas igitur hoc loco Cæſar ponit Helvetios, qui vere ſiniſtram Rheni ripam accoluerunt ad confluentem uſque Arolæ. *Cluver.*

Mediomatricorum] Omnes Latini ſecundâ declinatione hoc nomen efferunt: ut & Strabo, illi enim Μεδιομάτρικοι dicuntur. Soli Ptolemæo Μεδιομάτρικες· quô vocabulô omnes noſtri ævi ſcriptores utuntur. Incoluerunt hi populi latos quondam fines,

&, ubi Oceano appropinquavit, in plures diffluit partes, multis ingentibuſque inſulis effectis, quarum pars magna à feris barbariſque nationibus incolitur: ex quibus ſunt, qui piſcibus atque ovis avium vivere exiſtimantur: multiſque capitibus in Oceanum influit. Cæſar, quum ab hoſte non amplius paſſuum XII millibus abeſſet, ut erat conſtitutum, ad eum legati revertuntur; qui in itinere congreſſi, magnoperè, ne longius progrederetur, ora-

nes, inter Moſam & Rhenum; hinc ad Sequanos, illinc ad Treveros uſque. Ab oriente iis terminus Rhenus: ab occidente Moſa: à ſeptentrione, linea à Moſa, & vico *Montegny*, ad Navæ amnis fontem ducta: à meridie linea à Moſa & opido *S. Michel*, ad Moſellæ Murtæque confluentem. Regiones nunc eorum finibus comprehenduntur iſtæ: Lotharingiæ major pars: Auſtraſia, quæ vulgo eſt *Weſtereich*: Palatinatus Rheni pars cis Rhenum; Elſatia inferior. *Idem.*

In plures diffluit partes, multis ingentibuſque inſulis effectis] His verbis inſulas Zelandicas Hollandicaſque, ipſiuſque Hollandiæ partem, quæ Batavorum fuit inſula, intelligi haud obſcurum eſt: quippe *multas ingenteſque inſulas* Rhenum ait *efficere*. At unam ſolam Batavorum inſulam effeciſſe flumen id Cæſaris ævo, ex Tacito ſatis probari poteſt. Quid igitur ille *multas*? nec *multas* ſolum, ſed *ingentes*? Verba hæc imperiti Geographiæ & Hiſtoriæ ad totam Hollandiam, Geldriæque partem, quatenus Iſalâ flumine terminatur, & inſulas Hollandiæ Friſiæque, *Texel*, *Vlielant*, *Schelling*, *Amelant*, flectunt. His maximè verbis ducti: *ex quibus ſunt, qui piſcibus atque ovis avium vivere exiſtimantur.* Quod inſulæ tribuunt, quæ vulgari vocabulo *Eyerlant*, id eſt, ovorum inſula, dicitur. Verum nudam nominis alluſionem ſequuntur, rei ipſius conſideratione neglecta. An non meminiſſe oportuit, Druſum, multis annis poſt Cæſarem, foſſam Rhenum inter Iſalamque amnes duxiſſe, quâ tandem iſta Hollandiæ Geldriæque pars Rheno velut inſula incluſa eſt? Si Druſus primùm incluſit, quî Cæſar ſomniare potuit, Druſum id facturum; inſulaſque ibi fore, quarum una nunc *Eyerlant* vocatur? Quomodo Cæſarem hic cum aliis autoribus conciliabimus? Omnes autores Vahalis alveo, Moſæque oſtio Rhenum ab occidente terminant, nec ultra quicquam ei in Zelandicis inſulis tribuunt. Res ſic ſe habet. Cæſar has partes nunquam adiit. Ipſe hoc teſtatur, ubi dicit, *ovis avium vivere exiſtimantur*: Nam ſi rem oculis luſtraſſet, audacter affirmare potuiſſet; non vero vulgi opinione definire. Tabulam tamen geographicam habuiſſe videtur, quâ Galliæ regiones deſcriptæ fuerunt. Hâc inſpectâ, quum crebris æſtuariis Toxandrorum ſolum diſtinctum foret; quorum quædam Moſæ etiam jungebantur, Moſa autem Vahali, Vahalis Rheno; omnia iſta æſtuaria, Rheni alveos eſſe exiſtimavit: per quos *in plures partes diffluere* amnem; *multiſque capitibus in Oceanum influere* dixit. *Cluver.*

Multiſque capitibus] *Caput* hic Cæſar pro oſtio poſuit, contra quam reliqui fere ſcriptores, qui fluminis ſive aquæ *caput* fontem ipſum appellant. Sic Ulpianus: *Caput aquæ illud eſt, unde aqua naſcitur.* Ciacconius. Capita fontes amnium vocari non eſt infrequens, quæ & ſacra ſunt. *Turneb.*

orabant. Quum id non impetrâſſent, petebant, uti ad eos equites, qui agmen anteceſſiſſent, præmitteret, eoſque pugna prohiberet, ſibique uti poteſtatem faceret in Ubios legatos mittendi: quorum ſi principes ac ſenatus ſibi jurejurando fidem feciſſent, eâ conditione, quæ à Cæſare ferretur, ſe uſuros oſtendebant: ad has res conficiendas ſibi tridui ſpatium daret. Hæc omnia Cæſar eodem illò pertinere arbitrabatur, ut, tridui morâ interpoſitâ, equites eorum, qui abeſſent, reverterentur: tamen ſeſe non longius millibus paſſuum IV aquationis cauſſâ proceſſurum eô die dixit: huc poſtero die quam frequentiſſimi convenirent, ut de eorum poſtulatis cognoſceret. Interim ad præfectos, qui cum omni equitatu anteceſſerant, mittit, qui nuntiarent, ne hoſtes prælio laceſſerent; &, ſi ipſi laceſſerentur, ſuſtinerent, quoad ipſe cum exercitu propius acceſſiſſet. At hoſtes, ubi primum noſtros equites conſpexerunt, quorum erat V millium numerus, quum ipſi non amplius DCCC equites haberent, quod ii, qui frumentandi cauſſa ierant trans Moſam, nondum redierant; nihil noſtris timentibus, quod legati eorum paullo ante à Cæſare diſceſſerant, atque iis dies induciis erat ab iis petitus,

Fidem feciſſent] Notanda locutio *fidem facere*, pro, *fidem dare*; niſi forte *dediſſent*, vetus aliquis codex haberet. *Hotomannus*. Neſcio autem quid hic ſuſpicetur Hotomannus. Antiqua & Latina planè locutio eſt: eâdem Cicero ad Attic. & 3 de leg. Agra. utitur: *Fac fidem*, ait, *te nihil niſi populi utilitatem quærere*. Montan.

Quorum erat V *millium*] Diverſa planè ab his Dio tradit, ut ubique de hôc bellô. Primò enim Tenchtheros & Uſipetes, à Suevis quidem expulſos; ſed, quod Cæſar non addit, à Gallis etiam accerſitos, Rhenum tranſiiſſe narrat: & poſt irritam ad Cæſarem legationem, quâ fœdus cum eo inire, & regionem ſibi attribui petebant, pollicitos eſſe ſe libenter domum regreſſuros. Deinde etiam, equites Cæſaris paucos fuiſſe, & quidem ætate validiore, ſcribit, ſatis incuriosè: numerum non addit: quem eundem cum Cæſare Plutarchus ſervat; nempe V millium. Præterea Cæſarianos paucos exſtitiſſe dici non poteſt: cum octingentis enim equitibus Germanis V mille eorum congreſſi, in fugam verſi ſunt. *Montan.*

Non amplius DCCC *equites*] F. Urſini codex habet ∞ CCC. Sed proculdubio erratum eſt à librario in nota D, quam mutavit in ∞. Plutarchus enim hæc ex commentariis Cæſaris tradens, eadem habet. *Idem.*

Indu-

petitus, impetu facto, celeriter noſtros perturbaverunt; rurſus, reſiſtentibus noſtris, conſuetudine ſua, ad pedes deſilierunt, ſuffoſſiſque equis, compluribuſque noſtris dejectis, reliquos in fugam conjecerunt; atque ita perterritos egerunt, ut non prius fuga deſiſterent, quàm in conſpectum agminis noſtri veniſſent. In eo prælio ex equitibus noſtris interficiuntur IV & LXX. in his vir fortiſſimus Piſo Aquitanus, ampliſſimo genere natus, cujus avus in civitate ſua regnum obtinuerat, amicus ab ſenatu noſtro appellatus. Hic, quum fratri intercluſo ab hoſtibus auxilium ferret, illum periculo eripuit; ipſe, equo vulnerato dejectus, quoad potuit, fortiſſimè reſtitit. Quum circumventus, multis vulneribus acceptis, cecidiſſet; atque id frater, qui jam prælio exceſſerat, procul animadvertiſſet, incitatô equô, ſeſe hoſtibus obtulit, atque interfectus eſt. Hôc factô præliô, Cæſar neque jam ſibi legatos audiendos, neque conditiones accipiendas arbitrabatur ab iis, qui, per dolum atque inſidias, petitâ pace, ultro bellum intuliſſent: expectare verò dum hoſtium copiæ augerentur, equitatuſque reverteretur, ſummæ dementiæ eſſe judicabat: & cognitâ Gallorum infirmitate, quantum jam apud eos hoſtes uno prælio auctoritatis eſſent conſecuti, ſentiebat: quibus ad conſilia capienda nihil ſpatii dandum exiſtimabat. His conſtitutis rebus, & conſiliô cum legatis & quæſtore communicatô, ne quem diem pugnæ prætermitteret; opportuniſſima res accidit, quod poſtridie ejus diëi mane eâdem & perfidiâ & ſimulatione uſi Germani frequentes, omnibus principibus, majoribuſque natu adhibitis, ad eum in caſtra vene-

Induciis] *Inducias ſic dictas arbitramur, quaſi tu dicas,* Inde uti jam. *Pactum induciarum hujuſmodi eſt, ut in diem certum non pugnetur, nihilque incommodi detur: ſed ex eo die poſtea, uti jam, omnia belli jure agantur. Græci ceſſationem iſtam pugnæ pactitiam* ἐκεχειρίαν *dixere, quod eo tempore non pugnetur, & manus cohibeantur.* Agellius, lib. I, cap. XXV.

Majoribuſque natu adhibitis] Dio tradit, majoribus natu Germanorum prælium

venerunt; ſimul, ut dicebatur, ſui purgandi cauſsa, quod contra, atque eſſet dictum, & ipſi petîſſent, prælium pridie commiſiſſent; ſimul, ut, ſi quid poſſent, de induciis fallendo impetrarent. Quos ſibi Cæſar oblatos gaviſus retineri juſſit: ipſe omnes copias caſtris eduxit, equitatum, quod recenti prælio perterritum eſſe exiſtimabat, agmen ſubſequi juſſit. Acie triplici inſtitutâ, & celeriter VIII millium itinere confecto, prius ad hoſtium caſtra pervenit, quàm, quid ageretur, Germani ſentire poſſent. Qui, omnibus rebus ſubito perterriti, & celeritate adventus noſtri, & diſceſſu ſuorum, neque conſilii habendi, neque arma capiendi ſpatiô datô, perturbantur, copiaſne adverſus hoſtem educere, an caſtra defendere, an fugâ ſalutem petere, præſtaret. Quorum timor quum fremitu & concurſu ſignificaretur, milites noſtri, priſtini diëi perfidiâ incitati, in caſtra irruperunt: quorum qui celeriter arma capere potuerunt, pauliſper noſtris reſtiterunt, atque inter carros impedimentaque prælium commiſerunt. At reliqua multitudo puerorum mulierumque (nam cum omnibus ſuis domô exceſſerant, Rhenumque tranſierant) paſſim fugere cœpit: Ad quos conſectandos Cæſar equitatum miſit. Germani poſt tergum clamore audito, quum ſuos interfici viderent, armis abjectis, ſigniſque militaribus relictis, ſe ex caſtris

lium hoc equeſtre diſplicuiſſe: eoſque invitis junioribus ad Cæſarem profectos, causâ maleficii in paucos conjectâ, veniam implorâſſe. *Montan.*

Simul, ut dicebatur] Græca dicendi forma eſt, *ſimul, ſimul*, pro *cum, tum*, vel *tum, tùm.* Rhellican.

Quos ſibi Cæſar oblatos gaviſus retineri juſſit] Ob jus gentium à Cæſare in retinendis legatis violatum, cenſuit Cato, cùm Senatus victoriæ ejus cauſa ſupplicationem decerneret, illum dedendum eſſe barbaris, expiandamque urbis nomine violationem fœderum, vertendaſque in ſontem execrationes. *Montan.*

Priſtini diëi] *Priſtinus dies*, pro eô qui proximè antecedit, quem vulgus *Pridianum* diceret. Hoc idem animadverti apud Ciceronem, lib. I, de Orat. I: *Ibi ut ex priſtino ſermone relaxarentur animi omnium, ſolebat Cotta narrare*, &c. Nam ibi *pridianum* ſine dubio ſignificat. *Hotoman.* Apertè autem id innuit Gellius: *Die priſtini quoque eodem modo dicebatur, quod ſignificabat die priſtino, id eſt, priore, quod vulgo pridie dicitur.* Mont.

Armis abjectis, ſigniſque militaribus] De armis Germanorum ſparſim ſic Tacitus: *Paucis lorica: vix uni alterive caſſis, aut galea. Nudi aut ſagulo leves pugnant.*

caſtris ejecerunt; & quum ad confluentem Moſæ & Rheni perveniſſent, reliquâ fugâ deſperatâ, magno numerô interfectô, reliqui ſe in flumen præcipitaverunt; atque ibi, timore, laſſitudine & vi fluminis oppreſſi, perierunt. Noſtri ad unum omnes incolumes, perpaucis vulneratis, ex tanti belli timore, quum hoſtium numerus capitum CDXXX millium fuiſſet, ſe in caſtra receperunt. Cæſar iis, quos in caſtris retinuerat, diſcedendi poteſtatem fecit. Illi ſupplicia cruciatuſque Gallorum

pugnant. Rari gladiis utuntur. Innuit igitur eos nudos & ſine armis corpus tegentibus prælium inire. Haud dubiè tamen locupletiores, nobiliores & principes gladiis uſi ſunt. *Eques ſcuto frameâque contentus eſt: pedites & miſſilia ſpargunt.* De ſignis autem militaribus ita idem autor: *Effigies & ſigna quædam, detracta lucis in prælium ferunt. Effigies*, inquit, procul dubio Urſorum, Luporum, Taurorum, aliorumque, quemadmodum apud Romanos & Ægyptios. Cæterum effigies iſtas ferarum, nòn in tabulâ aut velò pictas fuiſſe, ſed ex ſolidô lignô, vel potius ferrô, pro captu barbaræ gentis, expreſſas, credibile omnino eſt; quemadmodum Perſarum quoque ex aurô ſolidô, Romanorum aquilæ ex aurô vel argentô fuerunt: eaſdem autem haſtæ impoſitas & in ſublime elatas ratio docet: ut à militibus conſpicerentur. Extra bellum militaria iſta ſigna in ſilvis & lucis recondita habebant; lucos enim & nemora Diis conſecrabant. Præter autem has effigies, fuerunt ſigna, non alia, quàm vexilla illa magna, quibus etiamnum in bello utimur. *Montanus.*

Ad confluentem Moſæ & Rheni] Latitavit hic hactenus ingens mendum in voce *Moſæ*: quod doctiſſimos etiam viros in fœdiſſimos detruſit errores. Moſæ equidem Rhenique confluentem Cæſar intellexiſſe hic poterat, qui aliàs Moſæ Vahaliſque appellatur; quia Vahalis pars eſt Rheni. Verùm confluens iſte (ut dictum) fuit proximè Oceanum, ad opidum *Geerfliet*: quo Germani, poſt prælium infeliciter commiſſum, perfugere haud poterant. Condruſorum quippe fines à dicto confluente abfuerunt millia paſſuum circiter CXXV. quod ſpatium expedito viatori vix intra quintum diem confici poteſt. Præterea ipſe Cæſar teſtatur, pontem ſuper Rhenum ſe ſtruxiſſe, eô locô quo Germanos fuderat, vel ſanè haud procul: & ad ripam Ubiorum pontem illum pertinuiſſe, ex eô patet: quod Cæſar è Sigambrorum finibus regrediens, in Ubiorum fines, atque inde eodem ponte in Galliam ſe recepit. At ſi ad confluentem Moſæ Rhenique Cæſar pontem ſtruxiſſet, eô non in Ubios, ne in Sigambros quidem, ſed longiſſimè infra, in inſulæ Batavorum infimam partem tranſiiſſet. Purgandum igitur immane hoc mendum, ex voce *Moſæ*, reſcripto vocabulo *Moſellæ*. Cluver. Moſella autem in Celtis circa fines Lingonum oritur, Metenſem ac Trevirenſem urbes præterfluit, & Confluentiam Germaniæ Ciſrhenanæ opidum, interſecat, illicque Rhenum influit. *Marlian.*

Capitum CDXXX *millium*] Oroſius habet CDXL. Plutarchus eos qui periêre, CCCC millia in Cæſare; ſed in Craſſo CCC mill. fuiſſe ait. *Ciaccon.*

Diſcedendi poteſtatem fecit] Hoc puto ſcripſiſſe Cæſarem ſui purgandi cauſa: cum hac de re à Catone accuſatus fuiſſet: ut dictum. *Hotoman.*

rum veriti, quorum agros vexaverant, remanere ſe apud eum velle dixerunt. Iis Cæſar libertatem conceſſit. Germanicô bello confectô, multis de cauſſis Cæſar ſtatuit ſibi Rhenum eſſe tranſeundum: quarum illa fuit juſtiſſima, quod quum videret Germanos tam facile impelli, ut in Gallam venirent, ſuis quoque rebus eos timere voluit, quum intelligerent, & poſſe, & audere populi Romani exercitum Rhenum tranſire. Acceſſit etiam quod illa pars equitatus Uſipetum & Tenchtherorum, quam ſupra commemoravi prædandi frumentandique cauſſa Moſam tranſiſſe, neque prælio interfuiſſe, poſt fugam ſuorum ſe trans Rhenum in fines Sigambrorum receperat, ſeque cum iis conjunxerat. Ad quos quum Cæſar nuntios miſiſſet, qui poſtularent, eos, qui ſibi Galliæque bellum intuliſſent, uti ſibi dederent, reſponderunt: Populi R. imperium Rhenum finire: ſi, ſe invito, Germanos in Galliam tranſire non æquum exiſtimaret; cur ſui quidquam eſſe imperii aut poteſtatis trans Rhenum poſtularet? Ubii autem, qui uni ex tranſrhenanis ad Cæſarem legatos miſerant, amicitiam fecerant, obſides dederant, magnoperè orabant, ut ſibi auxilium ferret, quod graviter ab Suevis premerentur; vel, ſi id facere occupationibus Reip. prohiberetur, exercitum modo Rhenum tranſportaret: id ſibi ad auxilium, ſpemque reliqui temporis ſatis futurum: tantum eſſe nomen apud eos, atque opinionem exercitus Romani, Arioviſtô pulsô, & hôc noviſſimô præliô factô, etiam ad ultimas Germanorum nationes, uti opinione, & amicitiâ populi Romani tuti eſſe poſſint: navium magnam copiam ad tranſportandum exercitum pollicebantur. Cæſar his de cauſſis, quas commemoravi, Rhenum tranſire decre-

Rhenum ſibi eſſe tranſeundum] Quod primus Romanorum fecit, ut Suetonius & Plutarchus in ejus vitâ teſtantur. Et de Britanniâ idem Tacitus in Agricol. *Idem.* Pontem autem feciſſe infra confluentem Moſellæ, in Condruſis, haud longè infra caſtra Germanorum, è quibus illi ad Rheni ripam, haud procul à dicto confluente diſſitam, profugerunt. *Cluver.*

Navi-

decreverat; ſed navibus tranſire neque ſatis tutum eſſe arbitrabatur, neque ſuæ, neque populi Romani dignitatis eſſe ſtatuebat. Itaque etſi ſumma difficultas faciundi pontis proponebatur, propter latitudinem, rapiditatem altitudinemque fluminis; tamen id ſibi contendendum, aut aliter non tranſducendum exercitum exiſtimabat. Rationem igitur pontis hanc inſtituit. Tigna bina ſeſquipedalia paullum ab imô præacuta, dimenſa ad altitudinem fluminis, intervallô pedum duorum inter ſe jungebat: hæc cum machinationibus demiſſa in flu-

Navibus tranſire neque ſatis tutum] Cauſa duplex igitur facti pontis, ſecuritas & dignitas. Et ſanè ſingillatim navibus cum tranſitur, & hoſtis facile impedit, aut partem excipit: nec dignitatem etiam habet, quaſi furtim & clam fere tranſitur. Tale Tacitus, de Germanico, II Annal. *Cæſar, niſi pontibus præſidiiſque impoſitis, dare in diſcrimen legiones, haud imperatorium ratus.* Lipſius.

Etſi ſumma difficultas faciundi pontis] Ob altitudinem fluvii, latitudinem, & violentiam. Et hercules hodie ſi faciendum; valdè, credo, cunctemur. Sed Cæſar, quæ per naturam fieri non poſſe videbantur, induſtria aut conſtantia perfecit. Struere cœpit: ſed an non flumine prius averſo aliquantum & ſic minuto? Non dicit ipſe: ſolent tamen Romani, & valde è re fuiſſet. Ita idem Cæſar in Hiſpaniâ: *Continuato diem noctemque opere in flumine avertendo, eò jam rem deduxerat, ut equites poſſent atque auderent flumen tranſire.* Itaque tale aliquid mitigando & maturando hic operi factum, ut non aſſero, ita leviter ſubjicio & pono. *Idem.*


Tigna bina ſeſquipedalia] Craſſa hæc tigna, & capiendum æqualiter, & in omni latere, ſic fuiſſe. Ambitus igitur *ſex pedum.* Sanè opus robore, quia hæc & flumen excipiebant, & ferre totum pontem debebant. *Idem.* Tignus autem vel tignum dicitur, cui aliquid incumbit. *Gland.*

Paulum ab imo præacuta] An ferrô præfixô? quidam ſic imaginantur, & pingunt: ſed imaginantur & ſimplicius è ligno mucronem ſic fuiſſe. *Lipſ.* Non neceſſe erat tigna admodum eſſe præacuta, eo quod, ut eſt veriſimile, alveus fluminis facile cederet, ac tigna illa admiſſurus videretur. *Magius.*

Dimenſa ad altitudinem fluminis] Menſura quidem varia, uti flumen in medio aut circa ripas variabat. Nec ea mens, quam Cardanus effingit, quaſi non altiora fecerit quam ipſum ſummum flumen, æquâ cum aquis ſuperficie: non: ſed, ut dixi, dimenſio ad fundum ſpectat. Quis etiam ambigit, quin ſurrexerint paulum extra flumen, ad reliquam fabricam capiendam: tum etiam in caſum, ſi flumen forte creviſſet? Ego verò quinos vel quaternos pedes eminuiſſe nihil dubito. *Lipſius.*

Intervallo pedum duorum inter ſe jungebat] Tranſverſariis ſcilicet aut fibulis è duriore materiâ, ut divelli nequirent, in ſcalarum modum copulabat: tantô intervallô relictô, quantum ad bipedales trabes excipiendas ſatis eſſet. *Magius.*

Machinationibus demiſſa] Nam propter magnitudinem ac pondus tigna illa in flumen immitti non poterant ſine machinis, ut quâ oportebat alvei parte locarentur, & conſiſterent. *Idem.*



E. Pons Cæſaris. eius partes. 1. Tigna ſesquipedalia in flumen dimiſſa. 2. Bipedales trabes immiſſæ. ... 5. Defenſores. 6. Directa materia ad conſternendum.

flumen defixerat, fiſtuciſque adegerat, non ſublicæ modo directa ad perpendiculum, ſed prona, ac faſtigiata, ut ſecundum naturam fluminis procumberent. His item contraria duo ad eundem modum juncta, intervallo pedum quadragenum ab inferiore parte contra vim atque impetum fluminis converſa ſtatuebat: hæc utraque bipedalibus trabibus immiſſis, quantum eorum tignorum junctura diſtabat; binis utrimque fibulis ab extremâ parte diſtinebantur: quibus diſcluſis, atque in contrariam

Fiſtuciſque adegerat] *Fiſtuca* interdum dicitur inſtrumentum ligneum in imo ferratum, & utrimque in medio anſatum, quo vulgo pavitores, aut qui palos in terram defigunt, utuntur. Interdum verò inſtrumentum, quô tigillum ferratum & fune ſuſpenſum, atque ab aliquot operariis in ſublime tractum, in caput infixi tigni demittitur; ut crebris ictibus impulſum adigatur. *Hotoman.* Uſum iſtius inſtrumenti hodieque videmus in ædificando & fundando Amſtelodami, & apud alios paluſtres admaritimoſque populos. Hotomannus contendit hoc idem eſſe, de quo hic Cæſar agit. Magius nihil definit: tantum inſtrumentum eſſe ait ad defigendum altius tignum. *Montanus.*

Non ſublicæ modo directa ad perpendiculum, ſed prona] Hoc caput & arx inventiunculæ eſt, & fabricæ Julianæ. In iſtâ ſibi placet, & ſatis explicat, iis quidem qui non ſunt nubila aut varia mente. Tigna, inquit, non recta demiſſa, ut in ſublicis pontium vulgo ſolet; (ſunt autem ſublicæ pali lignei & perticæ:) ſed duo prona & decumbentia ſecundum flumen; duo tum altera oppoſita, item jacentia & inclinantia, ſed ſitu contrario, in adverſum flumen. Intervallum autem inter oppoſita hæc tigna, facit *quadragenum pedum, ab inferiore parte:* quod eſt in fundo, & ubi defigebantur. Certum autem, cum ſic inferne divaricabant, capita minus paulo inter ſe extitiſſe. Quantum igitur hoc ſpatii? Cæſar ſiluit; ſed putet aliquis *ἀναλόγως triginta pedum*, aut paulum infra: atque eadem iſta latitudo injecti pontis. *Lipſius.*

Hæc utraque bipedalibus trabibus immiſſis] Tigna illa bina ibant per ſpatium fluminis, quantum à ripa ad ripam erat. Sed quid in tranſverſo deinde, & latitudine pontis? *Trabes*, inquit, *bipedales immiſſæ*, inter ipſa bina tigna. Erant igitur hæc tranſverſariæ trabes, fundamentum mox & velut ſolum ſupremi pontis, cui levior materia injecta. *Idem.*

Binis utrimque fibulis ab extremâ parte diſtinebantur] Quod ſententiam habet, tigna illa inclinata, diſtenta fuiſſe & obfirmata binis fibulis, in capite utroque trabis immiſſæ. Sed & *utrimque* dicit: nempe una erat fibula interior, altera exterior. Quid autem *diſtineri?* valde teneri, ut *diſtringi.* Aut etiam ſeorſim teneri, aut abjungi, ne coirent; ſed & ne abirent duplici illo nexu. *Idem. Fibula* verò, eſt corpus durum, oblongum, quod ingreditur in foramen aliquod, ad quippiam cohibendum ne laxetur, aut prolabatur. quaſi findat illud, quod perforat. *Scal.*

Quibus diſcluſis] *Diſcluſæ* erant, quia altera interior, altera exterior: ut pro ſe utraque ab alterâ excluſa, alteram viciſſim diſcluderet. Ne interior extrorſum, exterior introrſum prodiret, mutuô objectu inter ſe prohibebant. Itaque nec abſiſtere tigna cedendo poterant,

riam partem revinctis, tanta erat operis firmitudo, atque ea rerum natura, ut, quo major vis aquæ ſe incitaviſſet, hoc arctius illigata tenerentur. Hæc directa materiâ injectâ contexebantur, ac longuriis cratibuſq; conſternebantur: ac nihilo ſecius ſublicæ ad inferiorem partem fluminis obliquæ adigebantur; quæ, pro pariete ſub-

terant, propter exteriorem, neque prorſum inclinari, & coire, propter interiorem. Revinctæ vero in contrariam partem erant; ut totum opus magis cohæreret. *Scaliger*.

Ea erat rerum natura, ut, quo major aquæ vis] Planè rerum natura; & vult ex nexu illo & renexu fibularum conſequi, ut trabs immiſſa contineat tigna, nec ſinat ſurſum aut deorſum inclinare. Cogitandum autem, quod Cæſar de duobus tignis dicit, idem fuiſſe in aliis, & totum opus per juga quædam, cum intervallo medio (ut in fornicibus arcubuſque pontium) iviſſe. Hoc miror, intervallum id non expreſſum, cum cætera curiosè & minutè exſequatur. *Lipſius*.

Hæc directa materiâ injectâ] *Directa* nempe, in longitudinem pontis; & quia tranſverſariis trabibus tigna hæc injecta. Quæ ipſa, capita trabium in juſto intervallo retinebant & ſiſtebant. Super hæc tigna iterum leviores longurii aut perticæ, atque ii viminibus intexti: an & terra & ceſpes ſuper vimina? nihil abſonum ſit, imo pro more Romano. *Idem*.

Sublicæ ad inferiorem partem fluminis obliquæ adigebantur] Duplex eſſe poteſt ſententia: vel ut in ſuperiore pontis parte ſive & fluminis, ſublicæ iſtæ fuerint; ſed ex obliquæ & verſæ *ad partem fluminis inferiorem*, ut loquitur, ſive qua flumen ibat & devergebat. Eo ſenſu, jungendum illud *obliquæ*, cum *parte inferiore:* non autem, ut ipſæ ſublicæ *adactæ ad inferiorem partem*. Altera ſententia eſſe poteſt, ſublicas illas revera poſitas inferiore parte, & obliquas adactas contra flumen. Quo fine? ut velut ſiſterent & fulcirent pontem ab impetu fortaſſe laborantem. Atque eo facit, quod cum reliquo opere eas jungit, ut ſolet in fulcimentis. Tamen quia dicit *vim fluminis excepiſſe*; videndum an non prior ſententia verior, magiſque ex operis uſu. *Lipſius*. *Obliquæ* autem dicit; non enim recta poſt tigna, ſed imis hinc inde partibus divaricatæ, ſupremis mutuâ inclinatione in tigna convenientibus; ut non ſolum vim fluminis exciperent, ſed ne tigna ad latera poſſent deflecti, efficiebant. Nihil etiam prohibet, quo minus dicamus, ſublicas inferiori parte fluminis contra tigna defixas fuiſſe, ita, ut inclinatæ ſingulæ ſingulis tignis poſterioribus hærerent, affixæque eſſent ſupremis partibus. *Magius*. Sublicæ etiam cum ponte conjunctæ, ſuis brachiis ad medium flumen obliquæ pergentes in mucronem coibant, literæ *V* ſimilitudine. *Turneb*.

Pro pariete] Ita fere legunt libri manuſcripti. Alii habent *pro ariete:* quod Turnebus ſumit loco propugnaculi & munimenti: arietem enim ait pro defenſione uſurpari ſolere; quod non eſt ignotum. Ciceronis locum ex Topis adducens: *Ex quo aries ille ſubjicitur in veſtris actionibus: ſi telum manu fugit magis, quam jecit*. Id eſt, illa defenſio. Urſinus ex ſumma antiquitate hanc eandem lectionem firmare annititur: dicitque ex loci obſcuritate pro *pro ariete* irrepſiſſe *pro pariete:* & *ſubjicere arietem* ex Servio & fragmentis Feſti probat eſſe, cùm aries agitur, ut cædatur. Lipſius *pro pariete* non capit: *pro ariete*, vocem hoc ſenſu nunquam legit. *Montan*.

Deſen-

ſubjectæ, & cum omni opere conjunctæ, vim fluminis exciperent: & alia item ſupra pontem mediocri ſpatio: ut, ſi arborum trunci, ſive naves, dejiciendi operis cauſſa, eſſent à barbaris miſſæ, his defenſoribus earum rerum vis minueretur, neu ponti nocerent. Diebus decem quibus materia cœpta erat comportari, omni opere effectô, exercitus tranſducitur. Cæſar, ad utramque partem pontis firmô præſidiô relictô, in fines Sigambrorum contendit. Interim à compluribus civitatibus ad eum legati veniunt, quibus pacem atque amicitiam petentibus, liberaliter reſpondit, obſideſque ad ſe adduci jubet. Sigambri ex eô tempore, quô pons inſtitui cœptus eſt,

Defenſoribus] *Defenſores* appoſitè Cæſar dixit, & Plutarchus hoc exprimens, προβόλους. *Lipſius.*

Diebus decem] Magnum opus: ſed tamen hæc Cæſarem adjuverunt: primum tempus æſtatis, quo Rhenus eſt multo anguſtior: deinde aggerum & riparum ſecturæ, foſſæque ingentes, quas proculdubio Cæſaris milites avertendi & minuendi fluminis cauſa effecerant: tertio magnus ſublicarum & palorum numerus tranſversô flumine in vadum defixus; quà obſtructione, & quaſi repagulis rejecta vis fluminis in illas foſſas reſtagnabat: quarto innumerabilis fabrorum multitudo; quos in exercitu Cæſar habebat: nam milites omnes aut in fodiendo, cùm uſus eſſet, aut in fabricando, remigando, aliiſve operibus faciendis nullum laborem recuſabant. Dein & fabros & fabrûm præfectos habebat. *Hotoman.*

Sigambri] Apud Suetonium, Florum alioſque Sicambri dicuntur: & ſic etiam in nonnullis Cæſaris exemplaribus: apud Ptolemæum & Dionem vitiato vocabulo Σύγγαμβροι· Plutarcho & Straboni Σούγαμβροι· Tacito Sugambri. Varietas hæc ex dialectorum varietate nata eſſe videtur. At minime dubium eſt, quin genti nomen quæſitum ſit à flumine *Sige*, quod accoluiſſe quondam eos, antequam ab Ubiis pulſi ad Rheni divortium deſcenderunt, maximè credibile eſt. Hinc etiam opidum eſt in Sigambrorum finibus, ad Roræ Lennæque confluentes, *Sigeburg*, veteris ſedis ad Sigum amnem memoriam ſervans; quum ad hujus quoque ripam eôdem nomine opidum etiam nunc exſtet, ex adverſo Bonnæ. Quapropter omnium rectiſſimè nomen eorum ſcribitur Latine Sigambri. Habuerunt autem Sigambri Ubios, etiamdum trans Rhenum agentes, conterminos à ſeptentrione: ab occaſu Rheno amne ab Eburonibus & Menapiis ſubmoti: at Menapii ante Uſipetum Tenchtherorumque in Galliam adventum, ulteriorem etiam ripam tenuerunt, juxta Rheni divortia: ab ortu montis jugo, quod ab opido *Oldenbeke*, juxta opidum *Kleinebarg*, ad opidum *Brilon* extenditur, à Cattis fuere ſeparati. Eorum finibus nunc regiones iſtæ comprehenduntur: Veſtofaliæ magna pars, inter Luppiam amnem & Haſſiæ fines porrecta: dein Bergenſis ducatus dimidia pars; comitatus Marchienſis totus; Cliviæ pars Tranſrhenana. Poſtea hæc gens e Germaniâ exciſa, & in Galliam à Tiberio tranſlata eſt; nomine Sigambrorum penitus extinctô. *Cluver.*

Quod

eſt, fugâ comparatâ, hortantibus iis, quos ex Tenchtheris atq; Uſipetibus apud ſe habebant, finibus ſuis exceſſerant, ſuaque omnia exportaverant, ſeque in ſolitudinem ac ſilvas abdiderant. Cæſar paucos dies in eorum finibus moratus, omnibus vicis ædificiiſque incenſis, frumentiſque ſuccisis, ſe in fines Ubiorum recepit; atque his auxilium ſuum pollicitus, ſi à Suevis premerentur: hæc ab iis cognovit: Suevos, poſtquam per exploratores pontem fieri comperiſſent, more ſuô, conſiliô habitô, nuntios in omnes partes dimiſiſſe, uti de opidis demigrarent, liberos, uxores ſuaque omnia in ſilvas deponerent: atq; omnes, qui arma ferre poſſent, unum in locum convenirent: hunc eſſe delectum medium fere regionum earum, quas Suevi obtinerent: ibi Romanorum adventum expectare, atque ibi decertare conſtituiſſe. Quod ubi Cæſar comperit, omnibus his rebus confectis, quarum rerum cauſsâ exercitum tranſducere conſtituerat, ut Germanis metum injiceret, ut Sigambros ulciſceretur, ut Ubios obſidione liberaret: diebus omnino octodecim trans Rhenum conſumptis, ſatis & ad laudem & ad utilitatem profectum arbitratus, ſe in Galliam recepit, pontemque reſcidit. Exiguâ parte æſtatis reliquâ, Cæſar, etſi in his locis, quod omnis Gallia ad Septentrionem vergit, maturæ ſunt hiemes, tamen in Britanniam proficiſci contendit: quod, omnibus fere Gallicis bellis, hoſtibus noſtris inde ſubminiſtrata auxilia intelligebat: &, ſi tempus anni ad bel-

Quod ubi Cæſar comperit] Quamvis multas & ſpecioſas reverſionis ſuæ cauſas in Galliam Cæſar commemoret; conſtat tamen nihilominus & res ipſa loquitur, timore eum perculſum, non auſum eſſe cum Suevis congredi. *Gland.* Indicat idem Dio: *Trajecit,* inquit, *quidem Rhenum flumen, ponte facto: cùm autem comperiſſet, Sicambros in ſolitudinem ſe contuliſſe, & Suevos collectos, ut ipſis opitularentur, rediit in Galliam intra viginti dies.* Montanus.

Inde ſubminiſtrata auxilia] Non quod Britannos ulciſci volebat, in Britanniam contendit: veriorem cauſam adfert Suetonius. Nempe illum *Britanniam petiiſſe ſpe margaritarum.* Certè, autore Plinio, naſcuntur in Britanniâ parvæ & decolores margaritæ: ex quibus Cæſar thoracem fecit: quem Veneri genitrici in templo ejus dedicavit. *Montan.*

C. Vo-

bellum gerendum deficeret; tamen magno ſibi uſui fore arbitrabatur, ſi modo inſulam adîſſet, genus hominum perſpexiſſet, loca, portus, aditus cognoviſſet: quæ omnia fere Gallis erant incognita: neque enim temere præter mercatores illò adit quiſquam: neque iis ipſis quidquam, præter oram maritimam, atque eas regiones, quæ ſunt contra Galliam, notum eſt. Itaque, convocatis ad ſe undique mercatoribus, neque quanta eſſet inſulæ magnitudo, neque quæ, aut quantæ nationes incolerent, neque quem uſum belli haberent, aut quibus inſtitutis uterentur, neque qui eſſent ad majorum navium multitudinem idonei portus, reperire poterat. Ad hæc cognoſcenda, prius quam periculum faceret, idoneum eſſe arbitratus C. Voluſenum, cum navi longâ præmittit. Huic mandat, ut, exploratis omnibus rebus, ad ſe quàm primùm revertatur. Ipſe, cum omnibus copiis, in Morinos proficiſcitur: quod inde erat breviſſimus in Britanniam transjectus. Huc naves undique ex finitimis regionibus, &, quam ſuperiore æſtate ad Veneticum bellum fecerat claſſem, jubet convenire. Interim, conſiliô ejus cognitô, & per mercatores perlatô ad Britannos, à compluribus ejus inſulæ civitatibus ad eum legati veniunt, qui polliceantur, obſides dare; atque imperio populi Romani obtemperare. Quibus auditis, liberaliter pollicitus, hortatuſque ut in eâ ſententiâ permanerent, eos domum remiſit: & cum his unà Comium, quem ipſe Atrebatibus ſuperatis, regem ibi conſtituerat; cujus & virtutem, & conſilium probabat, & quem ſibi fidelem arbitrabatur, cujuſque auctori-

C. Voluſenum] Hirtius eum lib. VIII Gall. cognominat Quadratum: ubi illi à Cæſare provincia Comium, per ſimulationem colloquii, interficiendi injungitur. Lib. III Civil. Magiſtrum equitum vocat, & inſidiis Roſcilli & Ægi Allobrogum impetitum ſcribit. *Idem.*

Breviſſimus in Britanniam trajectus] Dio numerat ſtadia CCCCL.

Liberaliter pollicitus] Blandè & comiter: ut verborum quoque *liberalitas* dicatur. Unde locus ille Ciceronis: *Plenum modium verborum.* Hotoman.

ctoritas in his regionibus magna habebatur, mittit. Huic imperat, quas poſſit, adeat civitates; horteturque, ut populi Romani fidem ſequantur; ſeque celeriter cò venturum nuntiet. Voluſenus, perſpectis regionibus, quantum ei facultatis dari potuit, qui navi egredi, ac ſe barbaris committere non auderet, quintô die ad Cæſarem revertitur: quæque ibi perſpexiſſet, renuntiat. Dum in his locis Cæſar navium parandarum cauſſa moratur, ex magnâ parte Morinorum ad eum legati venerunt, qui ſe de ſuperioris temporis conſiliô excuſarent; quod homines barbari, & noſtræ conſuetudinis imperiti, bellum populo Romano feciſſent; ſeque ea, quæ imperâſſet, facturos pollicerentur. Hoc ſibi ſatis opportunè Cæſar accidiſſe arbitratus, quod neque poſt tergum hoſtem relinquere volebat: neque belli gerendi, propter anni tempus, facultatem habebat; neque has tantularum rerum occupationes ſibi Britanniæ anteponendas judicabat; magnum his numerum obſidum imperat. Quibus adductis, eos in fidem recepit, navibus circiter LXXX onerariis coactis contractiſque; quod ſatis eſſe ad duas legiones tranſportandas exiſtimabat: quidquid præterea navium longarum habebat, quæſtori, legatis præfectiſque diſtribuit. Huc accedebant XVIII onerariæ naves, quæ ex eo loco millibus paſſuum VIII vento tenebantur, quo minus in eundem portum pervenire poſſent. Has equitibus diſtribuit; reliquum exercitum Q. Titu-

rio

Se barbaris committere] Romani cæteras gentes barbaras ſolenni ritu vocabant, teſte Feſto; ut Græci omnes non Græcos. Cur autem Britannos potius Cæſar Barbaros appellet, quàm Gallos quibuſcum dimicabat, quæri poteſt. Viderint alii: Ego neſcio. *Brant.*

Qui de ſuperioris temporis conſilio] De iſtô Morinorum conſiliô vide ſupra in fine libri 3. *Rhellican.*

Has tantularum rerum occupationes ſibi Britanniæ] Cæſar enim propter uniones, ut dictum, magni ducebat Britanniam. *Montan.*

Navibus circiter LXXX *onerariis*] Onerariæ naves, Græcis φορτηγοὶ νῆες, καὶ νῆες ὁλκάδες, tranſportandis oneribus aptæ ſunt. *Camerar.* Fuerunt autem iſtiuſmodi naves vel majores vel minores: iſtæ nullâ niſi ventorum vi impelli poterant: hæ & remis & velis, ut navigandi ratio atque uſus exigebat, maria ſulcabant. *Magius.*

Me-

rio Sabino & L. Aurunculeio Cottæ legatis, in Menapios atque in eos pagos Morinorum, ab quibus ad eum legati non venerant, deducendum dedit. P. Sulpicium Ruſum legatum cum eô præſidiô, quod ſatis eſſe arbitrabatur, portum tenere juſſit. His conſtitutis rebus, nactus idoneam ad navigandum tempeſtatem, tertiâ fere vigiliâ ſolvit, equiteſque in ulteriorem portum progredi, & naves conſcendere, ac ſe ſequi, juſſit: ab quibus quum paullo tardius eſſet adminiſtratum, ipſe horâ circiter diei quartâ cum primis navibus Britanniam attigit: atque ibi in omnibus collibus expoſitas hoſtium copias firmatas conſpexit. Cujus loci hæc erat natura: adeo montibus anguſtis mare continebatur, ut ex locis ſuperioribus in litus telum adjici poſſet. Hunc ad egrediendum nequaquam idoneum arbitratus locum, dum reliquæ naves eò convenirent. ad horam nonam in anchoris expectavit. Interim legatis tribuniſque militum convocatis, & quæ ex Voluſeno cognoviſſet, & quæ fieri

Menapii] De his paulo ante.

P. Sulpicium Rufum] Arbitratur hunc P. Sulpicium Servii Sulpicii Rufi Juriſconſulti fratrem fuiſſe, ad quem exſtant epiſtolæ Ciceronis; *Glandor.* Quicquid ſit, num frater Servii hic Publius, vel cognatus, vel alio gradu affinitatis illi junctus fuerit, certi quid affirmare non poſſum. Hoc conſtat, Tragicum illum & grandem oratorem fuiſſe, dictumque P. Sulpicium M. F. C. N. Rufum. Sulpicia autem gens patricia erat; clara cognominibus Rufi, ut hic videre eſt, Galli, Longi, Paterculi aliorumque. *Montan.*

Idoneam tempeſtatem] Quia *tempeſtas*, teſte Agellio, ex iis vocabulis eſt, quæ ancipitia ſunt; ideo Latini ſcriptores, *tempeſtatem bonam & idoneam*, ut *malam & adverſam* dicunt. *Brant.*

Tertia vigilia] Romani diem dividebant in horas, noctem in vigilias, quæ ſingulæ è ternis horis conſtabant. *Alexander ab Alexandro.*

Britanniam attigit] Si quis littus Cantii diligentiori oculo perluſtrat, haud facile inveniet locum, in quem æquè Cæſaris hæc deſcriptio quadret, quàm in Dubrenſem portum. Quippe, quamvis nunc *montibus anguſtis mare non contineatur*, ut olim, manet tamen *inter montes anguſta* vallis, fundens amnem, qui, ut olim, nunc etiam portum efficit, licet exiguum; ad quem proximus è Galliâ trajectus. Superiori autem ævo mare altius quàm nunc aſcendiſſe, teſtantur tum annales Dubrenſium, tum anchoræ ferreæ ac tabulæ navium ſuperioribus annis hic erutæ. Quapropter *ſuperiora iſta loca ex quibus telum in littus adjici poterat*, intelligenda ſunt; hinc mons, cui caſtellum ſuperſtructum, inde verò alter, opido Dubrenſi imminens, in quô antiqui phari rudera admodum attenuata viſuntur. *Dubris* autem vulgo incolis *Dover*. Cluverius.

fieri vellet, oſtendit; monuitque, ut rei militaris ratio, maximè ut res maritimæ poſtularent (ut quæ celerem atque inſtabilem motum haberent), ad nutum & ad tempus omnes res ab iis adminiſtrarentur. His dimiſſis, & ventum & æſtum uno tempore nactus ſecundum, datô ſignô, & ſublatis anchoris, circiter millia paſſuum VIII ab eô locô progreſſus, apertô ac planô litore naves conſtituit. At barbari, conſiliô Romanorum cognitô, præmiſsô equitatu & eſſedariis, quô plerumque genere in præliis uti conſuerunt, reliquis copiis ſubſecuti, noſtros navibus egredi prohibebant. Erat ob has cauſſas ſumma difficultas, quod naves propter magnitudinem, niſi in alto, conſtitui non poterant. Militibus autem, ignotis locis, impeditis manibus, magno & gravi onere armorum preſſis, ſimul & navibus deſiliendum, & fluctibus conſiſtendum, & cum hoſtibus erat pugnandum; quum illi aut ex arido, aut paullulum in aquam progreſſi, omnibus membris expediti, notiſſimis locis, audacter tela conjicerent, & equos inſuefactos incitarent. Quibus rebus noſtri perterriti, atque hujus omnino generis pugnæ imperiti, non omnes eâdem alacritate ac ſtudio, quô in pedeſtribus uti præliis

Apertô & planô littore] Littus hoc, in quo militem expoſuit Cæſar, nullum aliud eſſe poteſt, quàm quod hodie, paulo minus IV millibus paſſuum à Dubri incipiens, plus totidem millibus in ſeptentrionem verſus porrigitur. Quod idem littus hodie, *planum & apertum*, ne ſatis commodum hoſti præbeat appulſum, tribus munitum eſt caſtellis, quibus nomina *Walmer*, *Deale*, *Sandowne*. Clarius autem Dio ita de eodem Cæſare, libro XXXIX: *Et cum peditatu quidem, qua maxime id fieri oportebat, trajecit. Non tamen eo loci appulit naves, quo ex uſu erat. Britanni quippe famâ adventus ejus præceptâ, omnes ad egrediendum idoneos locos occupaverant. Itaque Cæſar promontorium quoddam, in mare excurrens, circumvectus, ex altera ejus parte acceſſit.* Promontorium hoc, eſt id, quod Diodoro, Straboni, Ptolemæo *Cantium*, hodie inter Dubrim & vicum Divæ Margaretæ; vulgo vocatur *the Naſſe*. Idem.

Eſſedariis] Sunt eſſedarii qui ex eſſedo pugnant: quamquam mixtim modo è curru, modo pedites præliati ſint. At hos ipſos poſtea Cæſar accuratius deſcribit. *Montanus*. *Eſſeda verò genus vehiculi vel currus eſt, quo ſoliti ſunt pugnare Galli.* Philargyrius.

Quum illi aut ex arido] Subaudi *ſolo*: poſt paulo: *noſtri ſimulatque in arido conſtiterunt*: ubi tamen omnes legunt: *noſtri ſimul in arido*, pro *ſimulatque*. Brant.

Inſi-

liis conſueverant, utebantur. Quod ubi Cæſar animadvertit, naves longas, quarum & ſpecies erat barbaris inuſitatior, & motus ad uſum expeditior, paullulum removeri ab onerariis navibus, & remis incitari, & ad latus apertum hoſtium conſtitui, atque inde fundis, tormentis, ſagittis, hoſtes propelli ac ſubmoveri juſſit: quæ res magno uſui noſtris fuit: nam & navium figura, & remorum motu, & inuſitato genere tormentorum permoti barbari, conſtiterunt; ac paullum modo pedem retulerunt. At, noſtris militibus cunctantibus, maximè propter altitudinem maris, qui x legionis aquilam ferebat, conteſtatus deos, ut ea res legioni feliciter eveniret: Deſilite, inquit, milites, niſi vultis aquilam hoſtibus prodere. Ego certe meum Reip. atque Imperatori officium præſtitero. Hoc quum magnâ voce dixiſſet, ſe ex navi projecit, atque in hoſtes aquilam ferre cœpit. Tum noſtri cohortati inter ſe, ne tantum dede-

Inuſitato genere tormentorum] Vegetius lib. IV cap. XXII ſpecies tormentorum enumerat, ubi inter alia *baliſtam* primô locô ponit: eamque funibus & chordis ita tendi, ut quanto majora brachiola haberet, hoc eſt, quanto major eſſet, tanto ſpicula longius mitteret. Deinde *onagrum*, quo lapides dirigebantur. Poſtremo *ſcorpiones* (*quas nunc manubaliſtas*, inquit, *vocant*) ideo ſic dictos quod parvis ſubtilibuſque ſpiculis mortem inferant. Hæc atque alia nimirum tormentórum genera Britannis, hominibus feris ac barbaris, longeque à Romanorum conſuetudine alienis, inuſitata videbantur. *Rhellican.*

x *Legionis aquilam*] Signum legionis aquila, nec niſi unius una, nec ſocii quidem, cum in aliis pares, eam habuerunt. Et quia hæc præcipui imperii ſignum, ſubjungi ſub eam ſocios voluerunt & auxilia, non ſeorſum habere. itaque per ipſas aquilas numerabant legiones. Forma ejus hæc: pennas extendens ſummæ haſtæ inſiſtebat, ex auro vel argento, & fulmen ſæpe unguibus tenebat, quaſi jaculatura. Sed nec corpus ipſum aquilæ magnum: cum enim in hibernis eſſet, in ſacello ſeu ædicula repoſita eſt, atque inde mota, cum educenda. Originem ejus alii Jovi, alii Trojanis adſcribunt. At fortaſſe eam Romani repererunt à ſe, aut vicinorum exemplo. Sane rapacium aliquot animalium effigies aſſumi & præferri bello convenit; & varie olim fecerunt Romani. Perſis vero etiam aquila erat ſignum regale. *Lipſius.*

Aquilam hoſtibus prodere] Signa ſua magna religione coluerunt Romani: ſed inter ea præcipuè aquilam, & ita quidem, ut illam feſtis diebus unguentis delibuerent. Hinc tam grande nefas hanc deſerere. Atque hoc eſt, cur ſignifer hic *aquilam prodere hoſtibus* dicat. Verum nunquam ſigna aut aquila præcipuè nuda hoſti offerebatur & in diſcrimen dabatur, niſi admodum aſperis prœliis. *Montan.*

dedecus admitteretur, univerſi ex navi deſilierunt. Hos item alii ex proximis navibus quum conſpexiſſent, ſubſecuti, hoſtibus appropinquarunt. Pugnatum eſt ab utriſque acriter. Noſtri tamen, quod neque ordines ſervare, neque firmiter inſiſtere, neque ſigna ſubſequi poterant, atque alius alia ex navi, quibuſcumque ſignis occurrerat, ſe aggregabat; magnoperè perturbabantur. Hoſtes verò, notis omnibus vadis, ubi ex litore aliquos ſingulares ex navi egredientes conſpexerant, incitatis equis, impeditos adoriebantur. Plures paucos circumſiſtebant; alii ab latere aperto, in univerſos tela conjiciebant. Quod quum animadvertiſſet Cæſar, ſcaphas longarum navium, item ſpeculatoria navigia militibus compleri juſſit: &, quos laborantes conſpexerat, iis ſubſidia ſummittebat. Noſtri, ſimul atque in arido conſtiterunt, ſuis omnibus conſecutis, in hoſtes impetum fecerunt, atque eos in fugam dederunt, neque longius proſequi potuerunt, quod equites curſum tenere, atque inſulam capere nòn potuerant. Hoc unum ad priſtinam fortunam Cæſari deſuit. Hoſtes prælio ſuperati, ſimul

In univerſos tela] Ciacconius *in averſos* legit. Liber unus Manuſcriptus habet *adverſos*. Montan.

Scaphas] *Scaphæ ſunt naviculæ quæ majores naves conſequuntur*. Nonius. *Speculatoria* autem *navigia* eadem ſunt quæ alio nomine *exploratoria: quod*, inquit Vegetius lib. IV, cap. XXXVII, *ne candore prodantur, colore Veneto tinguntur, & funes cera etiam (qua inungi ſolent naves) inficiuntur. Nautæ quoque vel milites Venetam veſtem induunt, ut non ſolum per noctem, ſed etiam per diem lateant explorantes.* Verum ne quid diſſimulem, Vegetius idem, paulo ante verba modo citata, *ſcapham & exploratoriam* pro eadem navi uſurpat: quum tamen Cæſar hoc loco diverſas eſſe haud obſcurè innuit. *Rhellic.*

Curſum tenere] Id eſt, rectè navigare, & in portum appellere. Nam ab illis tardius adminiſtrata res eſt, ut paulo ante dixit. *Hotoman.*

Hoſtes prælio ſuperati] Admiratione dignum eſt, Cæſarem hoc loco non meminiſſe Scævæ militis ſui; cujus in hac pugna excellens virtus enituit. Ille enim in ſcopulum inſulæ vicinum rate tranſvectus cum quatuor commilitonibus: poſtquam æſtus regreſſu ſuo ſpatium, quo ſcopulus & inſula dividebatur, in vadum tranſitu facile redegit, ingenti barbarorum turba affluente, cæteris rate ad litus regreſſis, ſolus immobilis ſubſtitit, ab omni parte hoſtibus acriter invadentibus. Tandem galea crebris ictibus diſcuſſa, ſcuto foraminibus abſumpto, tragula femur trajectus, ſaxoq; ora contuſus mari ſe credidit, & duabus loricis

mul atque ſe ex fugâ receperunt, ſtatim ad Cæſarem legatos de pace miſerunt: obſides daturos, quæque imperâſſet, ſeſe facturos, polliciti ſunt: unà cum his legatis Comius Atrebas venit, quem ſupra demonſtraveram à Cæſare in Britanniam præmiſſum. Hunc illi è navi egreſſum, quum ad eos Imperatoris mandata perferret, comprehenderant, atque in vincula conjecerant. Tunc, factô præliô, remiſerunt; & in petendâ pace ejus rei culpam in multitudinem contulerunt, &, propter imprudentiam, ut ignoſceretur, petiverunt. Cæſar queſtus, quod, quum ultro in continentem legatis miſſis pacem à ſe petiſſent, bellum ſine cauſâ intuliſſent, ignoſcere imprudentiæ dixit; obſideſque imperavit: quorum illi partem ſtatim dederunt: partem ex longinquioribus locis accerſitam paucis diebus ſeſe daturos dixerunt. Interea ſuos remigrare in agros juſſerunt: principeſque undique convenere, & ſe civitateſque ſuas Cæſari commendârunt. His rebus pace firmatâ, poſt diem IV, quàm eſt in Britanniam ventum, naves XVIII, de quibus ſupra demonſtratum eſt, quæ equites ſuſtulerant, ex ſuperiore portu leni vento ſolverunt: quæ quum appro-

cis onuſtus enatavit. Viſo autem Cæſare veniam petiit; à quo centurionatus honore donatus eſt. Hæc & alia Valerius Maximus & Plutarchus. *Montan.*

Propter imprudentiam, ut ignoſceretur, petiverunt] Dictat regula juris: *In omnibus fere pœnalibus judiciis & ætati & imprudentiæ ſuccurri.* Quomodo autem civitas & univerſitas, quæ deliquit, puniri ſoleat, vide apud Pet. Fabrum lib. 1 Semeſt. cap. 8. & Bodinum lib. 3, cap. 7. Egregie etiam Tullius oraculum huic caſui convenientiſſimum protulit: nempe, *ut pœna quidem ad paucos, metus ad omnes perveniat.* Montanus.

Quæ equites ſuſtulerant] Mirum, quos autores ſecutus ſit Eutropius, Cæſarem equitatum pene totum amiſiſſe in Britannia ſcribens, cum ille inſulam omnino non attigerit. *Glandorp.*

Ea ſuperiore portu] Quem jam ſuperiorem portum vocat, ſupra ulteriorem nominavit: ubi ait *equites in ulteriorem portum progredi, & naves conſcendere.* Præfandum autem hoc, portus de quibus Cæſar mentionem facit, non tam celebres & commodos portus fuiſſe, quam litora portuoſa, ubi exigente neceſſitate naves ſtatui poterant: quæ nunc etiam non niſi à piſcatorum navigiis frequentantur. Dum vero Cæſar inferiorem vocat angulum, qui in meridiem proſpicit, alterum illum, qui in orientem verſus eſt ad Cantium, ſuperiorem ſe intellexiſſe, liquido indicat: & quia ea inſulæ pars, *quæ propius eſt ſolis occaſum*, inferior

propinquarent Britanniæ, & ex caſtris viderentur, tanta tempeſtas ſubito coorta eſt, ut nulla earum curſum tenere poſſet; ſed aliæ eodem, unde erant profectæ, referrentur, aliæ ad inferiorem partem inſulæ, quæ eſt propius Solis occaſum, magno ſui cum periculo dejicerentur: quæ tamen, anchoris jactis, cum fluctibus complerentur, neceſſariò, adverſâ nocte in altum provectæ, continentem petiverunt. Eâdem nocte accidit, ut eſſet Luna plena, quæ dies maritimos æſtus maximos in Oceano efficere conſuevit, noſtriſque id erat incognitum. Ita uno tempore & longas naves, quibus Cæſar exercitum tranſportandum curaverat, quaſque in aridum ſubduxerat, æſtus complebat: & onerarias, quæ ad anchoras erant deligatæ, tempeſtas afflictabat. Neque ulla noſtris facultas aut adminiſtrandi, aut auxiliandi dabatur. Compluribus navibus fractis, reliquæ quum eſſent funibus, anchoris reliquiſque armamentis amiſſis, ad navigandum inutiles, magna, id quod neceſſe erat accidere, totius exercitus perturbatio facta eſt. Neque enim naves erant aliæ, quibus reportari poſſent; & omnia deerant, quæ ad reficiendas eas uſui ſunt, &, quod omnibus conſtabat hiemare in Galliâ oportere, frumentum his in locis in hiemem proviſum non erat. Quibus re-

eidem dicitur; ſuperior haud dubie eſt, quæ in ortum ſpectat. Unde jam concludo, *ſuperiorem* ſive *ulteriorem* ab Icio *portum* itidem fuiſſe verſus ortum, vel potius ſeptentrionem: non attollitur enim illud litus, à Bononia & meridie procedendo in ortum, ſed ſeptentrionem. & quia VIII millibus paſſuum inde diſſitum tradit, haud dubito, quin idem fuerit, quem nunc in comitatu Bononienſi vulgo incolæ dicunt *le havre d'Ambleteul*, id eſt, *portum Ambletalienſem.* Hinc jam eſt quod Cæſar ante dixit, XVIII *onerarias naves ex eo loco millibus paſſuum octo vento detentas, quo minus in eundem portum pervenire poſſent.* Cluverius.

Quæ dies] Dies civilis apud Romanos conſtabat ex viginti quatuor horis, continebatque lucem & tenebras; Græcis νυχθήμερον dicebatur: initium ejus erat à media nocte, ad proximam mediam noctem. Hic dies idem eſt, qui aſtronomis recentioribus dies naturalis: veteribus enim ille naturalis erat, qui nobis artificialis. Cenſorinus ita definitionem diei naturalis exhibet: *Eſt,* inquit, *tempus ab oriente ſole, ad ſolis occaſum.* Et hæc nobis definitio diei artificialis. *Montanus.*

Qui

rebus cognitis, principes Britanniæ, qui poſt prælium ad ea, quæ juſſerat Cæſar, facienda convenerant, inter ſe collocuti; quum equites, & naves, & frumentum Romanis deeſſe intelligerent, & paucitatem militum ex caſtrorum exiguitate cognoſcerent; quæ hoc erant etiam anguſtiora, quod ſine impedimentis Cæſar legiones tranſportaverat: optimum factu eſſe duxerunt, rebellione factâ, frumento commeatuque noſtros prohibere, & rem in hiemem producere: quod, his ſuperatis aut reditu interclusis, neminem poſtea belli inferendi cauſſa in Britanniam tranſiturum confidebant. Itaque, rurſus conjuratione factâ, paullatim ex caſtris diſcedere, ac ſuos clam ex agris deducere cœperunt. At Cæſar, etſi nondum eorum conſilia cognoverat, tamen & ex eventu navium ſuarum, & ex eô, quod obſides dare intermiſerant, fore id, quod accidit, ſuſpicabatur. Itaque ad omnes caſus ſubſidia comparabat: nam & frumentum ex agris in caſtra quotidie conferebat; &, quæ graviſſimè afflictæ erant naves, earum materiâ atque ære ad reliquas reficiendas utebatur; & quæ ad eas res erant uſui, ex continenti comportari jubebat. Itaque, quum id ſummo ſtudio à militibus adminiſtraretur, XII navibus amiſſis, reliquis ut navigari commodè poſſet, effecit. Dum ea geruntur, legione, ex conſuetudine, unâ frumentatum miſsâ, quæ appellabatur VII, neque ullâ ad id tempus belli ſuſpicione interpoſitâ, quum pars hominum in agris remaneret, pars etiam in caſtra ventitaret, ii, qui pro portis caſtrorum in ſtatione erant, Cæ-

Qui pro portis caſtrorum in ſtatione erant] Fuit Romanus mos, totas cohortes & turmas habere & ponere quietas ante ipſas portas, non unum aut alterum militem, ut hodie ſolet, quos à ſentiendo *Sentinellas* vocamus. Illi plures, atque etiam cum periculum eſſet, alios ſuper alios, & longius abjunctos. Id vocabant ab ipſa re *Stationes*: ſtabant enim tam equites quam pedites. Et olim quidem ſtationes totum diem habitæ, ſed mutavit Æmilius, & binas in diem ſtatuit. Conſtabant autem ex omni genere militum, exceptis Velitibus. Ad ſingulas portas non minus, quam una cohors & turma una diſtribuebatur: interdum & plures, cum juxta hoſtis. *Lipſius.*

Cæſari renuntiaverunt, pulverem majorem, quàm conſuetudo ferret, in eâ parte videri, quam in partem legio iter feciſſet. Cæſar, id quod erat, ſuſpicatur, aliquid novi à barbaris initum conſilii, cohortes, quæ in ſtationibus erant, ſecum in eam partem proficiſci, duas in ſtationem ſuccedere, reliquas armari, & confeſtim ſe ſubſequi, juſſit. Quum paullo longius à caſtris proceſſiſſet; ſuos ab hoſtibus premi, atque ægrè ſuſtinere, & confertâ legione ex omnibus partibus tela conjici animadvertit. Nam quod omni ex reliquis partibus demeſsô frumentô, una pars erat reliqua; ſuſpicati hoſtes huc noſtros eſſe venturos, noctu in ſilvis delituerant. Tum diſperſos, depoſitis armis, in metendo occupatos ſubitò adorti, paucis interfectis, reliquos incertis ordinibus perturbaverant: ſimul equitatu atque eſſedis circumdederant. Genus hoc eſt ex eſſedis pugnæ: primò per omnes partes perequitant, & tela conjiciunt, atque ipſo terrore equorum & ſtrepitu rotarum, ordines plerumque perturbant: & quum ſe inter equitum turmas inſinuavere, ex eſſedis deſiliunt, & pedibus præliantur. Aurigæ interim paullum è prælio excedunt, atque ita ſe collocant, ut, ſi illi à multitudine hoſtium premantur, expeditum ad ſuos receptum habeant. Ita mobilitatem equitum, ſtabilitatem peditum in præliis præſtant; ac tantum uſu quotidiano, & exercitatione efficiunt, ut in declivi ac præcipiti loco incitatos equos ſuſtinere, & brevi moderari, ac flectere, & per temonem percurrere, & in jugo inſiſtere, & inde ſe in currus citiſſimè recipe-

Pulverem majorem] Pulvis excitatus adventum hoſtium indicare ſolet. Virgilius, lib. IX:

Hic ſubitam nigro glomerari pulvere nubem
Proſpiciunt Teucri, ac tenebras inſurgere campis.
Primus ab adverſa conclamat mole Caïcus:
Quis globus, ô cives, caligine volvitur atra?
Hoſtis adeſt.

In metendo occupatos] Milites Cæſaris ad quævis munia obeunda fuiſſe promptiſſimos videmus: hic in demetendo frumento, alibi in navibus conficiendis, aliiſque operibus. *Montan.*

Alie-

cipere conſueverint. Quibus rebus, perturbatis noſtris novitate pugnæ, tempore opportuniſſimô Cæſar auxilium tulit. Namque ejus adventu hoſtes conſtiterunt, noſtri ex timore ſe receperunt. Quô factô, ad laceſſendum hoſtem, & committendum prælium, alienum eſſe tempus arbitratus, ſuô ſe locô continuit; &, brevi tempore intermiſſô, in caſtra legiones reduxit. Dum hæc geruntur, noſtris omnibus occupatis, qui erant in agris, reliqui diſceſſerunt. Secutæ ſunt continuos dies complures tempeſtates: quæ & noſtros in caſtris continerent, & hoſtem à pugnâ prohiberent. Interim barbari nuntios in omnes partes dimiſerunt; paucitatemque noſtrorum militum ſuis prædicaverunt; &, quanta prædæ faciendæ, atque in perpetuum ſui liberandi facultas daretur, ſi Romanos caſtris expuliſſent, demonſtraverunt. His rebus celeriter magnâ multitudine peditatus equitatuſque coactâ, ad caſtra venerunt. Cæſar etſi idem, quod ſuperioribus diebus acciderat, fore videbat; ut, ſi eſſent hoſtes pulſi, celeritate periculum effugerent; tamen nactus equites circiter xxx, quos Comius Atrebas, de quô ante dictum eſt, ſecum tranſportaverat, legiones in acie pro caſtris conſtituit. Commiſſô præliô, diutius noſtrorum militum impetum hoſtes ferre non potuerunt, ac terga verterunt: quos tantô ſpatiô ſecuti, quantum curſu & viribus efficere potuerunt, complures ex iis occiderunt; deinde omnibus longè lateque ædificiis incenſis, ſe in caſtra receperunt. Eôdem die legati ab hoſtibus miſſi ad Cæſarem de pace venerunt. His Cæſar numerum obſidum, quem antea imperave-

Alienum eſſe tempus] Circumſpecti, fidi ac prudentis imperatoris Cæſar hic nobis exemplum præbet. Ex illius namque officio eſt, omnia prius experiri, quam armis decertare, & exercitum ſuum in diſcrimen vocare. *Rhellican.* Idem fere de Julio his verbis Tranquillus: *Quo ſæpius*, inquit, *viciſſet*, *hoc minus experiendos caſus opinans, nihilque ſe tantum victoria acquiſiturum, quantum auferre calamitas poſſet.* Montan.

Circiter xxx] Valde mirum, Cæſarem xxx equos ſolos nactum prælium committere voluiſſe. Fortaſſè pro xxx ſcriptum fuit, ccc, vel potius pro 30, 300. *Hotoman.*

raverat, duplicavit; eoſque in continentem adduci juſſit: quod, propinquâ die æquinoctii, infirmis navibus hiemi navigationem ſubjiciendam non exiſtimabat. Ipſe idoneam tempeſtatem nactus, paullo poſt mediam noctem naves ſolvit: quæ omnes incolumes ad continentem pervenerunt. Ex his onerariæ II eoſdem portus, quos reliquæ, capere non potuerunt; ſed paullo infra delatæ ſunt: quibus ex navibus quum eſſent expoſiti milites circiter CCC, atque in caſtra contenderent; Morini, quos Cæſar, in Britanniam proficiſcens, pacatos reliquerat, ſpe prædæ adducti, primò non ita magnô ſuorum numerô circumſteterunt; ac, ſi ſeſe interfici nollent, arma ponere juſſerunt. Quum illi, orbe factô, ſeſe defenderent, celeriter ad clamorem hominum circiter millia VI convenerunt. Qua re nuntiatâ, Cæſar omnem ex caſtris equitatum ſuis auxilio miſit. Interim noſtri

Propinquâ die æquinoctii] Duplex eſt æquinoctium; vel vernale vel autumnale. Hic autem intelligitur autumnale; ſupra enim dixit, *exigua æſtatus parte reliqua*, nihilominus ſe in Britanniam navigare conſtituiſſe. Nomen illi ex eo quod omnibus terræ locis dies noctibus adæquet: exceptis iis locis, qui directè polis ſubjacent, illic enim Horizon & circulus Æquinoctialis idem eſt. unde & Græcis *ἰσημερινὸς*, veteribuſque Latinis Æquidialis, apud Gloſſographum & Feſtum. Eſt autem æquinoctium, cum ſol in principio Arietis & Libræ circulum æquinoctialem tranſit, quod fit juxta veterum Mathematicorum calculum VIII Kalendas Octobris; juxta recentiorum XVII Kalend. Octobris, ſole Libram ingrediente. Vernale autem æquinoctium fit ſecundum computationem priſcorum VIII Calendas Aprilis; ſecundum neotericorum XVII Kalendas Aprilis, ſole ſignum Arietis intrante. *Montan.*

Hiemi navigationem ſubjiciendam] Multi codices habent, *hiemis navigationem ſubeundam*; quod eſt, hieme navigationem inſtituendam: verùm illud à Cæſaris inſtituto fuit alieniſſimum. At *ſubjicere hiemi navigationem*, eſt claſſem ſuam tamdiu in orâ Britanniæ retinere, dum hiems veniat. Hoc Cæſar facere nolebat. Itaque obſides poſt ſe abduci juſſit: ipſe continuo poſt naves ſolvit. *Hotoman.*

Paulo infra delatæ] *Eoſdem portus*, inquit, *capere non potuerunt*: nempe portus Bononienſem & Ambletælienſem; ſed paullo infra Bononiam delatæ ſunt. Proximus infra Bononiam, verſus meridiem, portus eſt in ore fluminis Cancii, ad quod hodie opidum vulgari vocabulo *Eſtaples*. In hunc duas iſtas naves onerarias delatas opinor. *Cluver.*

Orbe facto, ſeſe defenderent] *Orbem facere* dicebantur, cum undique circumventi confertim ſe conglomerabant, & denſatis ſcutis in orbem conſiſtebant: quod non tam oppugnandi, quam reſiſtendi & defendendi conſilio fiebat. *Hotomannus.*

Propter

noſtri milites impetum hoſtium ſuſtinuerunt; atque amplius horis fortiſſime quatuor pugnaverunt, & paucis vulneribus acceptis, complures ex iis occiderunt. Poſteà verò quàm equitatus noſter in conſpectum venit; hoſtes, abjectis armis, terga verterunt; magnuſque eorum numerus eſt occiſus. Cæſar, poſterô die, T. Labienum legatum cum iis legionibus, quas ex Britanniâ reduxerat, in Morinos, qui rebellionem fecerant, miſit. Qui quum propter ſiccitates paludum, quo ſe reciperent, non haberent; quô perfugiô ſuperiore annô fuerant uſi; omnes fere in poteſtatem Labieni venerunt. At Q. Titurius & L. Cotta legati, qui in Menapiorum fines legiones duxerant, omnibus eorum agris vaſtatis, frumentis ſuccîſis, ædificiiſque incenſis, quod Menapii omnes ſe in denſiſſimas ſilvas abdiderant, ad Cæſarem ſe receperunt. Cæſar in Belgis omnium legionum hiberna conſtituit. Eò duæ omnino civitates ex Britanniâ obſides miſerunt: reliquæ neglexerunt. His rebus geſtis, ex literis Cæſaris dierum xx ſupplicatio à ſenatu decreta eſt.

LI-

Propter ſiccitatem paludum] Quia Romani ab iis conſectandis paludum limo non prohibebantur. *Idem.*

Duæ omnino civitates] *Omnino* pro tantummodo, ſic Cicero: *quinque omnino fuerunt, qui illum innocentem Oppianicum abſolverent.* Montan.

Reliquæ neglexerunt] Et hunc obtentum Cæſar ſumſit, iterum in Britanniam trajiciendi. Britanni autem, quod re infectâ ille diſceſſiſſet, nunquam fore putabant, ut ad bellum inferendum denuo rediret. Cæſar, Dione teſte, ingenti cupidine flagrabat inſulæ potiundæ; haud dubiè quæſiturus alium prætextum, ſi ille obſidum non miſſorum defuiſſet. *Montanus.*

L. Do-

LIBER V.

LUcio Domitio, Ap. Claudio, Coss. diſcedens ab hibernis Cæſar in Italiam, ut quotannis facere inſtituerat, legatis imperat, quos legionibus præfecerat, uti quamplurimas poſſent hieme naves ædificandas, vetereſque reficiendas curarent: earum modum formamque demonſtrat: ad celeritatem onerandi, ſubductioneſque, paullo facit humiliores, quàm quibus noſtro mari uti conſuevimus: atque

LUcio Domitio] Factus eſt conſul hic Domitius anno ab U. C. DCC: cùm eundem honorem ante annum obſtinatè ambiiſſet: adeo quidem, ut in petitione ad ultimam uſque diem perſeveraverit: tum quoque ſub noctem domo egreſſus, & in concionem contendens: at puero ſuo, qui laternam præferebat, occiſo, territus, ultra progreſſus non eſt. Idem hic eſt, qui magnas ſimultates cum Pompeio Craſſoque alebat: & Cæſari inimiciſſimus, palam illi minabatur, conſule ſe, effecturum, quod prætor nequiſſet, ademturumque ei exercitus: qui etiam poſtea à Cæſare Corfinii obſeſſus, at ſalute donatus eſt. Nomen autem illi, L. Domitius, Cn. F. Ænobarbus. Gens vero Domitia, plebeia, duas habuit familias, Calvinorum & Ænobarborum. *Montan.*

Appio Claudio] Fuit hic Pompeii affinis, dictuſque Appius Claudius App. F. Pulcher. Gens autem Appia in duas familias diviſa eſt: patriciam minorum gentium, ex qua, Pulchri, Craſſini, Centhones, Nerones: & plebeiam, quæ clarior, ex qua Marcelli, originem habuit ex Regillo opido Sabinorum: Actius enim quidam Clauſus, homo domi ſuæ clarus & potens, à ſeditioſis quibuſdam Regillo pulſus, Romam cum magna clientum manu contendit. Comitibus ejus & clientibus civitas data eſt; ipſe, poſtea Appius Claudius dictus, in ſenatum ac patriciorum ordinem cooptatus, & mox conſul creatus, Appiæ genti originem dedit & ſplendorem. *Montan.*

Diſcedens Cæſar ab hibernis in Italiam] Nam ut dictum, intentus erat iis, quæ Romæ agebantur, plebiſque animos ad ſe pelliciebat. *Idem.*

Subductioneſque] Nempe ut in aridum, ſæviente vento, facile poſſent propelli naves, &, ubi opus eſt, refici. Et ſignantiſſimè hoc ſenſu naves dicuntur ſubduci. *Idem.*

Noſtro mari] Intelligitur per *mare noſtrum* mare Mediterraneum: Mela enim teſte, lib. 1, cap. 1, ea Oceani pars,

que id eo magis, quod, propter crebras commutationes æſtuum, minus magnos ibi fluctus fieri cognoverat: ad onera, & ad multitudinem jumentorum tranſportandam paullo latiores, quàm quibus in reliquis utimur maribus. Has omnes actuarias imperat fieri: quam ad rem humilitas multum adjuvat. Ea, quæ ſunt uſui ad armandas naves, ex Hiſpania apportari jubet. Ipſe, conventibus Galliæ citerioris peractis, in Illyricum proficiſcitur, quod à Piruſtis finitimam partem provinciæ incurſionibus vaſtari audiebat. Eò quum veniſſet, civitatibus milites imperat; certumque in locum convenire jubet. Quâ re nuntiatâ, Piruſtæ legatos ad eum mittunt, qui doceant, nihil earum rerum publico factum conſilio: ſeſeque paratos eſſe demonſtrant, omnibus rationibus de injuriis ſatisfacere. Acceptâ oratione eorum, Cæſar obſides imperat, eoſq; ad certam diem adduci jubet: niſi ita fecerint, ſeſe bello civitatem perſecuturum demonſtrat. Iis ad diem adductis, ut imperaverat, arbitros inter civitates dat, qui litem æſtiment, pœnamque con-

pars, quæ Europam ab Africa diſtermi- nat, Aſiamque tangit, *noſtrum* appellatur. *Idem.*

Crebras commutationes æſtuum] Rectè *crebras:* ſenis enim quibuſque horis fluxus aut refluxus eſt in Oceano. *Idem.*

Minus magnos ibi fluctus fieri] Multi legunt *magis magnos.* Sed judicet lector, num veriſimile ſit æſtum maris minuere fluctus. *Glarean.*

Actuarias imperat fieri] *Actuariæ naves dictæ à celeritate*, quod facile agi poſſint. *Glarean.*

Peractis conventibus] Sic & Suetonius in Cæſare: *Conventibus*, inquit, *peractis, Ravennæ ſubſtitit.* Eſt autem *conventus peragere*, legitimam juriſdictionem abſolvere, per opida ad id deſtinata, & id ſtatis temporibus. *Egnat. Venetus.*

Quod à Piruſtis] *Piruſtæ*, Græcis Πειροῦςαι· Plinius *Pyreos* appellat, Ptolemæus Piruſas: & in extremâ Dalmatiæ parte, verſus Macedoniam illos ponit. Strabo, lib. 7, in inferiori Pannonia locat. *Rhellicanus.* Cæſar Illyrico accenſet. Verum Illyricorum, Dalmatarum & Liburnorum fines non ita certi ab autoribus ponuntur. *Glarean.*

Arbitros inter civitates dat] Uſus eſt antiqua formula, quæ reperitur in legibus XII tabularum: *Prætor arbitros tres dato, eorum arbitrio &c.* F. Urſinus.

Qui litem æſtiment] Qui æſtiment, quanti ſit damnum, quod quiſque acceperit, ut tanti, qui dederit, damnetur. *Hotoman.* *Repetundarum cauſa ita ſe habet, ut ſi convictus reus atque damnatus ſit, pecuniam reddat æſtimata lite, hoc eſt, in pretium redactis omnibus furtis, quam ſummam pecuniæ proſcriptis ejus bonis ſectores curabant.* Aſconius. Verum hic non ſolum pecuniam reddi voluit Cæ-

conſtituant. His confectis rebus conventibuſque peractis, in citeriorem Galliam revertitur, atque inde ad exercitum proficiſcitur. Eò quum veniſſet, circuitis omnibus hibernis, ſingulari militum ſtudio, in ſummâ rerum omnium inopiâ, circiter DC ejus generis, cujus ſupra demonſtravimus, naves, & longas XXVIII invenit conſtructas, neque multum abeſſe (ab eo) quin paucis diebus deduci poſſent. Collaudatis militibus, atque iis, qui negotio præfuerant, quid fieri velit, oſtendit: atque omnes ad portum Itium convenire jubet: quo ex portu commodiſſimum in Britanniam transjectum eſſe cognoverat, circiter millium paſſuum XXX à continenti. Huic rei quod ſatis eſſe viſum eſt militum, relin-

Cæſar, ſed pœnam etiam injuriarum conſtituit. Quod in judicio repetundarum Romæ aliquando fiebat. *Ciacconius.*

Longas XXVIII *invenit conſtructas*] Erant quidem fabri in legionibus, & præfectus fabrûm: verum & ipſi milites in tirocinio fabrilem artem diſcebant. Eunapius hoc indicat, cum ait, *milites aſſidue in tali ſtructura exercitos, & ut militare aliquod opus didiciſſe.* Incredibilia ſunt noſtris moribus, ſexcentas naves & viginti octo longas militum manibus ſtructas. *Lipſius.*

Paucis diebus deduci] *Deducere* eſt è litore in mare ad navigandum trahere. Virgilius lib. 3:

Deducunt ſocii naves, & litora complent.

Et lib. 4:

—— *& litore celſas*
Deducunt toto naves.

Contrarium eſt ſubducere; quod eſt, teſte Servio, in terram trahere. *Brant.*

Ad portum Itium] Varie legitur hoc vocabulum: Ptolemæus enim habet Ἴκιον, per κ· Strabo, qui omnia fere de his oris è Cæſare deſumpſit, Ἴτιον, per τ. Utra ſcriptura ſanior, haud temere quis dixerit. In ipſis Cæſaris exemplaribus nunc Icius, nunc Itius, nunc Iccius legitur. At ſicut variè nomen hoc ſcribitur; ita variè de eo apud doctos ſentitur. Alii (verum admodum ridicule) *Brugas* eſſe volunt, alii *Sluſam*, Ortelius *Fanum Audomari*, vulgo *S. Omer.* Doctiſſimus Cluverius eundem eſſe portum cum Geſſoriaco putat; & nomen id paulo poſt ævum Cæſaris aſſumſiſſe; eundemque apud poſterioris ævi ſcriptores Bononiæ portum vocatum, Gallis vulgo *Boulogne*, Germanis proximis *Buenen.* Scaliger contra Bononiam non eſſe Geſſoriacum contendit. At procul dubio optimè hic ſentit Merula, Itium portum haud procul fuiſſe Geſſoriaco Navali, eodem planè inter ſeptentrionem & meridiem parallelo, non eodem inter ortum & occaſum meridiano: hoc eſt, Itium portum Navali Geſſoriaco fuiſſe occidentaliorem, Britanniæque litoribus paulo propiorem. Nuda ejus appellatio forſitan exſtat in vico, licet is portu Itio orientalior, & magis mediterraneus ſit, prope Bononiam, qui vernacule *Portet* dicitur, quaſi Portus Itius, κατ' ἀποκοπήν. *Montan.*

Millium paſſuum XXX *à continenti*] In melioribus Cæſaris exemplaribus fideique probatioris, habetur XL millium paſſuum. Quæ millia ſi cum hodiernâ

relinquit. Ipſe cum legionibus expeditis VI, & equitibus DCCC in fines Trevirorum proficiſcitur: quod hi neque ad concilia veniebant, neque imperio parebant, Germanoſque tranſrhenanos ſollicitare dicebantur. Hæc civitas longè plurimum totius Galliæ equitatu valet, magnaſque habet copias peditum, Rhenumque, ut ſupra demonſtravimus, tangit. In eâ civitate de principatu inter ſe contendebant Indutiomarus & Cingetorix, ex quibus alter, ſimulatque de Cæſaris legionumque adventu cognitum eſt, ad eum venit; ſe ſuoſque omnes in officio futuros, neque ab amicitia populi Romani defecturos, confirmavit; quæq; in Treviris gererentur, oſtendit. At Indutiomarus equitatum peditatumque cogere: iiſque qui per ætatem in armis eſſe non poterant, in ſilvam Arduennam abditis, quæ ingenti magnitudine per medios

dierna menſurandi ratione committantur, dabunt XIII leucas vel milliaria. Et tantum hodie circiter intervallum eſt inter vicina Bononiæ litora & proximas Angliæ oras. *Merula.*

Longe plurimum totius Galliæ equitatu valet] En, Treveri totius Galliæ equitatu præſtantiſſimi: & hi non Galli ſed Germani. Ex quo liquet equeſtrem diſciplinam atque virtutem ex Germania olim in Galliam illos ſecum abvexiſſe. *Cluver.*

In Treviris] Terminos agrorum eoſdem habuere à meridie Treviri, quos à ſeptentrione Mediomatrices. Verſus occaſum Moſâ à Rhemis ſeparabantur. A ſeptentrione claudebantur finibus Pœmanorum, Cæreſorum, Segnorum, & Condruſorum. At ab occidente juxta Rhemos finitimos habuere Nervios, inter duo opida, Moſæ appoſita, *Maſieres* & *Charlemont*. Ab Oriente Rheno, Galliæ termino, ab Ubiis Tranſrhenanâ gente, Cæſaris ævo arcebantur. His limitibus regiones nunc comprehenduntur iſtæ: Weſtraviæ pars inferior, inter Navam Moſellamque amnes: dein Trevıricus Epiſcopatus omnis; item Ducatus Bullonienſis; Sedanenſis ditio; ager Maſirienſis; Luceburgienſis Ducatus major pars, item Colonienſis Epiſcopatus opida, *Antonacum*, *Briſich*, *Zinſich*, *Koningsfeld*. Caput gentis Auguſta Trevirorum, vulgo *Trier*, Moſellæ flumini appoſita. *Cluver.* Hujus civitatis Præſul unus eſt ex electoribus Cæſaris.

In ſilvam Arduennam] Diſperſa fuit hæc ſilva per fines Trevirorum, Tungrorum, Sunicorum, Ubiorum, Gugernorum, & partem Batavorum extra inſulam, item per Menapiorum fines, Morinorum, Bethaſiorum, Sueconorum, Nerviorum, Atrebatium. Summa ejus longitudo fuit inter ortum & occaſum, à Moſellæ confluente ad extremos Atrebatium fines & litus Oceani, millium paſſuum CCXL. Latitudo maxima inter meridiem & ſeptentriones à Mediomatricorum confinio ad Vahalim uſque, millium paſſuum CL. Reliquiæ ejus hodieque ingentes paſſim dicto terrarum tractu manent: maximè vero in Weſtraviâ, in Trevirico Leodiacenſique epiſcopatibus,

dios fines Trevirorum à flumine Rheno ad initium Rhemorum pertinet, bellum parare inſtituit. Sed poſtea quàm nonnulli principes ex eâ civitate & familiaritate Cingetorigis adducti, & adventu noſtri exercitus perterriti ad Cæſarem venerunt, & de ſuis privatim rebus ab eô petere cœperunt, quoniam civitati conſulere non poſſent; veritus, ne ab omnibus deſereretur, Indutiomarus legatos ad Cæſarem mittit, ſeſe idcirco à ſuis diſcedere, atque ad eum venire noluiſſe, quo facilius civitatem in officio contineret, ne omnis nobilitatis diſceſſu, plebs propter imprudentiam laberetur: itaque civitatem in ſuâ poteſtate eſſe: ſeque, ſi Cæſar permitteret, ad eum in caſtra venturum, & ſuas civitatiſque fortunas ejus fidei permiſſurum. Cæſar, etſi intelligebat, quâ de cauſsâ ea dicerentur, quæque eum res ab inſtitutô conſiliô deterreret; tamen, ne æſtatem in Treviris conſumere cogeretur, omnibus rebus ad Britannicum bellum comparatis, Indutiomarum ad ſe cum CC obſidibus venire juſſit. His adductis, & in iis filio propinquiſque ejus omnibus, quos nominatim evocaverat, conſolatus Indutiomarum, hortatuſque eſt, uti in officio permaneret: nihilo tamen ſecius principibus Trevirorum ad ſe convocatis, eos ſigillatim Cingetorigi conciciliavit. Quod quum merito ejus à ſe fieri intelligebat; tum magni intereſſe arbitrabatur, ejus auctoritatem inter ſuos quamplurimum valere, cujus tam egregiam in ſe voluntatem perſpexiſſet. Id factum graviter tulit Indutiomarus, ſuam gratiam inter ſuos minui: &, qui

bus, in Ducatu Luceburgienſi, & cis Moſam. Nomen quin etiam antiquum in parte obtinet, longe lateque ad utramque Moſæ ripam diſperſum: vocaturque Picardis & Wallonibus vulgo *l'Ardenne*. Cluver.

Ab eo petere cœperunt] Obſcurus locus: fortaſſe hic ſenſus eſt: quoniam in commune conſulere non poterant, ſuis quiſque privatim rationibus conſulebat: & à Cæſare, ut ſuis agris, & ædificiis parceret, petebant. *Hotoman.*

Indutiomarus] Hoc eodem nomine appellatur apud Cicer. in Orat. pro Fonteio, is qui ſuo teſtimonio maxime omnium Fonteium lædebat, à Gallis quibuſdam miſſus. Verus is Allobrogum dux appellatur: *Quod ſi*, inquit,

ui jàm ante inimicô in nos animô fuiſſet : multò gravius hôc dolore exarſit. Iis rebus conſtitutis, Cæſar ad ortum Itium cum legionibus pervenit, ibi cognoſcit L naves, quæ in Meldis factæ erant, tempeſtate rejetas, tenere curſum non potuiſſe, atque eodem, unde rant profectæ, relatas: reliquas paratas ad navigantum, atque omnibus rebus inſtructas invenit. Eodem quitatus totius Galliæ convenit, numero millium IV, rincipeſque ex omnibus civitatibus; ex quibus perpauos, quorum in ſe fidem perſpexerat, relinquere in Gallâ, reliquos obſidum loco ſecum ducere decreverat: uod, quum ipſe abeſſet, motum Galliæ verebatur. Eat unà cum ceteris Dumnorix Æduus, de quo à nobis ntea dictum eſt. Hunc ſecum ducere in primis conſtierat, quod eum cupidum rerum novarum, cupidum nperii, magni animi, magnæ inter Gallos auctoritatis, ognoverat. Accedebat huc, quod jam in concilio Æuorum Dumnorix dixerat; Sibi à Cæſare regnum civitatis eferri: quod dictum Ædui graviter ferebant: neque recuandi, neque deprecandi cauſſa legatos ad Cæſarem mittere audebant. Id factum ex ſuis hoſpitibus Cæſar cognoerat. Ille primò omnibus precibus petere contendit, ut n Gallia relinqueretur, partim, quod inſuetus navigani mare timeret; partim quod religionibus ſeſe diceret mpediri. Poſteaquam id obſtinatè ſibi negari vidit, onni ſpe impetrandi ademptâ, principes Galliæ ſollicitare, ſevocare ſingulos hortarique cœpit; ut in continenti

uit, *tantas auxiliorum noſtrorum copias nduciomarus ipſe deſpexerit, dux Allorogum cæterorumque Gallorum.* Idem.

Quæ in Meldis] *Meldæ* Cæſari & Plio, qui eos *Liberos* cognominat; Μέλδοι Straboni; Μέλδαι Ptolemæo; *Meli* in antiquo lapide: veteres fuerunt ncolæ Campaniæ, vulgo *Comté de Champaigne.* Merula.

Quod dictum Ædui graviter ferebant] Nam Ædui libertatem retinere cupiebánt, ut ſuo loco diximus. *Hotoman.*

Religionibus ſe diceret impediri] *Religionibus impediri*, eſt metu & anxietate conſcientiæ conſtringi, idque vel ex ominibus, vel ex auguriis. Cicero in epiſt. *Oblata religio Cornuto eſt pullariorum admonitu.* Glandor.

Id obſtinate ſibi negari] *Obſtinate aliquid facere, eſt in alterius malum cum conatu facere perſeveranter, & in alterius perniciem nimis niti.* Donatus.

L Quod

nenti remanerent, metu territare, non ſine cauſsâ fieri, ut Gallia omni nobilitate ſpoliaretur: id eſſe conſilium Cæſaris, ut, quos in conſpectu Galliæ interficere vereretur, hos omnes in Britanniam tranſductos necaret: fidem reliquis interponere; jusjurandum poſcere; ut, quod eſſe ex uſu Galliæ intellexiſſent, communi conſilio adminiſtrarent. Hæc à compluribus ad Cæſarem deferebantur. Quâ re cognitâ, Cæſar, quod tantum civitati Æduæ dignitatis tribuebat, coërcendum atque deterrendum quibuſcumque rebus poſſet Dumnorigem ſtatuebat; quod longius ejus amentiam progredi videbat, proſpiciendum, ne quid ſibi ac Reip. nocere poſſet. Itaque dies circiter XXV in eô locô commoratus, quod corus ventus navigationem impediebat; qui magnam partem omnis temporis in his locis flare conſuevit: dabat operam, ut Dumnorigem in officio contineret: nihilo tamen ſecius omnia ejus conſilia cognoſceret. Tandem, idoneam tempeſtatem nactus, milites equiteſque conſcendere naves jubet. At impeditis omnium animis, Dumnorix cum equitibus Æduorum à caſtris inſciente Cæſare, domum diſcedere cœpit. Quâ re nuntiatâ, Cæſar intermiſsâ profectione, atque omnibus rebus poſtpoſitis, magnam partem equitatus ad eum in-

ſequen-

Quod tantum civitati Æduæ dignitatis] Revera P. R. multum tribuebat huic civitati; utpote cujus incolas fratres conſanguineoſque vocabat. Ut ante indicatum. Licet autem *civitas*, non pro opido ſemper, ſed fere more doctè ſcribentium, pro totô imperiô & nomine gentis ſumatur: Æduam tamen caput Æduorum appellatam fuiſſe ex Aimonio, Sidonio & aliis colligo, tempore Cæſaris: poſtea enim dicta eſt Auguſtodunum, quaſi dicas, Auguſti collem. Quia Auguſtus, poſtquam bello, quod inter C. Cæſarem & Gallos magnis viribus patratum eſt, deleta fuit, reſtauravit. Hodie nomen retinet, ſed contractius; & *Auſtun* dicitur: adjacet radicibus montium, qui vulgo *les Mons de Cinis*, ad fluvium Arrouſium. Nullis rebus ſpectabilis niſi ſuperbo D. Nazarii templo, ædificiis enim ſupra modum vacua ad inferiorem urbium conditionem redacta eſt. In Ducatu tamen Burgundiæ ſita epiſcopatus titulo gaudet. *Montanus.*

Quod corus] *Corus*, qui & *caurus*, teſte Gellio, Græcis *ἀργέστης*, ab occaſu ſolſtitiali ſpirat, & potiſſimum per autumnum. Vid. Plin. lib. 2, cap. 22.

At impeditis omnium animis] Notanda locutio, pro *occupatis*. Hotomannus.

ſ

ſequendum mittit, retrahique imperat: ſi vim faciat, neque pareat, interfici jubet: nihil hunc ſe abſente pro ſano facturum arbitratus, qui præſentis imperium neglexiſſet. Ille enim revocatus reſiſtere, ac ſe manu defendere, ſuorumque fidem implorare cœpit, ſæpe clamitans; liberum ſe, liberæque civitatis eſſe. Illi, ut erat imperatum, circumſiſtunt hominemque interficiunt. At Ædui equites ad Cæſarem omnes revertuntur. His rebus geſtis, Labieno in continente cum III legionibus, & equitum millibus II relicto, ut portus tueretur, & rei frumentariæ provideret, quæque in Galliâ gererentur, cognoſceret, & conſilium pro tempore, & pro re caperet; ipſe cum legionibus V, & pari numerô equitum, quem in continente reliquerat, ad Solis occaſum naves ſolvit: & leni Africo profectus, mediâ circiter nocte ventô intermiſsô, curſum non tenuit; & longius delatus æſtu, orta luce, ſub ſiniſtra Britanniam relictam conſpexit. Tum rurſus æſtus commutationem ſecutus remis contendit, ut eam partem inſulæ caperet, quâ optimum eſſe egreſſum ſuperiore æſtate cognoverat. Quâ in re admodum fuit militum virtus laudanda, qui vectoriis gravibuſque navigiis, non intermiſſo remigandi labore, longarum navium curſum adæquarunt. Acceſſum

Se abſente pro ſano facturum] Tanquam ſanum, vel, ut ſanum & prudentem facere par erat. Ita Plautus:

Satin' hæc pro ſano maledicta maledictis reſpondeo? Idem.

Suorumque fidem implorare] Hirtius lib. 8, de Comio: *repente omnium ſuorum invocat fidem atque auxilium, ne ſua vulnera,* &c. Quod veteres *quiritare* dicebant, *Quirites* conclamare. Ut hodie quoque gentis ac patriæ nomen acclamari à quibuſdam ſolet, ut Hiſpani in concertatione, & rixa, & cum auxilium cient, Hiſpaniam ingeminant. *Spagna, Spagna.* Lipſius.

Liberum ſe liberaque civitatis eſſe] Dumnorix hic *liberæ civitatis ſe eſſe* ait. Neque enim Æduorum civitas à Romanis in provinciæ formam redacta erat: itaque liberum ſibi eſſe vult, Cæſarem ſequi aut non ſequi. *Brant.*

Leni Africo] Africus, qui & Λὶψ Græcis dicitur, ab occaſu brumali ſpirat. *Montan.*

Vectoriis gravibuſque navigiis] Sicut geſtoria vel geraria navis à gerendo; ita vectoria à vehendo. Navium autem longarum, quod hactenus omiſi, inventio Jaſoni attribuitur à Philoſtephano apud Plinium. *Montan.*

ſum eſt ad Britanniam omnibus navibus meridiano fere tempore: neque in eô locô hoſtis eſt viſus: ſed, ut poſtea Cæſar ex captivis comperit, quum magnæ manus eò conveniſſent, multitudine navium perterritæ, quæ cum annotinis privatiſque, quas ſui quiſque commodi cauſſa fecerat, amplius DCCC una erant viſæ, timore à litore diſceſſerant, ac ſe in ſuperiora loca abdiderant. Cæſar, expoſito exercitu, ac locô caſtris idoneô captô, ubi ex captivis cognovit, quô in locô hoſtium copiæ conſediſſent, cohortibus X ad mare relictis, & equitibus CCC, qui præſidio navibus eſſent, de III vigiliâ ad hoſtes contendit; eò minus veritus navibus, quod in litore molli atque aperto, deligatas ad anchoras relinquebat: & præſidio navibus Q. Atrium præfecit. Ipſe noctu progreſſus millia paſſuum circiter XII hoſtium copias conſpicatus eſt. Illi equitatu atque eſſedis ad flumen progreſſi ex loco ſuperiore noſtros prohibere, & prælium committere cœperunt. Repulſi ab equitatu ſe in ſilvas abdiderunt, locum nacti, egregiè & naturâ & opere munitum; quem, domeſtici belli, ut videbatur, cauſſa, jam ante præparaverant. Nam crebris arboribus ſucciſis omnes introitus erant præcluſi. Ipſi ex ſilvis rari propugnabant, noſtroſque intra munitiones ingre-

Cum annotinis] Hoc eſt, quæ annonam vehebant, ut ſit denominativum, ſicut à *ſero*, *ſerotinus*. Rhellican.

Cohortibus X] *Cohors*, vox Græcanica eſt, quod clauſum vel ſeptum in anteriore domo vel villa χόρτον illi dixerunt: Latini *cohortem* vel *chortem*. Nam & ſic ſcribebant. Habuit autem tres manipulos, Haſtatos, Principes, Triarios; adde & Velites, qui manipulos ſolebant comitari. Fuit igitur juſta & plena cohors legionaria, homines 420. Si pleniores manipuli & legiones, plenior & ipſa; & inde cohortes, quingenarias, & ſexcenarias legimus. Omnes cohortes in legionibus æquales erant, quia & manipuli tales. Sed quia primæ dignitas aliqua attribuitur, id non à numero, ſed à ſplendore & primatu fuit, quod primi in ea centuriones cujuſque generis, & forſan flos aliquis & electio virorum. *Lipſius.*

Q. Atrium] Magis placeret, *Q. Artium*: nam *Atria* gens mihi ignota eſt. *F. Vrſin.*

Crebris arboribus ſucciſis] Has *Concades* nominant autores. Tacit. lib. 1: *Frontem ac tergum vallo, latera concadibus munitus.* Hotoman.

Teſtu-

ingredi prohibebant. At milites legionis VII, teſtudine facta, & aggere ad munitiones adjecto, locum ceperunt, eoſque ex ſilvis expulerunt, paucis vulneribus acceptis. Sed eos fugientes longius Cæſar perſequi vetuit: & quod loci naturam ignorabat: & quod, magnâ parte diei conſumptâ, munitioni caſtrorum tempus relinqui volebat. Poſtridie ejus diei, mane, tripartitò milites equiteſque in expeditionem miſit; ut eos qui fugerant, perſequerentur. Iis aliquantum itineris progreſſis, quum jam extremi eſſent in proſpectu, equites à Q. Atrio ad Cæſarem venerunt, qui nuntiarent, ſuperiori nocte maximâ coortâ tempeſtate, prope omnes naves afflictas, atque in litore ejectas eſſe; quod neque anchoræ, funeſque ſubſiſterent, neque nautæ gubernatoreſque vim tempeſtatis pati poſſent: itaque ex eo concurſu navium magnum eſſe incommodum acceptum. His rebus cognitis, Cæſar legiones equitatumque revocari, atque itinere deſiſtere jubet: ipſe ad naves revertitur: eadem fere, quæ ex nuntiis literiſque cognoverat, coram perſpicit; ſic, ut, amiſſis circiter XL navibus, reliquæ tamen refici poſſe magno negotio viderentur. Itaque ex legionibus fabros deligit, & ex continenti alios accerſiri jubet. Labieno ſcribit, ut, quàm plurimas poſſet, iis legionibus, quæ ſunt apud eum, naves inſtituat. Ipſe, etſi res erat multæ operæ ac laboris, tamen commodiſſimum eſſe ſtatuit, omnes naves ſubduci, & cum caſtris unâ munitione

Teſtudine facta & aggere] De teſtudine & aggere jam ante.

Quod neque anchoræ, funeſque ſubſiſterent] *Subſiſtere* pro *ſuſtinere* poſuit, quam conſtructionem & Livius lib. I, imitatus eſt: idque ad morem Græcorum, quibus id ὑφίστασθαι dicitur. *Glandor.*

Ex legionibus fabros deligit] Teſtis eſt Livius, Servium Tullium regem, qui cenſum inſtituit, eundem *inſtituiſſe duas fabrum centurias, quæ ſine armis ſtipendia facerent; datumque munus ut machinas in bello ferrent.* At pro *ferrent* ſubſtituendum, *facerent.* Hi tales, & poſtea in exercitu: atque ii ſcilicet præformabant dirigebantque opera, etſi milites quoque vulgo, ut ex hoc loco patet, adjutarent: cum ait, *ex legionibus fabros deligit.* Erant igitur per legiones ſparſi, atque aliter etiam militabant. His caput unum, & operibus curator exactorque, qui *præfectus fabrûm* in hiſtoriis crebro nominatur. *Lipſius.*

ne conjungi. In his rebus circiter dies x conſumit, ne nocturnis quidem temporibus ad laborem militum intermiſſis. Subductis navibus, caſtriſque egregiè munitis, eaſdem copias, quas ante, præſidio navibus relinquit. Ipſe eodem, unde redierat, proficiſcitur. Eò quum veniſſet, majoreſque undique in eum locum copiæ Britannorum convenerant. Summa imperii bellique adminiſtrandi, communi conſilio, permiſſa eſt Caſſivellauno, cujus fines à maritimis civitatibus flumen dividit quod appellatur Tameſis, à mari circiter millia paſſuum LXXX. Huic ſuperiori tempore cum reliquis civitatibus continentia bella interceſſerant; ſed, noſtro adventu permoti Britanni, hunc toti bello imperioque præfecerant. Britanniæ pars interior ab iis incolitur, quos na-

Caſſivellauno] Dio hunc Suellam appellat, niſi vitioſus eſt codex. *Ciaccon.*

Tameſis] Sub Oxonia Iſis & Cherwellus in unum alveum aquas conſociant; unde Iſis ſolidus & concitatior in auſtrum fertur, nec multa emenſus milliaria, Tamæ è *Bukinghamienſi* agro effuſo occurrit: qui ubi primum hunc agrum ſubintrat, Tamam mercatorium opidum nomini adoptat ſuo, quod inter flumina ſitu admodum grato interſidet. Demum Tama *Dorceſtriam* adit: ſub quo opido Tama & Iſis confluentes, quaſi in manus conveniunt, & connubio junguntur, atque undis, ſic nomine coëunt, ut Jor & Dan in terra Sancta, Dor & Dan in Gallia, unde Jordan & Dordan. *Tamiſis* enim jam inde compoſito vocabulo nominatur. *Camdenus.*

A mari circiter millia paſſuum LXXX] Cæſar interdum negligens Geographus eſt, etiam in iis locis, quos ipſe adiit. Falſum eſt, Tameſin à mari Britannico LXXX millia paſſuum diſtare. Imo ne fontes quidem ejus, quorum alter verſus ſeptentriones Tama, alter verſus occidentem Iſis, tanto ſpatio diſtant. Sed clarius negligentiam ejus aperiam: flumen *id uno omnino loco pedibus tranſiri poſſe* ait. Hic locus putatur nunc eſſe ad regiam arcem Vindeſoram. Hæc vero à Dubri, ſive ab eo litore, in quod è navibus Cæſar egreſſus eſt, LXXX circiter millium paſſuum diſtat. Quæ igitur apud Cæſarem horum locorum deſignatio, negligens ac plane aliena? quam nemo facile divinatione aſſequatur, niſi qui haud ignarus, Cæſarem in aliis quoque incurioſum eſſe geographum. Sic ſupra etiam lib. I, Helvetiorum agros in longitudinem patere millia paſſuum CCXL, in latitudinem CLXXX affirmat. Quæ demenſio itidem falſiſſima. Summa illic longitudo eſt millium circiter CLXX; latitudo maxima LXXV; Libro etiam III *Aquitaniam*, dicit, *& regionum latitudine & multitudine hominum, ex tertia parte Galliæ exiſtimandam eſſe.* En fœdiſſimum errorem! latitudo enim ſive magnitudo Aquitaniæ, quam in principio commentariorum, Garumna, Oceano, & Pyrenæo monte includit, ſi cum reliqua Gallia Comata conferas; profecto vix ex octava ejus parte cenſenda erit. Libuit hos errores Cæſaris ſimul apponere. *Cluverius.*

Ex

natos in inſulâ ipsâ memoriâ proditum dicunt. Maritima pars ab iis, qui, prædæ ac belli inferendi cauſsâ, ex Belgio tranſierant, qui omnes fere iis nominibus civitatum appellantur, quibus orti ex civitatibus eò pervenerunt, & bellô illatô ibi remanſerunt, atque agros colere cœperunt. Hominum eſt infinita multitudo, creberrimaque ædificia fere Gallicis conſimilia: pecoris magnus numerus. Utuntur aut æreo, aut talcis ferreis ad certum pondus examinatis pro nummo. Naſcitur ibi plumbum album in mediterraneis regionibus, in mari-

Ex Belgio tranſierant] Alii codices *ex Belgis* habent: Quamquam ſi *Belgio* legatur, ad eam formam dixiſſe videri poteſt, ut Livius *Samnium*, pro Samnitium regione, ita *Belgium* pro Belgarum regione. *Glarean.* Belgæ autem è Germanis orti, Rhenum antiquitus traducti, propter loci fertilitatem ibi expulſis Gallis conſederant, & inde in Britanniam *prædæ ac inferendi belli cauſa tranſierunt.* Quo vero tempore huc commigrarint non liquet, niſi forte Divitiacus Sueſſionum rex, qui ante Cæſarem floruit, huc Belgas traduxerit. Magnam enim partem cum Galliarum, tum etiam Britanniæ, obtinuit ille. Regiones nunc iſtæ priſcis Belgarum finibus comprehenduntur: *Somerſettenſis*, *Wiltonienſis* regio, & pars agri *Hantonienſis* interior. *Camdenus.*

Bello illato] *Illato* ponit Cæſar pro confecto, ut ſupra lib. 1. *Boioſque qui trans Rhenum incoluerant, & in agrum Noricum tranſierant, Noricamque oppugnarant*, pro, expugnarant. *Brant.*

Utuntur aut æreo, aut taleis ferreis ad certum pondus] Hotomannus hunc locum ita legit: *Minimo ære, aut auro, aut laminis ferreis.* Probat hanc lectionem ex Tacito: ubi ait, *fert Britannia aurum & argentum & alia metalla.* Verum hæc lectio plane improbanda eſt. Cæſaris enim ævo Britannia aurum & argentum ignorabat. Cicero teſtis ad Trebatium, ne ſcrupulum quidem argenti in Britannia inveniri, aſſerens. Neceſſe eſt itaque venas metallorum poſt Ciceronis Cæſariſque tempora inventas. Dicit autem Britannos *taleis ferreis ad certum pondus examinatis* uſos fuiſſe. Idem fere aliquando apud Romanos in uſu: Illi enim ære appenſo, non numerato, debita exſolvebant. Quæ conſuetudo duravit uſque ad tempora Decemvirorum, & poſt, quamvis etiam pecunia à Servio primum Tullio percuſſa uterentur. *Montanus.*

Naſcitur ibi plumbum album] Haud dubie per *mediterraneas regiones* intelligitur Provinciæ Darbienſis (vulgo *Darbyshire*) pars occidentalis, quæ tota collibus & montibus eminet. Hodie etiam plumbi admodum ferax: in his enim montibus lapides plumbarii feraces, ut vocant *Metallici*, quotidie magna copia effodiuntur, quos in collibus favonio obverſis juxta *Creach* & *Workeſworth*, obſervatis temporibus cum favonius flare cœperit, quem omnium ventorum pertinaciſſimum ex uſu deprehenderunt, magna lignorum vi accenſa excoquunt, effoſſis canalibus quibus defluat, in maſſas, *Sowes* vocantur, conflant, *Camdenus.* Tradit autem Plinius, candidum plumbum multum ariditatis habere: nigrum vero eſſe totum humidum. Illudque eam ob cauſam nulli rei ſine mixtura utile.

maritimis ferrum: ſed ejus exigua eſt copia. Ære utuntur importato. Materia cujuſque generis, ut in Galliâ eſt, præter fagum atque abietem. Leporem & gallinam, & anſerem guſtare, fas non putant: hæc tamen alunt, animi voluptatiſque cauſſa. Loca ſunt temperatiora, quam in Gallia, remiſſioribus frigoribus. Inſula natura triquetra, cujus unum latus eſt contra Galliam: hujus lateris alter an-

In maritimis ferrum] Per maritimas regiones dubio procul intelligitur provincia *Suthſexia*, Saxonice *Suthſex*, hodie *Suſſex*, id eſt, *Auſtralium Saxonum regio*: quæ Oceano Britannico tota ad meridiem, longior, quam latior, recto quaſi litore incumbit, ſed raris ſtationibus, quod mare ſit brevibus atrox, ideoque fluctuoſum, lituſque ipſum ſcopuloſum. Hodie paſſim quoque regio hæc ferri venis fœcunda eſt, ad quod excoquendum undique fornaces, torrentes multis in locis corrivati, & prata plurima in lacus & aquas redacta, ut molas ſuo impetu rotent, quæ malleis ferrum tundentes omnem viciniam noctes dieſque perſonant. Nullibi in tota Anglia facile invenies ferri fodinas, præterquam in *Gloceſter-Shire*: verum illæ ante annos aliquot demum repertæ. *Camdenus.*

Materia cujuſque generis] Appellatione *materiæ* omne lignum, & quævis arbor accipitur. Livius: *Multam materiam ceciderat miles.* Gland.

Leporem] Imo non apponere modo leporem in cœnis aut prandiis lege vetabatur, ſed nec Diis offerre licebat. Nec Britanni tantum, ſacrum hoc animal habuerunt: etiam priſci venatores tenellos lepores dimittebant, Deæ captantes gratiam. Xenophon leporem clauſis palpebris vigilare, apertis dormire, tradit. Ad quod Græcum proverbium reſpicit, in diſſimulatores, λαγὼς καθεύδων. *Montanus.*

Gallinam & anſerem] Græci contra, ut & aliæ gentes, Gallinam in ſacris Æſculapii, anſerem in Iſidis immolarunt, à Romanis vero in Capitolino monte juxta Jovis Tonantis templum anſeres affluenti cibo paſcebantur. *Idem.*

Loca ſunt temperatiora] Etiam hodie talis Britannia: nam ſicut æſtates ibi minus fervidæ ſunt, calores enim mitigant perennes auræ, quæ cum terrâ naſcentia recreant, tum homini pecorique ſaluberrime & jucundiſſime adblandiuntur: ita hiemes ſunt clementiſſimæ, frigoris enim vim (ut taceam clementiſſimum aërem) frequentes & ſedatæ pluviæ ſic diſſolvunt, mareque circumfuſum ita moderato tepore terram fovet, ut multo remiſſius ſit apud Britannos frigus, quam in nonnullis Galliæ & Italiæ regionibus. *Camdenus.*

Inſula natura triquetra] Livius & Fabius Ruſticus oblongæ ſcutulæ, ſive bipenni, formam ejus aſſimulaverunt, & ea certè facies eſt ad auſtrum, unde in univerſam fama tranſgreſſa eſt. Sed ad arctum enorme ſpatium projectarum extremo litore terrarum veluti in cuneum tenuatur. Poteſt verò etiam aliquo modo triquetra dici; quia tria in diverſa procurrentia promontoria habet: *Belerium* nempe, quod ſolem occidentem, *Cantium*, quod orientem, *Tarviſium* ſive *Orcas*, quod ſeptentrionem proſpectat. Ab occidente, qua Hibernia ſita, Vergivius irrumpit Oceanus: à ſeptentrione vaſtiſſimo & apertiſſimo mari pulſatur Hyperboreo, ab ortu Germanico, à meridie, qua Galliæ opponitur, Britannico urgetur. *Idem.*

Can-

angulus, qui eſt ad Cantium, quo fere ex Galliâ naves appelluntur, ad orientem Solem; inferior, ad meridiem ſpectat. Hoc latus tenet circiter millia paſſuum D: alterum vergit ad Hiſpaniam, atque occidentem Solem: quâ ex parte eſt Hibernia, dimidio minor, ut exiſtimatur, quàm Britannia, ſed pari ſpatio tranſmiſſus, atque ex Galliâ eſt in Britanniam. In hoc medio curſu eſt inſula, quæ appellatur Mona. Complures præterea minores

Cantium] Sub Rhutupiis Ptolemæus Cantium ponit promontorium; quod hodie Anglis *The Foreland*. Nomen hoc etiamnum manet in regione, quæ Saxonibus olim *Cantguarlant*, id eſt, *regio virorum Cantium incolentium*, & nunc incolis *Kent* dicitur. Etymon vocis procul dubio à *Cantir* deductum eſt, ſic in Scotia angulum ejuſmodi vocant. Itaque à ſitu nomen inditum; grandi enim angulo Britannia hic in ortum excurrit: & hoc eſt quod Cæſar ſubjungit, *ad orientem ſolem*. Idem.

Qua ex parte Hibernia, dimidio minor] Hibernia in Vergivio mari ſita; Orpheo, Ariſtoteli, & Claudiano *Ierna* dicta; Melæ & Juvenali *Iuverna*, Diodoro *Iris*; Euſtathio *Overnia* & *Bernia*; incolis *Erin*, Britannis *Yverdon*; Anglis *Ireland*. Nominis etymon latet; niſi forte ab *Hiere* Hibernica dictione, quæ illis occaſum ſonat. Plauſibilis certe conjectura; eſt enim totius Europæ regio in occaſum remotiſſima. Protenditur autem ab auſtro in aquilonem forma ovali: in longitudinem CCC mill. paſſ. in latitudinem CXX patet. Ab ortu mari turbido Hibernico Angliam disjunctam habet: ab occaſu Oceano occidentali, à ſeptentrione Deucaledonio, ab auſtro Vergivio alluitur. *Camdenus*. Plinius autem tradit Hiberniæ eandem latitudinem eſſe, quæ Britanniæ. Falſum hoc eſt; quà enim auſtrum & occidentem ſpectat Britannia, duplo latior eſt Hibernia: qua Scotiæ verſus ſeptentrionem jungitur, Hiberniæ latitudo major eſt. Alias ubique Britannia latior eſt Hibernia. *Montanus*.

Mona] Inſula hæc *Mona* Romanis dicta, Britannis *Mon* & *Tir mon*, id eſt, *Terra Mona*, & *Ynis Dowyl*, id eſt, *inſula opaca*, Angloſaxonibus priſcis *Moneg*, & tandem cum Angli juris ſui feciſſent *Engleſea*, & *Angleſey*, quaſi *Anglorum inſula* vocata, tenui freto *Menai* à Britanniæ continente diviſa, à reliquis partibus turbido illo Hibernico mari pulſata, forma jacet inæquali, qua longior ab ortu in occaſum XX mill.; qua latior, XVII porrecta. In orientali inſulæ parte eſt caſtrum fortiſſimum, & elegans urbs, opus Eduardi primi Angliæ regis, cui *Bello Mariſco*, vulgo *Beau-marish* nomen inditum. Boum & ovium multitudine (pro inſulæ magnitudine) clara, triticique ita abundans, ut ob fertilitatem dicatur *Mon mam Gymry*, id eſt, *Mona mater Cambriæ*. Incolæ Britannica utuntur lingua, Anglice penitus imperiti. Cæſar primus eſt, qui Monæ meminit, & poſt eum Plinius & Dion; ſed nihil præter nudum nomen in medium attulerunt. Tacitus, ab Agricola ſocero ſuo edoctus, plura communicavit. Ita ille inter alia de Monæ incolis: *Stabat pro litore diverſa acies, denſa armis viriſque, intercurſantibus fœminis, in modum Furiarum, veſte ferali, crinibus dejectis, faces præferebant, Druidæque circum preces diras ſublatis ad cælum manibus fundentes.* Humfredus Lhuyd.

res objectæ inſulæ exiſtimantur: de quibus inſulis nonnulli ſcripſerunt, dies continuos XXX ſub bruma eſſe noctem. Nos nihil de eô percunctationibus reperiebamus, niſi certis ex aquâ menſuris, breviores eſſe noctes, quàm in continente, videbamus. Hujus eſt longitudo lateris, ut fert illorum opinio, DCC millium paſſuum. Tertium eſt contra Septentrionem: cui parti nulla eſt objecta terra: ſed ejus angulus lateris maximè ad Germaniam ſpectat. Huic millia paſſuum DCC in longitudinem eſſe exiſtimatur. Ita omnis inſula eſt in circuitu vicies centena millia paſſuum. Ex his omnibus longè ſunt humaniſſimi, qui

Minores objectæ inſulæ] Ita eſt, in medio illo curſu inter Britanniam & Hiberniam, jacet *Monæda* Ptolemæo, quaſi *Mon-eitha*, id eſt (ſi conjectare fas) *Mona remotior*, Anglis *The Ile of Man:* ut & *Ila*, *Mula*, *Corray*, *Ailſe*, aliæque innumerabiles, valde exiguæ, & extra ſinum confertiſſimæ illæ *Hebrides* ſeu *Ebudes* priſcis. *Montan.*

Dies continuos XXX *ſub bruma eſſe noctem*] Sicut ſub Æquatore, ubi ſphæra recta eſt, arcus dierum & noctium fere ſunt æquales, quia Horizon ſphæræ rectæ tranſit per polos mundi, ideo enim neceſſe eſt, ut omnes circulos dierum naturalium dividat in duas partes æquales. Ita etiam, quo ſphæra obliquior eſt, eo magis inæquales dies & noctes habet: & ſole quidem in ſignis auſtralibus verſante, & præcipue in Capricorno, breviſſimum diem habent, qui in Arcton habitant, imo & quidam nullum: prout Æquator iis minus aut magis ſupra Horizontem elevatur. Quibus autem Æquator idem eſt cum Horizonte, totum annum dividunt in unum diem & unam noctem. Optimam etiam hujus inæqualitatis rationem dat *Ioannes de Sacro Buſto:* verba ejus ſunt: Illis quorum Zenith eſt inter circulum Arcticum, & polum mundi Arcticum, contingit, quod Horizon illorum interſecat Zodiacum in duobus punctis æque diſtantibus à principio Cancri. Et in revolutione firmamenti contingit, quod illa portio Zodiaci intercepta ſemper relinquitur ſupra Horizontem. Unde patet, quod quamdiu ſol eſt in illa portione intercepta, erit unus dies continuus ſine nocte. Ergo ſi illa portio fuerit ad quantitatem unius ſigni, erit ibi dies continuus unius menſis, ſine nocte: ad quantitatem vero duorum ſignorum erit duorum menſium, &c. *Montan.*

Certis ex aqua menſuris] Utebantur veteres horologio aqueo, clepſydramque vocabant. Clepſydra autem ejus aquæ menſura eſt, quæ vel horam, vel dimidium horæ, vel duas, pluresve metitur. Quod vero de brevioribus noctibus ſubjungat, notiſſimum eſt, ſolem ſub ſignis borealibus verſantem, eo longiores dies efficere brevioreſque noctes, quo terra aliqua vicinior polo ſita eſt. Ita Gallia æſtate longiores noctes habet, quàm Anglia, & hæc quàm Scotia, & ſic porro, quo tractus quis propior polo ſubjacet. *Idem.*

In circuitu vicies centena millia] Veteres aliam & aliam Britanniæ dimenſionem tradunt; & plerique falſam. Inter recentiores optime ita accuratiſſimus Camdenus: A Tarviſio per occaſum ad Belerium plus minus DCCCXII mill. paſſ. Britannia numerat, inde converſa fronte litoris in Auſtrum ad

qui Cantium incolunt: quæ regio eſt maritima omnis, neque multum à Gallicâ differunt conſuetudine. Interiores plerique frumenta non ſerunt: ſed lacte & carne vivunt: pellibuſque ſunt veſtiti: omnes verò ſe Britanni vitro inficiunt, quod cæruleum efficit colorem: atque hoc horribiliori ſunt in pugna adſpectu: capilloque ſunt promiſſo; atque omni parte corporis rasâ, præter caput, & labrum ſuperius. Uxores habent deni duodenique inter ſe communes, & maximè fratres cum fratribus, & parentes cum liberis. Sed ſi qui ſunt ex his nati, eorum habentur liberi, à quibus primum virgines quæque ductæ ſunt. Equites hoſtium eſſèdariique acriter prælio cum equitatu noſtro in itinere conflixerunt; ita tamen, ut noſtri omnibus partibus ſuperiores fuerint, atque eos in ſilvas colleſque compulerint. Sed compluribus interfectis, cupidius inſecuti nonnullos ex ſuis amiſerunt. At illi, intermiſſô ſpatiô, imprudentibus noſtris atque occupatis in munitione caſtrorum, ſubito ſe ex ſilvis ejecerunt; impetuque in eos factô, qui erant in ſtatione pro caſtris collocati, acriter pugnaverunt, duabuſque

ad Cantium CCCXX mill. paſſ. Hinc ſecundum Germanicum mare per DCCIV mill. paſſ. ad Traviſium protenditur: ut hac ratione totius inſulæ ambitus MDCCCXXXVI millia colligat. Quæ menſura ut Plinii multo, ſic etiam Cæſaris aliquanto minor. *Montan.*

Se Britanni vitro inficiunt] Mira eſt hoc loco & lectionum veterum codicum, & interpretum varietas. Alii legunt *nitro*, alii *luteo*, alii *glauco*, alii *ultro*, alii *glaſto*: quod poſtremum recipiendum, niſi quod immutandum paulo, & pro *glaſto*, *guaſto* reponendum. *Montan.* Hodie adhuc illa herba vocatur *gueſdum*, quod ex illo antiquo Gallorum vocabulo leniter eſt inflexum. Plinius plantagini ſimile eſſe dicit; Dioſcorides lapatho ſilveſtri, niſi quod folia habet plura & nigriora. Igitur quæ Græcis ἰσάτις, Latinis vitrum, & vitrum nempe, quia vitreo colore tingit, priſciſque Gallis *Guaſtum*, Arabibus *Nil* dicitur. *Salmaſius.*

Capilloque ſunt promiſſo.] *Promiſſus capillus, dicitur longus, item barba promiſſa, velut porro miſſa.* Feſtus.

Uxores habent deni duodenique inter ſe] Tacitus ait, *prope ſolos barbarorum Germanos ſingulis uxoribus contentos eſſe. Certe affectus conjugalis in plures fœminas dividi non debet.*

A quibus primum virgines] Quid autem ſi plures una pepererit? cujus erit ſecundus, aut tertius, aut quartus? Sane ex verbis Cæſaris reſponderet aliquis, fore omnium communem: & hanc eſſe Platonicam confuſionem. *Hotoman.*

Intermiſſo ſpatio] De *intermiſſo* temporis *ſpatio*, non loci aut campi, intelligendum putem. *Glarean.*

Atque

que miſſis ſubſidio cohortibus à Cæſare, atque his primis legionum duarum; quum hæ, intermiſſô perexiguô loci ſpatiô, inter ſe conſtitiſſent, novô genere pugnæ perterritis noſtris, per medios audaciſſime proruperunt, ſeque inde incolumes receperunt. Eô die Q. Laberius Durus tribunus mil. interficitur. Illi, pluribus ſubmiſſis cohortibus, repelluntur. Totô hôc in genere pugnæ quum ſub oculis omnium, ac pro caſtris dimicaretur, intellectum eſt, noſtros, propter gravitatem armorum, quod neque inſequi cedentes poſſent, neque ab ſignis diſcedere auderent, minus aptos eſſe ad hujus generis hoſtem; equites autem magnô cum periculô dimicare, propterea quod illi etiam conſulto plerumque cederent; &, quum paullulum ab legionibus noſtros removiſſent, ex eſſedis deſilirent, & pedibus diſpari prælio contenderent. Equeſtris autem prælii ratio, & cedentibus & inſequentibus, par atque idem periculum inferebat. Accedebat huc, ut, numquam conferti, ſed rari, magniſque intervallis præliarentur, ſtationeſque diſpoſitas haberent, atque alios alii deinceps exciperent, integrique & recentes defatigatis ſuccederent. Poſtero die procul à caſtris hoſtes in collibus conſtiterunt, rarique ſe oſtendere, & lentius, quàm pridie, noſtros equites prælio laceſſere cœperunt. Sed meridie, quum Cæſar pabulandi cauſſâ III legiones, atque omnem equitatum cum C. Trebonio legato miſiſſet, repente ex omnibus partibus ad

Atque his primis legionum] *Primæ cohortes legionum* erant millenariæ, cum cæteræ forent quingenariæ. *Gland.*

Equeſtris autem prælii ratio] Hæc verba ſi ad priora comparabis, oppido obſcura ſunt. neſcias enim de quibuſnam loquatur, Romaniſne, an hoſtibus, an de utriſque. *Glarean.*

C. Trebonio legato] Hic eſt ille Trebonius, qui Tribunus plebis legem conſcripſit: qua Craſſo Syria cum vicinis regionibus, Pompeio Hiſpaniæ ad quinquennium aſſignabantur. Qui poſtea militum Cæſaris in Hiſpania præfectus, annoque ab U. C. DCCIX conſul cum Fabio ab eodem Cæſare factus eſt. Tantis tamen beneficiis affectus, inter Cæſaris percuſſores inventus fuit. At ingratus eodem anno pœnas dedit. Smyrnâ enim à Dolabella occupatâ (degebat forte ibi) Trebonius interfectus eſt, caputque ejus ad ſtatuam Cæſaris projectum. Erat autem ex Trebonia gente conſulari; quam

ad pabulatores advolaverunt, ſic uti ab ſignis legionibuſq; non abſiſterent. Noſtri, acriter in eos impetu facto, repulerunt: neq; finem inſequendi fecerunt, quoad ſubſidio confiſi equites, quum poſt ſe legiones viderent, præcipites hoſtes egerunt: magnôque eorum numerô interfectô, neque ſui colligendi neque conſiſtendi aut ex eſſedis deſiliendi facultatem dederunt. Ex hâc fugâ protinus, quæ undique convenerant, auxilia diſceſſerunt; neque poſt id tempus umquam ſummis nobiſcum copiis hoſtes contenderunt. Cæſar, cognitô conſiliô eorum, ad flumen Tameſim, in fines Caſſivellauni exercitum duxit: quod flumen unô omnino locô pedibus, atque hoc ægrè tranſiri poteſt. Eò quum veniſſet, animadvertit, ad alteram fluminis ripam magnas eſſe copias hoſtium inſtructas. Ripa autem erat acutis ſudibus præfixis munita: ejuſdemque generis ſub aquâ defixæ ſudes flumine tegebantur. Iis rebus cognitis à captivis perfugiſque, Cæſar, præmiſſò equitatu, confeſtim

quam Aſperorum, Criſporum, Flavorum cognomina habuiſſe auctores tradunt. Meminerunt Trebonii fragmenta faſtorum Capitolinorum.

C. TREBONIUS. C. F. MORTUUS. EST. IN. EJUS. LOCUM. FACTUS. C. CANINIUS. C. F. C. N.

Ad noſtrum vero Trebonium exſtant epiſtolæ Ciceronis in libris ad familiares diverſis locis. *Montan.*

Caſſivellauni] Caſſivellaunus ita dictus eſt, quaſi Caſſiorum princeps: Caſſiis enim cum imperio præerat. Id ni eſſet, cur hunc Caſſivellaunum Dio vocat *Suellan*, pro *Vellan*, & Ninnius Britannus non Caſſibellinum, ſed Bellinum, quaſi illud eſſet proprium vel viri vel dignitatis nomen? Nec novum videatur ſi principes olim à ſua gente nomina ſortiti fuerint. Catti in Germania ſuum Cattimarum, Teutones ſuum Teutomarum & Teutobochum, Daci Dacebalum, Gotti Gottiſonem habuerunt. Et quid impedit quo minus noſtri Caſſii ſuum Caſſibellinum habuerint? Cum Bellinus protritum fuerit in hâc inſulâ nomen, & nonnulli putarint *Cinobellinum*, qui inter Icenos regnavit, quaſi Icenorum Bellinum fuiſſe nuncupatum. *Camdenus.*

Quod flumen uno omnino loco pedibus] Ille locus hodie eſt, ubi fluviolus *Wey* duplici oſtio in Tamiſim exoneratur, ubi & regiæ ædes *Otelandes* ſatis elegantes in vivario conſpiciuntur: juxta has enim Cæſar Tamiſim in fines Caſſivellauni tranſmiſit. Hic unus omnino locus erat, quo Tamiſis pedibus tranſiri poterat, atque hoc ægrè. Quâ in re falſus eſſe non poſſum, cum hic vix ſex pedes flumen ſit altum, locuſq; ab acutis ſudibus, quod ſubjungit Cæſar, hodie dicatur *Cowayſtakes*; cumque Caſſivellauni fines, a mari quod orientalem Cantii partem alluit, ubi ille terram conſcendit, circiter millia paſſ. LXXX faciat Cæſar, ubi trajectum ſtatuit, & ad eandem ſit à mari diſtantiam hic noſter trajectus. *Camdenus.*

Ripa erat ſudibus acutis] Beda, qui fate-

feſtim legiones ſubſequi juſſit : ſed ea celeritate , atque impetu milites ierunt , quum capite ſolo ex aquâ exſtarent, ut hoſtes impetum legionum atque equitum ſuſtinere non poſſent, ripaſque dimitterent, ac ſe fugæ mandarent. Caſſivellaunus , ut ſupra demonſtravimus, omni ſpe depoſitâ contentionis, dimiſſis amplioribus copiis, millibus circiter IV eſſedariorum retentis , itinera noſtra ſervabat ; paullulumque ex viâ excedebat, lociſque impeditis atque ſilveſtribus ſeſe occultabat : atque iis regionibus, quibus nos iter facturos cognoverat, pecora atque homines ex agris in ſilvas compellebat : &, quum equitatus noſter liberius, vaſtandi prædandique cauſſa, ſe in agros effunderet, omnibus viis notis ſemitiſque eſſedarios ex ſilvis emittebat ; &, magnô cum periculô noſtrorum equitum cum iis confligebat ; atque hôc metu latius vagari prohibebat. Relinquebatur, ut neque longius ab agmine legionum diſcedi Cæſar pateretur , & tantùm in agris vaſtandis incendiiſque faciendis hoſtibus noceretur , quantum labore atque itinere legionarii milites efficere poterant. Interim Trinobantes, prope firmiſſima earum regionum civitas, ex quâ Mandubratius adoleſcens, Cæſaris fidem ſecutus, ad eum in continentem (Galliam) venerat; cujus pater Imanuentius in eâ civitate regnum obtinuerat , interfectuſque erat à Caſſivellauno , ipſe fugâ mortem vitaverat , legatos ad Cæſarem mittunt : pollicenturque ſeſe ei dedituros , & imperata facturos : petunt, ut Mandubratium ab injuriâ Caſſivellauni defendat ; atque in civitatem mittat, qui præſit imperiumque obtineat. His Cæſar imperat obſides XL, frumentumque exercitui : Mandubratiumq; ad eos mittit. Illi imperata celeriter fecerunt: obſides ad numerum, frumentumq; miſerunt. Trinobantibus defen-

fatetur ſe Angloſaxonem eſſe, harum ſudium veſtigia etiamnum ſuâ ætate ſuperfuiſſe ſcribit, ſingulis humani femoris magnitudine, ac plumbo circumfuſis. Vixit autem Beda circa annum nati Chriſti DCC. *Glandorp.*

Trinobantes] Hi Ptolemæo & Tacito *Trinoantes*, in illis regionibus habitarunt,

deſenſis, atque ab omni militum injuriâ prohibitis, Cenimagni, Segontiaci, Ancalites, Bibroci, Caſſi, legationibus miſſis, ſeſe Cæſari dediderunt. Ab his cognoſcit non longè ex locô opidum Caſſivellauni abeſſe, ſilvis paludibuſque munitum, quò ſatis magnus hominum pecoriſque numerus convenerit. Opidum autem Britanni vocant, quum ſilvas impeditas vallô atque foſsâ munierunt, quò, incurſionis hoſtium vitandæ cauſſa, conve-

tarunt, quæ nunc mutato nomine *Midleſex* & *Eſſex* vulgo appellantur. Unde verò vetuſtum illud nomen, ne ariolari quidem auſim, niſi ſit è Britannico *Trenant*, quod *opida in valle* ſonat. In vallem enim hæc regio quaſi tota ſubſidet ad Tamiſim. *Camdenus.*

Cenimagni] Regionem Trinobantibus proximam, quæ poſtea *Eaſt-anglia* dicta, & Suffolciam, Norfolciam, Cantabrigienſemque agrum, cum Huntingdonenſi complectitur, occuparunt olim *Iceni*: quos confuſo vocabulo *Cenimagnos* fuiſſe dictos, ut exiſtimarem, fecit ipſa arctiſſima affinitas, & Taciti & Cæſaris conſenſus. Hic enim Cenimagnos ſe Romanis dedidiſſe ſcribit, quod item Icenos feciſſe memorat Tacitus. Sed quod maximum, in libro manuſcripto pro *Cenimagni*, Ceni Agni diviſo vocabulo concipitur, pro quibus *Iceni Regni* ſubſtituerim ego. Nec alicubi ſanè Cenimagnos in Britannia comperias, ſi à Regnis & Icenis diverſi fuerint. Cæterùm Iceni nominis hoc in tractu reliqua ſunt veſtigia plurima, ut *Ikenſworth*, *Ikenthoope*, *Ikborrow*. Quæ nominis ſit ratio, conjectare non auſim, niſi quis à cuneatâ regionis formâ deducat, & in modum cunei Oceano incumbere dicat. Cuneum enim ſuo idiomate *Iken* vocant Britanni. *Idem.*

Segontiaci] Fuerunt populi Britanniæ apud Belgas, in tractu *Holeshot* nunc dicto: in quo cernuntur *Aultun* forum, & *Baſingſtoke* forum non infrequens. *Idem.*

Ancalites] Tenuerunt regionem *de Henley*, quam collibus ſurgentem, & ſilvis denſam, Tamiſis magno circumducto ambitu & in ſe fere reflectens, amplectitur. *Idem.*

Bibroci] Nominis hujus reliquiæ clariſſimæ ſuperſunt in opido *Bray*: à quo haud procul Cæſar Tamiſim cum ſuis tranſmiſit. *Idem.*

Caſſi] Nomen hoc unde populus hic induerit, mihi minime compertum, niſi forte à bellicâ virtute. Servius enim honoratos viros bello ſtrenuos antiquis Gallis (qui eâdem cum Britannis linguâ uſi) *Geſſos* dictos prodit. Bellicâ autem laude hos floruiſſe manifeſtum eſt; continentia enim bella cum vicinis geſſerant, & imperium ſuum ac nomen longe lateque protulerant. Uniformi autem *Caſſiorum*, ſive *Cattiduchlanorum*, ſive *Cattidudanorum*, ſive *Cathicludanorum*, ſive *Cattuellanorum*, (diverſimodè enim nomen hoc apud autores ſcriptum invenitur) appellatione inſigniti erant, qui nunc tres agros ſive Comitatus occupant: ſcilicet *Buckinghamshire*, *Bedfordshire* & *Hertfordshire*. Nominis reliquiæ etiamnum in regiunculâ, hôc tractu non minima, *Caishow* manet. *Idem.*

Opidum autem Britanni vocant] Ita de eorum opidis Strabo: *Urbium loco ipſis ſunt nemora. Arboribus enim dejectis, ubi amplum circulum ſepierunt, ipſi caſas ibidem ſibi ponunt, & pecori ſtabula condunt, ad uſum quidem non longi temporis.* Iſtiuſmodi fere opida & domos Germanos etiam habuiſſe teſtatur Hero-

venire conſueverunt. Eò proficiſcitur cum legionibus: locum reperit egregiè naturâ atque opere munitum: tamen hunc duabus ex partibus oppugnare contendit. Hoſtes paulliſper morati militum noſtrorum impetum non tulerunt; ſeſeque ex aliâ parte opidi ejecerunt. Magnus ibi numerus pecoris repertus: multiq; in fugâ ſunt comprehenſi atque interfecti. Dum hæc in his locis geruntur, Caſſivellaunus ad Cantium, quod eſſe ad mare ſupra demonſtravimus, quibus regionibus IV reges præerant, Cingetorix, Carnilius, Taximagulus, Segonax, nuntios mittit: atque his imperat; ut, coactis omnibus copiis, caſtra navalia de improviſo adoriantur, atque oppugnent. Hi quum ad caſtra veniſſent, noſtri, eruptione factâ, multis eorum interfectis, captô etiam nobili duce Lugotorige, ſuos incolumes reduxerunt. Caſſivellaunus, hôc præliô nuntiatô, tot detrimentis acceptis, vaſtatis finibus, maximè etiam permotus defectione civitatum, legatos per Atrebatem Comium de deditione ad Cæſarem mittit. Cæſar, quum ſtatuiſſet hiemem in continente propter repentinos Galliæ motus agere, neque multum æſtatis ſupereſſet, atque id facile extrahi poſſè intelligeret, obſides imperat: &, quid in annos ſingulos vectigalis populo Romano Britannia penderet, conſtituit.

Herodianus: *Sunt urbes*, inquit, *ædificiaque Germanorum incendiis maxime idonea. Rara enim apud hos ſtructura è lapide, & lateribus coctilibus: denſiſque potius ſilvis, quarum confixis coagmentatiſque lignis, quadam quaſi tabernacula ædificant.* Montan.

Per Atrebatem Comium] At hic in exercitu Cæſaris erat anno ſuperiore, à Britannis remiſſus. Prius ergo Comium fide publicâ evocarant, & ejus operâ in hac compoſitione uſi erant. *Hotoman.*

Vectigalis populo R. Britannia] Jugum Romanorum Britannia diu tulit: aliquando etiam rebellis, & aliquando à Cæſaribus neglecta, Quadringenteſimo autem ſeptuageſimo ſexto à Cæſaris ingreſſu anno, regnante Valentiniano tertio, cum Romani tranſvectis copiis ad defendendam Galliam, theſauriſque defoſſis, Britanniam crebris delectibus exhauſtam, Pictorum Scotorumque immanitati relinquerent. Poſtquam illa ſe aliquamdiu ſuis viribus tutata eſſet; at impar tamen hoſtibus, è proximis Germaniæ litoribus ad ſtipendia Saxones evocavit. Hi Scotos Pictoſque præliis aliquot repreſſerunt; ſed victores, in ipſos Britannos converſi, victos in gentem, leges, nomen linguamque aſſumſerunt. Ubi jam

uit. Interdicit atque imperat Caſſivellauno, ne Mandubratio neu Trinobantibus noceat. Obſidibus acceptis, exercitum reducit ad mare; naves invenit refectas. His deductis, quod & captivorum magnum numerum habebat, & nonnullæ tempeſtate deperierant naves, duobus commeatibus exercitum reportare conſtituit. Ac ſic accidit, ut, ex tanto navium numero, tot navigationibus, neque hôc, neque ſuperiore annô ulla omnino navis, quæ milites portaret, deſideraretur. At ex iis, quæ inanes ex continente ad eum remitterentur, & prioris commeatus expoſitis militibus, & quas poſtea Labienus faciendas curaverat numero LX, perpaucæ locum caperent; reliquæ fere omnes rejicerentur: quas quum aliquamdiu Cæſar fruſtra expectâſſet, ne anni tempore navigatione excluderetur; quod æquinoctium ſuberat, neceſſariò anguſtius milites collocavit, ac ſummam tranquillitatem conſecutus, ſecundâ initâ quum ſolviſſet vigiliâ, primâ luce terram attigit, omneſque incolumes naves perduxit. Subductis navibus, conciliôque Gallorum Samarobrivæ peractô, quod eô annô fru-

im pedem in nova poſſeſſione firmaſſent, heptarchiam conſtituerunt, in quâ tamen qui plurimum poterat, Rex Cantis Anglorum dicebatur. Tandem autem ſeptem hæc regna ad unum regem devoluta ſunt. Et primus quidem Monarcha Adulphus ſive Ethelwulffus ſub Leone IV vicenos denarios ex ſingulis laribus pendendos Romano Pontifici cenſuit quotannis, ut & decimas omnium fructuum Virgini matri: cùm ante illum Ivo Pontifici Angliam tributariam feciſſet, à Romanorum vectigalibus jam liberam, & denos denarios obtuliſſet. Tandem etiam Joannes, Richardi filius, Regnum Angliæ & Hiberniæ Romanæ Eccleſiæ cum omni ſuo jure conceſſit, proque dictis regnis Innocentio III homagium fecit: illud adjiciens, ut ſingulis annis ſeptuaginta marcas auri ſolveret. Ita, poſtquam Romanorum jugum excuſſerat, Britannia Romano Pontifici vectigalem ſe ſtultâ liberalitate fecit. *Montanus.*

Duobus commeatibus exercitum reportare] *Commeatum* vocabant, ut rectè Beroaldus, cùm plures unà naves aliquò appuliſſent. Græcis πορθμικὸς στόλος, ut ex veteri inſcriptione docet Caſaubonus ad Suetonium. *Reportare* autem exercitum dixit Cæſar, ut *portare* Saluſt. Jugur. non ſemel. *Brantius.*

Samarobrivæ] In variis Cæſaris exemplaribus nomen hoc variè legitur, nam & *Samarobriga*, & *Samarobrina* habetur. Ptolemæo Σαμαρόβριγα, eſt caput gentis Ambianorum; in Antonini itinerario bis *Samarabriva.* Genuina verò lectio eſt *Samarobriga*; quod nomen haud dubie à ſitu traxit; quaſi dicas *pontem Samaræ.* *Brigam* enim pontem ſignificâſſe apud veteres Celtas,

frumentum in Galliâ, propter ſiccitates, anguſtius provenerat; coactus eſt aliter, ac ſuperioribus annis, exercitum in hibernis collocare, legioneſque in plures civitates diſtribuere: ex quibus unam in Morinos ducendam C. Fabio legato dedit; alteram in Nervios Q. Ciceroni: tertiam in Eſſuos L. Roſcio: quartam in Rhemis cum

quem nunc Superiores Germani *eine brucke*, inferiores *Brugge*, Pruſſii *brigge* dicunt, ex eo liquet, quod omnia opida per Galliam pariter ac Hiſpaniam & alias regiones, in *Briga*, vel *brikke*, vel *brige* deſinentia ad fluminum ripas poſita ſint. De ſitu verò Samarobrigæ multum inter ſe multi diſceptârunt. Rectiſſima eorum ſententia, qui eam interpretantur urbem, quæ totius Picardiæ caput vulgari vocabulo dicitur *Amiens*. Quippe, ut alia per Galliam gentium capita, poſteriori ſeculo, propriis & antiquis vocabulis depoſitis, ipſarum gentium nominibus fuere appellata, ſic hæc quoque urbs Marcellino & Antonino in itinerario dicitur *Ambiani*. Hinc hodieque detorto vocabulo vocatur *Amiens*, quaſi *les Ambiens*, id eſt, *Ambiani*. Cluverius. Porro Ambiani facillimè ſe dediderunt, ab omnibus deinceps in Romanos conſpirationibus pene integri: niſi quod univerſali Gallorum in Cæſarem conjuratione Comio Atrebati & Corbeo Bellovaco (de quo poſtea) arma ſociârunt. Poſterioribus Imperatoribus Conſtantino, Conſtantio, Juliano, Valentiniano, Gratiano, Theodoſio domicilium præbuere: ut Ammianus tradit, qui in Galliarum deſcriptione Ambianos urbem inter alias eminentem vocat. *Divæus*.

In Morinos] De iis ante.

C. Fabio] Hic eſt qui poſtea bello civili, Cæſare in Maſſiliæ oppugnatione diſtricto, ab illo in Hiſpaniam præmiſſus, præſidia L. Afranii Pyrenæo ſaltu dejecit. Fuit autem ex gente Fabiâ, patriciâ majorum gentium, admodum antiquâ, & ab Aboriginibus primis Latii populis oriunda. Imo autorem gentis Fabiæ (à fabis ſic dicta eſt) Herculem fuiſſe ferunt. *Montan.*

In Nervios] De iis ante.

Q. Ciceroni] Quintus hic, M. Ciceronis frater fuit, qui poſtea ab Antonio proſcriptus & quæſitus, à filio occultatus eſt: & ſervari poterat, ſi voluiſſet: nón enim inveniebatur. Sed quum filius in quæſtionem adductus, omnibus tormentis interrogaretur, quo loco patrem occultâſſet, nihil enuntiavit. Quintus, re cognitâ, miratus ſimul & miſeratus filium, ultro in publicum prodiit, ac ſe occiſoribus exhibuit. Et ita vir ille periit: qui ex Tulliâ gente, quæ non à tullis, ut quidam volunt, id eſt, aquæductibus, ſed à Tullo Volſcorum rege originem trahit. Hinc Silius:

Tullius æratas raptabat in agmina turmas.
Regia progenies, & Tullo ſanguis ab alto.

Gens autem Tullia, præter familiam Ciceronum, etiam habuit Longorum, Cimborum, Ruforum, Seneciorum, Fabianorum, & Montanorum. Nomen Ciceronis, teſte Varrone, à ſerendis ciceribus. *Montanus.*

In Eſſuos] Eorum ſedes, ubi hodie illa Picardiæ portio, quæ *Tiraſcha*, quaſi, ut Bovillus cum aliis opinatur, *Terra Eſſuorum*. Alii Eſſuos ponunt ubi nunc *Retelois*: alii ubi *Beſſin* prope Baiocaſſes, *Baieux*. Divæus comitatum *d'Eu* putat. Hubertus Leodius tradit illos *Æthum* Hannoniæ opidum occupare: ſic quot capita, tot ſententiæ incertiores nos relinquunt. *Merula.*

L. Roſcio] Roſcius hic erat, qui poſtea

cum T. Labieno in confinio Trevirorum, hiemare juſſit. Tres in Belgio collocavit: his M. Craſſum quæſtorem, & L. Munatium Plancum, & C. Trebonium legatos præfecit. Unam legionem, quam proximè trans Padum conſcripſe-

ea legatus Pompeii ad Cæſarem miſſus eſt; ut mediocribus conditionibus pacem componeret. *Montan.*

In Rhemis] De his ante.

Tres in Belgio] *Belgii* vocabulum plerique ſeculi noſtri ſcriptores, pro univerſæ *Belgicæ* nomine accipiunt, ingenti errore. Morinos enim, Nervios, Rhemos, Eburones, fuiſſe Belgas; extra controverſiam eſt. In harum ergo gentium finibus quum legiones quatuor collocaverit Cæſar, in *Belgica* collocâſſe eas, certò ſequitur. Separatim autem ſive privatim tres alias legiones in *Belgio* ſe locâſſe affirmat. Quod ſi *Belgium* idem fuiſſet, quod *Belgica*, cur tres iſtas legiones magis in *Belgio* ſe locâſſe memoraret, quam IV reliquas? certè in eâdem regione, in eodemque regionis nomine omnes pariter collocatæ fuiſſent: nec opus habuiſſent hâc diſtinctione. Igitur Belgium aliud, quam Belgica. Opidum id fuiſſe, videtur Glareano; quod falſiſſimum. Regio certe fuit, ſed quo tractu? infra patet, ubi de obſidione caſtrorum Ciceronis ſic ait: *Cæſar acceptis literis, circiter horâ undecimâ diei ſtatim nuntium in Bellovacos, ad M. Craſſum quæſtorem mittit; cujus hiberna aberant ab eo millia paſſuum* XXV. Ecce, Craſſum in Belgio collocat, & hic jam in Bellovacis. Itaque Bellovaci Belgium incoluerunt, & ſedes Bellovacorum appellata fuit Belgium. Quod etiam ex finium circumſcriptione liquidius apparet. Belgio autem ab occidente brumali Sequana terminus conſtituitur: à Septentrione Ambiani, Samarâ amne ad Oceanum uſque disjuncti: ab oriente brumali conterminos habuit Sueſſones & Rhemos, pro limite ago lineam ab opido *Bray* ad opidum *Verneuil*, cæteræ Belgii partes litori adjacent. Atque hi veri Cæſariani Belgii fines. *Cluverius.*

M. Craſſum] Hic Marcus, eſt Marci illius Craſſi Filius, qui apud Parthos periit, Fraterque Publii, qui & ibidem fortiter pugnando occubuit; de quibus ſuperius actum. Etiam & hic bello civili cæſus eſt. *Montan.*

L. Munatium Plancum] Munatia gens Plancorum & Ruforum familiam habuit. Exſtat Caietæ Munatii vetus inſcriptio:

L. MUNATIUS. C. F. L. N. PRO.
PLANCUS. COS. IMP.
ITER. VII. VIR. EPULON. TRIUMPH.
EX. RÆTIS. ÆDEM. SATURNI.
FECIT. DE. MANUBIIS. AGROS. DIVISIT. IN ITALIA.
BENEVENTI. IN. GALLIA. COLONIAS. DEDUXIT.
LUGDUNUM. ET. RAURICUM.

F. Urſinus.

Trans Padum] Padus Latinis ſcriptoribus, ita dictus eſt, quod, notante apud Plinium Metrodoro Sceptio, circa ejus fontem arbor multa ſit picea, quæ *Pades* Gallicè: Ἠριδανὸς olim Græcis Poëtiſque: hodie Italis *Po.* Pater ejus eſt mons *Veſus*, antiquis omnibus *Veſulus.* In finibus Ligurum Gabienorum *fonte* profluit, ut Plinius notat, *viſendo*; non qui proprio ſic nomine, ut Leander putat, dictus, ſed qui viſu dignus & mirabilis. Ex fonte ſuo nulli amnium claritate inferior profluens, per anguſtas & confragoſas rupes, & artas ſcopuloſi montis convalles præcipitat, tantâque vi prorumpit, ut ſummam habeat admirationem. *Merula.* Augent ipſum vehementer, præter ipſa flumina, liquatæ nives, idque circa canis ortum, nec, cum maximè intumuit, tam navigiis eſt infeſtus, quam agris: quo fit, ut per-

ſcripſerat, & cohortes v in Eburones, quorum pars maxima eſt inter Moſam & Rhenum, qui ſub imperio Ambiorigis & Cativulci erant, miſit. His militibus Q. Titurium Sabinum & L. Arunculeium Cottam legatos præeſſe juſſit. Ad hunc modum diſtributis legionibus, facillimè inopiæ frumentariæ ſeſe mederi poſſe exiſtimavit: atque harum tamen omnium legionum hiberna (præter eam, quam L. Roſcio in pacatiſſimam & quietiſſimam partem ducendam dederat) millibus paſſuum c continebantur. Ipſe interea, quoad legiones collocâſſet, munitaque hiberna cognoviſſet, in Gallia morari conſtituit. Erat in Carnutibus ſummo loco natus Taſgetius; cujus majores in ſuâ civitate regnum obtinuerant. Huic Cæſar, pro ejus virtute atque in ſe benevolentiâ, quod in omnibus bellis ſingulari ejus operâ fuerat uſus, majorum locum reſtituerat. Tertium jam hunc an-

perpetuo accolarum labore utrimque aggeribus coërceatur. *Sabellicus.* Ita Padus multas alluens urbes ſeptem oſtiis, ut idem Sabellicus & Plinius notat, in Adriaticum mare ſe effundit. *Montan.* *Trans Padum* autem dicit Cæſar, id eſt, in Tranſpadanâ Italiâ, quæ *nona Italiæ regio* à Plinio lib. 3, cap. 17, recenſetur. *Padus* enim Togatam Galliam à Tranſpadana Italia disjungit: ut ex ſextâ Europæ tabulâ apud Ptolemæum apparet. *Rhellican.*

Eburones] Vid. pag. LXV.

Qui ſub imperio Ambiorigis] Uterque enim (ut ex VI lib. de bell. Gall. infra patet) dimidiæ partis Eburonum rex erat. *Idem.*

Millibus paſſuum c *continebantur*] Hæc non congruunt in Belgium, cujus fines mox deſcripti. Quippe ab Aduatucâ (quæ poſtea *Tungri*, nunc vulgo *Tongeren*) Eburonum caſtello, ubi erant hiberna Sabini & Cottæ, ad opidum *Crevecueur*, circa quod M. Craſſi hiberna XXV millibus paſſuum à Samarobriga Ambianorum, CLXXX circiter numerantur millia paſſuum. Verùm aut vocem hic poſt vocabulum *centum* interiiſſe dixerim, aut characterem alterum c (ſi characteribus numerus fuerit ſignatus) excidiſſe, vel per librarii incuriam neglectum. Ac facile equidem cc millia paſſ. ſcripſiſſe Cæſar potuit, plus minus æquo veræ diſtantiæ tribuendo. Attamen, ſi millia voluit eſſe Cæſar, crebro eum atque frequenti crimine damnandum cenſeo, quod computatio ejus raro aut ferme nunquam in longioribus locorum intervallis conveniat. *Cluverius.*

In Carnutibus] Carnuti Tibullo, *καρνῦτοι* Ptolomæo, Carnutæ Plinio, hodie *l'Eveſché de Chartres*, *le païs Chartrain.* Quidam eos ita dictos volunt à Græca voce *κάρυα*, quæ nucem ſignificat, ob ingentem nucum copiam, quam ea regio producit. Frequens Carnutum apud antiquos ſcriptores mentio, utpote apud quos locus dicatus annuis Druidum comitiis. *Merula.*

Ini-

annum regnantem inimici palam, multis etiam ex civitate auctoribus, interfecerunt. Defertur ea res ad Cæſarem, ille veritus, quod ad plures res pertinebat, ne civitas eorum impulſu deficeret, L. Plancum cum legione ex Belgio celeriter in Carnutes proficiſci jubet, ibique hiemare; quorumque operâ cognoverit Taſgetium interfectum, hos comprehenſos ad ſe mittere. Interim ab omnibus legatis quæſtoribuſque, quibus legiones tranſdiderat, certior factus eſt, in hiberna perventum, locumque hibernis eſſe munitum. Diebus circiter XV, quibus in hiberna ventum eſt, initium repentini tumultus ac defectionis ortum eſt ab Ambiorige & Cativulco: qui, quum ad fines regni ſui Sabino Cottæque præſto fuiſſent, frumentumque in hiberna comportaviſſent, Indutiomari Treviri nuntiis impulſi, ſuos concitaverunt; ſubitoque oppreſſis lignatoribus, magna manu caſtra oppugnatum venerunt. Quum celeriter noſtri arma cepiſſent, vallumque adſcendiſſent: atque, unâ ex parte Hiſpanis equitibus emiſſis, equeſtri prælio ſuperiores fuiſſent; deſperatâ re, hoſtes ſuos ab oppugnatione reduxerunt. Tum ſuô more conclamaverunt, uti aliqui ex noſtris ad colloquium prodirent: habere ſeſe quæ de re communi dicere vellent, quibus controverſias minui poſſe

Inimici palam interfecerunt] Habebant nempe veterum Gallorum civitates tunc etiam ſuos Brutos. *Idem.*

Legatis quæſtoribuſque] Cum unus eſſet tantum quæſtor in una provincia, & Cæſar unum tantum haberet, ut vidimus lib. IV, cum dixit: *conſilio cum legatis & quæſtore communicato*, videndum num hic legi debeat, *quæſtoreque*, & ita legitur in duobus codicibus manuſcriptis. *Hotoman.*

Quum celeriter noſtri arma cepiſſent] Locus hic, ubi Romanæ legiones in hibernis ab Ambiorige & Cativulco oppugnatæ ſunt, caſtellum fuit in mediis Eburonum finibus, nomine Atuatuca: ut Cæſar ipſe poſt innuit. *Montanus.*

Suo more conclamaverunt] Obſerva patrium Gallorum morem fuiſſe, clamore tanquam tubicine colloquium poſtulare. Niſi forte *ſuo more*, id eſt, per tubicinem, ut apud Hirt. lib. VIII: *Concilio repente cantu tubarum convocato conclamant.* Brant.

Quibus controverſias minui] *Minuere controverſias*, pro tollere & extinguere. Sic lib. VI: *Principes regionum inter ſuos jus dicunt, controverſiaſque minuunt.* Et Cicero, Academ. II: *Sed ut minuam controverſiam, videte, quæſo.* Hotoman.

poſſe ſperarent. Mittitur ad eos colloquendi cauſſa C. Arpinus eques Romanus familiaris Q. Titurii, Q. Junius ex Hiſpaniâ quidam, qui jam ante miſſu Cæſaris ad Ambiorigem ventitare conſueverat: apud quos Ambiorix in hunc modum locutus eſt. Seſe pro Cæſaris in ſe beneficiis plurimum ei confiteri debere, quod ejus operâ ſtipendiô liberatus eſſet, quod Atuaticis finitimis ſuis pendere conſuêſſet; quodque ei & filius, & fratris filius ab Cæſare remiſſi eſſent, quos Atuatici obſidum numero miſſos apud ſe in ſervitute & catenis tenuiſſent: neque id, quod fecerat de oppugnatione caſtrorum, aut judicio, aut voluntate ſuâ feciſſe, ſed coactu civitatis: ſuaque eſſe ejuſmodi imperia, ut non minus haberet in ſe juris multitudo, quàm ipſe in multitudinem. civitati porro hanc fuiſſe belli cauſſam, quod repentinæ Gallorum conjurationi reſiſtere non potuerit, id ſe facile ex humilitate ſuâ probare poſſe; quod non adeo ſit imperitus rerum, ut ſuis copiis populum Romanum ſe ſuperare poſſe confidat: ſed eſſe Galliæ commune conſilium; omnibus hibernis Cæſaris oppugnandis hunc eſſe

Pro Cæſaris in ſe beneficiis] Hæc Ambiorigis oratio generis ſuaſorii eſt. Legatis namque Cæſarianis perſuadere conatur, ſe cum Cæſari, tum ipſis bene velle. Utitur autem primùm argumento à gratitudine ſuâ erga Cæſarem pro acceptis beneficiis. Deinde per occupationem diluit id, quod ſibi ab adverſariis de caſtrorum oppugnatione objici poſſet: utiturque conjecturali argumento & criminis tranſlatione, dum culpam bellici ac hoſtilis motus in multitudinem transfert, & quando ait non veriſimile videri, ſe tantulis copiis adeo ingentem Romanorum exercitum aggredi, ne dicat conterere, in animum habuiſſe. His conjecturis præmiſſis, dolum ac mendacium ſubjungit, commune videlicet Gallorum decretum eſſe, uno die omnia Romanorum hiberna oppugnare, ad quod efficiendum ingentem Germanorum manum conductam eſſe. *Rhellican.*

Non minus haberet in ſe juris multitudo] Hanc veram & ſtabilem eſſe principatus formam multi diſputant. Nam aut vi, aut in invitos occupatus eſt, aut multitudinis voluntate delatus. Prior confeſſione omnium eſt Tyrannicus, alter certis legibus & conditionibus delatus: unde ultro citroque obligatio naſcitur. Ejuſmodi feudorum jura fuerunt, ut quibus de cauſis à vaſallo feudum, iiſdem à patrono amitteretur. *Hotoman.*

Humilitate ſua] Nota *humilitatem* non virtutem eſſe, quæ vulgo Modeſtia dicitur, ſed tenuitatem & infirmitatem. *Idem.* Ita & Hirt. de bello Afr. *Tiſdritanos propter humilitatem civitatis, certo numero frumenti multat.* Montan.

Ipſo-

eſſe dictum diem, ne qua legio alteri legioni ſubſidio venire poſſet: non facile Gallos Gallis negare potuiſſe; præſertim quum de recuperandâ communi libertate conſilium initum videretur: quibus quoniam pro pietate ſatisfecerit, habere ſe nunc rationem officii: pro beneficiis Cæſarem monere, orare Titurium pro hoſpitio, ut ſuæ ac militum ſaluti conſulat: magnam manum Germanorum conductam Rhenum tranſiſſe; hanc affore biduo: ipſorum eſſe conſilium, velintne prius, quam finitimi ſentiant, eductos ex hibernis milites aut ad Ciceronem, aut ad Labienum deducere, quorum alter millia paſſuum circiter L, alter paullo amplius abſit: illud ſe polliceri, & jurejurando confirmare, tutum ſe iter per fines ſuos daturum: quod quum faciat, & civitati ſeſe conſulere, quod hibernis levetur, & Cæſari pro ejus meritis gratiam referre. Hâc oratione habitâ diſcedit Ambiorix. C. Arpinius & Junius, quæ audierant, ad legatos deferunt. Illi repentinâ re perturbati; etſi ab hoſte ea dicebantur, non tamen negligenda exiſtimabant: maximéque hâc re permovebantur, quod civitatem ignobilem atque humilem Eburonum ſua ſponte populo Romano bellum facere auſam vix erat credendum. Itaque ad concilium rem deferunt: magnaque inter eos exiſtit controverſia. L. Aurunculeius, compluresque tribuni militum & primorum ordinum centuriones, nihil temere agendum, neque ex hibernis injuſſu Cæſaris diſce-

Ipſorum eſſe conſilium] Id eſt, licere illis conſilium capere, & deliberare, utrum malint. Sic Cicero: *Veſtrum jam conſilium eſt, quid vobis ſit faciendum.* Idem.

Ad Ciceronem, aut ad Labienum deducere, quorum alter millia L] Terna hæc caſtra tanquam in triquetrâ figurâ, æqualibus fere undique lateribus, fuerunt poſita. Sed monendum, Labieni hiberna à Cottæ longiùs quam L millia paſſuum fuiſſe remota, ut & Ciceronis ab iiſdem. De his ſuo loco latius. *Montan.*

Et primorum ordinum Centuriones] In concilium militare veniendi jus habebant primò omnium Legati & Tribuni; æquabaturque iis quâdam parte Primipilus. Hoc loco cum *primorum ordinum centuriones* dicit, intelliguntur Primipili, & cum iis primi Principes, & Haſtati. Interdum vero etiam omnes

diſcedendum exiſtimabant: quantaſvis magnas copias etiam Germanorum ſuſtineri poſſe, munitis hibernis, docebant: rem eſſe teſtimonio, quod primum hoſtium impetum, multis ultro vulneribus illatis, fortiſſimè ſuſtinuerint: re frumentaria non premi: interea & ex proximis hibernis, & à Cæſare conventura ſubſidia: poſtremo quid eſſe levius aut turpius, quàm auctore hoſte de ſummis rebus capere conſilium? Contra ea Titurius, ſero facturos clamitabat, quum majores manus hoſtium, adjunctis Germanis, conveniſſent, aut quum aliquid calamitatis in proximis hibernis eſſet acceptum: brevem conſulendi eſſe occaſionem. Cæſarem arbitrari profectum in Italiam: nec aliter Carnutos interficiendi Taſgetii conſilium fuiſſe capturos, neque Eburones, ſi ille adeſſet, tantâ cum contemptione noſtri ad caſtra venturos eſſe: non hoſtem auctorem, ſed rem, ſpectare: ſubeſſe Rhenum; magno eſſe Germanis dolori Arioviſti mortem, & ſuperiores noſtras victorias: ardere Galliam tot contumeliis acceptis ſub populi Romani imperium redactam, ſuperiore gloriâ rei militaris extinctâ: poſtremo

Centuriones advocati ſunt in Concilium; at id pro tempore magis & arbitrio imperatoris. *Montan.*

Quantaſvis magnas] Sic omnes libri habent. Uſitatum tamen puto, *quantumvis magnas*, vel *quantaſvis copias.* Hotoman.

Vltro vulneribus illatis] Non citro acceptis. *Idem.*

Non hoſtem autorem, ſed rem, ſpectare] Ille loquendi mos Cæſari aliquando uſitatus. Sic paulo ſuperius: *Cæſarem arbitrari profectum in Italiam. Pro ſe arbitrari*; & hoc loco, *non ſe hoſtem.* Mont.

Arioviſti mortem] Libro primo illum fuga ſibi ſalutem reperiſſe ſcripſit: Vel igitur ex vulnere accepto, cujus non meminit; vel, quod credibilius, ex animi mœrore Arioviſtum mortuum fuiſſe oportet. *Hotoman*

Superiores noſtras victorias] Partas nempe de Arioviſto, Helvetiis, Uſipetibus & Tenchtheris, quas ſuperioribus libris deſcripſit. *Montan.*

Ardere Galliam] Ira ſcilicet, ut alias ſæpe apud bonos autores, *ardere bello*, *cupiditate, odio*, atque adeo apud ipſum Cæſarem lib. VI: *Omnium animi ad ulciſcendum ardebant.* Brant.

Superiore gloria rei militaris extincta] Ita eſt: veteres Galli orbi terrori erant: illi enim Illyricum, & inde Græciam & Aſiam victoriis ſuis peragrârunt, Italiâ ad Rubiconem uſque amnem occupatâ, ab eorum nomine Ciſalpina Gallia dicta. Roma ab iiſdem direpta & incenſa eſt. Hinc tam terribiles & bellicoſi habiti, ut ab Aſiæ regibus ſtipendio conducerentur. Ipſe, inter alios, orbis domitor Alexander auxiliis illorum eſt uſus; cui aliquando quærenti, quid maxime timerent; *Nihil*, reſpon-

mo quis hoc ſibi perſuaderet, ſine certâ re Ambiorigem ad ejuſmodi conſilium deſcendiſſe? Suam ſententiam in utramque partem eſſe tutam: ſi nil ſit durius, nullo periculo ad proximam legionem perventuros; ſi Gallia omnis cum Germanis conſentiat, unam eſſe in celeritate poſitam ſalutem. Cottæ quidem, atque eorum, qui diſſentirent, conſilium quem haberet exitum? In quô ſi non præſens periculum, àt certè longâ obſidione fames eſſet pertimeſcenda. Hâc in utramque partem habitâ diſputatione, quum à Cottâ primiſque ordinibus acriter reſiſteretur; Vincite, inquit, ſi ita vultis, Sabinus: & id clariore voce, ut magna pars militum exaudiret: neque is ſum, inquit, qui graviſſimè ex vobis mortis periculo terrear: hi ſapient, & ſi gravius quid acciderit, abs te rationem repoſcent: qui, ſi per te liceat, perendino die cum proximis hibernis conjuncti, commu-

reſponderunt, *niſi ne ſuper ipſos cælum rueret.* Montan.

Suam ſententiam in utramque partem tutam] Δίλημμα est, ſed infirmum: facile namque in hunc modum everti poteſt. Imo verò diceret aliquis, Utraque ſententiæ tuæ pars, multum & temeritatis & periculi habet. Nam temerarium, ne dicam ſtultum, hoſti credere: nec minus periculi ineſt, quippe qui inſidias ſtruere poſſit. Deinde ut maximè tota Gallia conſpiret: ſatius erit Martis aleam in caſtris experiri, quàm ut nos ultro in inſidiarum diſcrimen conjiciamus. *Rhellican.*

Conſilium quem haberet exitum] Inſignis locus: ex quo intelligitur, conſilium dici *exitum habere*, cum in alterutram partem tutum habet eventum: non *habere* vero, cum neutram in partem habet; & eſt, ut Dialectici loquuntur, ἐκ τῶν ἀπόρων· Itaque Titurius ſuum conſilium in utramque partem tutum eſſe diſputat; Cottæ vero in neutram. Cicero: *Videtur hoc conſilium exitum habiturum.* Hotoman.

Vincite, inquit] *Vincendi verbum eſt ejus, qui vix ſibi extorquet, ut abjiciat curam. Et proprium patribus, ac familiare iratis.* Donatus. Eodem verbo uſus eſt Claudius Marcellus Cos. cum in Senatu ageretur de ſucceſſore dando Cæſari; *Vincite*, inquit, *qui Cæſarem dominum appetitis.* Eſt igitur modus loquendi, quo indignantes concedimus, quod ſummopere fieri nollemus. *Glandorp.* Nec diſſimilis formula eſt, *Habeat licet.* Brant. Sic etiam in auctionibus & emptionibus uſurpatum eſt, *Ducas licet.* Muretus.

Hi ſapient] Id eſt, hi milites conſilium capient, horum erit judicium. *Hotoman.*

Perendino die] Gellius, lib. I, c. XXIV, cum ſcripſiſſet, Ciceronem, Cæſarem alioſque ejus & ſuperioris ætatis viros *die quarti*, *die quinti* ſemper dixiſſe, & *die craſtini*; addit etiam cum ſacerdotes Pop. Rom. indicerent in diem tertium, *die perendini* dixiſſe. Quare omnino hoc loco Cæſarem *die perendini* ſcripſiſſe exiſtimo. *Ciacon.*

 Perti-

munem cum reliquis caſum ſuſtineant: nec rejecti & relegati longè ab ceteris, aut ferro, aut fame intereant. Conſurgitur ex conſilio. Comprehendunt utrumque, & orant, ne ſuâ diſſenſione & pertinaciâ rem in ſummum periculum deducant: facilem eſſe rem, ſeu maneant, ſeu proficiſcantur; ſi modo unum omnes ſentiant ac probent: contra in diſſenſione nullam ſe ſalutem perſpicere. Res diſputatione ad mediam noctem perducitur. Tandem dat Cotta permotus manus. Superat ſententia Sabini. Pronuntiatur, primâ luce ituros. Conſumitur vigiliis reliqua pars noctis, quum ſua quiſque miles circumſpiceret, quid ſecum portare poſſet, quid ex inſtrumento hibernorum relinquere cogeretur. Omnia excogitantur, quare nec ſine periculo maneatur, & languore militum, & vigiliis periculum augeatur. Primâ luce ſic ex caſtris proficiſcuntur; ut, quibus eſſet perſuaſum, non ab hoſte, ſed ab homine amiciſſimo Ambiorige conſilium datum, longiſſimô agmine, magniſque impedimentis. At hoſtes, poſtea quàm ex nocturno fremitu vigiliiſque de profectione eorum ſenſerunt, collocatis inſidiis bipartito in ſilvis, opportunô atque occultô locô, à millibus paſſuum circiter II Romanorum adventum expectabant: &, quum ſe major pars agminis in magnam convallem demiſiſſet, ex utrâque parte ejus vallis ſubito ſeſe oſtenderunt; noviſſimoſque premere, & primos prohibere adſcenſu, atque iniquiſſimô noſtris locô præ-

Pertinacia rem in ſummum periculum] *Cum* enim *duces in diverſas ſententias ſunt ſecti, atque alii hanc, alii aliam probant, nihil eorum quæ conſuluntur, peragitur, ſed unuſquiſque ægre ferens ſuam ſententiam non valuiſſe, negligentius ad rem gerendam accedit.* Agathias.

Dat Cotta permotus manus] *Dare manus* eſt ſe victum agnoſcere: nam qui ſe victori dedunt, ne interimantur, ultro manus ad vincula offerunt. *Brant.*

Omnia excogitantur] Profectio Romanorum cum magna ſecuritate. *Glandorpius.*

Romanorum adventum exſpectabant] Prælium hoc commiſſum eſt prope opidum, quod vulgari vocabulo *Tongeren*, & alia dialecto *Tungren.* Atuatucæ enim, quod opidum hodie *Tongeren* eſt, & in mediis Eburonum finibus viſitur; hibernabant Sabinus & Cotta. *Montanus.*

Tum

prælium committere cœperunt. Tum demum Titurius, uti qui nihil ante providiſſet, trepidare & concurſare, cohorteſque diſponere: hæc tamen ipſa timide, atque ut eum omnia deficere viderentur: quod plerumque iis accidere conſuevit, qui in ipsô negotiô conſilium capere coguntur. At Cotta, qui cogitâſſet hæc poſſe in itinere accidere, atque ob eam cauſſam profectionis auctor non fuiſſet, nullâ in re communi ſaluti deerat; &, in appellandis cohortandiſque militibus, imperatoris; & in pugnâ, militis officia præſtabat. Quumque propter longitudinem agminis minus facile per ſe omnia obire, & quid quôque locô faciendum eſſet, providere poſſent; juſſerunt pronuntiari, ut impedimenta relinquerent, atque in orbem conſiſterent: quod conſilium etſi in ejuſmodi caſu reprehendendum non eſt, tamen incommodè accidit; nam & noſtris militibus ſpem minuit, & hoſtes ad pugnandum alacriores effecit; quod non ſine ſummo timore & deſperatione id factum videbatur. Præterea accidit, quod fieri neceſſe erat, ut vulgo milites ab ſignis diſcederent; quæque quiſque eorum cariſſima haberet, ab impedimentis petere, atque arripere properaret, & clamore ac fletu omnia complerentur. At barbaris conſilium non defuit: nam duces eorum totâ acie pronuntiari juſſerunt, ne quis ab loco diſcederet: illo-

Tum demum Titurius] Quandoquidem Titurius ſaniori collegæ ſui conſilio parere noluerat, ſed temerarium relinquendorum caſtrorum conſilium inierat: par quoque erat, ut primus omnium temeritatis ſuæ pœnas lueret. *Rhellican.*

Qui in ipſo negotio conſilium capere] Quod gladiatorium eſſe vetus adagium monet apud Senecam epiſtol. XXII: *Gladiator in arena conſilium capiam.* Brant.

In appellandis cohortandiſque militibus] Solent imperatores jamjam ituros milites ad ſtrenuè pugnandum hortari, & quidem nominatim, quod hoc certum in eos ſtudium, curam & diligentiam ſignificaret. Contra de iis parum laborare videmur, quos ita negligimus, ut ne eorum quidem nomina memoriâ teneamus. *Idem.*

In orbem conſiſterent] Dictum jam eſt, *in orbem conſiſtere* milites dici; cum pauci à pluribus circumventi, ob metum, *denſi cuneis ſe quiſque coactus agglomerant* (ut Virgilii ore loquar), non hoſtem aggrediendi, ſed ſui tantum defendendi gratia. *Montan.*

Et

illorum eſſe prædam, atque illis reſervari, quæcumque Romani reliquiſſent: proinde omnia in victoriâ poſita exiſtimarent. Erant & virtute, & numero pugnando pares noſtri: tametſi à duce & à fortunâ deſerebantur: tamen omnem ſpem ſalutis in virtute ponebant; &, quoties quæque cohors procurrerat, ab eâ parte magnus hoſtium numerus cadebat. Qua re animadversâ, Ambiorix pronuntiari jubet; ut procul tela conjiciant, neu propius accedant: &, quam in partem Romani impetum fecerint, cedant: levitate armorum & quotidianâ exercitatione nihil iis noceri poſſe: rurſus ſe ad ſigna recipientes inſequantur. Quô præceptô ab iis diligentiſſimè obſervatô, quum quæpiam cohors ex orbe exceſſerat, atque impetum fecerat, hoſtes velociſſimè refugiebant. Interim eâ parte nudari neceſſe erat, & ab latere aperto tela recipi. Rurſus, quum in eum locum, unde erant egreſſi, reverti cœperant, & ab iis, qui ceſſerant; & ab iis, qui proximi ſteterant, circumveniebantur: ſin autem locum tenere vellent, neque virtuti locus relinquebatur, neque à tantâ multitudine conjecta tela conferti vitare poterant. Tamen tam multis incommodis conflictati, multis vulneribus acceptis, reſiſtebant; & magnâ parte diei conſumptâ, quum à primâ luce, ad horam VIII, pugnaretur, nihil, quod ipſis eſſet indignum, committebant. Tum T. Balventio, qui ſuperiore anno primum pilum duxerat, viro forti & magnæ auctoritatis,

Et virtute & numero pugnando pares] Varie hunc locum legunt docti. Alii *numero pugnantium*: alii vocem *pugnando* delent: Glareanus *animo* reponit, pro *numero*: Ciacconius diſtinctionem non admittit: quia non veriſimile eſt Romanos Eburonibus pares fuiſſe: ſupra enim dixit, *magnâ manu* Ambiorigem ad caſtra oppugnanda veniſſe. & infra, *neque à tantâ multitudine conjecta tela conferti vitare poterant*: neque hi, niſi multis partibus plures, quàm Romani fuiſſent, ſperaſſent ſe caſtra oppugnaturos. Quare in hanc ſententiam conformat locum: *Erant & loco & numero ſuperiores: noſtri tametſi à duce.* Eôdem modô lib. VI, *cùm hoſtes & loco, & numero, noſtri virtute confiderent.* Idem.

Neque virtuti locus] Id eſt, pugnandi. *Hotoman.*

Primum pilum] *Primus Centurio, nunc primipilus appellatur.* Livius. Prima etiam centuria primuſpilus vocabatur,

tis, utrumque femur tragulâ transjicitur. Q. Lucanius ejuſdem ordinis fortiſſimè pugnans, dum circumvento filio ſubvenit, interficitur. L. Cotta legatus, omnes cohortes ordineſque adhortans, in adverſum os fundâ vulneratur. His rebus permotus Q. Titurius, quum procul Ambiorigem ſuos cohortantem conſpexiſſet, interpretem ſuum Cn. Pompeium ad eum mittit, rogatum, ut ſibi militibuſque parcat. Ille, appellatus reſpondit; ſi velit ſecum colloqui, licere; ſperare à multitudine impetrari poſſe quod ad militum ſalutem pertineat: ipſi vero nihil nocitum iri; inque eam rem ſe ſuam fidem interponere. Ille cum Cottâ ſaucio communicat, ſi videatur, pugnâ ut excedant, & cum Ambiorige unà colloquantur: ſperare ſe ab eô de ſuâ ac militum ſalute impetrari poſſe. Cotta ſe ad armatum hoſtem iturum negat, atque in eô perſeverat. Sabinus, quos in præſentiâ tribunos militum circum ſe habebat & primorum ordinum centuriones, ſe ſequi jubet: & quum propius Ambiorigem acceſſiſſet, juſſus arma abjicere imperatum facit: ſuiſque, ut idem faciant, imperat. Interim, dum de conditionibus inter ſe agunt, longiorque conſultò ab Ambiorige inſtituitur ſermo, paullatim circumventus interficitur. Tum verò, ſuô more, victoriam conclamant, atque ululatum tollunt; impetuque in noſtros factô, ordines perturbant. Ibi L. Cotta pugnans interficitur cum maximâ parte militum, reliqui ſe in caſtra reci-

tur, quomodo Cæſar hic uſus videtur. *Glarean.*

Tragula] De tragulâ jam ante.

Dum de conditionibus] Putat Leodius Sabinum in Eburonibus interfectum in ea Leodii via, quæ apud ædem S. Crucis eſt, in vallem declinante: atque ab eodem *Saviniam*, *b* in *v* mutato, nuncupatam. *Montan.*

Cotta pugnans interficitur] Idem Leodius aſſerit à Cottæ caſu *viam Auruncuieiam* dictam, apud portam Leodii quæ in publicum montem ducit ſuper Moſam flumen: ut à Petroſidio aquilifero montem maximum *Petroſium.* Dio autem ab hac Cæſaris narratione parum variat. Dicit nempe Cottam cum multis aliis extemplo interfectum: & Ambiorigem ad ſe evocâſſe Sabinum, comprehenſumque, armis ac veſte exutum, jaculis confixiſſe, hæc verba inter alia addens; *Quidnam, cum tales ſitis, tantis nobis hominibus imperare volebatis?* Idem Dio (ubi Cæſar *prima*

cipiunt, unde erant egreſſi: ex quibus L. Petroſidius aquilifer, quum magnâ multitudine hoſtium premeretur, aquilam intra vallum projecit. Ipſe pro caſtris fortiſſimè pugnans occiditur. Alii ægrè ad noctem oppugnationem ſuſtinent: noctu ad unum omnes, deſperatâ ſalute, ſeipſi interficiunt. Pauci ex prælio elapſi incertis itineribus per ſilvas ad T. Labienum legatum in hiberna perveniunt, atque eum de rebus geſtis certiorem faciunt. Hâc victoriâ ſublatus Ambiorix, ſtatim cum equitatu in Atuaticos, qui erant ejus regno finitimi, proficiſcitur: neque diem, neque noctem intermittit; peditatumque ſe ſubſequi jubet. Re demonſtratâ, Atuaticiſque concitatis, poſtero die in Nervios pervenit: hortaturque, ne, ſui in perpetuum liberandi, atque ulciſcendi Romanos, pro iis, quas acceperint, injuriis, occaſionem dimittant: interfectos eſſe legatos duos, magnamque partem exercitus interiiſſe demonſtrat: nihil eſſe negotii, ſubito oppreſſam legionem, quæ cum Cicerone hiemet, interfici: ſe ad eam rem profitetur adjutorem. Facile hâc oratione Nerviis perſuadet. Itaque, confeſtim dimiſſis nuntiis ad Centrones, Grudios, Levacos, Pleumoſios, Gor-

prima luce ex hibernis, quæ libro VI *Atuatucam* vocat, Cottam cum Sabino profectum dicit) hiberna *Eburoniam* appellat, & ſtatim *ſub veſperam*, collectis vaſis magna cum feſtinatione, legiones abiiſſe refert. Tum quoque non *ſuo more conclamaſſe* barbaros, *ut aliqui ex noſtris ad colloquium prodirent*, ut Cæſar tradit: verum Ambiorigem collocatis opportuniſſimis locis inſidiis, impetratô per caduceatorem colloquiô, ad Romanos veniſſe. *Montan.*

In Atuaticos, qui erant ejus regno finitimi] Ita eſt; Ambiorix enim Eburonum rex erat, & ideo *regno ejus finitimi*: Eburones nempe ab occaſu ſolis iiſdem finibus circûmſcripti erant, quibus ab ortu Atuatici: lineâ nimirum ductâ à Namurco ad fontem amnis Getæ, & inde ab ipſo amne ad Demeræ uſque confluentem. *Montan.*

Atuaticiſque concitatis] Multum certè Ambiorigis intererat Atuaticos concitaſſe: utpote qui, Cimbrorum ac Teutonum poſteritas, bellicâ gloriâ inter Belgas clariſſimi erant: cum Eburonum civitas, ipſo Ambiorige teſte, tenuis eſſet & infirma. *Montan.*

Ulciſcendi Romanos] A quibus ad internecionem cæſi erant: ita ut civitas eorum ex DC ſenatoribus ad III, ex hominum millibus LX, vix ad D, qui arma ferre poſſent, redacta eſſet, teſte Cæſare lib. II. *Idem.*

Centrones] Duplices fuerunt Centrones: libro enim primo Cæſar Centronum mentionem facit, qui hodie *Tarentaiſe*, ut dictum, & opidum *Ceintron* ver-

Gordunos, qui omnes ſub eorum imperio ſunt, quam maximas manus poſſunt, cogunt; & de improviſo ad Ciceronis hiberna advolant; nondum ad eum famâ de Titurii morte perlatâ. Huic quoque accidit, quod fuit neceſſe, ut nonnulli milites, qui lignationis munitioniſque cauſſa in ſilvas diſceſſiſſent, repentino equitum adventu interciperentur. His circumventis, magnâ manu Eburones, Atuatici, Nervii, atque horum omnium ſocii

verſus Alpes in convalle ſitum, incolunt. *Montan.* At hos Centrones, cum quatuor illis populis, finitimos Nerviis fuiſſe dubitare non licet; quia ſub clientelâ eorum erant. Inter quinque autem has gentes & Atuaticos terminus fuit Tenera amnis, à confluente in Scaldem ad opidum uſque *Aeth.* hinc ducta linea ad Scarpæ confluentem à Nerviis ſeparabantur. A meridie, linea à dicto confluente, ad confluentem rivi, qui prope Arteſiæ vicum *le Venty* incidit in Legiam amnem, ab Atrebatibus ſubmovebantur. Ab occaſu æſtivo, Legia & Scalde, ad confluentem uſque Teneræ, à Morinis. Continet hodie ſolum hoc partem Flandriæ, in qua opida *Armentiers, Ryſſel*, quod Gallis *l'Iſle*, *Dornik*, iiſdem *Tournay*, *Oudenaerden*, partemque opidi *Aelſt*, in lævâ Teneræ ripâ, partem item Gandavenſis urbis, inter confluentes Scaldis & Legiæ: deinde Hænoniæ modicam portionem, inter opidum *Aeth* & Scaldim. At nimis arctis fortaſſe finibus tot populos includo. Nihil mirum. Plus agri tribui iis nequit; aliis circum populis reliquum obſidentibus: nec latioribus finibus indigent; quum, Nerviorum imperio ac clientelæ univerſos adjunctos, ſingulos tenues ac minutos fuiſſe, neceſſe eſt. Germanicæ eos originis fuiſſe duabus rationibus colligere licet. Prima eſt, quia ſub Nerviorum Germanorum fuerunt imperio: tum, quia maxima eorum pars ultra Scaldim; quo Germanicas gentes in Belgicâ finit Plinius. Nomina eorum nullus poſt Cæſarem unquam ſcriptor memoravit: interiiſſe univerſos haud credibile eſt; quando nullum hic poſt Cæſaris arma memorabile bellum. In aliud tranſiſſe vocabulum, quemadmodum quinque populi, Eburones, Condruſi, Segni, & reliqui duo, in unum Tungrorum nomen, ſicut ante dictum, item Atuatici in Bethaſiorum, Sicambri in Gugernorum, Ubii in Agrippinenſium, haud imperitè fortaſſe conjecerim. Cæterùm cùm Sueconis, inferioris Belgicæ populis, nulli alii inter reliquas nationes agrorum fines aſcribi queunt, niſi qui ſtatim quinque illis populis aſcripti, indubiò inde colligitur argumentô, eoſdem eos fuiſſe populos, in unum corpus ac civitatem nomenque poſt Cæſaris ævum contributos; eôdem ſcilicet tempore, quo alii illi prædicti populi novas civitates novaque nomina in eâdem provinciâ Belgicâ acceperunt. Opidum igitur in Sueconorum agro recenſetur unicum; quod Antonino & Notitiæ imperii Tornacum, hodie *Dornik.* Cluverius.

Ciceronis hiberna] Ea erant ad *Bagacum*, principem Nerviorum urbem: Ptolemæo Βάγακον dicta eſt; tabulæ itinerariæ *Bacacum Nerviorum*; hodie *Bavay* opidum Hænoniæ. *Idem.*

In ſilvas] Supra jam aliquoties ſilvarum in Nerviis mentionem fecit Cæſar. Hæ vero ſilvæ partes Arduennæ fuerunt; quæ per totam fere Belgicam ſe diffundebat. *Montan.*

Eburones, Atuatici, Nervii] De Eburonibus, Atuaticis, Nerviis jam ante dictum.

Tur-

cii & clientes legionem oppugnare incipiunt. Noſtri celeriter ad arma concurrunt, vallum conſcendunt. Ægrè is dies ſuſtentatur, quod omnem ſpem hoſtes in celeritate ponebant, atque hanc adepti victoriam in perpetuum ſe fore victores confidebant. Mittuntur ad Cæſarem confeſtim à Cicerone literæ, magnis propoſitis præmiis, ſi pertuliſſent. Obſeſſis omnibus viis, miſſi intercipiuntur. Noctu ex eâ materiâ, quam munitionis cauſſâ comportaverant, turres CXX excitantur incredibili celeritate. Quæ deeſſe operi videbantur, perficiuntur. Hoſtes poſtero die multò majoribus copiis coactis caſtra oppugnant, foſſam complent. A noſtris eâdem ratione, quâ pridie, reſiſtitur. Hoc idem deinceps reliquis fit diebus. Nulla pars nocturni temporis ad laborem intermittitur: non ægris, non vulneratis facultas quietis datur. Quæcumque ad proximi dieï oppugnationem opus ſunt, noctu comparantur. Multæ præuſtæ ſudes, magnus muralium pilorum numerus inſtituitur: turres contabulantur; pinnæ loricæque ex cratibus attexuntur. Ipſe Cicero, quum

Turres CXX *excitantur*] Suſpicatur Hotomannus mendum latere in hoc loco. Nam, tam magno turrium numero nuſquam legi vel Romanos, ait, ipſos eſſe uſos: præterea una nocte tot ædificari turres potuiſſe non puto: denique poſterius turres excitatas fuiſſe mox intelligetur. Non placet divinare: ſed probabilius eſt de aggere ex materiâ conſtructo Cæſarem ſcripſiſſe, ut aliis multis locis. *Montan.*

Quæcunque ad proximi dieï oppugnationem] Quia Galli oppugnabant, Romani defendebant, hæc verba de Gallis dicta videri poterant; ſed ſecus oſtendunt ſequentia omnia. Niſi quis putet aliquid deeſſe hiſtoriæ. Ego itaque omnia de Romanis intelligenda exiſtimo. Nec obſtat oppugnationis verbum, quippe ad quam non minus Romani ſe parabant atque hoſtes, ut ſequentia indicant. *Glarean.*

Præuſtæ ſudes] Sudes eſt lignum in capite acutum leviter, & igni duratum. Vetus id telum, & pleriſque gentibus ſic uſitatum. Sed tamen meliore etiam ævo, & in legitimis bellis uſurpatum. *Lipſius.*

Muralium pilorum] *Pila muralia*, erant haſtulæ, quibus pro defendendo muro utebantur in hoſtes. *Glarean.*

Turres contabulantur] Turres hæ diverſæ à mobilibus illis, de quibus antea egimus, pars valli erant, & fixæ, & minus operoſæ, minuſque etiam altæ. *Lipſius.*

Loricæque ex cratibus attexuntur] Vox *lorica* variâ ſignificatione innotuit: frequentiſſimè enim pro tegmine militari pectoris: tum & pro integumento aliarum rerum, quæ corpus amplectuntur & tegunt. Paulatim longius itum, & objectio aliqua, aut tegimen nobis antepoſitum, ſive munitiuncula, *loricæ* dicta.

quum tenuiſſima valetudine eſſet, ne nocturnum quidem ſibi tempus ad quietem relinquebat; ut ultro, militum concurſu ac vocibus, ſibi parcere cogeretur. Tunc duces principeſque Nerviorum, qui aliquem ſermonis aditum cauſſamque amicitiæ cum Cicerone habebant, colloqui ſeſe velle dicunt. Factâ poteſtate, eadem, quæ Ambiorix cum Titurio egerat, commemorant: omnem eſſe in armis Galliam: Germanos Rhenum tranſiſſe: Cæſaris reliquorumque hiberna oppugnari. Addunt etiam de Sabini morte. Ambiorigem oſtentant, fidei faciundæ cauſſa. Errare eos dicunt, ſi quidquam ab iis præſidii ſperent, qui ſuis rebus diffidant: ſeſe tamen hôc eſſe in Ciceronem populumque Romanum animô, ut nihil, niſi hiberna recuſent, atque hanc inveteraſcere conſuetudinem nolint: licere illis incolumibus per ſe ex hibernis diſcedere, & in quaſcumque partes velint, ſine metu proficiſci. Cicero ad hæc unum modo reſpondit; Non eſſe conſuetudinem populi R. ullam accipere ab hoſte armato conditionem. Si ab armis diſcedere velint, ſe adjutore utantur, legatoſque ad Cæſarem mittant; ſperare ſe, pro ejus juſtitiâ, quæ petierint, impetraturos. Ab hâc ſpe repulſi Nervii, vallô pedum XI & foſſâ pedum XV hiberna cingunt. Hæc ſuperiorum annorum conſuetudine à noſtris cognoverant; &, quoſdam de exercitu nacti captivos, ab his docebantur. Sed nulla his ferramentorum copia, quæ eſſet ad hunc uſum ido-

[…]licta. Ita muruli in ambitu, minores [v]alli minuſque lati; ſed & è cratibus [a]ut tabulis pluteiſque ſepimenta in [h]oc nomen venêre. Pro vallo autem [a]ut terreo murulo crebrò apud Veteres [u]ſurpatur. Vegetius etiam ipſum legi[t]imum vallum, ſudibus turribuſque [i]nſtructum, ſic dictum vult. Cæſar de [c]ratibus & viminea ſepe, item de plu[t]eis *loricam* intelligit. *Lipſius*. De pin[n]is poſtea.

Vallum pedum XI *& foſſa pedum* XV] Oroſius habet pedum X. Videmus autem hic majores noſtros in bello imitari cœpiſſe Romanos. Sed mox deſierunt. & noſtro ævo quod ſpecimen? Guicciardinus prudens ille ab Italia hiſtoricus, pro magno & mirando refert, Proſperum Columnam, obſidione arcis Mediolanenſis, foſſas duas duxiſſe, ad intercludendum hoſtem, ſpatio milliaris unius. Rideo. & quid hic novi? certum eſt, Romana caſtra quotidie latius & operoſius munita. *Idem.*

idoneaſ; gladiis ceſpitem circumcidere, manibus ſaguliſque terram exhaurire cogebantur. Quâ quidem ex re hominum multitudo cognoſci potuit: nam, minus horis tribus, millium paſſuum XV in circuitu munitionem perfecerunt: reliquiſque diebus turres ad altitudinem valli, falces teſtudineſque, quas iidem captivi docuerant, parare ac facere cœperunt. Septimô oppugnationis die, maximô coortô ventô, ferventes fuſili ex argillâ glandes, fundis, & fervefacta jacula in caſas, quæ more Gallico ſtramentis erant tectæ, jacere cœperunt. Hæ celeriter ignem comprehenderunt, &, venti magnitudine, in omnem caſtrorum locum diſtulerunt. Hoſtes, maximo clamore inſecuti, quaſi partâ jam atque exploratâ victoriâ, turres teſtudineſque agere, & ſcalis val-

Saguliſque terram exhaurire] *Sagulum*, indumentum erat militare. Hoc loco igitur, quia corbes deerant, terram in ſagulis ferebant. *Glarean.* Michaël Brutus vero *furculis*, ſive *ſarculis* legit. *Furculis* enim illos ait uſos fuiſſe ad contundenda legumina, ex Columella & Varrone colligi poteſt; ut & *ſarculis* aut ad findendum, aut ad ſarriendum agrum, quæ eadem tamen, ubi aptiora deeſſent, uſui eſſe poterant ad fodiendam humum. Ita ille ſentit: licet uſitatam lectionem, *manibus ſaguliſque*, omnes veteres codices habeant: aptiſſima ſane lectio ad Nerviorum imperitiam demonſtrandam; quæ etiam (quod caput eſt) Oroſium habet autorem. Præterea dicit Cæſar Nervios *ferramentis* deſtitutos fuiſſe, id eſt, ligonibus, alveis, cophinis, qualis, raſtris, vel potius, ut Stewechius in Vegetio legit, rutris, palis, bidentibus. Hæc inſtrumenta ad caſtra munienda neceſſaria erant. *Montanus.*

Ferventes fuſili ex argilla glandes] Oroſius hunc locum ita exprimit: *Teſtas ferventes intorſere fundis, flammataque focis tela; ac mox concepto igne rutilantia intra caſtra jecerunt. Teſtas* ille *ferventes* vocat; quas Cæſar à ſimili uſu *glandes* dicit. Fuerunt autem vaſa argillacea, repleta ferventi materie. *Lipſ.*

Quæ more Gallico ſtramentis erant tecta] Dicit *more Gallico*; ſed haud dubiè fuit hic germanicus mos. Germani enim tegularum uſum ignorabant; quarum loco ſtraminibus domos integebant; quod & hodie in omni fere Germania agreſtes homines & nonnulli etiam opidani obſervant, cum Gallos contra opida ſatis frequentia, valida & nitida incoluiſſe ex ipſo Cæſare conſtat. Cæſar autem haud raro omnes Germanos Cis-rhenanos appellat Gallos, quia Gallicum ſolum habitabant: & hinc *Gallico more*, cum *Germanico* dicere deberet. Formam vero Belgicorum ædificiorum Strabo ſic deſcribit: *Domos è tabulis atque cratibus habent rotundas, magno impoſito faſtigio.* Germanicas etiam domos Seneca & Marcellinus admodum viles, leves, & male conſtructas fuiſſe teſtantur, licet magnæ eſſent. Cujuſmodi & Belgarum, præſertim qui à Germanis orti erant: nam hi Germanicis fere vivebant moribus. *Montanus.*

Demi-

vallum adſcendere cœperunt. At tanta militum virtus, atque ea præſentia animi fuit; ut, quum undique flammâ torrerentur, maximâque telorum multitudine premerentur, ſuaque omnia impedimenta atque omnes fortunas conflagrare intelligerent: non modo demigrandi cauſſa de vallo decederet nemo, ſed pene ne reſpiceret quidem quiſquam; ac tum omnes acerrimè fortiſſimeque pugnarent. Hic dies noſtris longè graviſſimus fuit: ſed tamen hunc habuit eventum, ut eo die maximus numerus hoſtium vulneraretur atque interficeretur, ut ſe ſub ipsô vallô conſtipaverant, receſſumque primis ultimi non dabant. Paullum quidem intermiſsâ flammâ, & quôdam locô turri adactâ & contingente vallum, tertiæ cohortis centuriones, ex eô, quô ſtabant, locô receſſerunt, ſuoſque omnes removerunt: nutu vocibuſque hoſtes, ſi introire vellent, vocare cœperunt: quorum progredi auſus eſt nemo. Tum ex omni parte lapidibus conjectis deturbati, turriſque ſuccenſa eſt. Erant in eâ legio-

Demigrandi cauſa] Loci deſerendi, & ad impedimenta currendi. *Demigrare*, eſt de loco decedere animo non revertendi. *Hotoman.* Alii tamen legunt reſtinguendi. *Montan.*

Ut ſe ſub ipſo] Legendum puto, *ita ſe.* Nam tot cædium & vulnerum cauſam hanc adfert: quod hoſtes tam cupidè ad vallum accedebant; ita conferti ac ſtipati erant, ut nullum fruſtra telum adjiceretur. *Hotoman.*

Paulum quidem intermiſſa] Locus hic notabilem habet obſcuritatem. Neſcias enim hoſtiumne turrim, an Romanorum, flamma contigerit: & ſi Romanorum, ut videtur, dubium eſt, quinam deturbati ſunt lapidibus. *Glarean.*

Tertia cohortis centuriones] Erant enim in quâque cohorte plures centuriones. Decem quidem cohortibus legio conſtabat, ſingulaque cohors plena legionaria ex hominibus ccccxx. Centuriones autem Halicarnaſſæus, Tacitus & Cincius apud Gellium, & Iſidorus in legione LX ponit, Vegetius LV. Sed revera LX erant: duo enim unicuique manipulo præerant, numerabanturque in legione XXX manipuli. Singulis cohortibus ſua erant ſigna; illa nihil aliud niſi oblongæ haſtæ, quibus in ſummo breve tranſverſum appoſitum lignum: in cujus medio titulus COH. II. COH. VIII. COH. X. inſcriptus, numerum indicabat; cohortes enim à ſe diſtinguebantur. Alia nempe *prima*, alia *ſecunda*, & ſic porro ad *decimam* uſque, dicebatur. *Montanus.*

Turris ſuccenſa] Turris Gallorum ambulatoria, ignibus in eam à Romanis militibus conjectis, ſuccenſa eſt. *Hotomannus.*

Centuriones, qui jam primis ordinibus appropinquarent] Obſervare potes diuturnas has contentiones de loco fuiſſe, omnibuſque annis repetitas. Quid ita? quia non ſaltu, ſed gradu promovebantur, & ab infimis ordinibus perveniebant lento pede ad primos. Promo-

N 2 tio

legione fortiſſimi viri centuriones, qui jam primis ordinibus appropinquarent, T. Pulfio & L. Varenus. Ii perpetuas controverſias inter ſe habebant, uter alteri anteferretur, omnibuſque annis de locô ſummis ſimultatibus contendebant. Ex iis Pulfio, quum acerrimè ad munitiones pugnaretur; Quid dubitas, inquit, Varene? aut quem locum probandæ virtutis tuæ expectas? Hic dies de noſtris controverſiis judicabit. Hæc quum dixiſſet, procedit extra munitiones; &, quæ pars hoſtium confertiſſima viſa eſt, in eam irrumpit. Ne Varenus quidem tum vallo ſeſe continet, ſed omnium veritus exiſtimationem ſubſequitur, mediocri ſpatio relicto. Pulfio pilum in hoſtes mittit, atque unum ex multitudine procurrentem transjicit; quô percuſſô & exanimatô, hunc ſcutis protegunt hoſtes, & in illum univerſi tela conjiciunt; neque dant regrediendi facultatem. Transfigitur ſcutum Pulfioni, & verutum in balteo defigitur. Avertit hic caſus vaginam, & gladium educere conantis dextram moratur manum, impeditumque hoſtes circumſiſtunt. Succur-

tio hæc per cohortes & manipulos facta eſt: hoc modo. Erant decem cohortes; infima decima; & in ea tres manipuli, in quoque horum duo centuriones. Iſti omnes numero pares, genere impares: ideoque prima promotio in eodem numero & cohorte, à manipulo ad manipulum, ſive à genere ad genus fuit. Puta à *decimo Haſtato*, ad *decimum Principem*, ab iſto ad *decimum Pilum*. Tum expletâ eâ cohorte, numero aſcendebant, fiebantque *noni*, mox *octavi*, & denique *primi*. Cum jam illic, à *Primo Haſtato* ad *primum Principem*, à *primo Principe* ad *primum Pilum* ibant. Hæc cum ratio & analogia conſideranti ita ſuadent, tum & firma autoritas Vegetii, iſta: *Vetus conſuetudo tenuit, ut ex primo Principe legionis promoveretur centurio primi Pili.* Si ita eſt, & non ex *ſecundo Pilo*; convenienter profecto de toto illo ordine digeſſi. Cum igitur Cæſar ait, *primis illos ordinibus appropinquâſſe:* ſignificat in *ſecundo Principe* aut *Pilo* fuiſſe; in *cohorte*, inquam, *ſecunda:* & id certamen pluribus annis fuiſſe, quia pariter aſcendebant, & in pari virtute adnixi præire, non præibant. Nam virtutis ſæpe hic aſpectus, & ea eximia ad primos etiam locos ſaltu traducebat. *Lipſius.*

T. Pulfio] T. Pulfionis opera, qui ad Pompeium defecerat, exercitus proditus eſt, cui C. Antonius præerat. Quod ſi hic idem cum illo eſt, videndum utro loco rectius legatur. *Ciaccon.* Alii autem codices *T. Pullo* & *L. Vorenus.* Alii *T. Pullus* & *L. Vorenus* habent. *Montan.*

In balteo] *Balteus dicitur non ſolum quo cingitur, ſed etiam quo arma dependent.* Servius. Et ita Varro: *quod cingulum è corio habebant bullatum, balteum vocatum eſt.* Certè bullis cingula militaria

currit inimicus illi Varenus, & laboranti ſubvenit. Ad hunc ſe confeſtim à Pulſione omnis multitudo convertit. Illum veruto transfixum arbitrantur. Illic verò occurſat ocius gladio, cominuſque rem gerit Varenus: atque unô interfectô reliquos paullum propellit. Dum cupidius inſtat, in locum inferiorem dejectus concidit. Huic rurſus circumvento fert ſubſidium Pulſio; atque ambo incolumes, compluribus interfectis, ſummâ cum laude ſeſe intra munitiones recipiunt. Sic fortuna in contentione, & certamen utrumque verſavit, ut alter alteri inimicus auxilio ſalutique eſſet; neque dijudicari poſſet, uter utri virtute anteferendus videretur. Quantô erat in dies gravior atque aſperior oppugnatio, & maximè quod, magnâ parte militum confectâ vulneribus, res ad paucitatem defenſorum pervenerat; tanto crebriores literæ nuntiique ad Cæſarem mittebantur: quorum pars deprehenſa in conſpectu noſtrorum (militum) cum cruciatu necabatur. Erat unus intus Nervius, nomine Vertico, loco natus honeſto, qui à primâ obſidione ad Ciceronem profugerat, ſuamque ei fidem præſtiterat. Huic ſervo,

aria fuerunt exornata, pro dignitate ejus qui geſtaret. Bullæ autem appellatæ ſunt, quia rotunditate ſimiles erant bullis, quæ in aqua vento inflantur. De his Virgilius:

——— *Humero cum apparuit ingens*
Balteus, & notis fulſerunt cingula bullis. Montan.

Veruto transfixum] *Verutum ſpiculum minus eſt, ferro triangulo, unciarum quinque, haſtili trium pedum, & ſemis: quod olim verriculum, nunc verutum dicitur.* Vegetius. Appellatum autem ſic eſt, quod habeat veru; à quo *Volſci veruti* dicti à Virgil. *quia*, ut Servius ad eum locum notat, *jaculo uterentur in modum veru, vel quia verutis pugnarent.* Montan.

Alter alteri inimicus auxilio] Egregium T. Pulſionis & L. Vareni facinus, qui quamvis inimici inter ſe, nihilo tamen ſegnius pro Repub. pugnarunt. Idem exemplum habemus in Ariſtide apud Herodotum, qui licet Themiſtoclis potiſſimum operâ in exilium ejectus eſſet, tamen omnes injurias in communi totius Græciæ periculo patriæ condonans, ſponteque ad Themiſtoclem inimicum ſuum accedens; *Nos*, inquit, *certare oportet omni tempore non privatis ſimultatibus & odiis, ſed uter noſtrum melius de patria merere, & plura in eam beneficia conferre poſſit.* Montan.

Suam ei fidem præſtiterat] Id eſt, fidelis fuerat. Ita Cicero: *Minime mirum eſt, eos communicata Rep. fideles eſſe, qui etiam expertes ejus, fidem ſuam ſemper præſtiterunt.* Ciaccon.

vo, ſpe libertatis, magniſque perſuadet præmiis, ut literas ad Cæſarem deferat. Has ille in jaculo illigatas affert; & Gallus inter Gallos ſine ullâ ſuſpicione verſatus, ad Cæſarem pervenit. Ab eô de periculo Ciceronis legioniſque cognoſcit. Cæſar, acceptis literis circiter hora XI diei, ſtatim nuntium in Bellovacos ad M. Craſſum quæſtorem mittit; cujus hiberna aberant ab eo millia paſſuum XXV. Jubet mediâ nocte legionem proficiſci, celeriterque ad ſe venire. Exiit cum nuntio Craſſus. Alterum ad C. Fabium legatum mittit, ut in Atrebatium fines legionem adducat, quà ſibi iter faciendum ſciebat. Scribit Labieno, ſi Reip. commodo facere poſſet, cum legione ad fines Nerviorum veniat: reliquam partem exerci-

In Bellovacos] Ab occidente brumali terminus Bellovacorum Sequana conſtituitur: ab occidente æquinoctiali finitimos habuere Caletos & Velocaſſes: Limitem, quo Bellovacos ab his utriſque populis arceo, per lineam ago, ab opido maritimo *Treport*, ad vicum uſque *Andelis*, Sequanæ appoſitum: à ſeptentrione Ambianos iis vicinos pono: à quibus Samarâ amne ad Oceanum uſque disjuncti fuerunt. Ab oriente brumali conterminos Sueſſiones & Rhemos facio: & limitem inter illos amnem *Eſiam*, vulgo *Oiſe*. Et hi ſunt Belgii ſive Bellovacorum fines; nam Bellovaci Belgii incolæ fuerunt. Nomen eorum adhuc manet: Opidum enim etiamnum in veteri Belgicâ eſt, medio ferme Lutetiam inter Rotomagumque ſitu, *Beauvais* vulgari vocabulo dictum. Quod facile Gallicæ linguæ peritus ad antiquum nomen reduxerit. Uſitatum quippe eſt Gallofrancis has literas *ello*, in vocibus quæ à Latina lingua originem duxerunt, convertere in *eau*, exempli gratia; quæ Itali dicunt *coltello*, *mantello*: Galli proferunt *couteau*, *manteau*. Literam vero *c*, ante *e*, & *i*, efferunt cum ſibilo, tanquam geminum *ſſ*, qua ratione ex *vaci* factum eſt eorum *vaſſi*: dein abjecto *i*, *vas*. mox interpoſito *i* *vais*: quod tandem apud quoſdam depravatum in *vois*. Huic ſyllabæ ſi primam illam adjungas; integram tandem habebis vocem *Beauvais*, ſive *Beauvois*; ab hoc denominativum fit *Beauvoiſin*: quæ vox agrum opidi ſignificat. Nationum verò per Galliam nomina poſtea in opidorum, quæ capita nationum fuere, vocabula tranſiiſſe certum eſt: *Cluverius*.

Cujus hiberna aberant ab eo millia paſſ. XXV.] Craſſi hiberna fuerunt ad opidum *Crevecueur*: quod hodie medio fere itinere eſt inter Rotomagum, vulgo *Rouan*, & Samarobrigam, nunc Ambianum ſive *Amiens*, ubi Cæſar tum temporis degebat, haud procul à *Beauvois* ſitum. Dicit autem *ab eo millia paſſuum* XXV Craſſi hiberna abfuiſſe. Convenit fere ſupputatio paſſuum cum hodiernâ diſtantiâ: diſtat enim opidum *Crevecueur* Ambiano circiter IX Gallica milliaria. *Montan.*

Quà ſibi iter faciendum ſciebat] Cæſari enim Bagacum, ubi Cicero hibernabat, obſidione liberaturo neceſſariò iter per Atrebatum fines faciendum erat: utpote qui Ambianos à meridie attingebant. *Idem.*

Le-

exercitus, quod paullo aberat longius, non putat expectandam. Equites circiter CD ex proximis hibernis cogit. Horâ circiter III ab antecurſoribus de Craſſi adventu certior eſt factus: Eô die millia paſſuum XX progreditur. Craſſum Samarobrivæ præficit, legionemque ei attribuit, quod ibi impedimenta exercitus, obſides civitatum, literas publicas frumentumque omne, quod eò tolerandæ hiemis cauſſa devexerat, relinquebat. Fabius, ut imperatum erat, non ita multum moratus, in itinere cum legione occurrit. Labienus, interitu Sabini, & cæde cohortum cognitâ, quum omnes ad eum Trevirorum copiæ veniſſent, veritus, ſi ex hibernis fugæ ſimilem profectionem feciſſet, ut hoſtium impetum ſuſtinere non poſſet; præſertim quos recenti victoriâ efferri ſciret; literas Cæſari dimittit; quantô cum periculô legionem ex hibernis educturus eſſet: rem geſtam in Eburonibus perſcribit: docet omnes peditatus equitatuſque copias Trevirorum III millia paſſuum longè ab ſuis caſtris conſediſſe. Cæſar, conſiliô ejus probatô; etſi, opinione III legionum dejectus, ad II redierat, tamen unum communis ſalutis auxilium in celeritate ponebat. Venit magnis itineribus in Nerviorum fines. Ibi ex captivis cognoſcit, quæ apud Ciceronem gerantur, quantôque in periculô res ſit. Tum cuidam ex equitibus Gallis magnis præmiis perſuadet, uti ad Ciceronem epiſtolam deferat. Hanc Græcis conſcriptam literis mittit; ne inter-

Legionemque ei attribuit] Vel duas legiones adduxit Craſſus, vel Cæſar antea unam habuit legionem. Duabus enim poſtea venit in Nervios, connumeratâ etiam illâ quæ in Morinis fuerat. *Glarean.*

Cuidam ex equitibus Gallis] Dio locum hunc obſervans, notat Cæſarem non putâſſe hoc negotium Verticonis ſervo committendum, ne patriæ caritate adductus, magnum Romanis detrimentum afferret: obſeſſorum enim calamitatem & pericula exponere potuiſſet. Sed tamen hunc equitem Gallum fuiſſe, Cæſar teſtatur. An pro Dione reſpondendum eſt hunc alterius civitatis fuiſſe, non Nervium? Ego non hanc cauſam Cæſari fuiſſe crederem: nam eundem quoque Nervium ſervum remiſit, ut paulo poſt intelligetur. Sed quo tutior res eſſet, duos Cæſar mittendos putavit. *Hotoman.*

Hanc Græcis conſcriptam literis mittit] Libro horum Commentariorum pri-

terceptâ epiſtolâ, noſtra ab hoſtibus conſilia cognoſcantur: ſi adire non poſſit, monet, ut tragulam cum epiſtolâ ad amentum deligatâ, intra munitiones caſtrorum abjiciat. In literis ſcribit, ſe cum legionibus profectum cele-

primo Cæſar: *In caſtris* (inquit) *Helvetiorum tabulæ repertæ ſunt literis Græcis confectæ, & ad Cæſarem delatæ:* & rurſus libro ſexto, ubi de Druidum diſciplina ac diſcipulis: *Neque fas eſſe* (inquit) *exiſtimant ea literis mandare, quum in reliquis fere rebus publicis privatiſque rationibus, Græcis literis utantur.* Hic vero epiſtolam Cæſar Græcis conſcriptam literis, per Gallorum exercitum ad Ciceronem mittit, *ne intercepta epiſtola* (inquit) *noſtra ab hoſtibus conſilia cognoſcantur.* Quidam excuſant, quod Galli literas quidem Græcas habuerint, quibus Gallicam, hoc eſt ſuam, non autem Græcam ſcripſerint linguam. Atqui Cæſar hic, non Græca conſcriptam lingua ait, ſed Græcis literis. Quod apertè cum prioribus duobus locis pugnat. Ad quæ ego, ut liberè, quæ ſentio, dicam, ita reſpondeo: Tempore Cæſaris mihi non videri linguam Græcam apud Gallos in ullo fuiſſe uſu, literis tamen Græcis, quibus Gallicam, non Græcam ſcriberent linguam, utique uſos, quemadmodum nunc magna Europæ portio Latinis ad ſuam quiſque linguam pernotandam utuntur, atque ita intelligendos, quos jam diximus, locos. Hic vero prorſus exiſtimo Cæſarem verbo *Literis* uſum pro *Lingua:* & Quint. Ciceroni non characteribus tantum Græcis epiſtolam ſcripſiſſe, ſed verbis etiam Græcis compoſitam. Nam Quint. Ciceronem, Marci fratrem, Græcè ſciſſe non eſt mirum, cum eâ tempeſtate omnes, qui quidem alicujus erant exiſtimationis, Græce noviſſe, ſatis conſtet. Quod de Maſſilienſibus objicitur à quibuſdam, nihil probat: poſt Galliam enim domitam & Romani jam imperii factam, tum demum Galli apud Maſſilienſes philoſophari cœperunt, ut egregie diſſerit Strabo lib. 4. Hoc vero tempore ignoti erant Maſſilienſes Gallis, maxime Belgis, apud quos Belgas forſitan ne literæ quidem Græcæ, ſecus atque apud Celtas & Maſſiliæ vicinos, notæ fuerunt. *Glarean.*

Tragulam cum epiſtola ad amentum] De tragula dictum ſuperius. Amentata autem tragula gravius & majus telum erat: quod ut majore impetu torqueretur, habenâ vel amento media vinciebatur, cui digitus inſerebatur ad conatum jactus adjuvandum. Erat proprium telum velitibus, non manipularibus. D. Ambroſius: *intorquenda eſt amentata illa, non manipularis ſententia;* nam, ut dictum, lacerti amento adjuti fortius haſtam illam viribuſque torquebant. Quod Velitibus darentur, ſcribit ita Cicero: *tamen ut haſtæ velitibus amentatæ: ſic apta quadam & parata ſingulis cauſarum generibus argumenta traduntur.* Sunt igitur Ambroſio amentatæ haſtæ, quæ fortius enixiuſque vibrantur: Ciceroni autem quæ ad jaciendum paratæ ſunt, & ad ictum deſtinandum. neque enim parata haſta videtur cui amentum deeſt. *Turnebus.* Amentum verò eſt lorum, quo revincitur jaculum ad acrius jaculandum feriendumque. *Glandor.* Hinc illud Silii:

—— *haſta juvatur*
Amento:

& verbum *amentare* apud Lucanum:

—— *jaculum amentavit habenas.*

Sed quod hic officium tragula præſtitit, ut per eam epiſtola ad amentum deligata, & in caſtra abjecta, certiores ſocios de rebus quibuſcunque faceret; idem ipſum de *glande* tradit Hirtius: de *hirundinibus* Plinius: de *columbis* Frontinus: de *cornice* Regis Ægyptii Marrhæ Ælianus: de *cane* Oſorius.

Pe-

celeriter affore: hortatur, ut priſtinam virtutem retineat. Gallus periculum veritus, ut erat præceptum, tragulam mittit. Hæc caſu ad turrim adhæſit, neque ab noſtris biduo animadverſa. Tertio die à quôdam milite conſpicitur, dempta ad Ciceronem defertur. Ille perlectam in conventu militum recitat, maximâque omnes lætitiâ afficit. Tum fumi incendiorum procul videbantur; quæ res omnem dubitationem adventus legionum expulit. Galli, re cognitâ per exploratores, obſidionem relinquunt, ad Cæſarem omnibus copiis contendunt. Eæ erant armatorum circiter millia LX. Cicero datâ facultate, Gallum ab eôdem Verticone, quem ſupra demonſtravimus, reperit, qui literas ad Cæſarem deferat; hunc admonet, iter caute diligenterque faciat; perſcribit in literis, hoſtes ab ſe diſceſſiſſe, omnemque ad eum multitudinem convertiſſe. Quibus literis circiter mediâ nocte, Cæſar, allatis, ſuos facit certiores, eoſque ad dimicandum animo confirmat. Poſterô die luce primâ movet caſtra; & circiter millia paſſuum IV progreſſus trans vallem magnam & rivum, hoſtium multitudinem conſpicatur. Erat magni periculi res, cum tantis copiis iniquô locô dimicare: tamen quoniam liberatum obſidione

Periculum veritus] Tela Romanorum veritus. Itaque quaſi unus ex hoſtibus eminus pugnans tragulam adjecit; ut Dio ſcribit: ſed non dedita opera turri infixit; ut idem affirmat. Nam caſu id factum Cæſar teſtatur. *Hotomannus.*

In conventu militum recitat] Obſervandum arbitror verbum *Conventu:* non enim dixit, In concione: quia Græcè non omnes milites intelligebant. Sed aliquammultis familiaribus, & Græcæ linguæ peritis coactis, qui deinceps cæteris exponerent. Erat ergo Conſilium, Concio & Conventus. Ad conſilium adhibebantur, legati, tribuni, quæſtores: ad concionem, omnes: ad conventum, proximus quiſque. *Idem.*

Fumi incendiorum] Significat Cæſaris conſuetudinem: ut quà exercitum duceret, ædificia omnia incenderet: quæ tamen hoſtium eſſent. Sic libro 8: *Namque etiam illud vulgare incurſionis ſignum hoſtium, quod incendiis ædificiorum intelligi conſuevit. Cæſaris id erat interdicto ſublatum.* Idem.

Iniquo loco dimicare] Quippe cum hoſtes valli magnæ propinqui eſſent, & trans rivum verſarentur, qui Romanis tranſeundus, præterea paucis Cæſarianis cum multis hoſtibus pugnandum erat. *Rhellican.*

ne Ciceronem ſciebat, eóque omnino remittendum de celeritate exiſtimabat, conſedit, & quàm æquiſſimô locô poteſt, caſtra communit: atque hæc, etſi erant exigua per ſe, vix hominum millium VII, præſertim nullis cum impedimentis, tamen anguſtiis viarum, quàm maximè poteſt, contrahit; eô conſiliô, ut in ſummam contemtionem hoſtibus veniat. Interim ſpeculatoribus in omnes partes dimiſſis, explorat, quô commodiſſimè itinere vallem tranſire poſſet. Eô die parvulis equeſtribus præliis ad aquam factis, utrique ſeſe ſuô locô continent. Galli, quod ampliores copias, quæ nondum convenerant, exſpectabant; Cæſar, ſi forte timoris ſimulatione hoſtes in ſuum locum elicere poſſet, citra vallem, ut pro caſtris prælio contenderet; ſi id efficere non poſſet; ut, exploratis itineribus, minore cum periculo vallem rivumque tranſiret. Primâ luce hoſtium equitatus ad caſtra accedit, præliumque cum noſtris equitibus committit. Cæſar conſulto equites cedere, ſeque in caſtra recipere jubet; ſimul, ex omnibus partibus caſtra altiore vallo muniri, portaſque obſtrui, atque in iis adminiſtrandis rebus quàm maximè concurſari, & cum ſimulatione agi timoris jubet. Quibus omnibus rebus hoſtes invi-

Conſedit] *Conſidendi* verbo etiam uſus eſt Plancus ad Ciceronem: *itaque*, ait, *copias prope in aſpectum Lepidi Antoniique adduxi, quadragintaque millium ſpatio relicto conſedi.* Opponitur huic verbo *caſtra movere*, id eſt, alio transferre. *Brant.*

Tamen anguſtiis viarum] Viæ Caſtrenſes octo erant: quinque directæ & in longum: tres tranſverſæ. Omnes autem L aut C pedum. Excipio minuſculas inter Tribunos aut præfectos: item ſemitas inter tabernacula, ſi quæ fuerint. Sic enim grandes viæ, non decoræ ſolum, ſed & utiles, ad equos & jumenta educenda, inducenda. Interdum tamen contractæ, ut hoc loco, ut nempe exiguitate caſtrorum hoſtibus in contemtionem veniret. *Lipſius.*

Cum ſimulatione agi timoris] Totum hunc locum ita expreſſit Frontinus: *C. Cæſar in Gallia deletis ab Ambiorige Titurii Sabini & Cottæ copiis, cum à Q. Cicerone, qui & ipſe oppugnabatur, certior factus, cum duabus legionibus adventaret, converſis hoſtibus metum ſimulavit, militeſque in caſtris, quæ ampliora ſolito induſtria fecerat, tenuit: Galli præſumpta jam victoria, velut ad prædam caſtrorum tendentes, foſſas implere, & vallum detrahere cæperunt: qua re prælio aptatos, Cæſar emiſſo repente undique milite trucidavit.* Montanus.

Quod

invitati, copias tranſducunt, aciemque iniquô locô conſtituunt: noſtris verò etiam de vallo deductis, propius accedunt; & tela intra munitionem ex omnibus partibus conjiciunt; præconibuſque circummiſſis, pronuntiari jubent, ſeu quis Gallus ſeu Romanus velit ante horam tertiam ad ſe tranſire, ſine periculo licere, poſt id tempus non fore poteſtatem. Ac ſic noſtros contempſerunt; ut, obſtructis in ſpeciem portis ſingulis ordinibus ceſpitum, quod ea non poſſe introrumpere videbantur, alii vallum manu ſcandere, alii foſſas complere, inciperent. Tunc Cæſar, omnibus portis eruptione factâ, equitatuque emiſſò, celeriter hoſtes dat in fugam. Sic ut omnino pugnandi cauſſa reſiſteret nemo, magnumque ex his numerum occidit, atque omnes armis exuit. Longius proſequi veritus, quod ſilvæ paludeſque intercedebant; neque etiam parvulo detrimento illorum, locum relinqui videbat; omnibus ſuis incolumibus copiis, eôdem die ad Ciceronem pervenit. Inſtitutas turres, teſtudines munitioneſque hoſtium admiratur. Legione productâ, cognoſcit non decimum quemque eſſe relictum militem ſine vulnere. Ex his omnibus judicat rebus, quantô cum periculô & quantâ virtute, ſint res adminiſtratæ. Ciceronem pro ejus merito legionemque collaudat: centuriones ſigillatim tribunoſque militum appellat, quorum egregiam fuiſſe virtutem, teſtimonio Ciceronis cognoverat. De caſu Sabini & Cottæ certius ex captivis cognoſcit. Poſtero die, concione habitâ, rem geſtam

Quod ea] *Ea* adverbialiter hic ponit, ſicut *hac*, *iſthac*, &c. niſi vitium ſit. Nam Beroaldi editio *eas* legit, ut referat *portas*. Utrôcunque autem modô legatur, ſenſus in idem redit, *ea* enim ſupplendum per *portam*. Rhellic.

Munitioneſque hoſtium admiratur] Meritò quidem: antea enim Atuatici machinationum Romanarum inuſitata ſpecie commoti, credebant Cæſarem non ſine ope Deorum bellum gerere. Jam contra videt Nervios, qui paulo ante etiam, ut cæteri barbari, planè militarium operum ignari erant, aſtus & machinationes oppugnationum addidiciſſe. Neſciebat verò Cæſar, captivos quoſdam hæc illos parare docuiſſe. *Montan.*

De caſu Sabini & Cottæ] Suetonius tradit Cæſarem accepto nuntio de cæſis

geſtam proponit: milites conſolatur & confirmat: quod detrimentum culpâ & temeritate legati ſit acceptum, hoc æquiore animô ferendum docet, quod beneficio deorum immortalium, & virtute eorum expiatô incommodô, neque hoſtibus diutina lætatio, neque ipſis longior dolor relinquatur. Interim ad Labienum per Rhemos incredibili celeritate de victoriâ Cæſaris fama perfertur; ut, quum ab hibernis Ciceronis millia paſſuum L abeſſet, eoque poſt horam IX diëi Cæſar perveniſſet, ante mediam noctem ad portas caſtrorum clamor oriretur; quô clamore ſignificatio victoriæ gratulatioque ab Rhemis Labieno fieret. Hâc famâ ad Treviros perlatâ, Indutiomarus, qui poſterô die caſtra Labieni oppugnare decreverat, noctu profugit, copiaſque omnes in Treviros reducit. Cæſar Fabium cum legione in ſua remittit hiberna. Ipſe cum III legionibus circum Samarobrivam trinis hibernis hiemare conſtituit; &, quod tanti motus Gal-

cæſis Titurii copiis, adeo indoluiſſe, ut barbam capillumque ſummiſerit, nec ante dempſerit, quam vindictam de tantâ clade ſumpſiſſet: quod nunc accidit. Et ideo ſubjungit, *expiato incommodo.* Idem.

Æquiore animo ferendum] *Æquus* enim *animus ærumnæ condimentum optimum eſt.* Plautus.

Labienum per Rhemos] Supra dixit, *quartam legionem cum T. Labieno in Rhemis hiemare juſſit, in confinio Trevirorum.* At de iiſdem caſtris contradicere ſibi Cæſar videtur lib. VI, illic quippe non in Rhemis, ſed Treviris, diſertiſſimis verbis dicit, in hunc modum: *Hoc inito conſilio, totius exercitus impedimenta ad Labienum in Treviros mittit Cæſar.* Verùm quantum ego judicio aſſequi poſſum, in Rhemis caſtra Labieni fuiſſe dixerim, in confinio Trevirorum: ita, uti Moſa amnis terminus fuerit, inter Treviros Rhemoſque. Nec enim aliter hiſtoria de oppugnatione caſtrorum ſibi conſtiterit. In Rhemis, quod opinor, ſi fuerint aliquot millibus à Moſa amne remota: facile fieri potuit quod Cæſar mox ſubjungit, de Indutiomaro, qui cum ſuis copiis, ad Senones Carnuteſque per Rhemorum fines iter facere, agroſque eorum depopulari inſtituerat: ac, prius quam id faceret, caſtra Labieni, in proximis Rhemorum finibus ſita, oppugnare decreverat. Quapropter trajectô cum exercitu Moſâ, prope caſtra Labieni accedit. *Cluverius.*

III *Legionibus circum Samarobrivam trinis hibernis*] Si *circum Samarobrivam,* non in Ambianis tantum, ſed etiam in Bellovacis legiones poſitæ fuerunt. Quippe Samara, cujus ripæ Samarobriva adjacebat, Bellovacos & Ambianos diſterminabat, præterea conſulto id Cæſar egit: Bellovaci enim omnes Gallos Belgaſque præſtabant belli gloriâ, qui, metu legionum amoto, initium tumultuandi facientes, facile ſuâ potentiâ totam Galliam ad arma concitarent. Noverat etiam has vires Bellova-

Galliæ exſtiterant, totam hiemem ipſe ad exercitum manere decrevit: nam illô incommodô de Sabini morte perlatô, omnes fere Galliæ civitates de bellô conſultabant, nuntios legationeſque in omnes partes dimittebant; &, quid reliqui conſilii caperent, atque unde initium belli fieret, explorabant; nocturnaque in locis deſertis concilia habebant: neque ullum totius hiemis tempus interceſſit ſine ſolicitudine Cæſaris, quin aliquem de conſiliis, & metu Gallorum nuntium acciperet. In his ab L. Roſciô legatô, quem legioni XIII præfecerat, certior eſt factus, magnas Gallorum copias earum civitatum, quæ Armoricæ appellantur, oppugnandi ſui cauſſa, conveniſſe: neque longius millia paſſuum VIII ab hibernis ſuis abfuiſſe: ſed, nuntiô allatô de victoriâ Cæſaris, diſceſſiſſe; adeo ut fugæ ſimilis diſceſſus videretur. At Cæſar, principibus cujuſque civitatis ad ſe vocatis, aliàs territando, quum ſe ſcire, quæ fierent, denuntiaret; aliàs cohortando, magnam partem Galliæ in officio tenuit: tamen Senones, quæ eſt civitas in primis

...ovacorum Cæſar, cum è Britanniâ redux, tres legiones in Bellovacis collocavit; cum reliquis civitatibus ſingulis ſingulas attribueret legiones. Ideo & ...m ipſe prope illos excubat, tutiſſimum nempe ducens, ſi potentiſſimi, ...quos alii reſpicerent, in officio continerentur. *Montan.*

Neque ullum totius hiemis tempus interceſſit] Nimirum Galli homines ſeptentrionales frigoribus magis aſſueti, quam Romani meridionales, ad bellum hiberno tempore gerendum erant ...commodatiores. Hinc illud: *Fran... æſtus valdè eſt inimicus, brumæ tempo... vegetantur, validioreſque fiunt, & ...nc commodiſſimè bellum gerunt.* Agathias. Et idem fere Cæſar ſupra de iiſdem Gallis: *paucæ*, ait, *ultimæ nationes anni tempore confiſæ, quod hiems ſuberat, id facere neglexerunt.* Brant.

Quem legioni XIII *præfecerat*] Nimirum in Eſſuis, gente pacatiſſimâ. *Montanus.*

Quæ Armoricæ appellantur] Olim Armorica fuit appellata, præcipuè qua ad mare vergit, ubi nunc inferior eſt Britannia. *Ar-mor* enim veteribus Britannis nihil aliud, quam *ad mare* ſignificat: hodie *la baſſe Bretaigne*, nomen invenit à Britannis: qui eo, ex adverſa inſula ab Anglo-Saxonibus, Pictis Scotiſque, circa annum CCCCL contra fidem pulſi, commigrârunt. *Merula.* Dicit autem Cæſar *earum civitatum, quæ Armoricæ:* inter eas ab eodem Cæſare numerantur, Curioſolites, Redones, Ambibari, Cadetes, Oſiſmii, Lemovices, Veneti, Unelli. *Montan.*

Senones] Senonum majores erant, qui Romanis atrociſſimum bellum moverunt anno ab U.C. CCCLXIV, duce Brenno Gallorum regulo. Illi enim poſt pugnam Allienſem (à qua *dies Al-*

mis firma, & magnæ inter Gallos auctoritatis, Cavarinum, quem Cæſar apud eos regem conſtituerat, cujus frater Moritaſgus, adventu in Galliam Cæſaris, cujuſque majores regnum obtinuerant, interficere publico conſilio conati; cum ille præſenſiſſet, ac profugiſſet, uſque ad fines inſecuti, regnô domôque expulerunt, &, miſſis ad Cæſarem ſatisfaciundi cauſſa legatis; quum is omnem ad ſe ſenatum venire juſſiſſet, dicto audientes non fuerunt. Tantum apud homines barbaros valuit, eſſe repertos aliquos principes belli inferendi, tantamque omnium voluntatis commutationem attulit; ut præter Æduos & Rhemos, quos præcipuo ſemper honore Cæſar habuit, alteros pro vetere ac perpetuâ erga populum Romanum fide; alteros, pro recentibus belli Gallici officiis, nulla fere fuerit civitas non ſuſpecta nobis. Idque adeo haud ſcio mirandumne ſit; quum compluribus aliis de cauſſis, tum maximè, quod, qui virtute belli omnibus gentibus præferebantur; tantum ſe ejus opinionis deperdidiſſe, ut populi Romani imperia perferrent, graviſſimè dolebant. Treviri verò atque Indutio-

Allienſis in Romanorum faſtis) Urbem ingreſſi, cæſis obviis, omnibuſque incendio fœde vaſtatis, Capitolium, in quod Romana juventus confugerat, obſederunt multos menſes; tandemque factâ cum obſeſſis pace, aurique quantitatem ſtipulati, contra fidem à Furio Camillo Dictatore urbem cum copiis collectis ingreſſo, partim obtruncati ſunt, partim in fugam acti. *Merula.* Populi fuerunt Galliæ Celticæ, eamque Campaniæ partem (vulgo *Comté de Champaigne*) tenuerunt; ubi nunc viſitur civitas Archiepiſcopalis *Sens*, non ita procul Sequana & Lutetia Pariſiorum. In opido hoc, ut apparet, nominis antiqui Senonum veſtigia videre eſt. Flaccus apud Feſtum Senones dictos vult, quaſi Καίνονες, litera immutata; quia novi venerant ex Gallia Trans-Alpina: καινὸς enim *novus*. Verum Siculis gerris hæc vaniora. De iiſdem jam ante. *Montan.*

Apud homines barbaros] Barbari, teſte Strabone (ut & ante monuimus) dicebantur initio, qui difficulter & duriter pronuntiabant. Poſtea latius id vocabulum ſumtum. *Idem.*

Æduos & Rhemos] Quanti habiti ſint Ædui, aliquoties dictum; unum repetam, nempe fratres à Romanis appellatos fuiſſe. Sed quod dicat de Rhemis, eos *præcipuo honore habitos pro recentibus belli Gallici officiis:* ea officia erant quod celerius omnium opinione legatos ad Cæſarem miſiſſent; qui omnia in fidem poteſtatemque P. R. permitterent, & paratos illos dicerent, Romanis obſides dare, & frumento aliiſque rebus juvare, & opidis recipere & imperata facere. *Idem.*

Volun

-dutiomarus totius hiemis nullum tempus intermiſerunt, quin trans Rhenum legatos mitterent; civitates ſollici-tarent; pecunias pollicerentur: magnâ parte exercitus noſtri interfectâ, multo minorem ſupereſſe dicerent par-tem. Neque tamen ulli civitati Germanorum perſuade-ri potuit, ut Rhenum tranſiret, quum ſe bis expertos dicerent, Arioviſti bello & Tenchtherorum tranſitu, non eſſe fortunam amplius tentaturos. Hâc ſpe lapſus Indutiomarus nihilo minus copias cogere, exigere à fi-nitimis, equos parare, exules damnatoſque è Galliâ magnis præmiis ad ſe allicere cœpit; ac tantam ſibi jam iis rebus in Galliâ auctoritatem comparaverat; ut undi-que ad eum legationes concurrerent: gratiam, atque amicitiam publice privatimque peterent. Ubi intellexit ultrò ad ſe veniri; alterâ ex parte Senones Carnuteſque conſcientia facinoris inſtigari; alterâ Nervios Atuaticoſ-que bellum Romanis parare; neque ſibi voluntariorum copias defore, ſi ex finibus ſuis progredi cœpiſſet; ar-matum concilium indicit. Hôc more Gallorum eſt ini-tium belli, quô, lege communi, omnes puberes arma-ti convenire coguntur; & qui ex iis noviſſimus venit, in

Voluntariorum] Auguſtus bello Il-lyrico & Germanico cohortes liberto-rum legit, quos *voluntarios* appellavit, ſoloſque cum ingenuis miſceri, aut eô-dem armorum genere uti vetuit. Hos quoque Romæ incendiorum cauſa, et ſi gravior tumultus oriretur, inſtru-ctos paratoſque habuit. Hoc loco au-tem per *voluntarios* intelligit Indutio-marus eos, qui vel à Sueſſionibus, Veromanduis, Ambianis aliiſve ſe exercitui ejus adjuncturi eſſent, poſt-quam caſtra extra fines promoviſſet. *Montanus.*

Armatum concilium] Ecce, Prin-ceps vocatur Indutiomarus; non ta-men Cingetorigem generum ſuum ho-ſtem judicare poterat, niſi *indicto con-cilio:* id eſt, ſine multitudine ſeu ple-be. Cogebatur autem plebs conveni-re, non Principis aut Procerum juſſu; ſed *lege communi*, communiter ab o-mni ſimul plebe lata. Ubi jam con-venerunt: *Silentium*, teſte Tacito, *per ſacerdotes imperatur: Mox Rex vel Prin-ceps, prout ætas cuique, prout nobilitas, prout decus bellorum, prout facundia eſt, audiuntur, autoritate ſuadendi magis, quam poteſtate jubendi. Si diſplicuit ſen-tentia, fremitu aſpernantur. Sin placuit frameas concutiunt.* Subjungit autem Cæſar *more Gallorum:* non certè *more Gallorum* tantum; ſed omnium Celta-rum. *Montan.*

Qui ex iis noviſſimus venit] Nempe hic dirus ritus ideo videtur inſtitutus, ut admoniti pœnâ, diſcerent univerſi, ad tale concilium properare, in quo non

in conſpectu multitudinis omnibus cruciatibus affectus necatur. In eô conciliô Cingetorigem, alterius principem factionis, generum ſuum, quem ſupra demonſtravimus Cæſaris ſecutum fidem ab eo non diſceſſiſſe, hoſtem judicandum curat; bonaque ejus publicat. His rebus confectis, in concilio pronuntiat, accerſitum ſe à Senonibus & Carnutibus aliiſque compluribus Galliæ civitatibus; huc iter facturum per fines Rhemorum; eorumque agros populaturum; ac prius quàm id faciat, caſtra Labieni oppugnaturum: quæque fieri velit, præcipit. Labienus, quum & loci naturâ & manu munitiſſimis caſtris ſeſe contineret, de ſuo ac legionis periculo nihil timebat; ſed ne quam occaſionem rei bene gerendæ dimitteret, cogitabat. Itaque à Cingetorige atque ejus propinquis oratione Indutiomari cognitâ, quam in concilio habuerat, nuntios mittit ad finitimas civitates, equiteſque undique convocat. Iis certam diem conveniendi dicit. Interim prope quotidie cum omni equitatu Indutiomarus ſub caſtris ejus vagabatur; aliàs ut ſitum caſtrorum cognoſceret, aliàs colloquendi aut territandi cauſſâ. Equites plerumque omnes tela intra vallum conjiciebant. Labienus ſuos intra munitiones continebat: timoriſque opinionem, quibuſcumque poterat rebus augebat. Quum majore in dies con-

non de rebus levibus, ſed ſummo in patriæ diſcrimine de maximis diſceptatur. At mos hic tantum obſervatus cum majores conventus indicuntur: aliàs ubi minores res tranſigendæ erant; *illud*, ait Tacitus, *ex libertate vitium* habent, *quod non ſimul, nec juſſi conveniunt; ſed & alter & tertius dies contatione coëuntium abſumitur.* Idem.

Alterius Principem factionis] Nam, ut in principio hujus libri memoratum, Indutiomarus & Cingetorix de principatu inter ſe contenderant; *ex quibus Cingetorix, ſimulatque de Cæſaris adventu cognitum eſt, ad eum venit; ſe ſuoſque omnes in officio futuros, nec ab amicitia P. R. defecturos confirmavit.* Idem.

Caſtra Labieni] Fuerunt caſtra Labieni prope flumen Axonam, quatuor circiter millibus ſupra vicum *Ligny*: ubi flumen id XVI millia à Moſa abeſt. Qui locus cum Cæſaris narratione optimè reſpondet: cui etiam aquationis commoditas in ipſo Axona rectè convenit: ea quippe in caſtrorum metationibus cum maximè ſpectari ſolet. *Cluverius.*

Unum

contemptione Indutiomarus ad caſtra accederet, nocte unâ intromiſſis equitibus omnium finitimarum civitatum, quos accerſendos curaverat, tantâ diligentiâ omnes ſuos cuſtodiis intra caſtra continuit, ut nullâ ratione ea res enuntiari, aut ad Treviros perferri poſſet. Interim, ex conſuetudine quotidianâ, Indutiomarus ad caſtra accedit; atque ibi magnam partem diëi conſumit. Equites tela conjiciunt, & magnâ contumeliâ verborum noſtros ad pugnam evocant. Nullô à noſtris datô reſponſô, ubi viſum eſt, ſub veſperum, diſperſi ac diſſipati diſcedunt; ſubito Labienus duabus portis omnem equitatum emittit; præcipit atque interdicit, perterritis hoſtibus atque in fugam conjectis, quod fore, ſicut accidit, videbat, omnes unum peterent Indutiomarum; neu quis quemquam prius vulneraret, quam illum interfectum videret: quod, morâ reliquorum, illum, ſpatium nactum, effugere nolebat. Magna proponit iis, qui occiderint, præmia. Summittit cohortes equitibus ſubſidio. Comprobat hominis conſilium fortuna; &, quum unum omnes peterent, in ipsô fluminis vadô deprehenſus Indutiomarus interficitur; caputque ejus refertur in caſtra. Redeuntes equites, quos poſſunt, conſectantur atque occidunt. Hâc re cognitâ, omnes Eburonum & Nerviorum, quæ convenerant, copiæ diſcedunt; paulloque habuit poſt id factum Cæſar quietiorem Galliam.

LI-

Unum peterent Indutiomarum] *In milite enim unius ſors eſt, in Imperatore univerſorum.* Hegeſippus.

Proponit iis, qui occiderint, præmia] Bene, *quia milites in expeditionibus ſpes & præmia faciunt meliores.* Vegetius.

In ipſo fluminis vado deprehenſus] Nempe, ut ante, nunc etiam Indutiomarus fugiens ſuos reducere in Treviros voluit. Quum autem ad Moſam amnem, ob magnitudinem tranſitu difficilem, veniret, deprehenſus in vado interficitur. *Cluverius.*

Liber VI.

Multis de cauſſis Cæſar majorem Galliæ motum expectans, per M. Silanum, C. Antiſtium Reginum, T. Sextium legatos; delectum habere inſtituit: ſimul ab Cn. Pompeio pro-

Geſta ſunt, quæ hoc VI libro continentur, anno ab U.C. DCCL, Cn. Domitio M. F. Calvino, & M. Valerio Meſſala Coſſ. *Mont.*

Multis de cauſis] Quarum hanc potiſſimum ſub calcem ſuperioris libri recenſuit: quippe quod Gallis doleret, ſibi Gallicam majorum gloriam ereptam, & quod P. R. imperia perferre cogerentur. *Rhellican.*

Per M. Silanum] Bello Punico mentio fit M. Silani, qui Prop. Hiſpaniam obtinens, à Scipione Procos. cum X millibus peditum, & D equitibus in Celtiberiam contra Annonem Magonemque duces Pœnorum miſſus eſt: & collatis cum hoſte ſignis, ingenti prælio Magonem victum fugavit, Annonem vivum cepit. Hic procul dubio inter majores fuit hujus Silani. Hunc autem exiſtimo eſſe, qui Tribunus militum, decennio poſt, nempe anno ab U. C. DCCXI, Hirtio & Panſa Coſſ. exercitum ducendum accepit à Lepido, ſine mandato, cui parti ſe adjungeret. Hinc ſua ſponte ad Antonium ſe contulit. Quapropter Lepidus illum per literas apud Senatum acerrime accuſavit: ita ut laudatus ob hæc, bellum ei in Silanum injunctum ſit. *Montanus.*

C. Antiſtium Reginum] Illum eſſ credo, qui poſtea à Cæſaris Octavian partibus ſtans, Baſſum prætorem Apa meæ in Syria obſidione concluſit, an no ab U. C. DCCXII. Fuit autem e Antiſtia gente Plebeia, quæ Reginc rum & Veterum familias habuit. *Iden*

Exſtat Antiſtii vetus hæc inſcripti Præneſtæ.

C. ANTISTIUS.
C. F. ÆMILIA. VETUS.
AUGUR.
FORTUNÆ. PRIMIG.
EX. VOTO. SUSCEPTO.

F. Urſinus.

T. Sextium] Fuit hic ex gente pl beia: Quæ familias habuit Calvinc rum, Lateranorum, Sabinorum, S xtinorum. *Pigius.*

Delectum habere] Ad delectum a hibiti *Conquiſitores*, crebrum mun poſt bellum Sociale. Ii fuerunt, q in agros, & extra urbem miſſi, ad i dagandam & conquirendam juvent tem, atque ab ea re dicti. Multi eni ſæpe aut ſuo metu, aut parentum mido amore latitabant, ad eruend eos & conducendos, iſti. Interdu huic rei creati Triumviri. Uſurpâru & exteri. Erat alia quoque delect ratio: cum enim ex tota Italia ſcrib rentur legiones, nec omnes illi ta di

proconſule petit, quoniam ipſe ad urbem cum imperio Reip. cauſſa maneret, quos ex Ciſalpinâ Galliâ conſu-[l]is ſacramento rogaviſſet, ad ſigna convenire, & ad ſe pro-

[m]iſſiti uno tempore Romam venire [p]oſſent, in regionibus militem ſcribe-[b]ant; & per honeſtiores quoſdam; ut [S]enatores & Legatos dilectus habeba-[t]ur. Ut hoc loco per Silanum, Anti-[ſt]ium & Sextium legatos. *Lipſius.*

Cn. Pompeio Proconſule] M. Craſſus [&] Cn. Pompeius; poſtquam præter [r]eliqua facinora, Domitium conſula-[t]um ambientem; & nocte adhuc cum [i]ta factione in forum deſcendentem, [p]er inſidias aggreſſi, ſervum, qui lu-[m]en gerebat, obtruncavere, Catonem [a]lioſque conſauciavere, fugatiſque iis; [&] in ædes proprias compulſis; conſu-[l]es demum creati ſunt. Paulo poſt cu-[r]iam armatis cingentes; teſte Plutar-[c]ho, Catonemque foro expellentes, [q]uoſdamque reſiſtere auſos interficien-[t]es, Cæſari imperium in aliud quin-[q]uennium prorogârunt, ſibi ipſis Sy-[r]iam & utramque Hiſpaniam decreve-[r]unt. Sortiti; Syriam Craſſus; Hiſpa-[n]iam Pompeius accepit. *Montanus.*

Quoniam ipſe ad urbem cum imperio] [C]*um imperio maneret*, id eſt, magiſtratu [f]ungeretur, quæ locutio Hiſtoricis fre-[q]uens eſt, præſertim Livio: Sic enim; [T]. *Attilius Craſſus*, ait, *in Siciliam* [c]*um imperio, qui claſſi praeſſet, miſſus* [e]*ſt*. Rhellican. Dictum ſtatim eſt, Pom-[p]eio Hiſpaniam obveniſſe. Certè lege [c]atum fuerat; ut eam provinciam pro-[p]ter novos motus in eâ exortos, per [q]uinquennium obtineret, delectum [t]am in Urbe, quam totâ Italiâ habe-[r]et. Igitur miſſis legatis & alibi & in [C]is-Alpina Gallia milites ſacramento [r]ogârat. Sed quoniam rumores Hiſpa-[n]iæ clementiores eſſe cœpere, Pom-[p]eioque rei frumentariæ cura deman-[d]ata fuit, legatos ſuos in Hiſpaniam [m]ittit, ipſe in Urbe manſit eo anno [C]onſul, ſequenti autem Proconſul ad [U]rbem. *Dio*, libr. 39. Ergo legendum [h]oc loco: *quos ex Cis-Alpinâ Galliâ Con-ſul ſacramento rogaviſſet.* Non enim *con-ſulis* alicujus, ſed ſuo nomine delectum per legatos habuerat. Petiit igitur Cæſar à Pompeio Proconſule, ut quoniam ad Urbem manebat, neque in provincias proficiſci debebat; milites convenire juberet, & ad ſe ut proficiſcerentur curaret. *Ciaccon.*

Ad urbem] *Omnis enim Magiſtratus, qui intramuranus non eſt, nec urbanus, etiamſi adminiſtrator ejus Romæ eſt, ad urbem dicitur.* Aſconius. Ita Salluſtius: *Ii utrique ad urbem Imperatores erant.* Nemini autem qui cum imperio provinciali eſſet, niſi aut triumpharet, aut imperium deponeret, Urbem introire licebat. Idem Aſconius in Oratione pro Scauro planiſſimè id demonſtrat: *Horum*, inquit, *magna pars per tabulas laudaverunt; qui aberant: inter quos Pompeius quoque.* Nam quod erat Proconſul, extra urbem morabatur. *Ad urbem* itaque dicuntur magiſtratus illi; qui cum poteſtate provinciali; aut nuper è provincia revertiſſent, aut nondum in provinciam profecti eſſent: ſed extra manerent. *Hotomannus.* Quo ſcopo autem *ad urbem* Pompeius manſerit, docet Plutarchus: nempe illum haud levem invidiam ſibi paraviſſe, quod exercitum & provincias amicis ſuis legatis mandans, ipſe per amœna Italiæ loca obambulans, modo hic, modo alibi cum uxore degeret: ſive amore ejus captus, ſive amantem ſui uxorem deſerere non ſuſtinens. *Montanus.*

Reipubl. cauſa] Nempe quia cura rei frumentariæ ei demandata fuerat. *Idem.*

Sacramento rogaviſſet] Cùm priſcis temporibus apud Romanos ſacramento tantum, quod juramentum erat voluntarium, &; ut ait Livius, *ex voluntario inter milites fœdere*, rogari milites ſoliti eſſent: L. Paulo & C. Var-

proficiſci juberet. Magni intereſſe etiam in reliquum tempus, ad opinionem Galliæ, exiſtimans, tantas videri Italiæ facultates, ut, ſi quid eſſet in bello detrimenti acceptum, non modo id brevi tempore ſarciri, ſed etiam majoribus adaugeri copiis poſſet. Quod quum Pompeius & Reip. & amicitiæ tribuiſſet; celeriter confecto per ſuos delectu, tribus ante exactam hiemem & conſtitutis & adductis legionibus, duplicatoque earum cohor-

rone Conſulibus anno ab U.C.DXXVII inſtitutum fuit, ut jurejurando neceſſario & legitimo per Tribunos militum adigerentur. Tradit hoc Frontinus lib. IV, ex Livii lib. XXII. Sacramentum vero hujuſmodi (uti ex memorato Livii loco notat Frontinus) his verbis concipiebatur, vel potius ejus ſententia hæc erat: *Milites juſſu Conſulum conventuros, non injuſſu abituros; ſeſe fugæ atque formidinis ergo non abituros, neque ex ordine receſſuros, niſi teli ſumendi aut petendi, aut hoſtis feriendi, aut civis ſervandi cauſa.* Sed vetus jurisjurandi formula latius habetur apud Agellium lib. XVI, cap. IV, ex Cincii lib. V, de re militari: in quo ita refert ſcriptum; *Cum delectus antiquitus fieret, & milites ſcriberentur; jusjurandum Tribunus militaris eos adigebat in hæc verba, &c. Deinde ita concipiebatur jusjurandum, ut adeſſent: his additis conditionibus, niſi harumce quæ cauſa erit: funus familiare, feriæ denicales, quæ non ejus rei cauſa in eum diem collatæ ſint, quo is eo die minus ibi eſſet, morbus ſonticus auſpiciumque, quod ſine piaculo præterire non liceat, ſacrificiumque anniverſarium, quod recte fieri non poſſet, niſi ipſus eo die ibi ſit: hoſtiſve ſtatus, condictuſve dies cum hoſte. Si cui eorum harumve quæ cauſa erit, tum ſe poſtridie quam per eas cauſas licebit, eo venturum, aditurumque, qui eum pagum, vicum opidumque delegerit. Miles cum die, qui prodictus eſt, aberat, neque excuſatus erat, infrequens dicebatur.* Jurabant autem tum in Magiſtratus, tum in Imperatoris nomen. Ab hujuſmodi autem juramento, miſſione milites ſolvebantur, cùm à Magiſtratu dimitterentur. Porro Cæſar dicit, *Conſulis Sacramento.* Nemini dubium eſt illud intelligi debere de ſecundo Pompeii conſulatu: quem geſſit iterum cum M. Craſſo; Nam primum conſulatum cum eodem geſſit anno U. C. DCXCVIII Qui ſanè Conſulatus deſcriptus eſt in eburneâ teſſerâ apud me, quæ, ut videtur, edito ſpectaculo dabatur gladiatori, qui in eo ſpectatus eſſet. Sic enim habet. PHILARGURUS LU CILI. SP. A. D. VII. ID. APR. CN. PO. M. CRA. Valet enim nota SP ut ex alia ſimili teſſera intelligitur SPECTATUS. *F. Urſinus.*

Quod cum Pompeius & Reipubl. & amicitiæ tribuiſſet] *Reip.* nempe, qui Italiæ viribus Galliam terreret, & damnum Sabini Cottæque clade acceptum, brevi tempore repararet. *Amicitiæ*; Pompeius enim Juliam Cæſaris filiam in uxorem duxerat, quamvis Cæpioni jam deſponſatam: tum etiam hoc affinitatis vinculum arctius contrahebatur, dum Cæſar Craſſuſque & Pompeius Reipub. munia inter ſe partirentur, & omnia pro lubitu agerent. Hinc à quodam *Tricipitium* nominati ſunt. Legiones autem Pompeius duas Cæſari ad bellum Gallicum utendas dedit, teſte Plutarcho, cum quatuor ipſe primum haberet. *Montanus.*

Duplicatoque earum cohortium numero] Quoniam ſuperiore libro ait, unam legionem & quinque cohortes Sabini & Cottæ commiſſas fuiſſe: illoſque a miſſi[s]

hortium numero, quas cum Q. Titurio amiſerat, & celeritate & copiis docuit, quid populi Romani diſciplina atque opes poſſent. Interfectô Indutiomarô, ut docuimus, ad ejus propinquos à Treviris imperium defertur. Illi finitimos Germanos ſollicitare, & pecuniam polliceri, non deſiſtunt. Quum ab proximis impetrare non poſſent, ulteriores tentant: inventis nonnullis, civitates jurejurando inter ſe confirmant, obſidibuſque de pecuniâ cavent. Ambiorigem ſibi ſocietate & fœdere adjungunt. Quibus rebus cognitis, Cæſar, quum undique bellum parari videret, Nervios, Atuaticos ac Menapios, adjunctis cisrhenanis omnibus Germanis, eſſe in armis: Senones ad imperatum non venire; & cum Carnutibus finitimiſque civitatibus conſilia communicare;

niſiſſe cohortes xv. Nunc autem erant dductæ legiones III (nam legionem cohortes continere ante dictum) id ſt, cohortes xxx, duplicaverat ergo numerum cohortium. Et pugnat nunc Cæſar x legionibus. *Glarean.* Bene verò, *Cohortium*, non *cohortum*. In veteribus enim argenteis denariis, qui ſunt M. Antonio III-viro R. P. C. cuſi, egitur COHORTIUM PRÆTO-RIARUM. *F. Urſinus.*

Obſidibuſque de pecuniâ cavent] *Cavent*; ſupple *Treviri*; hoc eſt, ſecuras eddunt alias civitates ſibi devinctas. *hellican.*

De pecuniâ] Id eſt, ſtipendio numerando. *Cautum* enim (ut habetur in b. de verborum ſignificationibus) *intelligitur, ſive perſonis ſive rebus cautum* t. Is autem cautus, hoc eſt, ſecurus ſt, cui vel pignore, vel fidejuſſione onſultum eſt. *Alciatus.*

Ciſrhenanis omnibus Germanis] Cum rimum Gallia nullo nomine diſtingueretur, Romani eam, ubi Rheno roxima adjacet, ex incolarum vocaulo Germaniam Cisrhenanam ſive iteriorem, & Gallicam appellarunt: empe quia, Gallis vi expulſis, Germani illos tractus inſederant. Et certiſſimum eſt Romanos hujus diſtinctionis primos autores exſtitiſſe. Dio enim Germanos Galliæ nomen non immutâſſe tradit. Et quis credat; Gallos è propriis ſedibus fugatos in Germanorum gratiam Cisrhenanam Germaniam patriam ſuam vocaſſe? Fuerunt autem in hoc tractu variæ nationes; ut inter alias Vangiones, Toxandri, Pœmani, Cæreſi, Menapii, Nemetes, Trevirorum pars tertia aliique. Notandum hoc loco, Romanos provinciis limites ſtatuiſſe, non pro genuinis gentium finibus, ſed pro arbitratu, & prout commodum iis viſum: ut in hac Cisrhenana Germania, alias integras nationes, etiam Germanicæ originis, alias dimidias nationum partes, à Germaniæ titulo reſecuerunt. *Montanus.*

Senones ad imperatum non venire] Cùm enim ſatisfaciendi cauſâ legatos ad Cæſarem miſiſſent, quia Cavarinum, quem Cæſar apud illos regem conſtituerat, domo expuliſſent: Et ille omnem Senatum ad ſe evocaſſet, dicto audientes non fuerunt. *Idem.*

care; à Treviris Germanos crebris legationibus ſolicitari: maturius ſibi de bello cogitandum putavit. Itaque, nondum hieme confectâ, proximis IV legionibus coactis, de improviſo in fines Nerviorum contendit: &, prius quàm illi aut convenire, aut profugere poſſent, magnô pecoris atque hominum numerô captô, atque eâ prædâ militibus conceſsâ, vaſtatiſque agris, in deditionem venire, atque obſides ſibi dare coëgit. Eô celeriter confectô negotiô, rurſus legiones in hiberna reduxit. Conciliô Galliæ primô vere, ut inſtituerat, indictô; quum reliqui, præter Senones, Carnutes Treviroſque, veniſſent; initium belli ac defectionis hoc eſſe arbitratus; ut omnia poſtponere videretur, concilium Lutetiam Pariſiorum transfert. Confines erant hi Senonibus, civitatemque patrum memoriâ conjunxerant, ſed ab hoc conſilio abfuiſſe exiſtimabantur. Hâc re pro ſuggeſtu pronuntiatâ, eôdem die cum legionibus in Senones proficiſcitur, magniſque itineribus eo pervenit.

Cogni

Præda militibus conceſſa] Liberaliſſimus Cæſar in milites fuit: nec hoc loco tantum, primus eſt qui ſtipendium ad quinque aſſes reductum, duplicavit in perpetuum, & denos in diem aſſes dedit: quod pretium manſit ad tempora Domitiani. *Idem.*

Lutetiam Pariſiorum] *Pariſium*, quod vulgo *le Pariſis*, complectebatur olim quicquid erat hinc à Porta Pariſienſi, uſque ad pontem Æſiæ *(Pontoiſe)*, inde vero Clayam uſque, verſus Brienſes. Nomen fere periit, niſi quod ejus etiamnum memoria ſervetur in quibuſdam pagis, *Louvres*, *Cormeilles*, *Eſcouan*, & aliis, qui *Pariſii*, *(en Pariſis)* cognominantur. Pariſii hujus urbs, totiuſque nunc Galliæ metropolis eſt *Lutetia*: quæ Juliano Λευκετία· Marcellino *Caſtellum Pariſiorum*, digitum procul dubio intendenti in ædificium antiquiſſimum, quod hodieque ibi cum ſtupore viſitur: Hodie *Paris*, vulgo, ab ipſis hujus Agri populis: quod paſſim per Gallias accidit, ut urbes antiquis nominibus rejectis & obliteratis auguſtiores ipſarum gentium appellationes aſſumſerint. *Lutetia* quibuſdam à *luto*, propter paludes vicinas, quarum libro ſequenti mento fit, videtur dicta: earum hodieque, ut ferunt, memoriam ſervante Foro Primario, quod *Marchepalus*, quaſi *Forum Paludoſum*: aliis à gypſi fodinis proximis quaſi Λευκόλειχία, quod fere tota cruſtario conſtet opere. Boëtius *Civitatem Julii* vocat; quod is forſitan multa ibi ædificârit. Quondam multo minor quàm hodie. *Merula.* Sed Pariſii Galliæ Celticæ ad Sequanam populi, nunc Franciam ſpecialius ſtrictiuſque ſumtam incolunt. Cætera de gente hac e Cæſare patent. *Montan.*

Ab hoc conſilio] Id eſt, conjuratione & conſpiratione. *Hotoman.*

Æſt

Cognitô ejus adventu, Acco qui princeps ejus conſilii fuerat, jubet in opida multitudinem convenire: conantibus, prius quàm id effici poſſet, adeſſe Romanos nuntiatur. Neceſſario ſententiâ deſiſtunt, legatoſque deprecandi cauſſâ ad Cæſarem mittunt. Adeunt per Æduos, quorum antiquitus erat in fide civitas. Libenter Cæſar, petentibus Æduis, dat veniam: excuſationemque accipit; quod æſtivum tempus inſtantis belli, non quæſtionis eſſe arbitrabatur. Obſidibus imperatis centum, hos Æduis cuſtodiendos tradit. Eodem Carnutes legatos obſideſque mittunt, uſi deprecatoribus Rhemis, quorum erant in clientelâ. Eadem ferunt reſponſa. Peragit concilium Cæſar, equiteſque imperat civitatibus. Hâc parte Galliæ pacatâ, totus & mente & animo in bellum Trevirorum & Ambiorigis inſiſtit. Cavarinum cum equitatu Senonum ſecum proficiſci jubet, nequis aut ex hujus iracundiâ, aut ex eô, quod meruerat, odiô civitatis motus exiſtat. His rebus conſtitutis, quod pro explorato habebat Ambiorigem prælio non eſſe certaturum,

Æſtivum tempus inſtantis belli] Puto legendum *Inſtans*, neque obſcuram conjecturæ cauſſam eſſe arbitror. *Idem.*

Quorum in clientela erant] Cæſar hic *clientelas*, & alibi etiam *amicitias* appellat, quas vulgus nunc Latinè loquentium *protectiones.* Sic Hamoburgium ſub protectione regum Daniæ, Aquiſgranum ſub Ducum Juliacenſium: id eſt, ſi Latialiter loqui velis, *in clientela*, *in amicitia*, ſive etiam *in fide*, ut & *ſub imperio ſunt.* Et ſane fuit *imperium* verius in populis Celticis, quam *amicitia*, aut *clientela*, ubi inferiores fœdere haud æquo ſuperioribus juncti. Hi quippe majeſtatem illorum atque leges, tributaque impoſita agnoſcebant. *Amicitiam*, ut dictum, haud ſemel illud Cæſar vocat in Gallis Germaniſque, more Romanorum, qui per hunc fucum, per has blanditias, gentium ſub imperium redactarum animos emolliebant; quo minus inviti jugum collis ſuis ſuſciperent. Sed inter Celtas duo fuerunt fœderum genera; alterum æquum, alterum iniquum. Æquo fœdere juncti, verè ſocii & amici dicebantur, & erant: quia utrorumque manebat æqua majeſtas & libertas. Iniquo fœdere conciliati, ſunt clientes, ut hôc locô Carnutes Æduorum; hi autem eâ gratiâ inter ſe junguntur, uti inferiores certis conditionibus pareant ſuperioribus; majeſtatem atque imperium eorum agnoſcant, certaque tributa pendant, vel officia quædam præſtent: ſuperiores verò è reciproco inferiores reſque eorum ſumma fide contra hoſtes defendant. Hoc fœderum genus, non modo in Germanis, Gallis, reliquiſque Celtis: ſed in aliis etiam per orbem gentibus, origine antiquiſſimum eſt. *Cluverius.*

rum, reliqua ejus conſilia animo circumſpiciebat. Erant Menapii propinqui Eburonum finibus, perpetuis paludibus ſilviſque muniti; qui uni ex Galliâ, de pace, ad Cæſarem legatos numquam miſerant. Cum iis eſſe hoſpitium Ambiorigi ſciebat: item per Treviros veniſſe Germanis in amicitiam cognoverat. Hæc prius illi detrahenda auxilia exiſtimabat, quàm ipſum bello laceſſendum; ne deſperatâ ſalute, aut ſe in Menapios abderet, aut cum tranſrhenanis congredi cogeretur. Hôc initô conſiliô, totius exercitus impedimenta ad Labienum in Treviros mittit, duaſque legiones ad eum proficiſci jubet. Ipſe cum legionibus expeditis V in Menapios proficiſcitur. Illi, nullâ coactâ manu, loci præſidio freti, in ſilvas paludeſque confugiunt; ſuaque eodem conferunt. Cæſar partitis copiis cum C. Fabio legato & M. Craſſo quæſtore, celeriterque effectis pontibus, adiit tripartito, ædificia vicoſque incendit, magno pecoris atque hominum numerô potitur. Quibus rebus coacti Menapii, legatos ad eum, pacis petendæ cauſſa, mittunt. Ille, obſidibus acceptis; hoſtium ſe habiturum numero confirmat, ſi aut Ambiorigem, aut ejus legatos, finibus ſuis recepiſſent. His confirmatis rebus, Comium Atrebatem cum equitatu, cuſtodis loco, in Menapiis relinquit; ipſe in Treviros proficiſcitur. Dum hæc à Cæ-

Menapii propinqui Eburonum finibus, perpetuis paludibus] Menapii nempe vicinos habuerunt Eburones à meridie. Paludes autem etiam nunc in Menapiorum finibus maxime ſunt: ſic inter alias, quæ vulgari vocabulo *de Peele* dicitur, in Gelriæ Brabantiæque confinio ſita, incipiens haud procul opido, vulgo *Grave*, deſinenſque non longe infra opidum, vulgo *Waerd.* Præter hanc aliæ duæ, non minori longitudine Rhenum Moſamque interjacent, *het Veen* & *de Kiyt. Silvæ*, de quibus hic ſermo, partes procul dubio Arduennæ fuerunt. De Menapiis jam ante dictum. *Montan.*

Ad Labienum in Treviros] Antea dixit Cæſar Labienum hiberna habuiſſe in *Rhemis:* & certe non *in Treviris* ſed *in Rhemis:* imo, ut monuimus, prope flumen Axonam, IV circiter millibus ſupra vicum *Ligny*, ubi flumen id XVI millia à Moſa abeſt. Niſi itaque textus emendetur, error & contradictio eſt in Cæſare: & ſtatim patebit. *Idem.*

Cuſtodis loco] Id eſt, obſervatoris, ſpeculatoris. *Hotoman.*

Tre-

Cæſare geruntur, Treviri, magnis coactis peditatus equitatuſque copiis, Labienum cum unâ legione, quæ in eorum finibus hiemaverat, adoriri parabant. Jamque ab eo non longius bidui viâ aberant, quum duas veniſſe legiones miſſu Cæſaris cognoſcunt. Poſitis caſtris à millibus paſſuum XV, auxilia Germanorum expectare conſtituunt. Labienus, hoſtium cognitô conſiliô, ſperans temeritate eorum fore aliquam dimicandi facultatem, V cohortium præſidiô impedimentis relictô, cum XXV cohortibus, magnoque equitatu, contra hoſtem proficiſcitur; &, M paſſuum intermiſſo ſpatio, caſtra communit. Erat inter Labienum atque hoſtem, difficili tranſitu flumen ripiſque præruptis. Hoc neque ipſe tranſire habebat in animo, neque hoſtes tranſituros exiſtimabat. Augebatur auxiliorum quotidie ſpes. Loquitur in concilio palam; quoniam Germani appropinquare dicuntur, ſeſe ſuas exercituſque fortunas in dubium non devocaturum, & poſtero die prima luce caſtra moturum. Celeriter hæc ad hoſtes deferuntur; ut ex magno Gallorum equitatus numero nonnullos Gallicis rebus favere natura cogebat. Labienus, noctu tribunis mil. pri-

Treviri, magnis coactis peditatus] Treviri caſtra Labieni oppugnaturi, cum copiis ſuis ad proximos Rhemorum fines & Moſam flumen, quod XIV circiter mill. paſſ. à caſtris Labieni aberat, progrediebantur: auditoque duas legiones à Cæſare miſſas auxilio Labieno, caſtra illic poſuerunt in ſuis finibus, ad dextram amnis ripam, Germanorum auxilia exſpectaturi. Labienus contra hoſtem profectus, CIↃ paſſuum ſpatio ab amne & Trevirorum caſtris, caſtra locavit ſua. Eô amnem tranſire non auſô, Treviri vado tranſierunt; prælioque à Romanis fuſi ſunt. XV igitur millia paſſuum caſtra Labieni, in occidentem verſus, à Moſa amne abfuerunt, *in Trevirorum confinio*, id eſt, haud longè à Trevirorum finibus & Moſa, termino Rhemos inter Treviroſque, in extremis Rhemorum finibus. Cæſar itaque ad Labienum impedimenta mittere non poterat *in Treviros*, nec Labienus *in eorum finibus* hiemare. Reponendum igitur pro *in Treviros*, *in Rhemos*, pro *in eorum finibus hiemaverat*, *in Rhemorum finibus*. Hanc emendationem qui ferre nequit, negligentiſſimum Cæſarem fuiſſe, in ſuis rebus deſcribendis, fateatur neceſſe eſt. *Cluverius.*

Ex magno Gallorum equitatus] Sic ſupra, *Non facile Gallos Gallis negare potuiſſe.* Nimirum pleriſque populis urbibuſque natura conſenſus quidam eſt protegendi amandique mutuo, ut in ſuam quiſque nationem ſit propenſior. *Brant.*

primiſque ordinibus convocatis, quid ſui conſilii ſit, proponit; & , quo facilius hoſtibus timoris det ſuſpicionem, majore ſtrepitu & tumultu, quàm populi Romani fert conſuetudo, caſtra moveri jubet. His rebus fugæ ſimilem profectionem efficit. Hæc quoque per exploratores ante lucem, in tantâ propinquitate caſtrorum, ad hoſtes deferuntur. Vix agmen noviſſimum extra munitiones proceſſerat; cùm Galli, cohortati inter ſe, ne ſperatam prædam ex manibus dimitterent; longum eſſe, perterritis Romanis, Germanorum auxilium exſpectare; neque ſuam pati dignitatem, ut tantis copiis tam exiguam manum, præſertim fugientem atque impeditam, adoriri non audeant; flumen tranſire, & iniquô locô prælium committere non dubitant. Quæ fore ſuſpicatus Labienus, ut omnes citra flumen eliceret, eâdem uſus ſimulatione itineris, placidè progrediebatur. Tum præmiſſis paullulum impedimentis, atque in tumulô quôdam collocatis; Habetis, inquit, milites, quam petiſtis, facultatem: hoſtem impeditô atque iniquô locô tenetis: præſtate eandem nobis ducibus virtutem, quàm ſæpenumero Imperatori præſtitiſtis; eum adeſſe, & hæc coram cernere, exiſtimate. Simul ſigna ad

Primiſque ordinibus convocatis] Hic locus multos correctores invenit, dum tamen totus mundus & bellus eſt. Miſeri non potuerunr capere totos primos ordines convocatos. nec fuerunt. Sed, teſte Lipſio, primos ordines, pro centurionibus talium ordinum, compendio quodam dicunt. *Montanus.*

Caſtra moveri jubet] Sicut fugæ ſimilem, barbarorum caſtra movendi morem autores tradunt: ita Romani, ut in omnibus militaribus actionibus, diſtinctè & abſque tumultu ſigna movebant. Cornicines enim primum dabant ſignum profectionis: hoc audito miles ſarcinas componebat. Dein alterum, ut parati eſſent: tum onera imponebant jumentis, & caſtris ignem ejiciebant. Tertiô demum ſignô iter ingrediebantur. *Idem.*

Flumen tranſire] Procul dubio Treviri Moſam tranſierunt circiter opidum Virdunum, Moſæ adjacens, vulgo *Verdun*. Idem.

Ut omnes citra flumen eliceret] Hoc ſtratagema Labieni ita memorat Frontinus: *T. Labienus Cæſaris legatus, adverſus Gallos, ante adventum Germanorum, quos auxilio his venturos ſciebat, confligere cupiens, diffidentiam ſimulavit, poſitiſque in diverſa ripa caſtris, profectionem edixit in poſterum diem. Galli credentes eum fugere, flumen quod medium erat, inſtituerunt tranſmittere. Labienus circumacto exercitu, inter ipſas ſuperandi amnis difficultates eos cecidit.* Montan.

Paucis

ad hoſtem converti, aciemque dirigi jubet: &, paucis turmis præſidio ad impedimenta dimiſſis, reliquos equites ad latera diſponit. Celeriter noſtri, clamore ſublatô, pila in hoſtes jaciunt. Illi, ubi præter ſpem, quos fugere credebant, infeſtis ſignis, ad ſe ire viderunt, impetum modo ferre non potuerunt: ac primo concurſu in fugam conjecti, proximas ſilvas petiverunt: quos Labienus equitatu conſectatus, magnô numerô interfectô, compluribus captis, paucis poſt diebus civitatem recipit. Nam Germani, qui auxilio veniebant, perceptâ Trevirorum fugâ, ſeſe domum contulerunt. Cum iis propinqui Indutiomari, qui defectionis auctores fuerant, comitati eos, ex civitate exceſſere. Cingetorigi, quem ab initio permanſiſſe in officio demonſtravimus, principatus atque imperium eſt traditum. Cæſar, poſtquam ex Menapiis in Treviros venit, duabus de cauſſis Rhenum tranſire conſtituit: quarum erat altera, quod auxilia contra ſe Treviris miſerant: altera, ne Ambiorix receptum ad eos haberet. His conſtitutis rebus, paullum ſupra eum locum, quo antea exercitum tranſduxerat, facere pontem inſtituit. Notâ atque inſtitutâ ratione, magnô militum ſtudiô, paucis diebus, opus efficitur: firmô in Treviris præſidiô ad pontem relictô, ne quis ab

Paucis turmis] Diviſio equitum fuit in x turmas. Turma dicta, quaſi *Terma*, quia ter denos habuit equites. Erant autem in Legione Turmæ tricenariæ x, ſeu equites ccc. Sunt ergo turmæ in ala, quot cohortes in legione; & decuriæ, quot manipuli; ternæ enim in turma. *Lipſius.*

Civitatem recipit] Id eſt, ex rebellione & defectione recuperat. *Hotoman.*

Supra eum locum, quo antea] Antea pontem conſtruxit infra confluentem Moſellæ, in Condruſis; & jam paulum ſupra hoc opidum. Quo autem loco, annotat Cluverius ex ſequentibus, ubi Cæſar ait, *Sigambros Rhenum navibus tranſeuntes*, xxx *millibus paſſuum infra eum locum, ubi pons erat imperfectus, præſidiumque à Cæſare relictum, primos Eburonum fines adiiſſe.* Sigambros inter Coloniam Agrippinenſem & Rheni divortium, ripam amnis coluiſſe, & circa ipſam Coloniam Eburonum agros proſpexiſſe certiſſimum eſt. A Colonia igitur ſi mill. aſcendas xxx, incides in opidum Antonacum: quo loco haud dubie hic pons Cæſaris exſtructus fuit, in Treviris. *Montanus.*

Paucis diebus] Non addit dierum numerum: alterum autem decem diebus abſolutum fuiſſe indicavit. *Idem.*

A Sue-

ab iis ſubito motus oriretur, reliquas copias equitatumque tranſducit. Ubii, qui ante obſides dederant, atque in deditionem venerant, purgandi ſui cauſsâ ad eum legatos mittunt: qui doceant, neque ex ſuâ civitate auxilia in Treviros miſſa, neque ab ſe fidem læſam. Petunt atque orant, ut ſibi parcat; ne, communi odio Germanorum, innocentes pro nocentibus pœnas pendant. Si amplius obſidum velit, dare pollicentur. Cognitâ Cæſar cauſsâ, reperit, ab Suevis auxilia miſſa eſſe; Ubiorum ſatisfactionem accepit: aditus viaſque in Suevos perquirit. Interim, paucis poſt diebus fit ab Ubiis certior, Suevos omnes in unum locum copias cogere, atque iis nationibus, quæ ſub eorum ſunt imperio, denuntiare; ut auxilia peditatus equitatuſque mittant. His cognitis rebus, rem frumentariam providet, caſtris idoneum locum deligit: Ubiis imperat, ut pecora deducant; ſuaque omnia ex agris in opida conferant; ſperans, barbaros atque imperitos homines, inopiâ cibariorum adductos, ad iniquam pugnandi conditionem poſſe deduci: mandat, ut crebros exploratores in Suevos

A Suevis] Nomen Suevorum unde originem ceperit, item quâ occaſione vel cauſa tot vaſtiſſimô terrarum ſpatiô nationes in unum corpus nomenque coiverint, planè incertum eſt. Eſt equidem immenſum montium jugum in ſeptentrione, Norvagiam hodie à Suediâ diſpeſcens, olim Sevo Romanis autoribus dictum; cui jam inde ab antiquiſſimis ſeculis affixa fuit Suionum ſive Sueonum magna gens: eſt præterea & amnis, Ptolemæo Συῆβος, Suevus, in Codanum ſe effundens: quorum ſingula ex uno eodemque fonte cum univerſis Suevis ſortita fuiſſe appellationes ſuas, nemo temere negaverit. Nec tamen facile quis dixerit cujus vocabulum primum omnium exſtiterit. Sed in Sueviâ varia gentium nationumque nomina memorantur ab autoribus; ut Hermundurorum, Marſingiorum, Gothonum, Semnonum, Anglorum, Nuithonum, Burgundiorum aliorumque, quos Æthicus in univerſum LIV fuiſſe tradit. Cæſaris autem Suevos, Cattos revera eſſe ex hôc locô clarè elicitur. Nam ſi Suevos intelligas, quorum fines Tacito inter Salam Albimque, & inter Viſtulam Danubiumq; & mare ſeptentrionale expanduntur: quâ ratione, quæſo, Ubii paucis diebus Cæſari referre poterant, Suevos ad extremos fines, id eſt, ad Viſtulam vel Danubium, qua is Dacos, Sarmatas Jazygaſque tetigit, ſe recepiſſe, quandoquidem illud flumen ab Ubiorum finibus CCCCLXXX, hoc verò CCCLX millibus paſſuum abfuit? *Cluver.*

Sub eorum ſunt imperio] Notetur Cæſarem promiſcuè pro eodem uſurpare, *in fide*, *in clientela*, & *ſub imperio eſſe*. Hotoman.

Quæ

vos mittant, quæque apud eos gerantur, cognoſcant. Illi imperata faciunt; &, paucis diebus intermiſſis, refertur; Suevos omnes, poſteaquam certiores nuntii de exercitu Romanorum venerant, cum omnibus ſuis ſociorumque copiis, quas coëgiſſent, penitus ad extremos fines ſeſe recepiſſe. Silvam eſſe ibi infinitæ magnitudinis, quæ appellatur Bacenis: hanc longè introrſus pertinere, & pro nativo muro objectam, Cheruſcos à Suevis, Suevoſque à Cheruſcis, injuriis incurſionibuſque prohibere. Ad ejus initium ſilvæ Suevos adventum Romanorum expectare conſtituiſſe. Quoniam ad hunc locum perventum eſt, non alienum eſſe videtur de Galliæ Germaniæque moribus, & quo differant eæ nationes in-

Quæ appellatur Bacenis] Eôdem haud dubie tractu fuit ſilva Bacenis, ubi nunc ingens & celebratus viſitur ſaltus in perpetuo montium jugo, vulgari vocabulo *de Harz*. Citra hunc, in meridiem verſus, fuerunt Suevi Cæſariani, eodem ſcilicet tractu; quo Catti poſtea, ſub Auguſto & Tiberio, ac reliquis imperatoribus, ab omnibus auctoribus conferuntur. Id verò maximè notandum, extremos Cæſarianorum Suevorum fines eodem tractu fuiſſe, quo initium ſilvæ Bacenis, *quæ Suevos à Cheruſcis prohibebat*. Unde liquido colligitur, extremos ſive ultimos Suevorum Cæſarianorum fines fuiſſe cis Albim, circa confluentem Salæ amnis. *Cluverius.*

Cheruſcos à Suevis] A meridie Cheruſci eoſdem fines habuere, quos Chatti à ſeptentrione, ad Salæ uſque & Albis confluentes, juxta montem ac ſilvam Bacenim: & ab occidente eos limites omni tempore, quos Chauci ab oriente ſub Trajano. Angrivariis autem cis Viſurgim recedentibus, toto hoc latere Cheruſci tegebantur Viſurgi, ad vicum uſque *Remen*. Cæterum ab oriente & ſeptentrione Albi tegebantur. Quod teſtatur Claudianus:

— *Ingentes Albim liquere Cheruſci.*

Continentur hodie hôc terrarum ſpatiô regiones iſtæ: Totus Epiſcopatus Ferdenſis; Luneburgienſis ac Brunesvicenſis ducatus; duo item Epiſcopatus, Hildeshemienſis & Halberſtadienſis; comitatus Schouenburgenſis, Magdeburgenſis Epiſcopat. pars cis Albim; Marchia antiqua, Dannebergenſis comitatus, Laviburgienſiſque ducatus portiones cis Albim. *Idem.*

Injuriis incurſionibuſque] Erat quippe inter Cheruſcos & Chattos, validiſſimam utramque gentem, vetus perpetuumque bellum. Poſtea, Auguſto regnante, Arminius Cheruſcorum dux ita gentis utriuſque animos conciliavit; ut aliquandiu conjunctis armis Romanis reſtiterint. Illo autem mortuo, iterum inter ſe commiſſi ſunt: ex quo tandem hoc ſequutum eſt, quod Tacitus de mor. German. tradit, *Cheruſci nimiam ac marcentem diu pacem illaceſſiti nutrierunt, idque jocundius, quam tutius fuit: quia inter impotentes ac validos falſo quieſcas. Ubi manu agitur, modeſtia ac probitas nomina ſuperioris ſunt. Ita, qui olim boni æquique Cheruſci, nunc inertes ac ſtulti vocantur. Cattis victoribus fortuna in ſapientiam ceſſit.* Montanus.

In

inter ſeſe, proponere. IN GALLIA non ſolùm in omnibus civitatibus atque pagis partibuſque; ſed pene etiam in ſingulis domibus factiones ſunt. Earumque factionum ſunt principes, qui ſummam auctoritatem eorum judiciô habere exiſtimantur: quorum ad arbitrium judiciumque ſumma omnium rerum conſiliorumque redeat. Idque ejus rei cauſsâ antiquitùs inſtitutum videtur, ne quis ex plebe contra potentiorem auxilii egeret Suos enim opprimi quiſque, & circumveniri non patitur; neque, aliter ſi faciat, ullam inter ſuas habeat auctoritatem. Hæc eadem ratio eſt in ſummâ totius Galliæ. Namque omnes civitates in duas partes diviſæ ſunt Quum Cæſar in Galliam venit, alterius factionis principes erant Ædui, alterius Sequani. Ii quum per ſe minus valerent, quod ſumma auctoritas antiquitùs erat in Æduis, magnæque eorum erant clientelæ, Germanos atque

In omnibus civitatibus atque pagis] Civitates vocat Reſpublicas; quæ vel liberæ, & ſui juris erant; ut Bellovacorum & Rhemorum aliorumque: vel in alterius potentioris fide & clientela, ut Biturigum & Senonum, qui Æduorum fidem ſequebantur. *Pagos* verò earum rerumpub. fines ſive territoria. *Hotoman.*

Factiones ſunt] Hic notetur memorabilis illa vox Taciti in Agric. vita: *Non aliud adverſus validiſſimas gentes pro nobis utilius, quàm quod in commune non conſulunt: ſed per principes factionibus & ſtudiis trahuntur. Ita dum ſinguli pugnant, univerſi vincuntur.* Itaque cum diuturnis civilibus bellis Galli inter ſe diu conflictati eſſent, Cæſar hanc occupandæ Galliæ occaſionem ſumpſit. Sic bella Ubiorum, Uſipetum, Tenchtherorum & Suevorum civilia tranſitum in Germaniam eidem præbuerunt: & in Britanniam Caſſivellauni & Trinobantum contentiones. *Idem.*

Ejus rei cauſa antiquitus inſtitutum] *Antiquitus* ait. Imo antiquiſſimus mos eſt, apud omnes ferme gentes uſitatus. Ita apud Romanos *patroni clienteſque* erant, jam à Romulo inſtituti quorum conditiones non multum diverſæ erant ab horum Gallicorum ambactorum. Hanc conſuetudinem, ut & alias vivendi rationes, in diſperſione gentium, ex Aſia Celtas in Celticam; Græcos in Græciam, Italos in Italiam, genteſque alias in ſuas terras detuliſſe exiſtimo. Hinc eſt, quod & hodie frequenter per totum orbem inferior ſuperiorem *patrem* vocat vulgo, à quo aliquod beneficium ad ſe redundare poſſe autumat, licet non nunquam qui *pater* appellatur adoleſcens ſit, & alter ſenex. *Montanus.*

Alterius Sequani] Superius ſcribit Sequanos in Arvernorum fide & clientela fuiſſe. Sed quod Sequani ſuis ſumptibus bellum illud proximum geſſerant, ſuâque pecuniâ Germanos conduxerant, & eorum auxiliis Æduos vicerant, ita loquitur. *Hotoman.*

atque Arioviſtum, ſibi adjunxerant, eoſque ad ſe magnis jacturis pollicitationibuſq; perduxerant. Præliis verò compluribus factis ſecundis, atque omni nobilitate Æduorum interfectâ, tantum potentiâ anteceſſerant, ut magnam partem clientum ab Æduis ad ſe tranſducerent; obſideſque ab iis principum filios acciperent; & publicè jurare cogerent, nihil ſe contra Sequanos conſilii inituros; & partem finitimi agri per vim occupatam poſſiderent; Galliæque totius principatum obtinerent. Quâ neceſſitate adductus Divitiacus, auxilii petendi cauſſâ Romam ad Senatum profectus, infectâ re redierat. Adventu Cæſaris factâ commutatione rerum, obſidibus Æduis redditis, veteribus clientelis reſtitutis, novis per Cæſarem comparatis; quod ii, qui ſe ad eorum amicitiam aggregaverant, meliore conditione atque imperio æquiore ſe uti videbant, reliquis rebus eorum, gratiâ dignitateque amplificatâ, Sequani principatum dimiſerant. In eorum locum Rhemi ſucceſſerant; quos, quod adæquare apud Cæſarem gratiâ intelligebatur: ii, qui propter veteres inimicitias nullô modô cum Æduis conjungi

Eoſque ad ſe magnis jacturis pollicitationibuſque perduxerunt] Lipſius *magnis capturis* legit lib. 2, elect. cap. 7. Certe *capturas* Latinis dici mercedes artium ſordidarum & obſcenarum docet Iſaac. Caſaubon. ad Sueton. Calig. cap. 40. Iterat hoc verbum Cæſar lib. 3 de bel. civil. *magnis enim jacturis ſibi quiſque eorum animos conciliabat.* Ubi tamen *aucturis* legit manuſ. Itaque *jacturis* retineam. Hirt. de bel. Alexand. *magna ſolicitudo periculorum ad jacturas & detrimenta rei familiaris adjungebatur.* ubi *&*, pro *id eſt*, *detrimenta.* Brantius.

Adventu Cæſaris facta commutatione] Nempe Cæſaris adventus in Galliam incidit in annum ab U.C. DCXCV. quo tempore pulſis Germanis eorumque Rege Arioviſto, Æduorum dignitas reſtituta & aucta eſt. *Montan.*

Veteribus clientelis reſtitutis] Clientes enim ſæpe ſe ſuperiorum imperio ſubtrahebant. Quando nimirum ſuperiores impares erant ab hoſtium injuria clientes defendere. Et rectè quidem: nam hi ea lege ſe obſtringebant: parerent & tributa penderent, ſi ipſi & res eorum defenderentur ab iis, quorum clientelæ ſe addixerant. *Idem.*

Adæquare intelligebatur] Bene *intelligebatur*, licet alii *intelligebant* legant. Nam ſenſus eſt: vulgo intelligebatur Rhemos adæquari Æduis gratiâ & benevolentiâ apud Cæſarem. Neque moveat, quod mox dicat, longè principes tum Æduos fuiſſe. Nam potentiâ, & opibus, & dignitate antecellebant; gratiâ pares erant. *Hotomannus.*

Gene-

jungi poterant, ſe Rhemis in clientelam dicabant. Hos illi diligenter tuebantur. Ita & novam, & repente collectam auctoritatem tenebant. Eô tum ſtatu res erat, ut longè principes haberentur Ædui, ſecundum locum dignitatis Rhemi obtinerent. In omni Galliâ eorum hominum, qui aliquô ſunt numerô atque honore, genera ſunt duo. Nam plebs pene ſervorum habetur locô, quæ per ſe nihil audet, & nulli adhibetur conſilio. Plerique, quum aut ære alieno, aut magnitudine tributorum, aut injuriâ potentiorum premuntur, ſeſe in ſervitutem dicant nobilibus. In hos eadem omnia ſunt jura, quæ dominis in ſervos. Sed de his duobus generibus alterum eſt Druidum, alterum equitum. Illi rebus divinis interſunt,

Genera ſunt duo] Cæſar omne ſapientum apud Gallos corpus ac σύςημα ſub uno comprehendit *Druidum* nomine. Diodorus tamen, Strabo & Marcellinus in tria univerſos genera diſtinguunt; nempe in *Bardos*, qui laudationibus rebuſque poëticis vacabant: *Vates*, qui ſacrificiis cauſarumque naturalium ſcrutationi ſtudebant: *Druidas*, qui præter cauſarum naturalium ſtudia, moralem diſciplinam exercebant, reliquaque & privata, & publica munera obibant, quæ Cæſar hic quoque deſcribit. *Montan.*

Plebs pene ſervorum habetur loco] Equidem multo melior conditio τῶν πενεςῶν apud Gallos erat, quam apud Romanos ſervorum. *Idem.*

Alterum eſt Druidum] Plinius, lib. XVI, c. XLIV, Druidas ita vocatos vult ἀπὸ τῶν δρυῶν, ab inhabitatis quercetis. Nam Græcis robur ſive quercus dicitur δρῦς· Aventinus vocis etymon ad Druidem conditorem Druidum refert: Alfricus in Gloſſario Saxonico-Latino, Saxonas in Britannia magos ſuâ linguâ vocâſſe *Dry*, teſtatur. Jam vero, ſi Diogeni credamus, non minus Germani, quàm Galli, ſuos ſacerdotes ſive ſapientes Druidas appellabant. Hæc ejus verba ſunt: *Apud Germanos quoque atque Gallos eſſe aiunt, qui Druidæ nominantur, id eſt, divinæ humanæque philoſophiæ periti, religionumque curatores.* Sicut autem vocabulum *Druides* Gallis & Germanis commune fuit, ita & *Dry*magus. Ab hoc *Dry* Græci initio formarunt Δρυὶς Δρυΐδος· Unde etiam Cæſari per tertiam declinationem flectitur, *Druides*, *Druidum*, *Druidibus* ut & Ciceroni. Poſterioris ævi Græci ſcripſerunt Δρύιδαι, Δρυΐδων, & Latini *Druidæ*, *Druidarum*. Et hæc quidem veriſſima opinio eſt: licet præter jam enumeratas ante ſententias, alii alia de vocis Druidum etymologiâ ſtatuant. Sicut autem in nomine variant ſic etiam in illorum origine. H. Boëtius à Fynnano rege Scotorum inſtitutos tradit, Duræglioſque dictos ſacrorum præſides & interpretes. Lodovicus Vives & Aventinus ab auctore Druide qui quartus à Samothe, originem illos trahere aſſerunt. Elias Schedius à Tuyſcone profectos arbitratur. Namque ille pariter divinæ ac humanæ ſapientiæ gnarus, providens ſine juſtitia ac religionis metu Rempub. nec coaleſcere nec licentiam hominum contineri poſſe, una cum religione etiam ſacerdotes inſtituit, Philoſophiamque cum Theologia illis excolendam tradidit. Quicquid

ſunt, ſacrificia publica ac privata procurant, religiones interpretantur. Ad hos magnus adoleſcentium numerus diſciplinæ cauſſa concurrit; magnôque ii ſunt apud eos honore. Nam fere de omnibus controverſiis, publicis privatiſque, conſtituunt; &, ſi quod eſt admiſſum facinus; ſi cædes facta; ſi de hereditate, de finibus controverſia eſt, iidem decernunt; præmia, pœnaſque conſtituunt: ſi quis aut privatus, aut publicus, eorum decreto non ſtetit, ſacrificiis interdicunt. Hæc pœna apud eos eſt graviſſima. Quibus ita eſt interdictum, ii numero impiorum ac ſceleratorum habentur; iis omnes dece-

quid ſit: illud ſaltem certum eſt, primum ſacrorum procuratorem fuiſſe hominem primum, proximos deinde hujus filios. Tandem, cum hominum multitudo excreſceret, ita ut jam alii alia curarent humanæ vitæ munia, certi etiam homines ſacris curandis præpoſiti ſunt. Cæterùm inventâ idolorum veneratione, ſacerdotes his quoque, qui ea curarent, adjuncti ſunt. Sic Indi *Brachmanes* ſuos, Aſſyrii *Chaldæos*, Celtæ *Druidas* habuerunt: quorum officia ipſe Cæſar deſcribit: formam veſtitumque addere libet. Joannes Theophilus in ſex lapideis imaginibus hæc expreſſa vidit, in vetuſtiſſimo ſaxo ad fores templi parieti inſertis: *Erant*, ait, *ſeptem pedum ſingulæ, nudis pedibus, capita intecta, Græcanico pallio & cucullato, perulaque, & barba ad inguina uſque promiſſa, & circa naris fiſtulas bifurcata, in manibus liber, & baculus Diogenicus, ſevera fronte, & triſti ſupercilio, obſtipo capite, figentes lumina terris. Hi quondam apud Gallos (ſive interpretandæ religionis, ſive ſolitudinis gratia, quo expeditiores inquirendis rerum cauſis eſſent) in nemoribus, & ſaltibus conſedere, multitudinemque vulgi ad ſe pellexere.* Montanus.

Alterum equitum] Equitum vocabulum, hic civile magis eſt, quàm militare. Hæc autem populi totius Galliæ diviſio, in Druidas, equites, & plebem, admodum convenit cum illa Populi R. in Patricios, equites & plebeios. *Montanus.*

Rebus divinis interſunt] Atqui omnibus intereſſe licebat, niſi quibus ſacrificiis interdictum erat. Planius ergo *præſunt* dixiſſet. Quamquam nihil muto. Nam & huic ſcripturæ liber Aimoni ſuffragatur, & poſterius dicet, ſacrificiis privatis Druidas adhiberi. *Hotoman.*

Magnus adoleſcentium numerus] Sed non ex plebe adoleſcentes, ne ex ingenuis quidem, ſed tantum ex prima nobilitate, ad hæc ſapientiæ arcana futuraque ſacerdotia admittebantur. Oſtendit id Mela lib. III, cap. II. *Docent multa*, inquit, *nobiliſſimos gentis, clam & diu vicenis annis.* Recte equidem & prudenter: horum quippe ſumma poſtea in reliquos futura erat autoritas: quæ minus rite plebeiis conveniebat hominibus. *Cluverius.*

Sacrificiis interdicunt] Obſervatu dignum, ut majores noſtri *Druidas* religionum ac judiciorum arbitros eſſe voluere, tanta cum poteſtate, ut ſi qui etiam reguli ac principes rebus judicatis aut decretis eorum parere nollent, ſacrificiis interdicerent, & devotionibus execrandis eo cogerent. *Brantius.*

Iis omnes decedunt] *Decedere* hîc non eſt (quæ propria ejus ſignificatio eſt) locum majori dare ſive ſuperiori, ſed

cedunt; aditum eorum ſermonemque defugiunt: ne quid ex contagione incommodi accipiant: neque iis petentibus jus redditur, neque honos ullus communicatur. His autem omnibus Druidibus præeſt unus, qui ſummam inter eos habet auctoritatem. Hôc mortuô, ſi quis ex reliquis excellit dignitate, ſuccedit. At, ſi ſunt plures pares, ſuffragio Druidum adlegitur; nonnunquam etiam de principatu armis contendunt. Ii certô anni tempore in finibus Carnutum, quæ regio totius Galliæ media habetur, conſidunt, in loco conſecrato. Huc omnes undique, qui controverſias habent, conveniunt, eorumque judiciis decretiſque parent. Diſciplina in Britanniâ reperta, atque inde in Galliam tranſlata eſſe exiſtimatur. Et nunc; qui diligentius eam rem cognoſcere volunt, plerumque illò, diſcendi cauſſà, proficiſcuntur. Druides à bello abeſſe conſueverunt, neque tributa unà cum reliquis pendunt, militiæ vacationem, omniumque rerum habent immunitatem. Tantis excitati præmiis; & ſua ſponte multi in diſciplinam conveniunt, & à propinquis parentibuſque mittuntur. Magnum ibi numerum verſuum ediſcere dicuntur. Itaque nonnulli annos vice-

planè contra averſari, fugere tanquam abominandum. Græce, *τούτους ἐκτρέπονται πάντες οἱ ἀπαντῶντες·* Ut obſervat Gulielmus Budæus commentariis linguæ Græcæ, & annotation. poſterior. in Pandectas. *Id.* Interpres, qui libros ſeptem Cæſaris de Bello Gallico in Græcam linguam convertit, ita habet: *ἄδικοί τε καὶ ἐπίτριπτοι νομίζονται αὐτῶν τε τὴν συνουσίαν πάντες καὶ τοὺς λόγους ἀποφεύγουσιν. Montanus.*

Omnibus Druidibus præeſt unus] Idem apud Germanos obtinuit: nam & illi unum reliquis omnibus ſacerdotibus & philoſophis præfecere; penes quem ſumma ſacrorum ſtetit, & apud quem alii ſacerdotes initiarentur. Ita, teſte Ammiano, apud Burgundos, Siniſtus vocatur ſacerdos maximus. Verùm hic mos cunctis gentibus, & olim & nunc uſitatiſſimus, divino etiam mandato per Moſen introductus apud Hebræos. Ibi Pontifex maximus typus Chriſti, ita ut tum ceremonialiter in V. Teſt. ſupereminentia eccleſiaſtica locum habuerit; quæ tamen in Novo, ubi umbræ impletæ ſunt, eſt abrogata. Unde liquet ſacrilegè ſibi primatum jam arripere Romanum Papam. *Montanus.*

A bello abeſſe conſueverunt] Tamen ceu ſacerdotes, unà cum reliqua civitate ac populo ad expeditiones proficiſcebantur; auſpicia ante prælia explicaturi, aliaque adminiſtraturi ſacra & pœnas, quoties ratio poſtularet delinquentibus irrogaturi. *Cluverius.*

Numerum verſuum] Eundem ſacerdotes Germani morem obſervarunt nar-

viceños in diſciplinâ permanent; neque fas eſſe exiſtimant ea literis mandare, quum in reliquis fere rebus, publicis privatiſque rationibus, (Græcis) literis utantur. Id mihi duabus de cauſſis inſtituiſſe videntur; quod neque in vulgus diſciplinam efferri velint; neque eos, qui diſcunt, literis confiſos, minus memoriæ ſtudere. Quod fere pleriſque accidit, ut præſidio literarum, diligentiam in perdiſcendo ac memoriam remittant. In primis hoc volunt perſuadere: Non interire animas, ſed

nam & hi diſciplinam ſuam carminibus juventuti tradidere. Unde illud Taciti: *celebrant carminibus antiquis* (*quod unum apud illos memoriæ & annalium genus*) *Tuitonem Deum, terra editum, & filium Mannum, originem gentis, conditoreſque.* Nec apud Celtas tantùm hæc conſuetudo obtinuit; communis ea omnibus fere gentibus fuit. De Turdulis gente Hiſpanicâ ſic Strabo: *Antiquitatis habent monumenta conſcripta, & poëmata ac leges metris incluſas, à ſex, ut aiunt, annorum millibus.* Idem, Mazacenorum in Cappadocia legum interpretem appellat νομῳδὸν, id eſt, *legum decantatorem.* At Zoroaſter primus ille humanarum divinarumque ſcientiarum inter homines doctor, Hermippo apud Plinium teſte, de philoſophia ſua vicies centum millia verſuum compoſuit. Druidum itaque hic mos antiquiſſimus eſt, & aliis gentibus uſitatiſſimus. *Montanus.*

Nonnulli annos vicenos] Num & tantum temporis ſpatium Germani ſuæ philoſophiæ addiſcendæ impenderint, incertum eſt. De Indorum autem philoſophis ex Megaſthene ſic Strabo: *cum triginta & ſeptem annos ſic vixerint, ad ſua quemque regredi, & laxius licentiuſque vivere.* Cluver.

Nec in vulgus diſciplinam efferri] Rationes, quas Cæſar ſubjungit, ſanè haud falſæ ſunt: Nam diſciplinam in vulgus efferre, plane nefas erat. Ideoque apud omnes gentes ſtrictiſſimo olim atque etiam nunc apud barbaras nationes adigebantur juramento ſacris initiandi, ne quid effutiant. Unde illud eſt Herodoti, lib. II, de Ægyptiorum theologia, quam apud illos perſpexerat, narrantis: *Verum, quæ mihi de Diis narrarunt, ea exponere, vel ſcripto mandare non libet; niſi nomina eorum tantum; quod idem de illis omnes homines ſcire exiſtimem.* Idem.

Non interire animas] Valerius lib. II, cap. VI, ait, *Vetus ille mos Gallorum occurrit, quos memoriâ proditum eſt pecunias mutuas, quæ his apud inferos redderentur, dare ſolitos: quia perſuaſum habuerunt, animas hominum immortales eſſe. Dicerem ſtultos, niſi idem Braccati ſenſiſſent, quod palliatus Pythagoras credidit.* Montanus.

Sed ab aliis poſt mortem tranſire ad alios] Diodorus Siculus libro quinto bibliothecæ hiſtor. *Inter ipſas quoque epulas, cauſſa ex jurgio quomodocumque arrepta, inſurgere, & ex provocatione, nihili vitæ jacturam æſtimantes, inter ſe digladiari ſolent. Pythagoræ enim apud illos opinio invaluit, quod animæ hominum immortales in aliud ingreſſæ corpus definito tempore denuo vitam capeſſant.* Sed inter Druidarum & Pythagoræ παλιγγενεσίαν hoc intereſt, quod hic hominum animas ad pecudes etiam tranſire: illi vero ad homines tantum volebant. Ut hæc verba innuunt, *ab aliis poſt mortem tranſire ad alios.* Plato vero Pythagoram ſecutus eandem μετεμψύχωσιν tenuit, ſed bonorum animas in munda animantia: improborum vero in immunda mi-

ſed ab aliis poſt mortem tranſire ad alios, atque hoc maximè ad virtutem excitari putant, metu mortis neglectô. Multa præterea de ſideribus atque eorum motu, de mundi ac terrarum magnitudine, de rerum naturâ, de Deorum immortalium vi ac poteſtate diſputant, & juventuti tranſdunt. Alterum genus eſt equitum. Ii, quum

da migrare credidit. Lege, ſi poëtæ delectant, Ovidium 15 Metamorphoſ. Phariſæorum ſecta apud Hebræos ſolas bonorum animas in alia corpora transire voluit, improborum perpetuo ſupplicio cruciari. Vide Joſeph. libro ſecundo bel. Jud. cap. 7. *Brant.*

Atque hoc maxime excitari ad virtutem putant metu mortis neglecto] Idem de Gallis Strabo profitetur, *Affirmant*, inquit, *animas corrumpi non poſſe.* Et Ammianus Marcellinus libro decimo quinto, *deſpectantes humana, pronuntiarunt animas eſſe immortales.* Pomponius Mela ad hunc locum appoſite: *Unum ex iis quæ præcipiunt in vulgus effluit, videlicet ut forent ad bella meliores, æternas eſſe animas, vitamque alteram ad manes.* Unde Lucan. lib. 1:

Felices errore ſuo, quos ille timorum
Maximus haud urget lethi metus. inde ruendi
In ferrum mens prona viris, animæque capaces
Mortis, & ignavum eſt reditura parcere vitæ.

De Germanis quoque Appianus in Celticis, *Germanis mores ferociſſimi inſunt; in aggrediendo inſignis audacia, contemptus mortis maximus ob reviviſcendi ſpem.* Id.

De ſyderibus atque eorum motu] Sunt inepti, qui dixerunt Plinium ſcripſiſſe, Gallos aſtrologiæ ſtudioſos non fuiſſe; propterea quod lib. 18, cap. 25, his verbis utitur: *Africam, Hiſpaniam, Galliam ſileri, non erit mirum, nemo enim obſervavit in iis, qui ſyderum proderet exortus.* Quaſi verò Plinius non meminiſſet quod Cæſar mox ſubjungit, Gallos nihil eorum quæ de hiſce rebus tradebant, literis mandâſſe. *Hotoman.*

Atque eorum motu, de mundi, &c.] Idem Mela aſſerit de Druidibus: *Habent*, inquit, *tamen & facundiam ſuam, magiſtroſque ſapientiæ Druidas. Hi terræ mundique magnitudinem & formam, motus cæli ac ſiderum ſcire profitentur.* Hæc autem rerum naturalium cognitio non à Gallis in Galliâ, aut à Celtis in veteri Celtica reperta eſt, ſed ab ipſo Adamo filiis nepotibuſque tradita; & poſt terrarum inundationem, in diſperſione gentium, in ſuam terram ab unaquaque gente delata, ut à Celtis, philoſophia in Celticam. Quum itaque Druides multa de rerum naturâ diſſeruerint; eadem, haud dubiè diſputaverunt, quæ Græci, Ægyptii, aliique populi. Origo enim cognitionis rerum ad unum refertur, nempe Adamum; quem Oriens Zoroaſtrem appellavit, Ægyptii Theuth, Galli hic Mercurium, & alii aliter. Hinc apparet errare Cæſarem, qui ideo maximè animarum immortalitatem à Druidibus doceri affirmat, *ut metu mortis neglecto, ad virtutem excitarentur* homines. Quamquam & hæc ratio, tanquam minus principalis ſubeſſe potuerit. Nam profecto Celtarum ſapientes, non in Celtica demum hanc theologiam finxerunt: ea enim à primo mortalium ad omnes pariter poſteros profluxit. Qui licet à vero Deo deflexiſſent, ad ſiderum vanorumque numinum venerationem Diaboli inſtinctu; manſere tamen in animâ divinitatis veſtigia, licet tenuia: ut hoc loco, ubi animæ ſuæ intellexerunt immortalitatem, & rerum naturalium inveſtigatione ſe occupatos habuerunt. *Montanus.*

Alterum genus eſt equitum] Dictum ante quid ſint equites. Druidas autem, quod hic monendum, ſublatos Tiberii prin-

quum eſt uſus, atque aliquod bellum incidit (quod ante Cæſaris adventum fere quotannis accidere ſolebat, uti aut ipſi injurias inferrent, aut illatas propulſarent), omnes in bello verſantur; atque eorum, ut quiſque eſt genere copiiſque ampliſſimus, ita plurimos circum ſe ambactos clienteſque habet. Hanc unam gratiam potentiamque noverunt. Natio eſt omnis Gallorum admodum dedita religionibus, atque ob eam cauſſam, qui ſunt affecti gravioribus morbis, quique in præliis periculiſ-

principatu vult Plin. libro trigeſimo, capite primo. A Claudio mavult in ejus vita Suetonius. Conciliat doctiſſimus Lipſius notis ad Tacit. 12. Annal. Tiberium ſcilicet in urbe tantum ſuſtuliſſe, Claudium in Gallia ipſa. Quanquam Pet. Pithœus libro primo adverſ. ſubſec. capite tertio, & cum eo Lævinus Torrentius ad Sueton. contendant utrumque quidem ſuſtuliſſe ritum illum ſacrorum deteſtabilem, quo Mercurio humanis litabant hoſtiis: non tamen ita ſuſtuliſſe, quin feritatis abolitæ apud Gallos veſtigia manerent, teſte Mela. At Druidas ipſos penitus non ſuſtuliſſe. *Brant.*

Ambactos] Ambactus, ut ait Feſtus, lingua Gallica dicitur actus, & ambactus, ſervus mercenarius, ut circumactus, dicitur. In Lexico Latino-Græco, ambactus ſic explicatur, Ambactus δοῦλος μισθωτὸς, ὡς Ἔννιος· Ita ab Ennio hoc vocabulum mutuo ſumpſit Cæſar. *Turnebus.* Cluverius vero vocabulum hoc etiam noſtrâ ætate ſupereſſe teſtatur. Nam etiam nunc in Belgica dicitur opificium ein ambacht / ut opifex ein ambachter. At Keronis Monachi ad D. Galli, gloſſarium ita habet: *Miniſter*, *ambaht*; *miniſtraverit*, *ambathit*; *officina*, *ambahti*. Et ita Otfridus in evangelio, lib. I, cap. XXV, ambachten / pro *operari*. Willeramus, in cantico canticorum, ſie ambachten themo wibe / id eſt, *cibum vitæ operabantur.* Ex his omnibus clare apparet, vocabulum ambacht / ab initio, & Ennii & Cæſaris temporibus, non tam *ſervum* ſignificaſſe, quam *miniſtrum* ſeu *famulum*, cujus operâ nobilis homo, ſive eques Gallus Germanuſque domi militiæque uſus. De his ambactis ita Diodorus: *Miniſtros ingenuæ conditionis ſecum ducunt, ex pauperioribus delectos, qui rhedariorum ac ſatellitum eis operam in pugnis præſtant.* Cæterum vocabulum ambacht etiam eum hominem deſignat, qui loco ſeu regioni regundæ præficiebatur. Unde adhuc in Flandria aliquot regionum præfecturæ, Caſſel-ambacht / Borborch-ambacht / Bergen-ambacht / vocantur. Apud reliquos Germanos omnes vox ea eodem ſignificatu contractè effertur ambt / id eſt, officium; quaſi Ambet / ab illa ambaht. Nam qui ampt ſcribunt, imperitos ſe originis ejus produnt. *Montanus.*

Admodum dedita religionibus] Non tantum natio Gallorum in ſuis ſuperſtitionibus religioſa fuit; ſed tales omnes Celtæ. Hinc Strabo: *Immolationibus ſtudent Luſitani:* Et Procopius de Scandinaviæ peninſulæ incolis, Suedis ac Norvagiis: *Sacrificant quam frequentiſſime omnis generis hoſtias.* Montan.

Qui ſunt affecti gravioribus morbis] Idem Cicero teſtatur pro Fonteio: *Poſtremo his quicquam ſanctum ac religioſum videri poteſt, qui etiam ſi quando aliquo metu adducti Deos placandos eſſe arbitrantur, humanis hoſtiis eorum aras ac templa funeſtant: ut ne religionem quidem colere poſſint, niſi eam ipſam*

 prius

culiſque verſantur, aut pro victimis homines immolant, aut ſe immolaturos vovent, adminiſtriſque ad ea ſacrificia Druidibus utuntur; quod pro vitâ hominis, niſi vita ho-

prius ſcelere violarint? Quis enim ignorat eos, uſque ad hanc diem, retinere illam immanem ac barbaram conſuetudinem hominum immolandorum? Sua tamen ætate eam conſuetudinem abolitam eſſe Pomponius Mela lib. 3, cap. 2, tradit. *Manent*, inquit, *veſtigia feritatis jam abolitæ, atque ut ab humanis cædibus temperant, ita nihilominus ubi devotos altaribus admovere, delibant.* Montan.

Aut pro victimis homines immolant] Duo fuere genera humanarum hoſtiarum, ut definivit Trebatius: *unum, in quo voluntas Deorum diſquirebatur: alterum, in quo ſola anima Diis ſacrabatur.* utrumque Cæſar indicat; *aut immolant; aut ſe immolaturos vovent.* Immolabant autem hominem pro vita hominis, votis ſimul nuncupatis, ſi aut graviori morbo decumberent, aut periculum aliquod vitæ adituri eſſent. Atque tunc de futuro exitu exta immolati hominis inſpiciebantur. Diodorus de Celtarum ſacerdotibus l. v. *Hi ex auſpiciis & victimarum extis de futuris divinant: eiſque plebs univerſa morem gerit. Imprimis ubi de magni momenti rebus conſultatio incidit, mirandum & incredibilem quendam ritum obſervant. Hominem immolantes, ſupra tranſverſum ſeptum gladio feriunt. Quo caſo prolapſoque, è caſu & convulſione membrorum, ſimulque ex cruoris fluxu de futuro præſagiunt.* Idem de Gallis Strabo memorans, dorſum feriiſſe tradit: *Hominis*, ait, *libamine perfuſi, tergum gladio ferientes, ex palpitatione divinabant.* Sed accuratior immolationis deſcriptio ex eodem Strabone & aliis colligitur: nempe hæc. Admotâ ad aram hoſtiâ, ſacerdos vinum, ſeu, ubi hoc deerat, alium quendam liquorem fronti ejus inſpergebat. Dein capillis primoribus lævâ manu arreptis, igni libamina affundebat; preces ſimul ſeu vota Deo peragens. Mox ipſa hoſtia gladio feriebatur. *Cluver.* Verum hæc litandi huma nis victimis conſuetudo, non in Gal lia primum inventa, nec unis Galli uſitata fuit. Ignoratur quidem aucto & inventor tam horrendæ feritatis; ho tamen certum eſt Aſiam primam ori ginem exhibuiſſe; unde mos ille di ſperſus in cunctas nationes, poſt dilu vium. Et profecto credibile eſt, cum jam paulo ante inundationem Deu teſtetur *terram corruptam fuiſſe coram ipſo, & impletam violentia*, hanc ex ecrandam crudelitatem jam tum in itium cœpiſſe. Sed hæc tantum pro babilis opinio eſt. Quidquid ſit, ſal tem Ammonitæ jam tempore Moſi dira hæc ſacra obſervabant: nec intr Ammonitarum terminos iſte ritu conſtitit. Ægyptii vivos homines Ty phoni combuſſere: Carthaginienſes Sa turno humanis hoſtiis litarunt; Neur Marti; Latini Egeriæ Deæ; Albani Lu næ; denique apud omnes univerſi or bis gentes hic dirus ritus obſervatus eſt hodieque etiam in America, & parti bus Africæ meridionalibus, & Aſi orientalibus in uſu eſt. Sed Roman Græcique autores, qui in Gallis Bar baricam hanc feritatem notant, ipſ eandem exercuerunt: cui enim igno ta Iphigeniæ immolatio? quis neſci id quod Plinius refert lib. xxx, cap. 1 Nempe *ſexcenteſimo quinquageſimo ſepti mo demum anno* U. C. *Cn. Cornelio Len tulo, P. Licinio Craſſo Coſſ. Senatuſcon ſultum factum eſt, ne homo immolaretur palamque in tempus illud ſacra prodigioſ celebrata.* Procul dubio ſimia Dei Dia bolus diram hanc conſuetudinem con firmavit exemplo Abrahami, filium immolationi deſtinantis. *Montanus.*

Aut ſe immolaturos vovent] Hæc pu blica votiva ſacrificia ex hoſte fiebant nempe, ſi ſuperaſſent, adverſam aciem aut primaria ejus capita Deo ſe immo laturos vovebant. Sed jam ante diſtin ximu

ta hominis reddatur, non poſſe aliter deorum immortalium numen placari arbitrantur: publicéque ejuſdem generis habent inſtituta ſacrificia. Alii immani magnitudine ſimulacra habent: quorum contexta viminibus membra vivis hominibus complent; quibus ſuccenſis, circumventi flammâ exanimantur homines. Supplicia eorum, qui in furto aut latrocinio, aut aliquâ noxâ ſint comprehenſi, gratiora diis immortalibus eſſe arbitrantur. Sed quum ejus generis copia deficit, etiam ad innoximus immolationem, vel in quâ *voluntas Deorum diſquirebatur*, vel in quâ *ſola anima Diis ſacrabatur*. Prioris deſcriptionem dedit Cluverius: occidebatur primum homo, tum ſacerdos ſanguinem illius patera exceptum, flaminis affundebat. Poſtea viſcera, vel membratim diſſecta, vel tota ac ſolida pro epulis apponebantur. Et de talibus votivis victimis, in quibus ſola anima Diis offerebatur, Cæſar loquitur, cum ait, *ſe immolaturos vovent.* Montanus.

Publicéque ejuſdem generis habent inſtituta ſacrificia] Nimirum ſi quis privatus in graviori aliquo morbo aut periculo verſaretur, captivorum aliquem, vel, ſi deeſſent, ſuam ipſius immolabat prolem; ſin verô tota civitas, ſive univerſa natio in graviori verteretur diſcrimine; publice certô liberorum eorumque nobilium (ſi captivi aut malefici deeſſent) numerô contributô, præſentem Deorum iram avertere properabant. Et hoc eſt quod Cæſar, *publiceque ejuſdem generis habent inſtituta ſacrificia.* Cluverius.

Contexta viminibus membra vivis hominibus] Non ſolum homines, ſed & alia animalia inibi cremata fuiſſe, diſco ex Strabone, lib. IV. *Fœni coloſſo*, ait, *exſtructo, lignoque ſubjecto, pecudes & omnis generis feras hominesque concremabant.* Et hæc apud Gallos. Verum Ammonitarum quoque Deo, qui *Molec* appellatur in ſacris libris, & *Moloc*, *Milcom & Malcham*, immenſum fuiſſe conſecratum ſimulacrum tradunt, ſeptem ſpatiis intrinſecus diſtinctum, in quorum primo farina locata, in ſecundo turtures, in tertio ovis, in quarto aries, in quinto vitulus, in ſexto taurus, in ſeptimo homo. Sane ex eadem ſtirpe omnes immenſos illos prognatos fuiſſe exiſtimaverim coloſſos æreos lapideoſque, per Græciam, per Aſiam, per Ægyptum: quorum uſus initio nullus alius, niſi uti hoſtiæ in iis tam humanæ, quam pecuinæ immolarentur. Poſteriores mortales, quum ab hujuſmodi ſacrificiis diris horrerent, uſum coloſſorum abrogârunt, ipſos tamquam admirandæ ſtructuræ opera retinuerunt, novoſque ſubinde condiderunt. *Idem.*

Supplicia eorum, qui in furto] Igitur gratiſſima eorum, qui bello capti. Horum quippe noxa maxima, ut qui non unius vel alterius hominis, ſed univerſæ civitatis fortunas perditum iverunt. Per *innocentium* autem *ſupplicia* intellige maximè cædes liberorum. Quod genus feritatis Celtis noſtris commune cum aliis gentibus fuit. De Carthaginienſibus ita Silius lib. IV.

> *Mos fuit in populis, quos condidit advena Dido,*
> *Poſcere cæde Deos veniam, ac flagrantibus aris*
> *(Infandum dictu) parvos imponere natos.* Idem.

nocentium ſupplicia deſcendunt. Deum maxime Mercurium colunt. Hujus ſunt plurima ſimulacra: hunc omnium inventorem artium ferunt; hunc viarum atque itine-

Deum maxime Mercurium] Cluverius aſſerit Mercurium hunc eundem eſſe, qui ſimul Ægyptiis, ſimulque Celtis *Theuth* appellatus eſt: & ex eo patere communem omniumque primum illum univerſarum gentium Deum fuiſſe, quod nomen ejus non modo apud Ægyptios, & longiſſimè ab his diſlitos Celtas, ſed ad Græcos quoque & Latinos pervenit. Nam Græci idem vocabulum dixere ΘΕΟ΄C, levi literarum mutatione ΥΘ, in OC, quod illi norunt, quibus vera ac germana literæ Θ vis cognita eſt: unde etiam primum Θ Dores ac Lacones mutarunt in Σ, pro ΘΕΟC dicentes ΣΕΟC· Sed iidem Græci idem vocabulum ΘΕΥ`Θ, aliis dialectis dixere Ζεὺς & Δεύς· Unde Latini etiam habuere ſuum *Deus*. Communis igitur hic atque omnium primus cum fuerit mortalium Deus, nullus certe alius fuit, quàm ipſe rerum conditor. Deſignat itaque nomen Mercurii ſeu Theuth verum Deum. Nomen autem non in Italia aut Celtica inventum, ſed ex Aſia in Italiam, Celticam, Græciam, Ægyptum delatum fuiſſe, rationibus his, meo judicio, non uſquequaque probabilibus, probare annititur prædictus *Cluverius*. Nempe ait, Ammonitarum Deus memoratur *Molec*, ſeu *Malchom*, quod alii legunt *Molec*. Hunc eundem fuiſſe Mercurium, conjicio cum ex nomine, tum ex ſacrificii genere. Nam Celtæ ſuo Mercurio litârunt humanis hoſtiis, ut ſuo *Molec* Ammonitæ. Certè, liceat dicere, debilis conjectura. Primum enim quis affinitatem tantam videt inter *Molec*, ſeu *Malcham*, ſeu *Molec*, & *Mercurium?* Deinde omnes gentes, ut dictum, humanas Diis ſuis victimas obtulerunt. De Mercurio autem hoc Paulus Diaconus prodit, cultum illum impenſe à Longobardis, dictumque *Godam*. Inde haud dubie apud occidentales Saxones, ſive Weſtfalos, diem Mercurii der Godens tagt appellari putat Glandorpius. Certè Saxonibus in magna veneratione fuiſſe Mercurium, autor eſt Abbas Urſbergenſis. In antiquitatibus Auguſtanis viſitur imago Mercurii corpore nudo, niſi quod à tergo pallium ſuſtinet, additis capiti pinnulis, ſiniſtra caduceum geſtans, dextrâ capiti bovis, pedibus adjacentis, injectâ, adſiſtente gallogallinaceo. Statuam eam ſupereſſe Auguſtæ in ædibus Conradi Peutingeri Jureconſulti, ex lapide marmoreo, eædem Antiquitates indicant. *Montanus.*

Hujus ſunt plurima ſimulacra] Jam tempore Cæſaris imagines Galli coluerunt; ſed eas à Græcis Maſſilienſibus demum didicerunt, ut & plurima alia: nam Deorum ſigna, quæ apud Gallos admiſſa, deſcribit Lucanus ex propria & germana eorum theologia; his verbis:

——Simulacraque mæſta Deorum
Arte carent, cæſiſque extant informia truncis.
Ipſe ſitus, putrique facit jam robore pallor
Attonitos.

Talia itaque Gallorum initio ſimulacra; quæ eadem apud reliquos Celtas in uſu: priuſquam Maſſilienſes in Galliam transmigrarent. Hac enim opinione ante id tempus Galli, Hiſpani, Illyrii, Britanni erant, quam Germanos amplexos eſſe Tacitus refert; Nempe *non cohibere parietibus Deos, nec in ullam humani oris ſpeciem aſſimilare ex magnitudine cæleſtium arbitrabantur. lucos ac nemora conſecrabant; Deorumque nominibus appellabant ſecretum illud, quod ſolâ reverentia videbant.* Montanus.

Omnium inventorem artium] Nempe aſcribitur illi, à Græcis Romaniſque autoribus, inventio literarum, muſi-

itinerum ducem; hunc ad quæſtus pecuniæ mercaturaſque habere vim maximam arbitrantur. Poſt hunc, Apollinem, & Martem, & Jovem, & Minervam. De his ean-

muſicæ, palæſtræ, geometriæ. Cicero quinque Mercurios numerat. Quidam rum, Mercurium quaſi medicurium, vel medium currentem à Latinis dictum volunt: Feſtus & Arnobius ita illum à mercibus appellatum aſſerunt: Fulgentius Mercurium vocari ait, quaſi mercium curam. *Idem.*

Hunc ad quæſtus pecuniæ] Idem de eo Ovidius:

Te quicunque ſuas profitentur vendere merces,
Ture dato, tribuas ut ſibi lucra, rogant.

Hinc *Collegium mercatorum* apud Titum Livium libro ſecundo Annal. & *Mercurialium collegium* apud Ciceron. libro ſecundo, epiſt. 7, ad Q. fratrem. Sed hæc Ethnicorum de Deo ſuo opinio. Contra Lactantius Firmianus libro primo divinar. inſtit. cap. 10, *Fur*, inquit, *ac nebulo Mercurius quid ad famam ſui reliquit, niſi memoriam fraudum ſuarum?* Brant. At quod Mercurium ad mercaturam maximam habere vim etiam Græci arbitrabantur; ideo & Cerdoum nuncuparunt, id eſt, κερδῷον, quia oraculis editis ad lucrum inſigniter conferre credebatur. Cæterum cognomen hoc Mercurio adoptant alii, ut qui negotiis præſit ac lucro, qua ratione marſupium illi contribuunt. *Rhodig.*

Poſt hunc Apollinem] Sed quo nomine Apollinem coluerunt, hactenus proditum non eſt: & plane ignotum id eſſet, niſi ex Auſonii verſibus liqueret, Apollinem *Belenum*, & miniſtros ejus *Pateras* Gallis dictos fuiſſe. Ita enim Auſonius de Attio Rhetore, Delphidii Tyronis patre:

Beleni ſacratum ducis è templo genus,
Et inde vobis nomina:
Tibi Patera (ſic miniſtros nuncupant
Apollinaris myſtici)
Fratri patrique, à Phœbo datum,
Natoque de Delphis tuo.

Nec tantum Galli Beleni nomine Apollinem coluerunt, ſed etiam, Tertulliano teſte, Norici: *Unicuique* ait, *provinciæ & civitati ſuus Deus eſt, ut Syriæ Adſtartes, ut Arabiæ Dyſaris, ut Noricis Belenus.* Etiam eôdem nomine Apollinem Aquileiæ cultum Capitolinus indicat: *Cum fruſtra*, inquit, *obſideret Aquileiam Maximinus, legatos in eandem urbem miſit, quibus populus penè conſenſerat, niſi Menophilus cum collega reſtitiſſet, dicens etiam Belenum per aruſpices ſpopondiſſe, Maximinum eſſe vincendum: unde etiam poſtea Maximini milites jactâſſe dicuntur, Apollinem contra ſe pugnaſſe.* At quem Capitolinus hic Belenum, Herodianus Βέλιν appellat. *Pithœus.*

Martem] Hunc eundem fuiſſe cum Hercule & Vulcano probat Cluverius, & primum quidem ex eo, quia Martis ſidus quibuſdam appellatum fuit Herculis, teſte Plinio. Quod etiam Macrobius aſſerit lib. 1, cap. XII: *Quia is Deus* (verba facit de Hercule) *& apud Pontifices idem, qui & Mars habetur.* Sed ex ejuſdem autoris lib. 1, cap. XX, ſatis colligi poteſt eundem etiam Vulcanum eſſe, quem locum vide, nam prolixior eſt ut apponatur. Nomina autem Marti varia ab antiquis tributa ſunt. Nam & Quirinum vocabant Romani, & ante eos Sabini: Græci Ἐνυάλιον, & vulgari vocabulo ΑΡΗΣ; unde & Latinorum Mars: priſcis Hiſpanis, Germanorum conſanguineis, dictus fuit voce Celtica NET; quod procul dubio Ægyptiorum NEITH erat: hodieque Germanis *invidia* patrio ſermone dicitur *Neid*, & variante dialecto *Nied.* Ex quibus colligere licet, ex eadem ſcaturigine fluxiſſe & Græcorum Ἄρης, & Ægyptiorum Hiſpanorumque Niet. Ex invidiâ quippe rixa, ex rixâ certamen, è certamine bellum. Quin Græcorum quoq; Ἄρης ſatis

eandem fere, quam reliquæ gentes, habent opinionem: Apol-

ſatis aperto indicio proveniſſe videtur ex Ἔρις, quod *contentionem & certamen* notat. Germanorum nonnullis hodie dies Martis dicitur *Erichtag*. Quæ certe vox prope ad Græcorum Ἄρης accedit. Multo propius ad Ἔρις. Unde etiam conjectura haud perinde vana, priſcos Germanos ſua lingua Martem vocaſſe Eric, ſive Erich: ex quo etiam homines privi nomen habuerunt; ut patet ex antiquis monumentis & hodierno uſu: quemadmodum ex Mercurii nomine *Theuth* quamplurima habuere nomina: quorum nonnulla etiamnum durant. Et hæc Cluverius, in conjecturis, ſi Grotio credimus, inſignitæ aliquando audaciæ. Longè aliter hic ſentit Glareanus. Miror in hâc Deorum (verba ejus ſunt) enumeratione præteritum Herculem, niſi fors Cæſari non vacavit omnes perſequi. Deum hunc Galli ſermone vernaculo vocarunt *Ogmium*, ut eſt apud Lucianum: qui ſimulacrum ejus eloquentiæ typum habuiſſe ſcribit, multitudinem tenui catenula, ab auribus revinctam, lingua ſua trahentis. Superſunt adhuc complurium locorum appellationes *Herculis* nomen referentes, & in Tungris vetuſtiſſimum cernitur ſacellum Herculi quondam ſacrum, ut illius ſupra januam effigies oſtendit, teſte Thoma Huberto. Sed & Germanos coluiſſe Herculem, eique ultra Viſurgim ſylvam fuiſſe ſacram, tradit Tacitus Hiſtor. II. *Montanus.*

Jovem] Antiquiſſimum Jovis nomen apud Celtas non in Europa modo, ſed jam in Aſia fuit, *Taran*; & variis dialectis, *Thoram*, *Tonar*, *Donnar*, *Tordan*, *Dondar*, *Thondar*. Illud verum eſſe nemini dubium eſſe poteſt, cui notum hodieque, Britannis, quos vulgo Wallos vocant, *tontru* dici *Taran*. nam Jovis epitheton ab effectu erat apud Græcos Βροντεῖος, apud Latinos *Tonans*. Quin Germani etiam hodie omnes eodem vocabulo, quamvis dialectis variato, *tonitru* vocant. Sic Saxones *donner* dicunt, & aliquando etiam aſperiore ore *tonner*; Belgæ donder; Angli *the thunder*; Dani *torden* & *donner*. Ex hoc etiam diei Jovis cognomentum, Donderdach / & Germanis Donnerstag. Confirmat hæc Adamus Bremenſis, qui de Suedis ſcribens *Thor*, *inquiunt*, *præſidet in aëre*: & mox *Thor cum ſceptro Jovem exprimere videtur.* Cluver.

Minervam] Ex omni Dearum numero unam Minervam, quæ luna eſt Cæſar aſſignat Gallis, & Britannis Solinus: ita enim de illis: *Fontes*, inquit *calidi*; *quibus præſul eſt Minerva numen*. Nec tantum Minerva eadem eſt qua luna; ſed & *Rhea*, *Juno*, *Venus*, *Ceres* *Proſerpina* & *Diana*: Variæ tantum ſunt appellationes; quibus eandem Deam vocarunt. Et ſicut aliæ per orbem terræ gentes, ita & Celtæ diverſum nomen uni numini indidêre. Ipſa enim Luna priſcis Germanis dicta eſt *Mana*, unde & hodie Maen/ & Maendach / dies lunæ. Eadem etiam *Fria* & *Fricca* (teſte Diacono dea illa erat Germanorum) aliâ appellatione vocata eſt; & hæc nulla alia quàm Venus. Inde adhuc Freidagh / dies Veneris & vox apud ſuperiores Germanos freien / & inferiores vryen / Latinis *procari*: quod Deæ *Fria* ſeu *Fricca* ſeu *Veneris* muneri perquam convenit. Eadem & *Hertha*, quæ, Tacito teſte terra eſt; & *Æſtar* ſive *Eoſtre*, quæ nulla alia quam *Aſtarte* Sidoniorum *Mater Deûm* Latinorum. Ita de hac Dea Beda: *Aprilis*, Eoſturmonath (manuſcripti libri legunt Æſtermonath) *qui nunc Paſchalis menſis interpretatur*; *quondam à Deâ illorum*, *quæ Eoſtre vocabatur*, *& cui in illo feſta celebrant*, *nomen habuit*. Montan.

De his eandem fere, *quam reliquæ gentes*, *habent opinionem*] Ita eſt: Nam de Apolline Ovidius:

Inventum medicina meum eſt, *opifexque per orbem*
Dicor, *& herbarum ſubjecta potentia nobis*:

De

Apollinem, morbos depellere; Minervam, operum atque artificiorum initia tranſdere; Jovem, imperium cœleſtium tenere; Martem, bella regere. Huic, quum prælîo dimicare conſtituerunt, ea, quæ bello ceperunt, plerumque devovent. Quæ ſuperaverint, animalia capta immolant; reliquas res in unum locum conferunt. Multis in civitatibus harum rerum exſtructos tumulos locis conſecratis conſpicari licet. Neque ſæpe accidit, ut, neglectâ quiſpiam religione, aut capta apud ſe occultare, aut poſita tollere auderet: graviſſimumque ei rei ſupplicium cum cruciatu conſtitutum eſt. Galli ſe omnes ab Dite patre prognatos prædicant: idque ab Druidibus pro-

De Minerva Iſidorus: *hanc primam lanificii uſum monſtraſſe, telam ordiſſe, & coloraſſe lanas perhibent: oliva quoque dicunt inventricem, & fabrica, & multarum artium repertricem, ideoque illi vulgo opifices ſupplicant.* De Jove omnibus notum, illum apud omnes optimi propter beneficia, maximi propter vim nomen habuiſſe. De Marte Virgilius:

—— tuque inclyte Mavors,
Cuncta tuo qui bella pater ſub numine torques. Montan.

Animalia capta immolant] Nempe in immenſæ magnitudinis coloſſis cremabant animalia. Verùm hæ conſuetudines obſervabantur in bellis gravioribus, non levioribus. Nec apud Gallos tantum hic mos obtinuit: eundem (ut alias gentes prætercam) Hannibal Pœnorum dux, apud Silium, obſervavit, ubi canit poëta:

Armorumque jubet conſurgere acervos,
Arſuros, Gradive, tibi.

eundem etiam Romani, ubi Livius lib. x, *Spolia*, inquit, *hoſtium, conjecta in acervum, Jovi victori cremavit:* hinc antiqua illa lex apud eundem autorem lib. VIII: *Vulcano arma, ſive cui alii Divo vovere volet, jus eſto.* Idem.

Galli ſe omnes à Dite patre prognatos] Quemadmodum Græci antiquum vocabulum Θεῦθ mirificè inflexerunt; alii enim Θ in Ζ, & ultimum in Σ vertentes, dixerunt Ζεῦς· Æoles & Dores ΔΣ, quæ erant in Ζ, transponentes, protulere, Σδεῦς· Ita etiam Latini, Θ in affine Δ mutantes, vel Σ, quod erat in Ζ, rejicientes, pro Θεῦθ dixere Δεῦς· Alii hinc, diphthongum ευ convertentes in I vocalem, pro Δεῦς, dixêre Δίς. Unde poſtmodo obliqui caſus in Ζεῦς recepti ſunt, Διός, Διΐ, Δία· Hinc quoque Latini antiqui pro *Deus* dixerunt *Dius*; unde etiam nunc Hiſpanis dicitur *Dios*, Italis *Dio*, Gallis *Dieu*. ex eo colligitur *Ditem* hunc nullum eſſe alium quam Jovem. Hinc etiam Jupiter ipſe dictus *Dieſpiter*, quaſi *Diſpater*. Quippe cum omnium rerum poteſtas, tam cœleſtium, quam terreſtrium & infernalium, penes unum *Theuth* ſive *Ditem patrem*, id eſt, rerum omnium autorem, ab initio eſſe crederetur; poſteriores Græci infernalium regimen tribuerunt Plutoni, ceu peculiari Deo; quem Latini interpretati ſunt *Ditem patrem*: Jovis autem nomen antiquum, unâ auctum literâ, dixere Dieſpiter; quaſi eſſet *Diei pater.* Facit huc Apollinis Clarii oraculum.

Cogita ſummum omnium Deum eſſe Iao.
Hieme quidem Plutonem: Jovem autem vere incipiente,
Solem æſtate, autumnum feſtivum Iao.

Eſt

proditum dicunt: ob eam cauſſam ſpatia omnis temporis, non numero dierum, ſed noctium, finiunt; & dies natales, & menſium, & annorum initia ſic obſervant, ut noctem dies ſubſequatur. In reliquis vitæ inſtitutis hoc fere ab reliquis differunt, quod ſuos liberos, niſi quum adoleverint, ut munus militiæ ſuſtinere poſſint, palam ad ſe adire non patiantur; filiumque in puerili ætate in publico, in conſpectu patris aſſiſtere, turpe ducunt. Viri quantas pecunias ab uxoribus dotis nomine acceperunt, tantas ex ſuis bonis, æſtimatione factâ, cum dotibus communicant. Hujus omnis pecuniæ conjun-

Eſt itaque hic Dis Gallorum non Pluto, ſed qui antiquiſſimis mortalibus appellabatur *Theuth, Tit, Tuit, Zeus, & Deus*, id eſt, rerum cunctarum conditor; a quo etiam Germani ſe ortos prædicabant. *Cluver.*

Ob eam cauſam ſpatia omnis temporis, non numero dierum, ſed noctium] Certum eſt, hoc non prodidiſſe Druidas; ſed Cæſarem ſuopte judicio conjeciſſe. Nam revera, quia à Dite patre prognatos ſe prædicabant Galli, ideone ſpatia temporum, noctium numero, computaverunt? nulla hæc ratio. Primò enim Dis, ut dictum, non Pluto eſt, ſed revera Jupiter, ſed rerum conditor. Secundò non video, cur Gallis magis cauſa ſupputationis hujus dierum & noctium aſcribatur, quam Germanis, Numidis, Hebræis, Athenienſibus, qui etiam numero noctium tempora finiebant. Cæterùm Celtarum hæc conſuetudo, hodieque apud Boiohæmos & Polonos, & nonnullos alios populos, ex antiquiſſimo gentium more, obſervatur. Et revera, ut ex ipſo creationis ordine apud Moſen patet, nox præceſſit diëi. *Montan.*

Ut munus militiæ ſuſtinere] Militaris ætatis initium à primâ adoleſcentiâ erat. Hæc à pubertate & barbæ eruptione; quæ plerumque à vigeſimo incipit anno. Vigeſimo igitur anno, & fœminarum conjunctioni, & armis militiæque ſuffecturi probabantur. Eandem ætatem & aliæ obſervarunt gentes. De Perſis Strabo lib. XV: *Militant, & ordines ducunt, à vigeſimo anno ad quinquageſimum uſque, pedites pariter & equites.* De Judæis legem dedit ipſe Deus Numeror. cap. I. verſ. III *Recenſebitis à nato XX annos & deinceps omnes aptos ad egrediendum in militiam in Iſraële.* Cluver.

Ad ſe adire non patiuntur] Idem Germanorum genti, Gallorum conſanguineis atque finitimis, fuiſſe moris teſtatur Tacitus: *Dominum, enim ait ac ſervum nullis educationis deliciis dignoſcas. inter eadem pecora, in eadem humo degunt; donec ætas ſeparet ingenuos virtus agnoſcat.* Quin ex eodem priſco more hodieque Germani liberos impuberes nec in conviviis unà collocant, nec in publicum ducunt: & per quam turpe eſt filio, ſimulque parentibus, ſi quid tale ille conetur. Quum è diverſo aliæ gentes etiam parvulos ſuos quoquoverſum ſecum trahant. *Idem.*

Tantas ex ſuis bonis] Hæc videtur antidos fuiſſe, quam Juſtinianus in jus civile induxit, & Græco nomine ἀντίφερνον appellavit. Cujus tamen inſtitutum propterea videtur abſurdum fuiſſe, quia dos datur propter onera matrimonii. Turpe eſt autem dicere, maritum uxori eſſe oneri, aut uxo-

inctim ratio habetur, fructuſque ſervantur. Uter eorum vitâ ſuperarit, ad eum pars utriuſque cum fructibus ſuperiorum temporum pervenit. Viri in uxores, ſicuti in liberos, vitæ neciſque habent poteſtatem; & cum paterfamilias illuſtriore loco natus deceſſit, ejus propinqui conveniunt; & de morte, ſi res in ſuſpicionem venit, de uxoribus in ſervilem modum quæſtionem habent: &, ſi compertum eſt, igni atque omnibus tormentis excruciatas interficiunt. Funera ſunt pro cultu Gallorum magnifica & ſumptuoſa; omniaque, quæ vivis cordi fuiſſe arbitrantur, in ignem inferunt, etiam animalia; ac, paullo ſupra hanc memoriam, ſervi & clien-

uxorem onera matrimonii ſuſtinere. Sed hæc ab hiſtoriæ interpretatione aliena ſunt. Nam Tacitus ſcribit in moribus Germanorum fuiſſe, ut non mulieres viris, ſed contra viri mulieribus dotes darent. Quam etiam veterum noſtræ religionis Patriarcharum conſuetudinem fuiſſe, patet ex libro qui de rerum originibus inſcriptus eſt. *Hotomannus.*

Ad eum pars utriuſque] Nimirum eo caſu quo liberi ex eo matrimonio nulli extarent. Alioqui iniquiſſima eſſet conditio. *Hotomannus.*

In ſervilem modum quaſtionem habent] Cæſo domino de familia quæſtio habebatur ex *S C. Syllaniano & Claudiano*, de quo titulus extat in pandectis. A quo ne fœminas quidem immunes fuiſſe ad Cornelium Tacitum lib. 14 Annal. docet Lipſius. *Brant.*

Igni atque omnibus tormentis] Ignis pœna Romanis rarior, barbaris atque cæteris frequens. Supra lib. I: *Damnatum pœnam ſequi oportebat, ut igni cremaretur.* Rurſus, *ter ſortibus conſultum dicebat, utrum igni ſtatim necaretur.* Et lib. VII: *Vercingetorix majore commiſſo delicto igni atque omnibus tormentis necat.* Idem.

Quæ vivis cordi] Antiquiſſimam, & hanc omnium gentium conſuetudinem fuiſſe, ex vetuſtiſſimorum diſco Græcorum exemplo. Ita dicit Homerus in Patrocli funere, Achillem quatuor procerâ cervice equos pyræ injeciſſe, & duos menſarios canes obtruncatos, & duodecim Troum magnanimorum filios. Sed & uxores unà cum defunctis maritis crematas fuiſſe apud omnes pariter Celtas, deprehendo. *Cluver.*

In ignem inferunt] Mos cremandi cadavera, & antiquus eſt, & omnibus Celtis communis. Vetuſtas ejus ex eo cognoſcitur, quod à linguæ primævæ confuſione, in totum orbem pervectus ſit: nam exceptis Hebræis, Chaldæis, Perſis aliiſque paucis nationibus, mortuorum crematio apud omnes gentes uſitata fuit; ut & hodieque in Indiis utriſque uſurpatur. Apud Romanos autem ſerius conſuetudo hæc eſt introducta. Indicat id Plinius: *Ipſum cremare*, ait, *apud Romanos non fuit veteris inſtituti; terra condibantur. At poſtquam longinquis bellis obrutos erui cognovere, tunc inſtitutum. Et tamen multæ familiæ priſcos ſervavere ritus. Sicut in Corneliâ nemo ante Syllam dictatorem traditur crematus. Idque voluiſſe, veritum talionem eruto C. Marii cadavere.* Montan.

Ne-

clientes, quos ab iis dilectos eſſe conſtabat, juſtis funebribus confectis, unà cremabantur. Quæ civitate commodius ſuam Remp. adminiſtrare exiſtimantur, habent legibus ſanctum, ſi quis quid de Rep. à finitimi rumore aut fama acceperit, uti ad magiſtratum deferat neve cum quô aliô communicet, quod ſæpe homine temerarios atque imperitos falſis rumoribus terreri, & ad facinus impelli, & de ſummis rebus conſilium capere cognitum eſt. Magiſtratus, quæ viſa ſunt, occultant quæque eſſe ex uſu judicaverint, multitudini produnt De Rep. niſi per concilium loqui non conceditur. GERMANI multum ab hac conſuetudine differunt. Nam neque Druides habent, qui rebus divinis præſint; nequ ſacrificiis ſtudent. Deorum numero eos ſolos ducunt quos cernunt, & quorum opibus apertè juvantur

So

Neque Druides habent] Negat hic Cæſar Germanis fuiſſe ſacerdotes, qui rebus divinis præeſſent: nihilominus tamen Deos habuiſſe eos, Solem, Lunam, Vulcanum fatetur. At quis unquam populus aut natio Deos habuit ſine cultu, aut cultum Deorum ſine adminiſtratione? certè nulla. Ergo hoc jam Cæſaris de Germanis opidò quàm falſum; quod ille, ut multa in commentariis ſuis alia, antequam ſatis compertum habuit, nimis negligenter perſcripſit. Ex aliis enim autoribus patet, nihil Germanos aut domi aut militiæ ſine ſacerdote egiſſe. Inter alios Strabo lib. IV, non minus de Gallis quam Germanis loquens, ait, *ſine Druidibus nulla ſacra faciebant.* Paulo ante jam dixerat de utraque hac gente: *& naturâ & vitæ inſtitutis gentes hæ ſimiles, & cognatæ ſunt inter ſe.* Quin & Diodorus Druides philoſophos appellans: *mos illis*, inquit, *eſt, nulla ſacra ſine philoſopho peragere. Per hos enim velut divinæ naturæ gnaros, & quaſi colloquutores, gratiarum ſacra Diis offerenda, per hos internuntios bona ab illis expetenda cenſent.* Hæc tam de Germanis, quam Gallis intelligenda. quippe Diodor utriuſque gentis, ad Scytharum uſq fines, mores ſe perſequuturum pr mittit. Conſtat ergo jam German rebus divinis operam ſacerdotum adh buiſſe. *Cluver.*

Neque ſacrificiis ſtudent] Iterum e rat Cæſar. Quid falſius, Germanos ſ crificia non curâſſe? Procopius lib. i de Suconibus, Gutis cæteriſque Sca dinaviæ incolis ita loquitur: *Immola omnis generis hoſtias.* Et Plinius ſacri candi morem etiam tangit, ubi a de Celtis, *Sacrificiis epuliſque rite ſ arbore præparatis, duos admovent cand coloris tauros; quorum cornua tunc p mum vinciantur.* Addatur teſtim nium Taciti de Suevis: *Stato*, inq ille, *tempore in ſilvam, auguriis patr & priſca formidine ſacram, omnes ej dem ſanguinis populi legationibus coëun cæſoque publice homine, celebrant barb ritus horrenda primordia.* Omitto, prolixior eſſem, ejuſdem autoris a teſtimonia, quæ quam maximè Cæ rem falſitatis & negligentiæ arguere, *Montanus.*

So

ſolem & Vulcanum & Lunam: reliquos ne fama quidem acceperunt. Vita omnis in venationibus atque in ſtudiis rei militaris conſiſtit. Ab parvulis labori ac duritiëi ſtudent. Qui diutiſſimè impuberes permanſerunt, maximam inter ſuos ferunt laudem: hôc ali ſtaturam, ali vires nervoſque confirmari putant. Intra annum verò ex feminæ notitiam habuiſſe, in turpiſſimis habent rebus. Cujus rei nulla eſt occultatio; quod & promiſcuè in fluminibus perluuntur, & pellibus aut parvis renonum tegumentis utuntur, magnâ corporis parte nudâ. Agri-

Solem & Vulcanum & Lunam] Conatur probare Cluverius Germanos unum, ſolum, æternum agnoviſſe Deum, in tribus perſonis, Patris, Filii, & Spiritus Sancti; quemadmodum ipſe primo eorum patri Manno eſſe manifeſtaverat; hic vero filios nepoteſque ſuos edocuerat. Antiquâ tamen illa Satanæ, æterni humani generis hoſtis, illuſione, unà cum reliquis mortalibus, circumductos, trinam hanc divinitatem rebus à vero æternoque Deo conditis attribuiſſe Soli, Lunæ & Vulcano: ita, ut Solem intelligerent eſſe Deum Patrem, Lunam Deum Filium, Vulcanum Spiritum Sanctum. Sed profecto vix mihi veriſimile fit, Germanicam gentem, barbaram eo ævo, ferinam, bardam, humanis victimis, & diris ſacrificandi ritibus aſſuetam, de ſacro & ſtupendo illo Trinitatis myſterio, quicquam audiviſſe, nedum intellexiſſe. Cum & feliciſſima Græcorum ingenia, ut & Romanorum, quaſi dono quodam Spiritus Sancti in mediâ ethniciſmi caligine multa viderunt, ubi ad inacceſſum illud divinitatis lumen attollere ſe conati ſunt, cæcutierunt planè. *Montan.*

Reliquos ne fama acceperunt] Quid hoc? Tacitus apertè reclamat; qui, & Iin, & Matrem Deûm, & Terram Matrem, præter Lunam, in Deorum numero habuiſſe Germanos aſſerit, & præter Solem & Vulcanum, etiam Mercurium & Herculem. Sed Cæſar, ſeu in Galia, ſeu in Germania hæc percunctatus ſit, non rectè aut illi narratum eſt, aut ipſe non ſatis diligenter inquiſivit. *Idem.*

In ſtudiis rei militaris] Seneca, lib. de Ira: *Germanis quid eſt animoſius? quid ad incurſum acrius? quid armorum cupidius, quibus innaſcuntur innutriunturque, quorum una illis cura eſt, in alia negligentibus?* Hotomannus.

Impuberes permanſerunt] Sic Tacitus in lib. de morib. German. *Sera juvenum Venus: eoque inexhauſta pubertas.* Quaſi non ante pubertas exiſtat, quàm habita feminæ notitia. Alioqui exiſtimaſſet aliquis, *Impuberes* honeſto nomine à Cæſare appellatos, qui feminæ notitiam nondum habuerunt. nam illa temperantia, & ſtatura & vires aluntur, non lanuginis vacuitate. Mela autem locum ſic exſcripſit, *Maximo frigore nudi agunt, antequam puberes ſint: & longiſſima apud eos pueritia eſt.* Idem.

Aut parvis rhenonum tegumentis parte corporis nuda] Ergo ne rhenones quidem obſcœna velabant: Hinc illud Salluſtii: *Germani intectum rhenonibus corpus tegunt.* Quibus verbis hoc intellexit; nempe licet Germani corpus rhenone texerint, tamen intectum id manſiſſe, ob rhenonis exiguitatem. Sed omnium clariſſimè Iſidorus: *Rhenones*, inquit, *ſunt velamina humerorum, & pectoris, uſque ad umbilicum, atque intortis villis adeo hiſpida, ut imbres reſpuant.* Ergo in his quoque pili, ut in ſupra

Agriculturæ non ſtudent; majorque pars victus eorum lacte & caſeo & carne conſiſtit: neque quiſquam agri modum certum, aut fines proprios habet; ſed magiſtratus ac principes in annos ſingulos gentibus cognationibuſque hominum, qui unà coïerunt, quantum eis & quô locô viſum eſt, attribuunt agri; atque annô pôſt aliô tranſire cogunt. Ejus rei multas afferunt cauſſas ne aſſiduâ conſuetudine capti ſtudium belli gerendi agriculturâ commutent; ne latos fines parare ſtudeant, potentioreſque humiliores poſſeſſionibus expellant; ne accuratiùs, ad frigora atque æſtus vitandos, ædificent, ne qua oriatur pecuniæ cupiditas; quâ ex re factiones diſſenſioneſque naſcuntur: ut animi æquitate plebem contineant

ſupra dictis pellibus, foras fuerunt converſi. De cætero indumentum fuiſſe, corpus undique, ad umbilicum uſque claudens, ex jam dictis ſatis liquet. manicis tamen caruiſſe puto. Qualia autem animalia rhenones fuerint, teſtatur Paulus Diaconus his verbis: *Apud Scritofinnos eſt animal, non ſatis abſimile cervo: de cujus ego corio, ut fuerat pilis hiſpidum, veſtem, in modum tunicæ, genu tenus aptatam, conſpexi: ſicut jam fati Scritofinni utuntur.* Scritofinni fuerunt olim, & nunc ſunt in Scandinavia. Eſt hodieque animal in illis terris, magnitudine & cornibus cervo haud abſimile. Vocabulum ei vulgare **een rhene.** E quo nomen traxiſſe modo dictum tegumenti genus, quod Diaconus vidit, haud dubium eſt. Nam, quod quidam Grammatici hodie docent, dictum fuiſſe rhenonem, ἀπὸ τῶ ῥηνῶν id eſt, *ab agninis pellibus*, id falſum eſſe teſtatur Varro: qui Græcæ linguæ haud ignarus, peregrinum id atque Gallicum affirmat eſſe vocabulum. Et item Iſidorus, qui Germanicum. Neque veterum autorum quiſquam eo uſus eſt, niſi in Gallis, aut Germanis, id eſt, in gente Celtica: quia & vocabulum & res ipſa erat Celtica. Hodieque iidem Scritofinni, & conterminæ gentes, ut & Americanorum ſeptentrionales iiſdem veſtimenti generibus utuntur. Antiquitatem, & primam originem ei aſſerunt ſacræ literæ, cap. III Geneſeos, his verbis: *Fecit Jehova Deus Adamo & uxori ejus tunicas pelliceas quibus veſtivit eos.* Cluver.

Agriculturæ non ſtudent] Quod h[…] Cæſar Germanos non ſtudere agricu[…] turæ ſcribit, hunc ſenſum habet, […] præter neceſſarium uſum ejus rei, n[…] ſtuduiſſe accipiamus. Alioqui agricu[…] turam prorſus abjicere quî potuer[…] cum ſine ea conſtare hæc vita non po[…] ſit. *Glandorp.*

Majorque pars victus eorum in lacte caſeo & carne conſiſtit] Tacit. de mo[…] Germ. *Cibi ſimplices, agreſtia poma, r[…] cens fera, aut lac concretum, ſine appara[…] ſine blanditiis expellunt famem.* Monta[…]

Ne qua oriatur pecuniæ cupiditas] I[…] *pecuniam*, divitias & opulentiam i[…] telligit. Nondum enim monetam h[…] bebant Germani, rerum permutati[…] ne gaudentes. Et *pecuniæ* nomine, […] ſtibus Juriſconſultis, non ſolum n[…] meratæ pecuniæ, verum omnis om[…] no pecunia, hoc eſt, omnia corpo[…] continentur. *Gland.*

Ut animi æquitate plebem contineant] Cicero, lib. de offic. 2. *Eaque eſt ſumm[…] ra*

tineant, quum ſuas quiſque opes cum potentiſſimis æquari videat. Civitatibus maxima laus eſt; quàm latiſſimas circum ſe vaſtatis finibus ſolitudines habere. Hoc proprium virtutis exiſtimant, expulſos agris finitimos cedere, neque quemquam prope ſe audere conſiſtere. ſimul hoc ſe fore tutiores arbitrantur, repentinæ incurſionis timore ſublato. Quum bellum civitas aut illatum defendit, aut infert; magiſtratus, qui ei bello præſint, ut vitæ neciſque habeant poteſtatem, deliguntur. In pace nullus communis eſt magiſtratus, ſed principes regionum atque pagorum inter ſuos jus dicunt, controverſiaſque minuunt. Latrocinia nullam habent infamiam, quæ extra fines cujuſque civitatis fiunt: atque ea juventutis exercendæ ac deſidiæ minuendæ cauſſa fieri prædicant. Atque, ubi quis ex principibus in concilio ſe dixit du-

atio & ſapientia boni civis, commoda civium non divellere, atque omnes æquitate ádem continere. Montan.

Quam latiſſimas circum ſe vaſtatis finibus ſolitudines habere] Melæ verba unt: *Bella cum finitimis gerunt, cauſas eorum ex libidine arceſſunt, neque imeritandi prolatandique, quæ poſſident; nam ne illa quidem enixè colunt) ſed ut irca ipſos quæ jacent vaſta ſint.* Montan.

Simul hoc ſe fore tutiores arbitrantur] adem ſecuritatis cauſſa, & ne hotes aut ſuſpecti prope colerent, Romani vacua loca ad multa milliaria æpe relinquebant. Ut ex fragment.)ion. lib. LXXIV, obſervat Lipſius ad aciti Germaniam. Apud Q. Curtium b. VII, Rex Scytharum urbem, quam ripa amnis Macedones condiderant, iis impoſitam cervicibus; militari anu dirui juſſit. Quin etiam mule civitates Germaniæ, hoc privileium ab Imperatoribus obtinuerunt, e vicinis liceat intra unum vel duo illiaria prope civitatem caſtrum æificare, teſte Gailio Juriſconſulto, uod ea res vicinorum robur aueat, ipſis verò civitatibus periculum ac metum inferat. *Brantius.*

Ut vitæ neciſque habeant poteſtatem] Repugnare videtur huic loco Tacitus, dum ait: *neque animadvertere, neque verberare quidem niſi ſacerdotibus permiſſum.* Sed hic de pace intellexit, Cæſar de belli tempore tantum. Ità hos locos conciliat Lipſius. *Montan.*

Latrocinia nullam habent infamiam] Mela: *Jus in viribus habent, adeo ut ne latrocinii quidem pudeat, tantum hoſpitibus boni.* De Gallis item teſtis eſt Diodorus Siculus libro quinto bibliothec. antiquitùs latrociniis operam dediſſe, quibus aliorum terras populabantur. *Montan.*

Atque ea juventutis exercendæ, atque deſidiæ minuendæ cauſſa fieri prædicant] Simili obtentu apud Lacedæmonios jus atque uſus fuit furandi, *idque à juventute eorum non ob turpia lucra, neque ad ſumptum libidini præbendum, ſed pro exercitio diſciplinâque rei bellicæ factitatum: quod & furandi ſolertia & aſſuetudo acueret obfirmaretque animos adoleſcentium & ad inſidiarum aſtus, & ad vigilandi tolerantiam, & obrependi celeritatem.* Auctor Agellius, lib. 11 noct.

Q Attic.

ducem fore, ut qui ſequi velint, profiteantur; conſur gunt ii, qui & cauſſam, & hominem probant, ſuum que auxilium pollicentur; atque ab multitudine collau dantur: qui ex iis ſecuti non ſunt, in deſertorum ac pro ditorum numero ducuntur: omniumque rerum iis poſt ea fides abrogatur. Hoſpites violare, fas non putant qui, quâque de cauſsâ, ad eos venerunt, ab injuriâ pro hibent, ſanctoſque habent; iis omnium domus patent victuſque communicatur. Ac fuit antea tempus, quum Germanos Galli virtute ſuperarent, & ultro bella infer ren

Attic. cap. 18. Quas rationes probat & in Lycurgo Plutarchus, additque inſuper, ut hoc pacto omnes aſſueſie-rent ad diligentem rerum ſuarum cuſtodiam, ne aliquid furto aliorum amittentes, hanc ſocordiæ & ignaviæ pœnam luerent. *Brant.*

In concilio ſe dixit ducem fore] Hæc principis alicujus, ſe ipſum eligentis, vox, tantùm audita eſt in rebuſpublicis Democraticis, & civitatibus, quæ ſine principe vel Rege agerent. Ibi enim deligebatur ab omni plebe (& hoc eſt, quod hic, *à multitudine collaudantur*) bellicoſiſſimus in concilio, eo ritu, quem habemus in Tacito, cum Brinio dux deligeretur: *Impoſitus ſcuto*, inquit, *more gentis, & ſuſtinentium humeris vibratus, dux diligitur.* Et hæc conſuetudo in Democraticis imperiis obtinuit: at in Monarchia, reges liberâ atque abſolutâ poteſtate imperantes, pro ſua libidine quodvis bellum inſtituebant. In mixtis ex Democratia & Monarchia rebuspublicis, in quibus tamen plebis regimen prævaluit, credibile eſt bellum cum proceribus regem decreviſſe, quod poſtea populus probavit. *Montan.*

Hoſpites violare fas non putant] Ita de Germanorum hoſpitalitate Tacit. *Convictibus, & hoſpitiis non alia gens effuſius indulget. Quemcunque mortalium arcere tecto, nefas habetur: pro fortuna quiſque apparatis epulis excipit. Cum defecerit, qui modo hoſpes fuerat*, id eſt, qui exceperat, *monſtrator hoſpitii, comes, proximam domum non invita adeunt. Nec intereſt: pari humanitate a cipiuntur. Notum ignotumque, quantu ad jus hoſpitii, nemo diſcernit.* Et pau poſt: *victus inter hoſpites comis.* Iſta i tur priſcis Germanis cæteriſque C tis unde religio? niſi ex eòdem font ex quo Lotus hauſerat, ſatius e filias virgines improborum injur objicere, quàm hoſpites, exiſtimar Unde etiam non modo Celtis, ſed aliis gentibus hoſpitum corpora fu re ſacra. Nempe à primis id unive mortales habuere parentibus; & ſuam quæque, poſt linguarum co fuſionem, detulit terram natio. H die autem etiam *gens nulla alia effuſ convictibus & hoſpitiis indulget*, qua Germani inter ſe; *notumque, & ignot quantum ad jus hoſpitii parum diſc nunt:* maximè verò ii, qui è Saxo co genere mare accolunt. *Cluver.*

Cum Germanos Galli ſuperarent] Hi Juſtinus lib. 25. *Gallorum*, inquit, *tempeſtate tanta fœcunditatis juven fuit, ut Aſiam omnem velut examine quo implerent; denique neque Reges ori tis ſine mercenario Gallorum exercitu, la bella geſſerint, neque pulſi regno alios, quam ad Gallos confugerint. T tus terror Gallici nominis, ſive invicta morum felicitas erat, ut aliter neque m jeſtatem ſuam tutam, neque amiſſam cuperare ſe poſſe ſine Gallica virtute ar trarentur.* Montan.

T

erit; ac, propter hominum multitudinem agrique inopiam, trans Rhenum colonias mitterent. Itaque ea, quæ fertiliſſima ſunt, Germaniæ loca circum Hercyniam ſilvam, quam Eratoſtheni & quibuſdam Græcis famâ notam eſſe video, quam illi Orciniam appellant, Volcæ Tectoſages occupârunt, atque ibi conſederunt. Quæ gens ad hoc tempus iis ſedibus ſe continet; ſummamque habet juſtitiæ & bellicæ laudis opinionem: nuncque in eâdem inopiâ, egeſtate, patientiâ, quâ Germani, permanent; eôdem victu & cultu corporis utuntur. Gallis autem propinquitas & tranſmarinarum rerum notitia, multa

Trans Rhenum colonias mitterent] onſuluiſſe hunc locum videtur Tacitus: *Validiores*, inquit, *olim Gallorum fuiſſe; ſummus auctorum divus Julius adit; eoque credibile eſt, etiam Gallos Germaniam transgreſſos. Quantulum im amnis obſtabat, quo minus ut quæque gens evaluerat, occuparet permutaretque ſedes promiſcuas adhuc & nullâ regnorum potentiâ diverſas.* Idem, in vita Agricolæ: *Nam Gallos quoque in bellis floruiſſe accepimus. Mox ſegnitia cum otio travit, amiſſâ pariter virtute ac libertate.* De coloniâ autem in Germaniam miſſâ, meminit Livius lib. v: *Ambitum Biturigum Regem Sigoveſum ſororis ium in ſaltus Hercynios miſiſſe, cum exerare prægravante turbâ regnum cuperet: quod ea gens populis abundabat.* Mont.

Germaniæ loca] Quæ loca juxta Herniam ſylvam Tectoſages occupavent. Rhenanus, lib. 1 Rerum Germ. plicat; dicens, *Tectoſagum gentem icri, hoc eſt, Necari ripam accoluiſſe: o loco adhuc vetuſta arx viſitur, quæ ackenſibus poſtea ducibus nomen dede-, Germanice, die von Teck.* Cæteum Tectoſages & in Aſiam penetrânt, teſtibus Strabone, Plinio & Livio. *Montan.*

Eratoſtheni] Fuit hic patriâ Cyrenæus, floruitque apud Ptolemæum vergeten, regiæ illius bibliothecæ æfectus. Ariſtonis quidem Chii & Callimachi poëtæ diſcipulus, Plato autem minor ob doctrinam, teſte Suida, à quibuſdam appellatus: nam præterquam quod inſignis coſmographus erat, conſcripſit etiam philoſophiam, poëmata, hiſtorias, aſtronomica, de ſectis dialogos. Eodem anno ætatis mortuus eſt, quo Plato, Diogenes Cynicus & Xenocrates Platonicus, nempe octuageſimo primo. *Montan.*

Volcæ Tectoſages] Volcæ qui Straboni & Ptolemæo Οὐόλκαι, Auſonio Belcæ, duplices fuerunt, Arecomici & Tectoſages: hos ſic deſcribit Strabo lib. 4. *Tectoſages*, inquit, *Pyrenæis propinqui ſunt montibus, paululum etiam Cemmenum attingunt ex Aquilonis latere, auriferamque colunt terram. Potentia vero, & hominum robore quondam valuiſſe videtur, adeo ut, incidente ſeditione, magnum è ſuis numerum domo ejecerint: ad eorum vero fortunas communicandas alii aliis ex gentibus convenere, è quibus hi ſunt, qui finitimam Cappadociæ & Paphlagoniæ Phrygiam occupaverunt.* Sedes autem eorum in Languedokio fuiſſe, præcipue ubi nunc *Carcaſſo* & *Toloſa*, teſtantur Merula & Scaliger. *Montanus.*

Gallos autem propinquitas] Perſpicuum eſt aliquid deeſſe. Quin etiam in Aim. & Steph. & Romano ita legitur: *Gallis autem provinciarum propinquitas.* Ammianus verò locum hunc

multa ad copiam atque uſus largitur. Paulatim aſſueſa- cti ſuperari, multiſque victi præliis, ne ſe quidem ipſi cum illis virtute comparant. Hujus Hercyniæ ſilvæ, qua ſupra demonſtrata eſt, latitudo IX dierum iter expedite patet: non enim aliter finiri poteſt, neque menſuras itinerum noverunt. Oritur ab Helvetiorum & Nemetum &

Cæſaris lib. 15, exſcribens, ad Aquitanos hæc refert. *Aquitani*, inquit, *ad quorum litora, ut proxima placidaque merces adventitia convehuntur, moribus ad mollitiem lapſis, facile in ditionem venere Romanam.* Itaque locum hunc reſtituendum ſic putarem: *Galli autem, quibus provinciæ propinquitas*, &c. Nam etiam vocem *Provinciæ* in quibuſdam impreſſis reſtitutam videmus. *Hotoman.*

Hujus Hercyniæ ſilvæ] Meminit illius ſilvæ, ut ſtatim dixit Cæſar, Eratoſthenes, & ante illum Apollonius Rhodius, ante hunc Ariſtoteles, in mirandis. *Cluverius.* Nec tantum hi mentionem Hercyniæ fecerunt: ſed & Pomponius Mela, eadem fere cum Cæſare diſſerit. Strabo lib. 7, aliquantum diverſa. Plinius item multis in locis. Ejus cum ſint haud dubie lata cornua, & varii tractus, ipſa tamen intra Germaniam, quod ad occaſum & meridiem attinet, continetur. Ex verbis autem Cæſaris patet, caput ejus fuiſſe ſylvam quæ à *reſina* nomen habet, Hartzwald. Hartz enim vocant *reſinam* & Galli & Germani. Nunc vulgo corrupto nativo vocabulo Schwartzwald appellitant, quaſi dicas *Nigram ſylvam.* Hercynia vero, ut patet, Romanis aſpiratur: & ſane Germanicus Gallicuſque ſermo aſpirationem poſtulat. Eratoſthenes quartam vocalem, *Orcyniam*, prima ſyllaba notaſſe videtur. Quod in Strabone per ſecundam, ut Latinis, ſcriptum reperias. At Gallorum Germanorumque lingua per primam vocalem Hartz vocat *reſinam*, niſi quod Germanorum quidam craſſius Hortz / per quartam Latinorum vocalem; unde Eratoſthenes *Orcyniam* fortaſſis mutuavit. At Hertz/ per ſecundam vocalem, Gallis Germaniſque *cor* ſignificat. Qui ergo *Hartzianam ſylvam* ſcripſerunt, melius Germanicam linguam expreſſerunt, quam qui *Hercyniam*. Græcis quidem ac Latinis parum curæ fuit noſtra lingua, quam illi, maxime tamen Romani (adeo Gallorum virtutem oderant) quaſi data opera opprimere conati ſunt. Quotum enim quodque nomen vel urbis, vel fluvii, vel populorum etiam, quod vere Germanicum Gallicumve dicere queas, apud Geographos reperias? Cui autem dubium Germanicis Gallicisque locis Germanica Gallicaque fuiſſe nomina? Sed hæc obiter. illud apud me nondum certum, unde illud *y* in *Hercynia*, quod multi tamen per *i* ſcribunt. *Glareanus.* Immanis autem illa ſilva Hercynia, per omnem Germaniam diffuſa erat: hodieque per totam fere Brandenburgienſem Marchiam, per Caſſubiam atque Pruſſiam, per Poloniam, Litaviam & Ruſſiam majorem ſive Moſcoviam, est quaſi unus continuus ſaltus, de quo hic Cæſar. At is an antiquitus omnis ad Obium uſque flumen, extremum Europæ terminum, appellatus fuerit Hercynius, falſum eſſe credo. Quippe Hercynium nomen non ultra Germaniæ limites extendendum cenſeo. *Cluverius.*

Latitudo novem dierum] Latitudo hæc novem dierum ſumi videtur à meridie ad ſeptentrionem, hoc eſt, à Rheni cataractâ majore, ad Mœnum uſque amnem. Longitudo vero ſecundum Danubium intelligitur, ſexaginta, aut multo plus dierum itinere. *Glarean.*

Oritur ab Helvetiorum] Principium hoc Hercyniæ apud Ammianum, aliosque autores poſt illum. *ſylva Hartzna*

ẋ Rauracorum finibus, rectaque fluminis Danubii regione

a dicitur (quanquam *Hartziana* ſcri-i oportebat) quod nomen aliquis ſciolus ac Germanicæ Gallicæque linguæ gnarus, ut Latine quid ſonaret, in *Martianum* temere mutavit. Niſi (quod ẋ ipſum fieri potuit) quis exiſtimet, um Romanis interrogantibus ejus ſylæ nomen, reſponſum eſſet, Hartz-wald / relicta voce Wald / quæ *ſylvam* ſignificat, ad alterum verbum, quod *reſinam* ſignificat, Romanos animum intendiſſe, ac Hars pro Hartz ſcripſiſſe. Deinde, vel ut in ipſorum uoque lingua aliquid tinniret, vel literarum *M* ac *H* vicinitate, ex *Hars* actum eſſe *Mars*, ac deinde *Martianum*, pro *Hartzianum* increbuiſſe apud ndoctos. Illud opinor nemini dubium, nomen eſſe Germanicum, Gallicumque, non Romanum. *Glareanus.* Ita ſt, Germanicum nomen eſt, nam in Germanico ſolo ſylva fuit. Nec dubio, quin & Germanorum vocabulum *Swarz*, & Romanorum *Martiana*, andem originem habuerint. Jam vero multo probabilius eſt, Romanos Germanicum ſive Alemannicum vocabulum *Swarz* corrupiſſe in *Marz*; quam Alemannos ſylvæ nomen à Romanis accepiſſe. *Cluverius.*

Helvetiorum & Nemetum & Rauracorum] Helvetii, Gallica antiquitus gens, intra Galliæ fines poſiti, Rhenum olim transgreſſi, proximos Germaniæ agros obſederunt, ac poſtremum Alemanni, ex ipſa Germania profecti, Helveticum agrum occupârunt, quem in hunc uſque diem tenent. Cætera de gente hac ipſe Cæſar lib. I, exſequitur. Nemetes verò urbem Marcellinus habet: de hac libellus provinciarum: *civ. Nemetum, hoc eſt, Spira.* Sed Nemetes, de quibus hic Cæſar, totius nationis initio erat vocabulum: & jam ante de iis actum. Sequuntur Rauraci, exigua gens, ex numero hominum qui unà cum Helvetiis, ſedibus ſuis relictis, in bellum profecti, cum undecima parte Helvetiorum comparandi. Nam horum fuêre, teſte Cæſare lib. I, CCLXIII millia, Rauracorum autem XIII millia tantum. Igitur, illi in medio Helvetiorum Sequanorumque poſiti, recte nunc dici poſſunt ii, qui Baſilienſem agrum incolentes, vulgo dicuntur *die Baſeler.* Cluver.

Rectaque fluminis Danubii regione] Hoc nimirum innuit Cæſar, quod Volaterranus lib. 7 Geographiæ refert: *Hercyniam ſylvam per mediam Pannoniam à dextra, & per Poloniam à ſiniſtra uſque ad Dacos & Getas pertinere.* Porro juxta Rhenani interpretationem, per *lævam Danubii ripam*, barbarica: per *dextram*, Romana terra intelligenda eſt. *Rhellican.* Eſt autem *recta regione*, per ipſam Danubii fluminis longitudinem. *Montan.*

Fluminis Danubii] Nomen illius geminum eſſe apud autores, *Danubius* & *Iſter*, vulgo notum eſt. Cauſa gemini nominis eadem quæ aliis magnis amnibus, Nilo, Euphrati, Tigri & aliis, nempe ex accolarum gentium diverſitate. Stephani verba ſunt; *Danubis, ſeu Danuſis. Iſter eſt fluvius, quondam Matoas dictus. Quum autem Scythæ calamitate quadam afficerentur, ſic appellatus fuit. Eſt autem Matoas Græce limoſus; quia ſæpius tranſeuntes nihil paſſi fuerant. Danubis autem ſignificat eum qui peccandi habet cauſam.* Hæc opidò quam fabuloſa, ac falſa. Nam ſuperiori parte, qua Germaniam & vetuſtiſſimum illud Illyricum præterfluebat, dictum fuiſſe *Danubium*, inferiori autem, qua Getas, & alias Thracias Scythicaſque gentes alluit, *Iſtrum*, optimi teſtantur autores. *Cluverius.* Hodie vero *Donau*, dictus, ex monte qui *Iraneus* dicitur, non longe à Rhæticis Alpibus, Atheſiſque & Rheni, Germaniæ fluminum, fontibus, inter Tridentinam, & Curienſem diœceſes oriens, Germanos ſiniſtra, & Hungaros ac Teutones dextra alluens, Euxino mari pluribus oſtiis immergitur. *Marlian.*

gione pertinet ad fines Dacorum & Anartium. Hinc ſe flectit ſiniſtrorſus, diverſis à flumine regionibus, multarumque gentium fines propter magnitudinem attingit. Neque quiſquam eſt hujus Germaniæ, qui ſe adiſſe ad initium ejus ſilvæ dicat, quum dierum iter LX proceſſerit, aut quô ex locô oriatur, acceperit. Multa in eâ genera ferarum naſci conſtat, quæ reliquis in locis viſa non ſint: ex quibus quæ maxime differant ab cæteris, & memoriæ prodenda videantur, hæc ſunt. Eſt bos cervi figura: cujus à mediâ fronte inter aures unum cor-

Dacorum] Hi olim maxime feri, & Romanorum hoſtes, populi erant Tranſrhenani, Danubio fluvio & Anartibus ſilvæque Hercyniæ finitimi, quas olim Hungariæ partem habitâſſe, plerique transdunt, & poſt in maritima loca Norvegiæ proxima ceſſiſſe. *Marl.* eoſdem & Getas dictos vult *Cluver.*

Anartium] Populi trans Rhenum & Danubium, cui, ut & Hercyniæ ſylvæ, & Dacis finitimi erant. *Idem.* Vigenereo ſunt Walachi, Servii, & Bulgari. Et *Anartios* Ptolemæus maxime ſeptentrionales Daciæ facit juxta Carpaten montem, & Tauriſcos: quod maxime conſentaneum eſt verbis Cæſaris. Illinc enim ſiniſtrorſum vertitur Hercynia ſylva. *Montan.*

Neque quiſquam eſt hujus Germaniæ] ſupple, *quæ Dacos, Pannonios & Sarmatas attingit.* Nam ſi de omnibus Germanis hoc intelligas, Cæſar pugnantia dixiſſe videbitur; utpote qui ſupra dicat ſe ex Ubiorum exploratoribus didiciſſe, quod Suevi ad initium ſylvæ Bacenis (quam eandem cum Hercynia eſſe ſuperius demonſtravimus) Romanorum exercitum expectaturi eſſent: item quando paulo ante ipſe affirmat, initium iſtius ſylvæ ab Helvetiorum finibus oriri. Quod dubio procul Germani trans Rhenum proximi æque ſciverunt, ut Cæſar. Itaque locus iſte de ulterioribus Germanis Hercyniæ accolis, non de citerioribus intelligendus eſt: qui indubie illius principium ex Helvetiis, Tauriacis, & Veneti lacu accolis facile perdiſcere poterant, idque ex confinio ac mutuo rerum commercio. *Rhellican.* Poſtea tamen, teſt Suida, adiit & vidit initium hujus ſilvæ Julianus. *Montan.*

Multa in eâ genera ferarum naſci] Quum immanis & denſa fuerit Hercynia ſilva, mirari haud æquum eſt feras multas in ea à Cæſare, Plinio & Solino recenſeri; quæ hodie nuſquam conſpiciuntur in Germania, præter unos equos feros. Pulſæ illæ ſunt Germaniâ ſimul cum ſilvarum excidio. In Pruſſia, Litavia & Moſcovia, quo ſilva Hercynia extenſa fuit, hodieque viſuntur. *Cluver.*

Bos cervi figura] Hi Cæſaris boves videntur eſſe biſontes Plinii & Solini. Nomen equidem bovis Cæſar obſervavit: at animal plane aliud diverſumque deſcripſit. Quomodo enim ei potuit bos appellari id animal, quod cervi erat figurâ; cornuaque inſuper, ut cervus, niſi quod latiora, & uno principio trunco, enata habebat? Hodie autem biſontes, ſive boves cervi figurâ, maxime ſunt in Litaviæ ſaltibus, eâ ſpecie, quâ traduntur à Plinio ac Solino. Antiquis Germanis dictæ fuiſſe Wiſant/ teſtes ſunt autores Latino-theudiſcorum gloſſariorum. Græci vocabulum ſcripſere ſuâ linguâ βίσωντες, & inde Romani *biſontes.* At rectius hi dicturi erant *viſontes.* Idem. Cæterum biſontes manſuefieri, atque etiam

ornu exiſtit excelſius, magiſque directum his, quæ no-
ɔis nota ſunt, cornibus. Ab ejus ſummo ſicut palmæ,
ami quàm latè diffunduntur. Eadem eſt feminæ mariſ-
iſque natura, eadem forma magnitudoque cornuum.
ſunt item, quæ appellantur Alces. Harum eſt conſimi-
is capris figura & varietas pellium; ſed magnitudine
ɔaullo antecedunt, mutilæque ſunt cornibus, & crura
ine nodis articuliſque habent, neque quietis cauſsâ pro-
umbunt: neque, ſi quô afflictæ caſu conciderunt, eri-
gere ſeſe aut ſublevare, poſſunt. His ſunt arbores pro
ubilibus. Ad eas ſe applicant, atque ita paullum modo
recli-

tiam ad currum jungi, teſtis Martia-
is, cum ait:

Turpes eſſeda cum trahunt biſontes.

Eadem eſt fœminæ mariſque natura] *Natura* hic pro figura poſita videtur. ut ib. 5. de Britannia: *Inſula natura triquetra.* Sive pro ſpecie, ut infra dicit: *ſpecie & colore & figura tauri.* Ciaccon.

Alces] Mirum quantum de alce inter ſe diſſentiant autores. Plinius, *ni proceritas aurium & cervicis diſtinguat, jumento ſimilem* facit. Solinus mulis dicit eſſe comparandam. Jumentum nempe pro mula accepit. Præterea propenſo adeo labro ſuperiore eſſe ſcribit, ut niſi recedens in poſteriora veſtigia paſci non queat. Hoc Plinius non de alce, ſed de machli memorat, quæ fera eſt Scandinaviæ inſulæ, ſimilis alci. Cæſar alcis figuram capreis conſimilem jactat, eadem pellis varietate, ſed magnitudine paulo antecedere. Legendum autem apud Cæſarem *capreis*, non *capris: harum eſt conſimilis capreis figura, & varietas pellium.* Nec enim capræ varietate pellis inſignitæ, ſed capreæ. Pauſanias alcis figuram deſcribit, ἐλάφȣ κὴ καμήλȣ μεταξύ· Quod ait ἐλάφȣ, hoc utcunque cum Cæſare convenit. Nam capreæ & cervi niſi magnitudine haud ferme diſtant. Et varietas pellium in capreolis & hinnuleis eadem. Quod addit de facie cameli, id cum Plinio facere videtur, qui proceritatem cervicis alci tribuit. Talis proceritas cervicis in camelo. Cæſar alces cornibus mutilas tradit. Pauſanias contra. Cum Cæſare hac in parte melius convenit Plinio, quam cum Pauſania. Etenim narrat, excepta cervicis proceritate & aurium, ſimilem jumento eſſe alcem: nihil dicit de cornibus. At in eo diverſi Cæſar & Plinius, quod hic maclin nullo ſuffraginum flexu eſſe prodit, Cæſar alcem. Has autorum inter ſe dividias libuit hic ſcrupuloſius annotare. Cætero non diſſimilem eſſe maclin alci fatetur idem Plinius, cujus verba ita legenda ſunt: *item natam in Scandinavia inſula, nec unquam viſam in hac urbe, multis tamen narratam machlin haud diſſimilem illi.* Quidam libri habent *achlin.* Quæ vox barbara eſt, & nationis ejus, apud quam id animalis naſcitur. Et nugantur qui aclin dictam ſomniant, quod non cubet. Sic *alcem* nominatam fortaſſe vellent à vi & fortitudine. *Salmaſius.*

Neque ſi quo afflictæ caſu conciderint] Mox, *infirmas arbores pondere affligunt.* *Affligere* eſt non ſolum dejicere, ſed etiam gravi quodam ictu & impetu ad humum abjicere, ut eo caſu id quod dejicitur, contundatur, neque facile excitari queat. Salluſt. Jugurth. *dein ubi una atque altera ſcalæ comminutæ, qui ſuperſteterant, afflicti ſunt.* προσȣδίζειν Græcis. *Brant.*

clinatæ quietem capiunt: quarum ex veſtigiis quum eſt animadverſum à venatoribus, quò ſe recipere conſueverint, omnes eô locô, aut à radicibus ſubruunt, aut accîdunt arbores tantùm, ut ſumma ſpecies earum ſtantium relinquatur. Huc quum ſe ex conſuetudine reclinaverint, infirmas arbores pondere affligunt, atque unà ipſæ concidunt. Tertium eſt genus eorum, qui Uri appellantur. Ii ſunt magnitudine paullo infra elephantos; ſpecie & colore & figurâ tauri. Magna vis eſt eorum & magna velocitas. Neque homini, neque feræ, quam conſpexerint, parcunt. Hos ſtudiosè foveis captos interficiunt. Hoc ſe labore durant adoleſcentes, atque hoc genere venationis exercent; &, qui plurimos ex his interfecerunt, relatis in publicum cornibus, quæ ſint teſtimonio, magnam ferunt laudem. Sed aſſueſcere ad homines, & manſuefieri, ne parvuli quidem excepti, poſſunt. Amplitudo cornuum, & figura

Uri] Urum ex bubus feris eſſe, profitentur omnes; cæterùm quis revera ſit, niſi diligenter advertas, difficillimè cognoſcas. Plerique enim vel cum biſonte, vel cum bonaſo, vel bubalo, aliiſque confundunt. Urus autem eſt corpore perquàm craſſo, tergo ſummo fere gibboſo, longitudo ei à capite ad caudam brevior quam proceritas & ventris & laterum & dorſi craſſitudo poſtulet. Cornua denſa, nigra, brevia, oculi verſus exteriorem canthum rubicundi: os latum, ſimus & craſſus naſus: craſſum & amplum caput: facies, ut vocem ſic, lata: tempora villoſa, mentum barbatum, ſed brevibus villis nigris: color fere niger, maxime in temporibus, mento, collo, &c. In facie, lateribus, cruribus, caudâ ad puniceum vergit. *Ulyſſes Aldrovandus.*

Magna vis eorum] Magnis enim cornibus armata hæc fera (inter ea tres homines poſſent conſidere) equum cum ſeſſore correptum in ſublime jactare valet, & arbores mediocri craſſitudine evertit. *Cromerus.*

Et qui plurimos ex his interfecerunt] Ut hodieque apud nos qui lupum aut ſimile ferum & publice nocens animal interfecerit, relato in publicum cadavere, quod ſit teſtimonio, præmium fert. *Brant.*

Amplitudo cornuum] *Amplitudo* aït idem Seneca, in Hippolyto:

Latiſque feri cornibus uri.

Ut & Albertus Magnus, dum aſſerit, uris duo ingentia eſſe cornua, quæ & capaciſſima ſunt, ita ut multi potum in ea infundant, & reſervent etiam in iis. Etiam Sigiſmundus Baro teſtatur, ſuo tempore urorum cornua in quibuſdam templis reperta, auro & argento exornata: eaque facile & longitudine & colore à biſontis cornibus, aliquanto brevioribus, poculiſque minime aptis, diſcreta. Hodie autem urorum Pruſſiam ducalem, eique finitimam Mazoviam, & inprimis Podoliam feracem eſſe ſcribit Cromerus: imo ita, ut

gura & ſpecies multum à noſtrorum boum cornibus iffert. Hæc ſtudioſè conquiſita ab labris argento circumcludunt: atque in ampliſſimis epulis pro poculis untur. Cæſar, poſtquam per Ubios exploratores comerit, Suevos ſeſe in ſilvas recepiſſe: inopiam frumenti eritus; quod, ut ſupra demonſtravimus, minimè onnes Germani agriculturæ ſtudent, conſtituit non progredi longius: ſed, ne omnino metum reditus ſui bararis tolleret, atque ut eorum auxilia tardaret, reducto xercitu partem ultimam pontis, quæ ripas Ubiorum ontingebat, in longitudinem pedum CC reſcindit, atque in extremo ponte turrim tabulatorum IV conſtituit, ræſidiumque cohortium XII pontis tuendi cauſsâ ponit; nagniſque eum locum munitionibus firmat. Ei loco ræſidioque C. Volcatium Tullum adoleſcentem præfeit. Ipſe, quum matureſcere frumenta inciperent, ad ellum Ambiorigis, per Arduennam ſilvam, quæ eſt toius Galliæ maxima, atque ab ripis Rheni finibuſque Trevirorum ad Nervios pertinet, millibuſque amplius D in longitudinem patet, L. Minucium Baſilum cum omni equi-

ut agminatim in campis non modo hæ eræ, ſed & feri equi paſcantur. *Aldrovandus.*

Ab labris argento circumcludunt] Id eſt, eam cornuum partem argento inducunt, quæ labris bibentium admovetur. *Rhellican.*

Suevos ſe in ſilvas] Silvæ hæ erant procul dubio ſilva Bacenis, Cheruſcos à Chattis, ſive Suevis Cæſaris, dividens. *Montanus.*

Quæ ripas Ubiorum contingebat] Atqui Ubii ævo Cæſaris trans Rhenum ncolebant, eam amnis ripam, quæ inter Mogontiacum & Coloniam porigitur, è cujus ripæ regione, cis Rhenum, ponti reſciſſo præſidium impoſitum eſt à Cæſare. *Idem.*

C. Volcatium Tullum] Hujus adoleſcentis pater fuit L. Volcatius Tullus, qui conſulatum geſſit triennio ante Ciceronem, anno U.C. DCLXVIII. Meminit ejus Cicero ad Atticum, & Philippica II. *Glandor.* Gens autem Volcatia conſularis erat, cognomento Tullus & Gurges. *Pigius.*

Millibuſque amplius D] Nimis large ſilvam hoc loco definit Cæſar. Nam Rhemorum initium fuit ad Moſam amnem, qui & Rhemos & Nervios à Treviris diſtinxit. Qua ratione Arduenna intra Rhenum Moſamque concluditur, longitudine CXX millium paſſuum. Quod ſpatium minime convenit cum D millibus, quæ ei Cæſar attribuit. *Cluver.*

L. Minucium Baſilum] Hic *L. Minucius Baſilus* poſtea per ſummam ingratitudinem unà cum cæteris in Cæſaris necem conjuravit. Extat ad hunc Baſilum epiſtola Ciceronis lib. 6 Epiſtol. epiſtola 5. *Glandor.* Minutiæ autem gen-

equitatu præmittit; ſi quid celeritate itineris atque opportunitate temporis proficere poſſit; monet, ut ignes fieri in caſtris prohibeat, ne qua ejus adventus procul ſignificatio fiat. Seſe confeſtim ſubſequi dicit. Baſilus, ut imperatum eſt, facit; celeriter, contraque omnium opinionem confectô itinere, multos in agris inopinantes deprehendit: eorum indiciô ad ipſum Ambiorigem contendit, quô in locô cum paucis equitibus eſſe dicebatur. Multum quum in omnibus rebus, tum in re militari fortuna poteſt: nam ſicut magno accidit caſu, ut in ipſum incautum atque imparatum incideret: priuſque ejus adventus ab hominibus videretur, quàm famâ ac nuntiis afferretur: ſic magnæ fuit fortunæ, omni militari inſtrumentô, quod circum ſe habebat, ereptô, rhedis equiſque comprehenſis, ipſum effugere (mortem.) Sed hoc eô factum eſt; quod, ædificiô circumdatô ſilvâ, (ut ſunt fere domicilia Gallorum, qui, vitandi æſtus cauſsâ, plerumque ſilvarum ac fluminum petunt propinquitates) comites familiareſque ejus anguſto in loco equitum noſtrorum vim pauliſper ſuſtinuerunt. Iis pugnantibus, illum in equum quidam ex ſuis intulit. Fugientem ſilvæ texerunt. Sic ad ſubeundum periculum, & ad vitandum, multum fortuna valuit. Ambiorix copias ſuas judicione non conduxerit; quod præliô dimican-

gentis familiæ patriciæ erant & plebeiæ. *Pigius.*

Ædificio circumdato ſilva] Antiquiſſima eſt conſuetudo, & cum primis hominibus introducta, prout fons, prout nemus, aut campus placuit, ſedes & habitacula figere: hanc Celtæ cum patre ſuo Aſcenaze in Celticam detulerunt. *Montanus.* Et hinc hodie in Germania vicorum opidorumque nomina, in *campi*, *fontis*, *ſilvæ* vocabula, *field*, *wold*, & *borne*, deſinentia. Sæpius tamen ejuſmodi loca appellata fuerunt, addito domini, vel ſitus cognomine, *habitacula*, ſive *domicilia*, Germanice *haim*, & *haus*, ſive *hauſen*. Quorum illud variè, pro variâ dialectorum ratione, dictum *haim*, *ham*, *heim*, *heem*, *hiem*, *hoom*, *hem*, *hum*; in quæ hodieque innumera opidorum juxta ac vicorum, per univerſam Germaniam, atque Angliam nomina terminata videmus. Nam hoc etiam certum; quotieſcunque aliquod vici nomen, maximè in Veſtofalia, Friſia atque Hollandia, conterminiſque regionibus, in *em*, vel *om*, vel *um*, deſinit; id antiquitus *hem*, vel *hom*, vel *hum* fuiſſe, quamvis nunc in ſcriptione pleraruinque *H* negligatur. *Cluver.*

candum non exiſtimaverit; an tempore excluſus, & repentinô equitum adventu prohibitus fuerit; quum reliquum exercitum ſubſequi crederet; dubium eſt. Sed certè, clam dimiſſis per agros nuntiis, ſibi quemque conſulere juſſit: quorum pars in Arduennam ſilvam, pars in continentes paludes profugit. Qui proximi Oceano fuerunt, ii in inſulis ſeſe occultaverunt, quas æſtus efficere conſuêrunt. Multi ex ſuis finibus egreſſi ſe ſuaque omnia alieniſſimis crediderunt. Cativulcus rex dimidiæ partis Eburonum, qui unà cum Ambiorige conſilium inierat, ætate jam confectus, quum laborem aut belli

Pars in continentes paludes] Dum Cæſar dicit *paludes continentes* Arduennæ ſilvæ fuiſſe: ſequitur ex eô Arduennam extenſam ad Morinorum fines & Scaldem uſque: quod & paulo poſt diſertius aſſeverat. At paludes hæ in Morinis erant; quæ & hodieque in illis locis haud exiguæ ſunt. Maximæ earum inter opida *Tielt* & *Brugge*, *Buiscam-feld*, proximæque his verſus ſeptentrionem *Maldeghem-feld* appellantur: item aliæ inter opida *Axele* & *Hulſt*, quibus commune vocabulum *moere*, id eſt, *palus*: nec minores his inter opida *Nieupoort* & *Duynkerke*; quibus vulgare nomen, *de groote moere*, id eſt, *magna palus*: item aliæ in Guinenſi comitatu, inter opida *Calais*, *Guines* & *Ardres*: minores circa opidum *Iperen*; & paſſim per reliquam Flandriam. Et hæ ſunt paludes, in quas ſe Morini ſuaſu Ambiorigis, receperunt. *Montanus.*

Qui proximi Oceano fuerunt] Hi populi *Oceano proximi*, nulli alii fuerunt, quam *Taxandri*, ſeu *Toxandri*: ipſarum inſularum incolæ. Cæſar enim eos alienos facit à Menapiis; & ſi Morinos hoc loco intelligeret, nominaret illos, quia ubique ſic ſolet. Sed ſtatim clarius patebit. *Cluverius.*

In inſulis, quas æſtus efficere conſuerunt] Inſulæ hæ licet non nominentur, ſunt, quas hodie *Selandicas* vocamus. *Selandia* autem continens ævo Cæſaris terra fuit; nec niſi majoribus Oceani æſtibus interfuſa: id eſt, acceſſu maris fiebant inſulæ, receſſu iterum continens. Quod verbum *conſuerunt* diſerte indicat. Sic & Diodorus lib. v de Vecti, & aliis inter Britanniam Galliamque inſulis, ſub Auguſto ſcripſit: *Peculiare*, ait, *autem accidit inſulis hiſce vicinis, quæ Europam Britanniamque interjacent. Nam freto interjecto, per æſtus inundationem, aquis oppleto, inſulæ apparent. Decedente verò, per reciprocationem mari, ingens loci ſpatium aquis defectum peninſularum ſpeciem reddit.* Sive igitur Diodorus, inter alias, Selandicas intellexerit inſulas, ſive non, eadem certe earum tunc ſpecies fuit. Unde nunc etiam Vectis inſulæ & Selandicarum eadem eſt conditio. *Idem.* Cum itaque Cæſar dicit, *qui proximi Oceano fuerunt, in inſulis ſe occultaſſe*; intelligit Toxandros, euripos ſuos trajeciſſe & interiora terræ petiiſſe, genio loci ſui tutiores; ſicut & Menapios & Morinos *continentes paludes*, Nervii *ſilvam Arduennam*. Toxandri autem, qui hodie Selandi, limites habuerunt, ab occaſu Oceanum; à ſeptentrione antiquum Moſæ alveum; quo à Batavis diſcreti; ab ortu & meridie flumina & euripos, quibus acceſſu maris à continente inſulæ Selandicæ ſeparabantur. *Montan.*

Omni-

belli aut fugæ ferre non poſſet, omnibus precibus deteſtatus Ambiorigem, qui ejus conſilii auctor fuiſſet; taxô, cujus magna in Galliâ Germaniâque copia eſt, ſe exanimavit. Segni Condruſique, ex gente & numero Germanorum, qui ſunt inter Eburones Treviroſque, legatos ad Cæſarem miſerunt; oratum, ne ſe in hoſtium numero duceret, neve omnium Germanorum, qui eſſent citra Rhenum, cauſſam eſſe unam judicaret: nihil ſe de bello cogitaſſe, nulla Ambiorigi auxilia miſiſſe. Cæſar exploratâ re quæſtione captivorum, ſi qui ad eos Eburones ex fugâ conveniſſent, ad ſe ut reducerentur, imperavit: ſi ita feciſſent, fines eorum ſe violaturum negavit. Tum copiis in tres partes diſtributis impedimenta omnium legionum Atuatucam contulit: id caſtelli nomen

Omnibus precibus deteſtatus Ambiorigem] *Preces* Cæſar uſurpat pro execrationibus, ut Horat. lib. 2, Sat. 6.

——— *Improbus urget*
Iratis precibus.

Preces Græci ἀρὰς dicunt. Unde contra *imprecatio* κατάρα dicitur. Servius ad Virgil. lib. 2 Æneid. Hinc ἀρᾶσθαι & καταρᾶσθαι. *Brant.*

Taxo, cujus maxima in Gallia Germaniaque copia eſt, ſe exanimavit] *Taxus*, arbor eſt ex genere abietum, ex qua arcus conficiuntur. Et inter Hoyum & Namurcum, Leodienſium, id eſt, Eburonum opida, abundat. Si quis ſub ea dum floret, dormiat, certum eſt mori: ſi quis ſub ea comedat, infirmatur. Pocula inde facta mortifera ſunt, teſtibus Plinio, Dioſcoride & pleriſque aliis. Volunt etiam hinc *toxica venena* dicta, quaſi *taxica*, quemadmodum Plinius commemorat lib. 16, cap. 10. *Glandor.* Sed & Matthiolus comment. in Dioſcoridem lib. 12, non fructus tantum ejus arboris aut folia comedentibus, ſed & ſuccum bibentibus lethalem oſtendit. Atque hoc modo mortem ſibi intuliſſe Cativulcum, forte & odore inſuper naribus admoto, nonnulli volunt. *Brant.*

Segni, Condruſique] Vide de Segnis Condruſiſque pag. LXIV, & LXV. Et cur Cæſar hic dicat, *ex gente & numero Germanorum.* Montanus.

Impedimenta] Dicuntur omnia ea, quæ conducunt ad iter, ut utenſilia, ſarcinæ & jumenta, Græci ἀποσκευὴν vocant. *Lipſius.*

Atuatuca] Duobus modis recte ſcribitur hoc caſtellum, vel *Atuatuca* nempe, vel *Aduatuca*: quemadmodum & finitima Eburonibus gens, *Aduatici* & *Atuatici.* Variè de hoc loco ſentiunt docti. Rhenanus *Ratucam* legit, interpretaturque Limburgienſis ducatus hodie opidulum Hertzogenrad. Hubertus Leodius *Varucam* ſcribit, & etiamnum ejuſdem nominis caſtellum, haud amplius medio milliari Germanico, ab urbe Leodio diſtans, in mediis Eburonum finibus in ſumma planicie, eſſe aſſerit. Sed nugæ ſunt. Apud Antonium mentio fit in itinerario, *Aduagan Togrorum*: ubi legendum *Aduagan Tongrorum.* Quippe ab *Aduatuca* factum fuit vocabulum contractum, *Aduaga.* Apud Ptolemæum Ἀτουάκουτον Τούγγρων legitur, qui unicum id Tungrorum opidum fuiſſe refert. Hodie autem in mediis, qui pag. LXV circum-

men eſt. Hoc fere eſt in mediis Eburonum finibus, ubi Titurius atque Aurunculeius, hiemandi cauſsâ conſederant. Hunc quum reliquis rebus locum probabat Cæſar; tum quod ſuperioris anni munitiones integræ manebant, ut militum laborem ſublevaret, præſidio impedimentis legionem XIV reliquit, unam ex iis III, quas proximè conſcriptas ex Italiâ tranſduxerat. Ei legioni caſtriſque Q. Tullium Ciceronem præfecit, ducentoſque equites attribuit. Partito exercitu, T. Labienum cum legionibus III ad Oceanum verſus in eas partes, quæ Menapios attingunt, proficiſci jubet. C. Trebonium cum pari legionum numero ad eam regionem, quæ Atuaticis adjacet, depopulandam mittit: ipſe cum reli-

circumſcripti, finibus Eburonum viſitur opidum, vulgari vocabulo *Tongeren*, & aliâ dialecto, *Tungreu*. Et hoc eſt *Atuatuca*. Cæterum *Atuatuca* poſtea princeps facta eſt Tungrorum urbs, nam *Tungeri* fuere iidem poſterioribus temporibus, qui Cæſaris ævo, Cæreſi, Segni, Pœmani, Condruſi, Eburones dicebantur. Initio autem *Atuatuca caſtellum*, Eburonum quoque caput fuit, & unicus locus mœnibus munitus. Nomen & originem haud dubiè traxit ab *Atuaticis*, gente conterminâ. Nam bello victis, quod Cæſar tradit, primo ut ſubjectis imperâſſe, quoque facilius in obſequio continerentur, caſtellum in mediis eorum finibus cum præſidio poſuiſſe, maxime credibile eſt. Dein verò annuo ſtipendio obſidibuſque contenti, præſidio deducto, caſtellum in ipſorum tradiderunt poteſtatem: qui mox pro capite id habuerunt totius regionis ſuæ. Magna igitur opidi hujus, quod ad exiguas jam redactum reliquias, antiquitas: magna olim celebritas & dignitas, nam ordine ſecunda habita eſt totius Germaniæ inferioris, cujus prima ac maxima, Agrippinenſis Colonia. *Cluverius.*

Hiemandi cauſa conſederant] Sed ex hibernis per dolum extracti, ab Ambiorige ad internecionem cæſi ſunt, ut præcedenti libro Cæſar. *Montan.*

Quas proximè conſcriptas ex Italia] Bene, *proxime*; nam tribus his legionibus (cum Reipublicæ & amicitiæ cauſa Pompeius eas Cæſari tribuiſſet) ille huc in Belgium magnis itineribus ſe contulerat. Tres autem hæ legiones illæ erant, quæ cum Pompeio Proconſule, ob novos motus, in Hiſpaniam profecturæ erant: ſed ob mitiores rumores, per Italiam adhuc diſperſæ, à Cæſare, conceſſione Pompeii, abductæ ſunt. *Montanus.*

Ducentoſque equites attribuit] Si centum additi fuiſſent, Cicero juſtum habuiſſet equitatum unius legionis. Nam in legione erant turmæ tricenariæ X, ſeu equites CCC. *Idem.*

Ad Oceanum, in eas partes, quæ Menapios] *Eas partes*, nempe verſus orientem ſolem, *quæ Menapios attingunt*, habitarunt *Toxandri*, hodie *Selandi*. Idem.

Regionem, quæ Atuaticis adjacet] Quam regionem hic Cæſar intelligat, me latet: tot enim regiones Atuaticis adjacent, ut Menapiorum, Nerviorum, Eburonum, Grudiorum aliorumque. *Idem.*

Ipſe

reliquis tribus ad flumen Scaldim, quod influit in Moſam, extremaſque Arduennæ partes, ire conſtituit; quò cum paucis equitibus profectum Ambiorigem audiebat. Diſcedens poſt diem VII ſeſe reverſurum confirmat: quam ad diem ei legioni, quæ in præſidio relinquebatur;

Ipſe cum reliquis tribus] Neſcio cur F. Urſino hic videatur legendum *cum reliquis* IV: cum ipſe aſſerat Cæſarem decem legionibus rem in Gallia geſſiſſe. Oportet profecto, venia viri dixerim, malum illum arithmeticum fuiſſe; nam una legio cum Cicerone, tres cum Labieno, totidem cum Trebonio, totidemque cum Cæſare erant; nonne decem ſunt hic legiones? Si itaque cum IV legionibus rem geſſit Cæſar, neceſſario undecim legiones in Gallia fuerunt; quod falſiſſimum eſt, ut ipſe Urſinus optime ex ipſo Cæſare probat. Sed poſſet moveri hic aliud dubium. Ad defenſionem pontis legio una, & duæ cohortes relictæ erant. Et jam hic X numerantur legiones; ſequitur ergo XI & duas cohortes in Gallia fuiſſe. Solvit hunc nodum Glareanus: nempe quia duntaxat X mentio fit ſupra legionum, ideo, quæ de pontis cuſtodia aſſerit: ea de longe ante præterito tempore intelligi debere. *Montanus.*

Quod influit in Moſam] Hubertus Thomas locum hunc depravatum eſſe cenſet, & pro *Scalde* legendum *Sabin*, quod hic juxta Namurcum, & in finibus Arduennæ ſylvæ, in Moſam influat. Huic ſententiæ etſi non palam accedit Henricus Glareanus, fatetur tamen, in tabulis Geographicis hodie nequaquam cerni poſſe, ut Scaldis in Moſam ſe exoneret. At Gerhardus Noviomagus, vir doctiſſimus, vulgatam lectionem tuetur, recteque Cæſarem ſcripſiſſe aſſerit, *Scalden* videlicet *in Moſam influere*, id quod fiat non procul ab opido de *Briel*, ubi ante aliquot annos terra pagis & arcibus florens extiterit, ſed hodie vaſtum ibi mare cerni, eoque fieri, ut fluviorum oſtia ad veterum præſcripta internoſci vi queant. *Glandorp.* Sed errant Hubertus, & Neomagus. Primum enim notum quidem eſt *Sabin*, hodie *Sambre* apud Namurcum Moſam ingredi, ub olim Aduatici habitabant. Sed qui credat, Ambiorigem circa Sabin præſidium fugæ quæſiviſſe in locis à Cæſare inſeſſis? tum etiam *extremas Arduennæ partes* nominat. Quis ita bardus, ut neſciat, ætate Cæſaris, ad confluentem Sabis & Moſæ, non extremas partes Arduennæ fuiſſe, ſed ipſun ſilvæ meditullium, ut recte hic objici Divæus? Itaque definiendum cum Cluverio, contra Hubertum, ut & Stephanum, Glareanum & Marlianum Cæſarem, dum dicit *Scaldem influere i Moſam*, erraſſe. Veriſimile eſt illun habuiſſe tabulam chorographicam, in qua Galliæ regiones deſcriptæ fuerun. Qua inſpecta, quum crebris æſtuarii Toxandrorum ſolum diſtinctum foret quorum quædam Moſæ etiam jungebantur, Scaldis oſtium, à Moſæ oſti non diſtinxit; ſed quum hæc duo flumina æſtuariis inter ſe jungerentur *Scaldem influere in Moſam* tradidit. Neſcio autem qua autoritate nixus Noviomagus, prope *Briiam*, Scaldem Moſ jungi aſſerat. Sed Scaldis ſive Scaldes nunc *Schelde*, Gallis *Eſcaud* dictus, no tam apud Romanos celebratur, quam Rhenus aut Moſa; & hoc, quia in Belgicæ meditullio, poſt Cæſaris tempo rariſſime memoratu aliquid dignu in circumvicinis illis locis contigi *Montanus.*

Extremaſque Arduennæ partes] Diſertè hic Scalde flumine finit ſilvam Cæſar. *Cluverius.*

Labi

tur, deberi frumentum ſciebat. Labienum, Treboniumque hortatur, ſi Reip. commodo facere poſſint, ad eam diem revertantur; ut, rurſus communicatô conſiliô, exploratiſque hoſtium rationibus, aliud initium belli capere poſſint. Erat, ut ſupra demonſtravimus, manus certa nulla, non præſidium, non opidum, quod ſe armis defenderet, ſed in omnes partes diſperſa multitudo. Ubi cuique aut vallis abdita, aut locus ſilveſtris, aut palus impedita ſpem præſidii aut ſalutis aliquam offerebat, conſederat. Hæc loca vicinitatibus erant nota, magnamque res diligentiam requirebat, non in ſummâ exercitus tuendâ, (nullum enim poterat, univerſis perterritis ac diſperſis, periculum accidere) ſed in ſingulis militibus conſervandis; quæ tamen ex parte res ad ſalutem exercitus pertinebat. Nam & prædæ cupiditas multos longius evocabat; ac ſilvæ incertis occultiſque itineribus, confertos adire prohibebant. Si negotium confici, ſtirpemque hominum ſceleratorum interfici vellet, dimittendæ plures manus, diducendique erant milites. Si continere ad ſigna manipulos vellet, ut inſtituta ratio & conſuetudo exercitus R. poſtulabat; locus ipſe erat præſidio barbaris; neque ex occulto inſidiandi, & diſperſos circumveniendi ſingulis deerat audacia. At in ejuſmodi difficultatibus, quantum diligentiâ

Labienum Treboniumque, ad eam diem revertantur] Cum Cæſar Labienum hoc loco ex Eburonibus ad perſequendos hoſtes, in Toxandris ſe occultantes, mittit, & poſt ſeptimum diem, ad Aduatucam, Eburonum caſtellum, reverti jubet; ſatis ex eo liquet, Selandicas inſulas tum temporis, quod & ante monuimus, Oceani tantum acceſſu à continente abſciſſas fuiſſe, & ejuſdem receſſu pedibus potuiſſe adiri. Nam ſi hoc falſum, quomodo, quæſo, poſt ſeptimum diem, cum non modica præſtitutorum dierum pars in itinere ultro citroque faciundo abſumenda foret, Labienus redire potuiſſet? qui ut in inſulas has tranſiret, ſi inſulæ fuerunt, aut navibus, aut pontibus opus habebat. *Montanus.*

In ſingulis militibus conſervandis] Sanè Cæſarem milites ſuos dilexiſſe, eoſque devotiſſimos ſibi reddidiſſe, auctor eſt Suetonius: quod & hic locus, & alii paſſim confirmant. ſic & lib. VII, *ſummæ ſe iniquitatis haberi debere, niſi eorum vitam ſua ſalute habeat cariorem.* Brant.

Quam

tiâ provideri poterat, providebatur: ut potius in no cendo aliquid omitteretur, etſi omnium animi ad ulci ſcendum ardebant, quàm cum aliquo detrimento mili tum noceretur. Cæſar ad finitimas civitates nuntios di mittit. Omnes evocat ſpe prædæ, ad diripiendos Ebu rones; ut potius in ſilvis Gallorum vita, quam legio nariorum, periclitaretur; ſimul ut, magnâ multitudin circumfusâ, pro tali facinore, ſtirps ac nomen civitati tollatur. Magnus undique numerus celeriter convenit Hæc in omnibus Eburonum partibus gerebantur; dieſ que appetebat VII, quem ad diem Cæſar ad impedi menta legionemque reverti conſtituerat. Hic, quantun in bello fortuna poſſit, & quantos afferat caſus, cogno ſci potuit. Diſſipatis ac perterritis hoſtibus, ut demon ſtravimus, manus erat nulla, quæ parvam modo timo ris cauſſam afferret. Trans Rhenum ad Germanos per venit fama, diripi Eburones, atque ultro omnes a prædam evocari. Cogunt equitum II millia Sigambri qui ſunt proximi Rheno: à quibus receptos ex fug

Ten

Quam cum aliquo detrimento militum noceretur] *Imperatori enim nunquam adeo ulla opportuna viſa eſt victoria occaſio, quam damno amiſſi penſaret militis.* Velleius.

Stirps ac nomen civitatis tollatur] *Civitatis*, nempe *Eburonum.* Vox autem hæc ſumitur, ut plerumque apud Cæſarem, pro gente, quæ eadem lingua, eodem jure, iiſdemque legibus utitur, & unum magiſtratum, unumque imperium agnoſcit. Volebat vero Cæſar ita graviter ulciſci hanc civitatem, quia Cottam Sabinumque, per fraudem interfecerat. Caruit tamen eventu propoſitum. Stirpem ac *gentem* tollere non potuit, ſed *nomen* quidem; nemine ſe in poſterum *Eburonem* profiteri auſo. Unde & poſtmodo *Tungri* dicti, qui primum Eburones. *Montan.*

Sigambri, qui ſunt proximi Rheno] Varie hoc nomen ſcribitur. Cæſari interdum Sicambri, interdum, ut hic Sigambri dicuntur; Ptolemæo vero, & Dioni vitiate Σύγγαμβροι. Plutarch & Straboni Σούγαμβροι. & Tacito Si gambri: Appiano Σούκαμβροι. Vari tas hæc ex varietate dialectorum. No men genti haud dubiè quæſitum à flu mine *Sige*; quod accoluiſſe quonda eos, antequam, ab Ubiis pulſi, a Rheni divortium deſcenderunt, cred bile eſt. Nam hic primum ante ill coluiſſe Chamavos, deinde Tubant ex Tacito liquet. Hinc etiam opidu eſt, in Sigambrorum finibus, ad Ro Lennæque confluentes, Sigeburg veteris ſedis ad *Sigum* amnem mem riam ſervans; quum ad hujus quoq ripam eodem nomine opidum etia nunc extet, ex adverſo Bonnæ. Fu runt autem Sigambri contermini Cha tis, Ubiis, Menapiis, Marſis, & e rum finibus regiones nunc compr her

Tenchtheros atque Uſipetes, ſupra docuimus. Tranſeuntes Rhenum navibus ratibuſque, xxx millibus paſſuum infra eum locum, ubi pons erat imperfectus, præſidiumque ab Cæſare relictum; primos Eburonum fines adeunt: multos ex fuga diſperſos excipiunt: magnô pecoris numerô, cujus ſunt cupidiſſimi barbari, potiuntur. Invitati prædâ longius procedunt. Non hos palus in bello latrociniiſque natos, non ſilvæ morantur: quibus in locis ſit Cæſar, ex captivis quærunt: profectum longius reperiunt, omnemque exercitum diſceſſiſſe cognoſcunt. Atque unus ex captivis; Quid vos, inquit, hanc miſeram ac tenuem ſectamini prædam, quibus jam licet eſſe fortunatiſſimis? III horis Atuatucam venire poteſtis: huc omnes fortunas exercitus Romanorum contulit. Præſidii tantum eſt, ut ne murus quidem cingi poſſit, neque quiſquam egredi extra munitiones audeat. Ob-

enduntur iſtæ: Veſtofaliæ magna pars, [i]nter Luppiam amnem & Haſſiæ fines [p]orrecta: dein Bergenſis Ducatus dimi[d]ia pars: comitatus Marchienſis: Cli[vi]æ pars Transrhenana. *Cluver.* At hæc [in]telligenda ſunt de ævo Cæſaris: nam [an]no VIII ante natum Chriſtum Tibe[ri]us Sigambros vicit, & in Galliam tra[d]uxit. Cæterum Cæſar ait, *qui ſunt Rheno [pr]oximi.* Rectè; Rheno enim à Menapiis [fu]erunt ſeparati. Qui & trans Rhenum [ag]ros & ædificia habebant: ſed ea o[m]nia Uſipetum & Tencterorum irru[pt]ione amiſiſſe credibile eſt. *Montan.*

A quibus receptos ex fuga Tenchtheros] [Vi]detur hic Cæſar parum ſui memor eſ[ſe]: ante nullam mentionem fecit ali[qu]os Tenchtheros atque Uſipetes ſe ad [Si]cambros recepiſſe: ſed contra illos [ti]more, *laſſitudine, & vi fluminis oppreſ[ſo]s periiſſe.* Verba ejus ſunt, & nihil [se]quitur, niſi quod *illa equitatus pars, [qu]æ prædandi frumentandique cauſa Mo[ſa]m tranſierat, poſt fugam ſuorum ſe in [fin]es Sicambrorum trans Rhenum recepit, [qu]e cum iis conjunxit.* De illis certe non [po]teſt dici quòd *ex fuga ſe receperint*; nam & ipſe loco citato addit, quod *prælio non interfuerunt.* Quicquid ſit, ſive aliqui tranſnatarunt Rhenum, ſive quidam lintribus acceptis, (ut de Arioviſto memoratur lib. I,) ex fuga ad Sicambros evaſerunt; ſaltem non debuiſſet addere Cæſar, ſe ſupra docuiſſe, non enim docuit. Manus autem Tenchthérorum & Uſipetum, à Sicambris in ſuos fines recepta, perpetuo etiam poſterioribus temporibus eas ſedes tenuit. *Mont.*

XXX *millibus paſſuum infra eum locum*] Locum illum, ubi pons erat imperfectus, & præſidium ſub C. Volcatio Tullo relictum, Antonacum fuiſſe, jam ante dictum. Ab hoc oppido, ſi XXX millia paſſuum deſcendas, incides in loca, quæ prope Coloniam: circa quam Sigambri, Eburonum agros hinc proſpicientes, Rhenum navibus ratibuſque tranſierunt. *Montan.*

Ne murus quidem cingi] Video eſſe qui reponant *Numerus*, aut neſcio quæ alia. Sed ſenſus eſt, Tantam eſſe paucitatem militum, ut in defenſione caſtrorum ne murum quidem ac vallum cingere poſſint. *Hotoman.*

Oblatâ ſpe, Germani, quam nacti erant prædam, in occulto relinquunt: ipſi Atuatucam contendunt, u eôdem duce, cujus hæc indiciô cognoverant. Cicero, qu per omnes ſuperiores dies præceptis Cæſaris ſummâ diligentiâ milites in caſtris continuiſſet, ac ne calonen quidem quemquam extra munitionem egredi paſſus eſſet; VII die diffidens Cæſarem de numero dierum fidem ſervaturum, quod longius eum progreſſum audiebat, neque ulla de ejus reditu fama afferebatur: ſimu eorum permotus vocibus, qui illius patientiam, pen obſeſſionem appellabant: ſiquidem ex caſtris egredi no liceret, nullum hujuſmodi caſum expectans, quo I oppoſitis legionibus, maximoque equitatu, diſperſis a pene deletis hoſtibus, in millibus paſſuum III offend poſſet, V cohortes frumentatum in proximas ſegete miſit, quas inter & caſtra, unus omnino collis intererat. Complures erant in caſtris ex legionibus ægri relicti ex quibus qui hôc ſpatiô dierum convaluerant, circit CCC ſub vexillo unà mittuntur: magna præterea mult tud

Novem oppoſitis legionibus] Scilicet, *præter ſuam.* Supra namque Cæſar dicit, T. Labienum cum legionibus tribus ad Oceanum miſſum; C. Trebonium cum pari numero in eam Eburonum partem, quæ Aduaticis adjacet: ipſum denique Cæſarem cum tribus legionibus ad Scaldem fluvium conceſſiſſe. *Rhellican.*

Sub Vexillo] Adrian. Turneb. vir doctiſſ. lib. 3, cap. 3, & lib. 4, cap. 11, ſcribit, Vexillum fuiſſe proprium Veteranorum, & eorum qui poſt annum XVI exauctorabantur. Nam *Veterani* dicebantur, qui annos XX ſtipendia fecerant. *Milites*, inquit, *confectis ſtipendiis exauctorata legione ſub vexillis habebantur, dum præmia emerita acciperent, aut in agros deducerentur.* Tacitus enim lib. 1, ita ſcribit: *Miſſionem dari vicena ſtipendia meritis, exauctorari qui ſena dena feciſſent, ac retineri ſub vexillo: cæterorum immunes, niſi propulſandi hoſtis.*

Sed videamus, ne locus Taciti ad im perium Tiberii & illorum temporu rationem ſit reſtringendus. Nam etſi lia eſſent *Signa*, alia *Vexilla*, tamen ſingulis centuriis ſingula vexilla fui Vegetius auctor eſt: quibus cohortis centuriæ numerus literis deſignabat Itaque Livius ſcribit, *Ordinem ſexage milites, duos centuriones, vexillarium num habuiſſe.* Denique *Sub vexillo* c dicebant, idem, opinor, ſignificaba quod nunc *Signis explicatis.* Livius l 26: *Milites ſub vexillis in ſupplement Hiſpaniæ profectos audivit.* Sueton. A guſto: *Eoſque ſervos adhuc viris fœmin que pernicioſioribus indictos, ac ſine m manumiſſos, ſub priore vexillo habuit.* T citus lib. 1: *Ut denarius diurnum ſtip dium foret: ne veterani ſub vexillo ha rentur.* Et quamquam aliud erat *Signu* aliud *Vexillum*; aliud *Aquila*, tam æque *Sub ſignis* dicebant, ut *Sub vexi* Utriuſq; teſtimonia proferam. Suet Ne

udo calonum, magna vis jumentorum, quæ in caſtris ubſederat, factâ poteſtate, ſequitur. Hôc ipsô tempo- e & caſu Germani equites interveniunt, protinuſque eô- em illô, quô venerant, curſu ab Decumanâ portâ in aſtra irrumpere conantur: nec prius ſunt viſi, objectis b ea parte ſilvis, quàm caſtris appropinquarent; uſ- ue eò, ut, qui ſub vallô tenderent mercatores, reſpi- iendi ſui non haberent facultatem. Inopinantes noſtri e novâ perturbantur; ac vix primum impetum cohors n ſtatione ſuſtinet. Circumfunduntur hoſtes ex reliquis artibus, ſi quem aditum reperire poſſent. Ægrè noſtri por-

erone: *Curuli reſidens apud Roſtra trium- antis habitu, inter ſigna militaria atque xilla.* Item in Vitellio: *Urbem introiit ro ſuccinctus inter ſigna atque vexilla.* acitus lib. 3: *Quatuor legionum aquilæ r frontem, totidemque circa è legionibus is vexilla, mox duodecim alarum ſigna.* ſi ergo *Signum* generis nomen eſt, men interdum proprie & ſpeciatim ſurpatur: veluti pro draconibus. Hinc, *ub ſignis duci*, & *Sub ſignis militare.* Li- us de bell. Pun.: *Nocte ad Hipponem m acceſſiſſet, luce prima ad populandum rum ſub ſignis milites, ſocioſque navales xit. Signum* autem pro vexillo gene- li nomine uſurpari, vel ille locus qui ud hunc noſtrum paulo poſt ſequi- r, argumento eſt. Nam cum de mi- ibus iſtis qui ſub vexillo profecti e- nt, loquatur, tamen ita ſubjungit: *Bar- ri ſigna procul conſpicati, oppugnatione ſiſtunt.* Paucis autem verſibus inter- iſſis, & tirones & veteres milites ſi- ul ſub vexillo profectos oſtendit. *oc*, inquit, *veteres non probant mili- s, quos ſub vexillo una præfectos docui- us.* Hotoman. Vide pag. LXXIX.

Calonum, magna vis jumentorum] Ro- ani ſervos aut calones habuerunt, ſed ec multos, nec vulgo. Tribuni, Cen- uriones & digniores militum habe- ant, gregarii non item. Jumenta quo- ue plura in caſtris erant, ſed gregariis ilitibus, non niſi ad uſum commu- em, nempe ut tentoria, ut molas, & ſi quid tale, ferrent. Digniores ſibi quædam habuere etiam ad proprium uſum. Vide pag. LXXXII. *Lipſius.* Jumentum autem appellatum eſt, quaſi *jugimentum*, à jugo, id eſt, ἀπὸ τ̃ ζύγȣ, & potius, quam veluti *juvamentum*, ab hominibus juvandis. *Camerar.*

Decumana porta] Vid. pag. LXXXII.

Qui ſub vallo tenderent mercatores] *Tendere*, eſt tentoria figere, ſeu papiliones erigere, ut apud Virgilium lib. 2:

Hic Dolopum manus, hic ſævus tendebat Achilles. Servius.

Hic autem manifeſto intelligitur, lixas, id eſt, mercatores, & id genus, ſub caſtris tetendiſſe, non in caſtris; & receptum denique in ea habuiſſe, hoſte inſtante. Loca vero, in quibus verſabantur, *proceſtria* dicta ſunt: quæ adnexa hibernis vel ſtativis, ut eo advenæ & lixæ ſe reciperent. Miſceri enim eos militibus, non Romanus mos. *Lipſius*

Cohors in ſtatione] Quia nullus metus à diſperſis & deletis pene hoſtibus, ideo tantum una cohors in ſtatione ad portam Decumanam erat. Et hæ maximè infirmæ excubiæ. Nam aliàs etiam plures cohortes ad portam & vallum *ſtabant*, & hinc *ſtationes*. Montan.

Circumfunduntur hoſtes ex reliquis partibus] Id eſt, à porta Decumana, in quam primum impetum fecerant, pergunt ad Prætoriam, & principales, & undique caſtellum oppugnant. *Montan.*

portas tuentur. Reliquos aditus locus ipſe per ſe munitioque defendit. Totis trepidatur caſtris, atque alius ex alio cauſſam tumultus quærit: neque, quò ſigna ferantur, neque quam in partem quiſque conveniat, provident. Alius jam capta caſtra pronuntiat: alius, deletô exercitu atque Imperatore; victores barbaros veniſſe contendit: plerique novas ſibi ex locô religiones fingunt: Cottæque & Titurii calamitatem, qui in eôdem occiderint caſtellô, ante oculos ponunt. Tali timore omnibus perterritis, confirmatur opinio barbaris, ut ex captivô audierant, nullum eſſe intus præſidium. Perrumpere nituntur, ſeque ipſi adhortantur; ne tantam fortunam ex manibus dimittant. Erat æger in præſidio relictus P. Sextius Baculus, qui primum pilum apud Cæſarem duxerat, cujus mentionem ſuperioribus præliis fecimus: ac diem jam v cibo caruerat. Hic, diffiſus ſua ac omnium ſaluti, inermis ex tabernaculo prodit: videt imminere hoſtes, atque in ſummo eſſe rem diſcrimine: capit arma à proximis, atque in portâ conſiſtit. Sequuntur hunc centuriones ejus cohortis, quæ in ſtatione erat. Paulliſper prælium unà ſuſtinent. Relinquit animus Sextium, gravibus acceptis vulneribus: Ægrè per manus tractus, ſervatur. Hôc ſpatiô interpoſitô, reliqui ſeſe confirmant; tantùm ut in munitionibus conſiſtere audeant, ſpeciemque defenſorum præbeant. Interim confectâ frumentatione, milites noſtri clamorem exaudiunt, præcurrunt equites: quantô res ſit in periculô cognoſcunt. Hic verò nulla munitio eſt, quæ perterritos recipiat. Modo conſcripti, atque uſus militaris imperiti

Novas religiones] Quaſi locus ille populo R. fatalis atq; exitioſus eſſet. *Idem.*

Erat æger in præſidio] Hinc, & ex ſuperiori loco vides Grammaticorum differentiam inter *ægrum* & *ægrotum* non eſſe firmam. *Idem.*

Cujus mentionem ſuperioribus præliis fecimus] Nempe Nervico bello, multis illum gravibuſque vulneribus confectum fuiſſe Cæſar lib. II tradit; & III, eundem felix & ſalutare eruptionis conſilium Galbæ dediſſe; cum à Sedunis & Veragris cum ſummo diſcrimine oppugnarentur caſtra Romanorum. *Montan.*

Modo conſcripti, atque uſus militar. imperiti] Nempe *conſcripti* à Pompeio u

eriti, ad tribunum mil. centurioneſque ora convertunt: quid ab his præcipiatur, exſpectant. Nemo eſt am fortis, quin rei novitate perturbetur. Barbari, ſigna procul conſpicati, ab oppugnatione deſiſtunt; rediiſſe primo legiones credunt, quas longius diſceſſiſſe, x captivis cognoverant. Poſtea, deſpectâ paucitate, x omnibus partibus impetum faciunt. Calones in proximum tumulum procurrunt. Hinc celeriter dejecti ſe in igna manipuloſque conjiciunt: eò magis timidos perterrent milites. Alii, cuneô factô ut celeriter perrumpant, cenſent: quoniam tam propinqua ſint caſtra: etſi ars aliqua circumventa ceciderit, at reliquos ſervari oſſe confidunt: alii, ut in jugo conſiſtant, atque eundem omnes ferant caſum. Hoc veteres non probant milites, quos ſub vexillô unà profectos docuimus. Itaque, nter ſe cohortati, duce C. Treboniô equite Romanô, ui eis erat præpoſitus, per medios hoſtes perrumpunt, columeſque ad unum in caſtra perveniunt omnes. Hos ubſecuti calones equiteſque, eôdem impetu, militum irtute ſervantur. At ii, qui in jugo conſtiterant, nullô tiam nunc uſu rei militaris [percepto] neque in eô, uod probaverant, conſiliô permanere, ut ſe locô ſuperiore

t in Hiſpaniam traducerentur, at Cæri poſtea traditi: cum quo hoc eodem nno in Galliam venerant. Additur *uſus ilitaris imperiti:* quippe idem Pomeius miſſis legatis, & alibi, & in Cislpina Gallia novos milites ſacramen rogârat. *Montan.*

Se in ſigna manipuloſque conjiciunt] Id t, inter ordines militum ſecedunt. *Id.*

Cuneo facto] Cuneus eſt, cum angua in fronte acies, trigoni forma, pautim ſe retrorſum pandit: unde & *trinum* vocant. Item ἔμβολον, ſive rorum, Græci. Dixere & *caput porcinum*, uia aſſimilatur, & quia velut fodit, ruit invadendo. Literæ Δ comparaatur, & anterior pars qua in acutum eſinebat, recta & denſa erat, quia ſcutis undique muniebatur. Crura autem utrimque ſecundum ordines & cohortes in profundum compoſita; & pleraque parte in obliquum extenſa, deibant paulatim & disjungebantur, donec in maximam longitudinem progreſſa deſinerent; ita ut medius locus vacuus relinqueretur, & terga militum nuda per ordinem conſpicerentur. Romani non raro uſi. Significat autem cuneus etiam Hiſtoricis multitudinem confertam. *Lipſius.*

Duce C. Trebonio, equite Romano] Hic *C. Trebonius*, alius eſt ab eo, cujus paulo ante, & in ſuperioribus Commentariis, facta eſt mentio. Ille enim legatus, hic equitum præfectus fuit. *Clandor.*

riore defenderent, neque eam, quam profuiſſe aliis vim celeritatemque viderant, imitari potuerunt; ſed ſe, in caſtra recipere conati, iniquum in locum demiſerunt. Centuriones, quorum nonnulli ex inferioribus ordinibus reliquarum legionum cauſsâ virtutis, in ſuperiores erant ordines hujus legionis tranſducti, ne antepartam rei militaris laudem amitterent, fortiſſimè pugnantes conciderunt. Militum pars, horum virtute ſummotis hoſtibus, præter ſpem incolumis in caſtra pervenit: pars à barbaris circumventa, periit. Germani, deſperatâ expugnatione caſtrorum, quod noſtros jam conſtitiſſe in munitionibus videbant, cum eâ prædâ, quam in ſilvis depoſuerant, trans Rhenum ſeſe receperunt. Ac tantus fuit etiam poſt diſceſſum hoſtium terror, ut ea nocte, quum C. Voluſenus miſſus cum equitatu ad caſtra veniſſet, fidem non faceret, adeſſe cum incolumi Cæſarem exercitu. Sic omnium animos timor præoccupaverat, ut, pene alienatâ mente, deletis omnibus copiis, equitatum tantum ſe ex fugâ recepiſſe dicerent, neque, incolumi exercitu, Germanos caſtra oppugnaturos fuiſſe contenderent. Quem timorem, Cæſaris adventus ſuſtulit. Reverſus ille, eventus belli non ignarus, unum quod cohortes ex ſtatione & præſidio eſſent emiſſæ, que[…] ſtus, ne minimo quidem caſu locum relinqui debuiſſe multum fortunam in repentinô hoſtium adventu potuiſ[…] ſe ju[…]

Ex inferioribus ordinibus reliquarum legionum] Promovebantur Centuriones, ab infimis ordinibus ad primos, ſed lento gradu. Promotio hæc per cohortes & manipulos facta eſt. Sed non ſemper ita ſenſim à decimo Haſtato, ad decimum Principem, & ab hoc ad Triarium; & à Triario decimo, ad nonum Haſtatum aſcendebant. Aliquando etiam per virtutem ſaltu promovebantur; quemadmodum patet ex Centurionibus his, *qui ex reliquarum legionum inferioribus ordinibus*, nempe novem aliarum, *cauſa virtutis, in ſuperiores erant ordines traducti hujus legionis*; quæ n[…] mirum nuper conſcripta, à Sigambr[…] oppugnabatur. *Montan.*

Alienata mente] *Terror* enim *hominibus mentem conſiliumque eripit*. Hirtius.

Cæſaris adventus] Memorabile eſt quod Suetonius ſcribit, eum habitu Gallico, ut ad Ciceronem properaret, per ſtationes hoſtium iter feciſſe. *Montan.*

Ne minimo quidem caſu] Hic locu[…] plane oſtendit apud Cæſarem omne[…] hujuſmodi nominum dativos ſine *i* eſ[…] ſcribendos, ut & ipſe in libris analog[…] cis ſcripſerat, teſte Gellio. *Ciaccon.*

Per[…]

ſe judicavit: multò etiam amplius, quod pene ab ipſô vallô portiſque caſtrorum barbaros avertiſſent. Quarum omnium rerum maximè admirandum videbatur, quod Germani, qui eô conſiliô Rhenum tranſierant, ut Ambiorigis fines depopularentur, ad caſtra Romanorum delati, optatiſſimum Ambiorigi beneficium obtulerant. Cæſar, ad vexandos rurſus hoſtes profectus, magnô coactô numerô ex finitimis civitatibus, in omnes partes dimittit. Omnes vici atque omnia ædificia, quæ quiſque conſpexerat, incendebantur: præda ex omnibus locis agebatur: frumenta non ſolùm à tantâ multitudine jumentorum atque hominum conſumebantur; ſed etiam anni tempore, atque imbribus procubuerant: ut, ſi qui etiam in præſentiâ ſe occultaſſent; tamen iis, deducto exercitu, rerum omnium inopiâ pereundum videretur. Ac ſæpe in eum locum ventum eſt, tantô in omnes partes divisô equitatu, ut non modo viſum ab ſe Ambiorigem in fugâ captivi; ſed nec plane etiam abîſſe ex conſpectu contenderent: ut, ſpe conſequendi illatâ, atque infinitô labore ſuſceptô, qui ſe ſummam à Cæſare gratiam inituros putarent, pene naturam ſtudio vincerent: ſemperque paullum ad ſummam felicitatem defuiſſe videretur; atque ille latebris, ac ſilvis, aut ſaltibus ſe eriperet: & noctu occultatus, alias regiones parteſque peteret, non majore equitum præſidio, quàm IV, quibus ſolis vitam ſuam committere audebat. Tali modo vaſtatis regionibus, exercitum Cæſar, duarum cohortium damno, Durocortorum Rhemorum reducit:

Pene ſub ipſo vallo, portiſque caſtrorum] Jure Cæſar ſuorum ignaviam culpat; quod ita negligentibus excubiis caſtra cinxiſſent; ut hoſtes potuerint non animadverſi ad portam ipſam & vallum ſuccedere. At erat ſilva ab hac parte? ob id diligentioribus ſtationibus ſibi cavere debebant. *Montan.*

Noctu occultatus] Non quod noctu alicubi latitaret; ſed quod beneficio noctis evadere poſſet, & alias petere regiones. *Idem.*

Durocortorum] In quibuſdam Cæſaris libris legitur *Datocortorum Rhemorum*: Ptolemæo autem Δουρηκόττορον· Straboni Δουρικόρτορα· hodie *Reims* dicitur. Urbs eſt incluſa, &, ut ita dicam, incorporatâ Campaniæ, ſui tamen juris; unde in antiquis chartis cognominatur quaſi *Reims lez Champagne.*

cit: conciliôque in eum locum Galliæ indictô, de conjuratione Senonum & Carnutum quæſtionem habere inſtituit; & de Accone, qui princeps ejus conſilii fuerat, graviore ſententiâ pronuntiatâ, more majorum ſupplicium ſumpſit. Nonnulli, judicium veriti, profugerunt: quibus quum aquâ atque igni interdixiſſet, II legiones ad fines Trevirorum, II in Lingonibus, VI reliquas in Senonum finibus Agendici in hibernis collocavit; frumentôque exercitui provisô, ut inſtituerat, in Italiam ad conventus agendos profectus eſt.

Archiepiſcopum habet, qui Dux, primuſque Par Franciæ. Hic Galliarum reges oleo cœlitus, ut ſcribunt delapſo, inaugurari ſolent. Portæ nomina adhuc retinent. Veterum Deorum *Martis & Bacchi*, Dearumque *Cereris & Veneris*. Haud procul Urbe locus eſt, qui vulgo *le Fort de Caſar*. Merula.

More majorum] Scilicet *Romanorum*. Quo autem modo in ſeditioſos priſci Romani animadverterint, infra lib. 8 de bello Gallico patet. Ibi namque Cæſar ſcribit, Cutruatum ſeditionis Carnutanæ auctorem ita ab ipſo neci datum, ut corpus verberibus exanimatum ſecuri feriretur. Tangit etiam ſupplicii hujus conſuetudinem Suetonius in Nerone, cap. 49: *Inter moras perlatos à curſore Phaontis codicillos præripuit, legitque ſe hoſtem à Senatu judicatum, & quæri ut puniatur more majorum. Interrogavitque quale eſſet id genus pœnæ. Et cum comperiſſet nudi hominis cervicem inſeri furcæ, corpus virgis ad necem cædi.* Mont.

Quibus cum aqua & igni interdixiſſet] Lactantius Firmianus lib. 2. c. 9: *Exulibus quoque aqua & igni interdici ſolebat; adhuc enim videbatur nefas, quamvis malos homines, capitis ſupplicio afficere. Interdicto igitur uſu earum rerum, quibus vita conſtat hominum, perinde habebatur, ac ſi eſſet, qui eam ſententiam exceperat, morte mulctatus.* Illis autem aqua & ignis interdicebatur, quibus commercium ſocietaſque hominum, ne quis eos urbe, menſa, tecto aut lare reciperet, vetabatur. *Alexander ab Alexand.*

Agendici] Ptolemæo Ἀγήδικον· Itinerariæ tabulæ *Agetincum*; hodie vulgo *Sens*. Nam ſtulti ſunt, ut Scaliger loquitur, quibus Agendicum cenſetur *Provins*. Ad portam hujus urbis ædificium eſt, cui nomen *Carcer Cæſaris*: extra civitatem quædam ſunt antiquitatum monumenta. Sita eſt in Campania (*Comté de Champagne*) ad *Icaunam* amnem, qui vernaculè *Yonne*. Merula.

Ut inſtituerat] Sic ſtatim ab initio lib. VII: *Quieta Gallia, Cæſar, ut conſtituerat, in Italiam ad conventus agendos proficiſcitur.* Sed cum in ſuperiori commentario nunquam ſcripſerit, conſtituiſſe eùm in Italiam proficiſci, exiſtimo aut legendum eſſe *ut conſueverat*, quemadmodum ante dixit, aut *conſtituere*, idem debet valere quod *conſueſſe*. Ciaccon. Verum, bone Ciacconi, quis unquam *conſtituere* uſurpavit pro *conſueviſſe*? aut quis ſcrupulus in tam dilucido ſenſu hæret? nempe inde quia lib. V, verbo utitur *conſueviſſe*. Quaſi vero non poſſet dici, illum inſtituiſſe in Italiam proficiſci, qui conſuevit. *Montanus*.

Geſta ſunt, quæ hoc libro VII continentur, anno ab U. C. DCCII. Cn. Pompeio Cn. F. III, & Cæcilio Metello Scipione, Naſicæ filio Coſſ. *Montan.*

LI- Ad

LIBER VII.

QUietâ Galliâ, Cæſar, ut conſtituerat, in Italiam ad conventus agendos proficiſcitur: ubi cognoſcit de P. Clodii cæde; de Senatuſque conſultô certior factus, ut omnes Italiæ junic-

AD conventus agendos] Moris quidem erat, ut Proconſules aut Prætores, qui provincias cum exercitu obtinebant, æſtate militiam curarent, & militibus in hiberna dimiſſis conventibus agendis & juriſdictioni incumberent: ſed Cæſar in Italiam profectus eſt, non ut in provinciis hibernum tempus juriſdictioni daret; verum, quemadmodum Dio testatur, quia hiems prope, & Romæ tumultus erant; nullam vindictam exigere quum poſſet à Sicambris, domum ob oppugnatione caſtelli Ciceronis jam everſis, milites in hiberna dimiſit, ipſe in Italiam profectus eſt: verbo quidem ut Galliæ citerioris curam haberet (hoc eſt quod Cæſar hic vocat *ad conventus agendos*), reipſa autem, ut haud procul ab urbe remotus, intentus iis, quæ ibi agebantur, eſſe poſſet. *Montanus.*

Ubi cognoſcit de P. Clodii cæde] Clodius hic, homo ſceleſtiſſimus. Antiochiæ enim, ut aliqua ejus facinora adferam, ſeditionem movit; cum Cæſaris uxore adulterium commiſit, & ſacra, quæ Veſtales, apud Conſules & Prætores, pura, omnibus maribus ſeluſis, antiquitus celebrare ſolent, polluit; cum de reditu Ciceronis decerneretur, acceptis gladiatoribus in concionem inſiluit; multiſque ſauciatis & multis occiſis, legiſlationem impedivit. Hic autem Miloni, poſt longas cum illo ſimultates, obviam factus in via Appia, leviter initio ab eo vulneratur; poſt Milo veritus, ne hæc vindicaret, Clodius interficitur. Eâ re magna Romæ perturbatio coorta: quam Tribuni plebis auxerunt, dum corpus Clodii pro Roſtris exponerent. Hinc cadaver honeſto funere ad curiam portatum: ibique rogo ex ſubſelliis exſtructo, cum ipsâ curiâ combuſtum eſt. Et talis vita, cædes & funus illius Clodii: in quem pro T. Annio Milone Cicero orationem habuit; ſed brevem & planè languidam: nam tanto terrore perculſus erat orator, quia Pompeium militibus ſeptum in judicio adeſſe videret, ut nihil eorum, quæ ipſi erant præmeditata, diceret. Quæ autem nunc in manibus eſt oratio, ea poſtea per otium collectô animô ſcripta. *Idem.*

De Senatuſque conſulto] Res tum temporis Romana in ſummo verſabatur diſcrimine. Plebs fumante adhuc curiâ, in foro comeſſata, Milonis domum ſuccendere conabatur, ſed repulſa à propugnantibus. Harum aliarumque rerum causâ Senatus veſperi in palatio convenit, fecitque Senatus-

niores conjurarent, delectum totâ provinciâ habere inſtituit. Eæ res in Galliam Tranſalpinam celeriter perferuntur. Addunt ipſi & affingunt rumoribus Galli, quod res poſcere videbatur, retineri urbanô motu Cæſarem, neque in tantis diſſenſionibus ad exercitum venire poſſe. Hâc impulſi occaſione, qui jam ante ſe populi Romani imperio ſubjectos dolerent, liberius atque audacius de bello conſilia inire incipiunt. Indictis inter ſe principes Galliæ conciliis, ſilveſtribus ac remotis locis, queruntur de Acconis morte: hunc caſum ad ipſos recidere poſſe, demonſtrant: miſerantur communem Galliæ fortunam, omnibus pollicitationibus ac præmiis depoſcunt, qui belli initium faciant, & ſui capitis periculô Galliam in libertatem vindicent. Ejus in primis rationem habendam eſſe dicunt, prius quàm eorum clandeſtina conſilia efferantur: ut Cæſar ab exercitu intercludatur: id eſſe facile, quod neque legiones, abſente Imperatore, audeant ex hibernis egredi; neque Imperator ſine præſidio ad

conſultum, ut Interrex, & Tribuni Plebis; & Cn. Pompeius, qui proconſul ad urbem erat, viderent, ne quid detrimenti Reſpubl. caperet. Interea Milo, in medium progreſſus, magnâ contentione Magiſtratum petiit. Hinc ad pugnam, cædeſque res devoluta eſt: Senatus autem decretum ſuum confirmavit, Pompeiumque Romam evocavit, ei novorum militum, teſte Dione, poteſtatem concedens. Et hoc eſt *Senatusconſultum*, de quo *certior* Cæſar *factus* erat. *Idem.*

Ut omnes Italiæ juniores conjurarent] Tria erant, teſte Servio, militiæ genera apud Romanos. Nam aut legitima militia, aut evocatio, aut conjuratio. Hæc eſt, cum orto tumultu, is qui exercitum ducturus erat, ad Capitolium iret, & exinde duo proferens vexilla, unum roſeum, quo pedites evocabat; alterum cœruleum, quod erat equitum, diceret, *qui Rempub. vult ſalvam eſſe, me ſequatur.* Et qui jam convenerant, quia tempus non ſinebat ut à ſingulis juramentum exigeretur, ut in juſtâ militiâ, *conjurabant*, id eſt, *ſimul jurabant.* Et eô modô *Italiæ juniores* militiæ nomen darent. *Idem.*

Delectum totâ provinciâ] Totâ provinciâ; nempe totâ Galliâ Cis-Alpinâ; quam initio, Illyricô adjectô, lege Vatiniâ acceperat; ut & mox per Senatum, Galliam Comatam. Delectus autem habebatur per Tribunos. *Idem.*

Addunt ipſi & affingunt rumoribus Galli] Lego, *addunt ipſi, & affingunt rumores.* Nam ipſa fama ex ſeſe ferebat detineri urbano motu in Italia Cæſarem; ipſi verò Galli addebant & affingebant rumores, in Galliam eum venturum non eſſe. *Ciaccon.*

Ut Cæſar ab exercitu intercludatur] *Exercitus* qui nempe hiemabat, partim in finibus Senonum, partim Lingonum, partim Trevirorum. *Montanus*

Bell.

ad legiones pervenire poſſit. Poſtremò in acie præſtare interfici, quàm non veterem belli gloriam libertatemque, quam à majoribus acceperint, recuperare. His rebus agitatis, profitentur Carnutes, ſe nullum periculum communis ſalutis cauſsâ, recuſare; principeſque ſe ex omnibus bellum facturos pollicentur: &, quoniam in præſentiâ obſidibus cavere inter ſe non poſſent, ne res efferatur, ut jurejurando ac fide ſanciatur, petunt; collatis militaribus ſignis, quô more eorum graviſſimæ cærimoniæ continentur; ne, factô initiô belli, à reliquis deſerantur. Tunc, collaudatis Carnutibus, datô jurejurandô ab omnibus, qui aderant, tempore ejus rei conſtitutô, ab conciliô diſceditur. Ubi ea dies venit, Carnutes, Cotuato & Conetoduno ducibus, deſperatis hominibus, Genabum datô ſignô concurrunt; civeſque Romanos, qui negotiandi cauſsâ ibi conſtiterant, in iis C. Fuſium Cottam, honeſtum Equitem Romanum, qui rei frumentariæ, juſſu Cæſaris, præerat, interficiunt; bonaque eorum diripiunt. Celeriter ad omnes Galliæ civitates fama perfertur. Nam, ubi major atque illuſtrior incidit res, clamore per agros regioneſque ſignificant:

Belli gloriam libertatemque] Certè præſtat cadere in libertate & pro libertate, quàm hoſtis beneficiô, in ſervitute vivere. Huc pertinet Ariſtocratidæ illud, qui Agide ad Megalopolim ſuperatô ab Antigono, dicenti cuidam, *quid facietis Spartani? an ſervietis Macedonibus?* reſpondit, *quid? an impedire poteſt victor ne pugnantes pro patriâ mortem oppetamus?* Gloria autem bellica Gallorum decantatiſſima fuit: utpote qui Aſiam, Græciam, Italiam, Illyricum, victoriis ſuis emenſi ſunt: qui Germanos virtute præſtiterunt: ſine quibus reges orientis, & ipſe orbis terror Alexander, bellum non geſſit. Libertas verò ex eo conjicitur; quod (ſicut Strabo ſcribit) pleræque civitates *ἀριστοκρατικαὶ* erant. *Montanus.*

Cavere inter ſe] *Cavere*, eſt ſatis accipere, & ſatis dare. *Budæus.*

Collatis ſignis] Nam armatum habere concilium ſolebant. lib. 5. *Montan.*

Graviſſimæ ceremoniæ continentur] *Ceremoniam* Valerius Maximus à *Ceretanis* populis, Macrobius à *carendo*, quaſi *carimoniam*, dictam tradit. Notantur autem eâ voce cultus & ritus ſacrorum. *Idem.*

Genabum] Ptolemæo Κήναβον, Antonio *Cenabum*; Civitas hodie Aurelianorum Epiſcopalis, olim Carnutibus attributa ævo Cæſaris. *La ville d'Orleans.* Ortelius. Sed de hâc poſtea latius.

Clamore per agros regioneſque ſignificant] Non diſſimilis ratio, quam ante aliquot annos Reges *Ingæ* in vaſtô illô Peruanô tractu uſurpabant. Iis caſulæ diſpoſitæ per publicas regni vias erant, dimi-

cant: hunc alii deinceps excipiunt, & proximis tradunt; ut tunc accidit. Nam, quæ Genabi oriente Sole geſta eſſent, ante primam confectam vigiliam in finibus Arvernorum audita ſunt: quod ſpatium eſt millium paſſuum circiter CLX. Simili ratione ibi Vercingetorix, Celtilli filius, Arvernus, ſummæ potentiæ adoleſcens, cujus pater principatum Galliæ totius obtinuerat, & ob

dimidiati milliaris intervallo. In caſulis duo curſores cum ſuâ quiſque uxore agebant. Re igitur aliquâ nuntiandâ, ad primum illum voce (nam literis carebant) deferebatur, quicquid hoc erat. Ille curſu intento, à ſuâ caſulâ ad proximam pergens, jam vicinior, altâ voce hoc ipſum inclamabat: atque alter accipiens, item pergebat ad proximam: ac ſic per manus ad fines regni: tantâ celeritate, ut Hiſpani ſcriptores fateantur, omnium equorum curſum ab iis ſuperatum. Verùm longè mirabilius eſt, quod Diodorus tradit in rebus Eumenis; cùm ille milites & arma expediret, *quoſdam Perſarum, qui* XXX *dierum ſpatio abeſſent, eodem illo die hoc cognoviſſe.* Fide major res videtur: ſed ille ita narrat: *Perſis, inquit, pleraque montana eſt & vallibus interrupta. In montibus, opportunis locis, ſpeculæ ſunt, in quibus conſiſtunt homines maximè vocales: ſpeculæ autem ita diviſæ, quantum vox ab unâ ad alteram venire & & excipi poteſt. Re igitur nuntiandâ, unus exclamat proximo, ille alteri, & ſic deinceps per omnes ſatrapias, ad extrema regni.* Lipſius.

Ante primam confectam vigiliam] Nuntiatum eſt itaque hoc Arvernis horâ octavâ veſpertinâ, aut circiter. *Montan.* Romani enim diem in horas, noctem in vigilias diviſerunt: & ita quidem, ut etiam nox longiſſima in quatuor vigilias partiretur. Jam verò unaquæque vigilia in ternas horas penſitata eſt. *Alexander ab Alexandro.*

Millium paſſuum circiter CLX] Græci per ſtadia fere ſupputant. Romani per milliaria metiuntur, quibus à mille paſſibus nomen. Paſſus autem pedes quinos continet: & pes Romanus vulgari noſtro paulo eſt major. Octo ſtadia paulo minus (ita Plutarchus) in milliare unum imputantur. Etſi Suidas ſeptem cum dimidio diſtinctius profert. Nos hodie per leucas fere computamus: atque eas horariô ſpatiô finimus. Nunc quæritur quot priſca ſive Romana milliaria in leucam noſtram veniunt? vulgo tria aſſerunt; nec malè, ſi hodierna Italica aut Romana ſpectemus. Si vetera, vereor, ut errent. Antonini itinerarium qui inſpicit, & comparat; videbit palam, milliaria illa vinci ab hodiernis. Qui lapidum intervalla, qui hodieque in veteribus viis, ſigna milliarium, cum ſuis numeris exſtant; idem cenſebit. Idem, qui hæc noſtra comparabit. Si enim tria tantum milliaria in unum noſtrum ſumes: ſurgent ſpatia diurna ab homine confecta, ſupra omnes humanas vires. Sed illud per mihi firmum eſt, de lapidibus; & exſtant cum alibi hodie, tum in Luſitaniâ, viâ militari ad Emeritam Auguſtam, ubi ſingula milliaria ſingulæ ſuæ columnæ inſcriptæ diſtinguunt. Qui ſpatium dimenſi ſunt (ut inter alios Carolus Cluſius) certò aſſerunt, quatuor ea venire in unam leucam. *Lipſius.* Itaque quæ Genabi oriente ſole geſta; in Arvernis per quadraginta noſtra milliaria, unumquodque nempe horarum ſpatium continens, circa horam octavam veſpertinam audita ſunt: Nam CLX paſſuum millia efficiunt XL leucas; ſi quatuor mille paſſus, ut bene Lipſius annotat, in unam leucam veniant. *Montan.*

Et ob

ob eam cauſſam, quod regnum appetebat, ab civitate erat interfectus; convocatis ſuis clientibus, facile eos incendit. Cognitô ejus conſiliô, ad arma concurritur: ab Gobanitione, patruô ſuô, reliquiſque principibus, qui hanc tentandam fortunam non exiſtimabant, expellitur ex opido Gergoviâ: non tamen deſiſtit; atque in agris habet delectum egentium ac perditorum. Hâc coactâ manu, quoſcumque adit ex civitate, in ſuam ſententiam perducit. Hortatur, ut, communis libertatis cauſsâ, arma capiant: magniſque coactis copiis, adverſarios ſuos, à quibus paullo ante erat ejectus, expellit ex civitate. Rex ab ſuis appellatur. Dimittit quoquoverſus legationes: obteſtatur, ut in fide maneant. Celeriter ſibi Senones, Pariſios, Pictones, Cadurcos, Tu-

Et ob eam cauſſam quod regnum appetebat, ab civitate erat interfectus] Arverni regium imperium detrectabant, non item alii plerique Galli. *Sequani Catamantaledem* Regem habuere, ut eſt initio libri primi de bell. Gallic. *Sueſſiones* primum *Divitiacum*, poſt Cæſaris adventum *Galbam*, libro ſecundo; *Aquitani Piſonis* cujuſdam Aquitani avum, libro quarto; *Senones Moritaſgum*, libro quinto; *Nitiobriges Olloviconem*, libro ſeptimo. Notandum autem non fuiſſe hereditaria ejuſmodi regna (quando Cæſar plures privatos nominat, quorum tamen parentes regnum in ſuâ civitate obtinuiſſent;) ſed à populô in conciliis cujuſque gentis propter juſtitiam prudentiamque ſummam deferri ſolita, cum imperiô non illô quidem infinitô & effrenatô; ſed certis legibus circumſcriptô; ut nec plenum jus niſi fortaſſe in bellô haberent. Itaque Ambiorix Eburonum Rex ita loquitur librô quintô, *Sua eſſe ejuſmodi imperia, ut non minus haberet in ſe juris multitudo, quam ipſe in multitudinem.* Ita ut verè Strabo librô quartô: *Ariſtocratiæ erant pleraque Gallorum Reſp. unum autem magiſtratum olim quotannis deligebant; ſicut & ad bellum gerendum unus à populo imperator creabatur.* Brant.

Gergovia] Jucundus & Sabellicus *Claromontem* eſſe volunt, ſitamque eſſe ſecundum flumen Elaver, in altiſſimo monte. Marlianus de eô dubitat. Ortelius optimè ſentit, & *Gergoïe* eſſe aſſerit, horæ itinere à *Claromonte* civitate Epiſcopali Arvernorum diſtantem. Sed de hâc ſuô locô latius. *Montan.*

Senones] Populi notiſſimi ſunt pugnâ Alienſi & captâ Româ. Tenuerunt eam quondam partem Campaniæ; (vulgo *Comté de Champagne*) ubi nunc viſitur civitas Archiepiſcopalis *Sens*, non ita procul Sequanâ, & Lutetiâ Pariſiorum. *Montan.*

Pariſios] Quidam illos ita dictos autumant, vel in *Paridis* Trojani memoriam, vel à *Parrhaſiis* Aſiaticis, Herculis comitibus, vel ab Iſide παρ Ἴσιος, hoc eſt; *prope templum Iſidis*: cujus ſtatuam ſcribunt nonnulli ad D. Germani Pratenſis paucis ante annis adhuc fuiſſe, (*idolum S. Germani* vocatum,) ſed anno CIↃ IↃXIV ſublatæ Crucem rubram, ad Epiſcopo Melodunenſi ſubſtitutam. Sunt autem Pariſii incolæ Franciæ ſpecialius ſtrictiuſque

Turones, Aulercos, Lemovices, Andes, reliquoſqu omnes, qui Oceanum attingunt, adjungit. Omniun conſenſu ad eum defertur imperium. Quâ oblatâ poteſtate, omnibus iis civitatibus obſides imperat, certum numerum militum celeriter ad ſe adduci jubet. Armorum quantum quæque civitas domi, quodque ante tempus efficiat, conſtituit. In primis equitatui ſtudet: ſummæ diligentiæ ſummam imperii ſeveritatem addit: magnitudine ſupplicii dubitantes cogit. Nam, majore commiſsô delictô, igni atque omnibus tormentis necat: le-vior

que ſumptæ. De illis poſtea latius. *Merula.*

Pictones] Populi inter Aquitanos, Santonibus, Engoliſmenſibus & Petragoriis proximi. Eorum civitas eſt Epiſcopalis in provinciâ Burdegalenſi regnoque Francorum ſita, nomen retinens, Comitatus titulo inſignita. Non longè ab his Philippus Valeſius Gallorum Rex, ab Edoardo Britanniæ Rege memorabili pugnâ victus eſt. *Poictiers*, Gallorum linguâ. *Marlianus.*

Cadurcos] *Cadurcos* Ptolemæus ad Canellum flumen conſtituit, propinquos Santonibus & Redonibus, hodie *Caors*, ut putatur. Cæſar ait hos eſſe ſub imperio Arvernorum. *Glarean.* Bonus vir autem in eô errat, quod Cadurcos putat eſſe *Caors*: cum *Cahors* (nam *h* debet interſeri) metropolis ſit, teſte Merulâ, Orteliô & Scaligerô, Cadurcorum, qui olim à Petrocoriis, Nitiobrigibus, Rutenis, Lemovicibus & Arvernis cincti fuerunt. Regio eorundem montibus innexa vulgo *Querci*, vel, ut aliis pronuntiatur, *Crecy* dicitur. *Montan.*

Turones] Eorum urbs Archiepiſcopalis Cæſarodunum, *Tours.* Apud Ptolemæum male legitur Τυρέπιοι pro Τυρόνιοι. *Ortelius.*

Aulercos] Quadruplices fuiſſe Aulercos ante annotatum eſt. At interdum cognomina adduntur, interdum non: interdum conjunctim ponuntur; ut exempli gratiâ *Aulerci Eburovices*, interdum diſtinctim, *Aulerci, Eburovice* magnâ codicum varietate. *Montan.*

Lemovices] Populi inter Celtas, e civitatibus Oceanum attingentibus, qu *Armoricæ* appellantur, proximi Unelli Venetis, Rhedonibus, Andegavenſibu Cenomanis, Lexoviis, in Provinciâ Tu ronenſi, Regnôque Francorum ſiti. *L moſins* Gallicè. *Marlianus.* Idem cu Marliano ſentit Ortelius. Merula aute duplices facit, alios in Britanniâ, *Duché de Bretaigne*, alios in Aquitani Priores *Leonenſes (S. Paul de Leon)* e cenſentur; ſed ille in his, ut in aliis mu tis, nihil temere affirmat. *Montan.*

Andes] Populi inter Celtas, Curi ſolitis, Venetis, Carnutibus & Turon bus finitimi, ac Ducatui Bituricenſi, C ceanoque proximi, quos Ligeris fl men alluit. Civitas eſt, inter Galliæ pr marias. *Andegavenſes* dicti, in Provi ciâ Turonenſi, & Francorum regnô ſi Ducatus Titulô inſigniti. Hinc in regn Neapolitanô *Angioni* dicti, quod ad lam familiam Regni jura deveneru quæ mox Reges Francorum ex teſt mento Renati ultimi ſibi aſciveru *Marlian.*

Reliquoſque omneis, qui Oceanum tingunt] Ut ſunt Bituriges, Santor & Tarbeli, velut ex modo citatâ Pto mæi tabulâ liquet. *Rhellican.*

Certum numerum militum] Miru quod Strabo lib. IV ſcribit Vercinge rigem hôc bellô quadraginta homin millia coëgiſſe. *Montan.*

[v]iore de cauſsâ, auribus deſectis, aut ſingulis effoſſis [o]culis, domum remittit; ut ſint reliquis documento, [&] magnitudine pœnæ perterreant alios. His ſuppliciis [c]eleriter coactô exercitu, Lucterium Cadurcum ſummæ [h]ominem audaciæ cum parte copiarum in Rhutenos [m]ittit. Ipſe in Bituriges proficiſcitur. Ejus adventu Bi[t]uriges ad Æduos, quorum erant in fide, legatos mit[t]unt, ſubſidium rogatum, quô facilius hoſtium copias [ſ]uſtinere poſſint. Ædui de conſiliô legatorum, quos [C]æſar ad exercitum reliquerat, copias equitatus pedita[t]uſque ſubſidio Biturigibus mittunt: qui quum ad flu[m]en Ligerim veniſſent, quod Bituriges ab Æduis divi[d]it, paucos dies ibi morati, neque flumen tranſire auſi, [d]omum revertunt: legatiſque noſtris renuntiant, ſe Bi[t]urigum perfidiam veritos revertiſſe: quibus id conſilii [f]uiſſe cognoverint, ut, ſi flumen tranſiſſent, unâ ex parte ipſi,

[*Ut ſint reliquis documento & magnitu*][*d*]*ine pœnæ perterreant alios*] Agellius lib. [v]i, cap. xiv: *Punitio*, inquit, *propter* [*e*]*xemplum neceſſaria eſt, ut ceteri ſimilibus peccatis, quæ prohiberi publicitùs intereſt,* [*m*]*etu cognitæ pœnæ deterreantur. Idcirco* [*v*]*eteres quoque noſtri, exempla pro maxi*[*m*]*is graviſſimiſque pœnis dicebant.* Videre [a]utem hôc locô eſt, verum eſſe, quod [C]æſar ſuperiore libro dixit, nempe *ple*[*b*]*em pene ſervorum loco haberi apud Gallos.* [Q]uis enim, niſi ſervus propemodum, [c]rudelitatem hanc in rege ſuo ferret? [S]ed alii Gallorum, alii Germanorum [r]eges erant. Illi non tantum nomen, ſed [&] imperium quoddam regium in ſuos [h]abebant. Hi à Cæſare Tacitoque *Reges* [a]ppellati ſunt, non quod tales eſſent re[v]era (nam multitudini æqua cum Re[g]ibus erat poteſtas; hoc eſt, principalis [a]utoritas in democratiâ, cum ſuaſoriô [j]ure jubendi, ut ſupra ipſe Ambiorix [f]aſſus eſt;) ſed quod unum idemque [i]mperii genus Romani modo *Regis* [m]odo *principis* promiſcuè uſurparent [v]ocabulis. Itaque parum propriè Regis nomen impoſitum eſt Germanis; cum revera duces tantum erant, autoritate ſuadendi magis quam jubendi; & haud dubiè ſermone patrio die Fürſten appellati. *Montan.*

Lucterium Cadurcum] Livius *Lutarium* vocat: infra lib. 8 hujus fit crebra mentio, ſed ſemper *Luterius* ſcribitur. *Idem.*

Rhutenos] *Rhuteni* populi Provinciales, non longè ab Arvernis & Santonibus, Narbonâ ac Toloſâ, extra Celtas, Belgas & Aquitanos. Eorum civitas eſt Epiſcopalis, nomen Latinè retinens, in provinciâ Bituricenſi ſita. Hi Comiti Armeniaci ſubjiciuntur, & *Rhodés* dicti. *Marlian.* Flavos eos vocat Lucanus: *Solvuntur flavi longâ ſtatione Rhuteni.* Farnabius hunc verſum explicans, dicit illos *flavos* dictos, vel à crinibus, vel epitheton eſſe à ratione nominis. Merula eorum terram hodie, *Rouargois*, *la Seneſchauſſée de Rouargne* appellari dicit: Urbemque Rhutenorum Epiſcopalem Segodunum eſſe, vulgo *Rodau.* *Montan.*

Bitu-

ipſi, alterâ Arverni ſe circumſiſterent. Id eâne de cauſâ, quam legatis pronuntiarunt, an perfidiâ adducti fecerint, quod nihil nobis conſtat, non videtur pro certo eſſe ponendum. Bituriges eorum diſceſſu ſtatim ſe cum Arvernis conjungunt. His rebus in Italiam Cæſari nuntiatis, quum jam ille virtute Cn. Pompeii urbanas res commodiorem in ſtatum perveniſſe intelligeret, in Tranſalpinam Galliam profectus eſt. Eò quum veniſſet magnâ difficultate afficiebatur, quâ ratione ad exercitum pervenire poſſet. Nam, ſi legiones in provinciam accerſeret; ſe abſente in itinere prælio dimicaturas intelligebat. Si ipſe ad exercitum contenderet, ne iis quidem, qui eô tempore pacati viderentur, ſuam ſalutem recte

Bituriges] Duplices erant; vel Cubi vel Vibiſci. Cuborum Cæſar tantum meminit: qui ab Æduis flumine Ligeri diſcreti, & proximi Arvernis, in fide & clientela Æduorum erant. Eorum terra hodie *Duché de Berry*. Sed de his poſtea. *Idem.*

Cn. Pompeii virtute res urbanas commodiorem in ſtatum] Sicuti *Deûm virtute* dicebant veteres, cùm res proſperas Diis & virtuti acceptas referebant, ne ſibi eas attribuere viderentur, & in Deos ingrati eſſe: ſic nonnunquam etiam hominum virtutem tacitam non prætermittebant. *Turneb.* Pompeiô autem Romam evocatô conſulatum Senatus obtulit ſine collegâ; ut rem Romanam, & cæde Clodii, & aliis inteſtinis turbis vehementer commotam componeret. Ille honorem hunc reſpuens, Q. Scipionem ſocerum ſuum collegam ſibi aſſumſit. In conſulatu multas leges tulit, multa in Reipub. commodum fecit: nam & præſidiis per totam urbem diſpoſitis, armatis cinctus, ad judicium, in quô de facinore Milonis Senatores ſententiam dicturi eſſent, acceſſit; & cùm Milonis cauſa nonnulli tumultuarentur, aliquibus cæſis, aliquibus vulneratis, forô illos per milites depulit. Et tum judicum ſine turbâ conſeſſu factô, Milo cum quibuſdam aliis damnatus eſt. Et hoc e[st] quod Cæſar dicit, *Pompeii virtute r[es] urbanas in commodiorem ſtatum perveni[ſ]ſe.* At bene ait *commodiorem.* Nam de[ſ]ſævierat quidem procella illa Milonian[us] tumultus, nec tamen quieta erat Re[s]publica. Gliſcebant nimirum indie adhuc factiones & ſeditiones & ambi[t]tus, inter potentiores; donec tandem ex hujuſmodi turbarum fomitibu[s] grande illud belli civilis incendium erupit. *Montan.*

Provinciam] Ea Galliæ Narbonenſi[s] portio, quæ mari Liguſtico, Alpibu[s] & magnâ ex parte Rhodano concluſa poſtquam à Romanis in provinciæ for[]mam redacta eſt multis ante natum Chriſtum annis, *Provincia* ab iiſdem appellata eſt: hodieque illud nomen i[n] exigua ſui parte, in qua Maſſilia & A[] quæ Sextiæ, mordicus retinet, κατ᾽ ἐξοχὴν quaſi, & ἀντονομαστικῶς, ut[] que oſtenderet ſe primam, non quidem ordine, ſed dignitate inter omne[s] Romani imperii provincias fuiſſe. E[t] hæc *provincia* hôc locô intelligitur. *Me[]rula.* Alias Provincia etiam eſt omni[s] regio quæ tributum pendit; ut & omnis terra in quâ bellum adminiſtra[t] Romanus imperator. *Montan.*

Nitio

recte committi videbat. Interim Lucterius Cadurcus in Ruthenos miſſus eam civitatem Arvernis conciliat. Progreſſus in Nitiobriges & Gabalos, ab utriſque obſides accipit; &, magnâ coactâ manu, in provinciam Narbonem verſus, eruptionem facere contendit. Quâ re nuntiatâ Cæſar omnibus conſiliis antevertendum exiſtimavit, ut Narbonem proficiſceretur. Eò quum veniſſet, timentes confirmat; præſidia in Ruthenis Provinciali-

Nitiobriges] Scaliger ridenda dicit, quæ hactenus omnes de his populis dedrârunt: quorum alii urbem eorum (ſunt illi Marlianus & Poldus) *Mompeler*, ejúſque territorium eſſe dicunt; cui locus ſex dierum itinere à Nitiobrigibus diſtat: alii *Engoulesme* ſomniant. Sed revera hodie Nitiobriges ſunt, *le Païs & Seneſſchaucée d'Agenois.* Merula.

Et Gabalos] Qui Cæſari *Gabali*, *Gabales* Plinio dicuntur, Straboni Γαβάλεις, Ptolemæo corruptè Τάβαλοι, hodie *le Païs de Givauldan.* Nam Syllabam *Ga* primam in vocibus, Galli mutant in *Gi*; ſic *Garunnia*, *Gironda*; *Gabalum*, *Gibet*; *Gabalitanum*, *Givauldan.* Marlianus dicit quondam Provinciæ Bituricenſis Gabalos fuiſſe, nunc verò Arelatenſis. Certè & nunc quoque provinciæ, ut monet Scaliger, Bituricenſis. Meminit *Gabalici caſei* Plinius. *Merula.*

In provinciam Narbonem verſus] *Narbonem verſus*; itaque in eam partem Provinciæ, quæ haud procul Pyrenæos montes, & oſtia Rhodani, mare Mediterraneum attingit, Cadurcus eruptionem facere contendit. Narbona enim in ſinu quodam prope prædictum mare inter Pyrenen & Rhodani oſtia ſita eſt. Qualis quantaque olim urbs fuerit docet Auſonius, dum potentem vocat

Muris, Civibus, Ambitu, Tabernis,
Portis, Porticibus, Foro, Theatro,
Delubris, Capitoliis, Monetis,
Thermis, Arcubus, Horreis, Macellis,
Pratis, Fontibus, Inſulis, Salinis,
Stagnis, Flumine, Merce, Ponte, Ponto.

Hodie *Narbonne* dicta eſt. Medio ſæculo autem, irruptione Gothorum aliorumque barbarorum, multum ſplendoris antiqui amiſit. *Montan.*

In Ruthenis Provincialibus] Variè explicant & legunt hunc locum commentatores. Rhellicanus, inſulſiſſimè vocem *Provincialibus* deleto commate addit Volcis, & pro Arecomicis ſcribit Artonicis: dicitque *Provincialibus* tanquam genus præmitti, ac deinde populorum ſpecies, qui in Narbonenſi Gallia ſunt, ſubnecti. Miror certe, hominem ignoraſſe pervulgatam diſtinctionem inter *Volcas Arecomicos*, & *Volcas Tectoſages*. Si hoc attendiſſet, non Arecomicos ſejunxiſſet à Volcis, mutaſſetque in Artonicos; quos populos ego nec legi unquam, nec reperire potui apud geographos alios quam Neotericum unum aut alterum. Glareanus rectè quidem conjunctim legit *Ruthenis provincialibus*, ſed an rectè diſtinguat Ruthenos in Provinciales & non Provinciales, perquam dubito; præſertim cum nullibi hujus diſtinctionis factam mentionem inveniam: nam ex Plinio, & hoc loco id non elicitur. Itaque cum Cæſar dicit ſe in *Ruthenis Provincialibus, Volcis Arecomicis, & Toloſatibus præſidia diſpoſuiſſe*; ita eſt intelligendus, quaſi diceret, in Rhutenis, Volcis & Toloſatibus, qui ſunt populi in Provincia. Et quod ſcriptionem attinet, Veneta & Vaſcoſana editio interpunctionem inter Rhutenos & Provinciales etiam non habent. Græcus autem interpres,

cialibus, Volcis Arecomicis, Toloſatibus, circumqu Narbonem, quæ loca erant hoſtibus finitima, conſti tuit; partem copiarum ex provinciâ ſupplementumque quod ex Italiâ adduxerat, in Helvios, qui fines Arver norum contingunt, convenire jubet. His rebus compa ratis, repreſsô jam Lucteriô & remotô, quod intrar intra præſidia periculoſum putabat, in Helvios profici ſcitur: etſi mons Cebenna, qui Arvernos ab Helvii diſclu

quod miror, vocem Provinciales omiſit: hæc ejus verſio eſt: καὶ ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ Ῥουτηνῶν οἰκούντων, καὶ ἐν τῇ τῶν Ἀρεκομικῶν, καὶ τῶν Τολοσατῶν, καὶ τῶν Βόλκων. *Montan.*

Volcis Arecomicis] Arecomici, qui Ptolemæo Ἀρικόμιοι, & Straboni Ἀρεκομικοὶ, & non ſemel Ἀρικομισκοὶ, prænomen habuerunt Volcarum, quod & in quibuſdam Cæſaris codicibus ſcribitur Volgarum. Strabo eos maximum incolere ſpatium ſcribit, cuique ἐπίνειον ipſorum ἡ Ναρβών. Hi olim, ubi nunc (teſte Scaligero) *in Languedokio, Nemauſus, Vatenſes, Magalonenſes* & *Bitierræ*. Civitates *Nemauſenſium*, *Magalonenſium*, item caſtrum *Valienſe* ponit *Notitia Provinciarum in Viennenſi* II. hodie *les Eveſchez de Nimes, Mompeliers, Beſiers* & *Vſetz*. Merula.

Toloſatibus] Toloſates, Plinio Toloſani, populi Galliæ Provinciæ, finitimi Narbonenſibus, & Santonibus, nec longe à Sontiatibus, populis in Aquitania, nomen retinent. Civitas eſt Metropolis Francorum Regi ſubdita, *Thoulouſe*. Marlian.

Supplementumque, quod ex Italia] Supra enim dixit ſe delectum habuiſſe totâ provinciâ. *Montan.*

In Helvios, qui fines Arvernorum] Hos lib. I *Helvos* appellat. *Quorum alter*, inquit, *agros Volcarum Arecomicorum & Helvorum publice iis conceſſerit.* Sed Strabo ſine adſpiratione eos Ἐλούους vocat, & ſcriptus Cæſaris liber *Iluos*: ut vera lectio eſſe videatur *Eluos*. Ciaccon. Albenſes autem vocantur, in Notitia Provinciarum Galliæ, ubi ſu Viennenſi Prima, *Civitas Albenſium nunc Vivario*; *l'Eveſché de Viviers*. S in ſcriptis legitur codicibus. Nam in pta eſt, quæ in vulgatis libris eſt, ſcr ptura, *civitas Albenſium, hoc eſt, B liſio*. Habitarunt olim, ut Scaliger m net, & ut ex Notitia Provinciarum p tet, *Helvii* agrum, qui vulgo nu *Vivarais* nuncupatur. Hactenus omne Helvios hos interpretati ſunt *Albige ſes, Albigeois*. Eorumque urbem *All* At *Albigenſes* ſunt in Aquitania, ad fl vium *Tarnim*; *Albenſes* autem vel *El* ad Rodanum. Cæſar trans Rodanu eſſe dicit extra Provinciam Romanan Proximos Arvernis, & Cebennis mo tibus. *Merula.*

Intrare intra præſidia periculoſum] I tra præſidia, nempe quæ Cæſar in R thenis, Volcis, Toloſatibus, & circu Narbonem, diſpoſuerat. *Periculoſum* a tem, quia Galli tot cladibus edocti, tiam duce Lucterio ſummæ homi audaciæ, Romanam virtutem reve bantur. *Montan.*

Mons Cebenna] Cebenna qui mo ſit, clarum eſt. Cæterùm ingens err eſt, qui Genevam hodie Cebennas v cant: cùm hæc urbs ſit inter Allobrog & Helvetios. Mons Cebenna inter A vernos & Helvios, longiſſimo ab G neva tractu. Videtur autem hic mo admodum longus fuiſſe ab Occaſu Ortum, cum Cæſar (ut poſteà in h adeo libro) inter Elaverem & Ligeri amnes concluſus, dicat iter in Provi ciam monte Cebenna impediri. *G re*

iſcludit, duriſſimô tempore anni, altiſſimâ nive iter npediebat: tamen diſcuſsâ nive VI in altitudinem pe- um, atque ita viis patefactis, ſummo militum labore l fines Arvernorum pervenit. Quibus oppreſſis inopi- ıntibus, quod ſe Cebennâ, ut murô, munitos exiſti- abant, ac ne ſingulari quidem homini unquam eô mpore anni ſemitæ patuerant; equitibus imperat, ut, ıàm latiſſimè poſſent, vagentur, & quàm maximum ſtibus terrorem inferant. Celeriter hæc famâ ac nun- s ad Vercingetorigem perferuntur: quem perterriti o- nes Arverni circumſiſtunt, atque obſecrant, ut ſuis rtunis conſulat, non ſe ab hoſtibus diripi patiatur; æſertim quum videat omne ad ſe bellum tranſlatum. uorum ille precibus permotus caſtra ex Biturigibus ovet in Arvernos verſus. At Cæſar biduum in iis locis oratus, quod hæc de Vercingetorige uſu ventura, opi- one præceperat, per cauſſam ſupplementi, equita- ſque cogendi, ab exercitu diſcedit: Brutum adole- ntem iis copiis præficit: hunc monet, ut in omnes par-

n. Cæterum variè ſcribitur nomen us montis. *Gebennam* appellat Pli- s; *Gebennas* Lucanus & Auſonius; *ennicos* Mela. Vera autem genuina- e ſcriptura eſt (teſte Scaligero) *Ceben-* per C. hodie enim *Montaignes de enes & Cevenes*; ut rectius, Κεμμενοὶ lemæo & Straboni, *Cebennæ* Latinis buſdam dicantur. Non mirum au- ı multa montium nomina utroque nero uſurpata reperiri: quum unus ns in multa plurimum aſſurgat juga, n plura quaſi membra diffundatur; o ut, qui verè unus, multi montes videantur. Cebennæ Vineto *Mon- gnes d'Auvergne* nominantur. Horum ntium pars, hodie *Tarara*, teſte Bu- , qui Lugdunum euntibus eſt ſupe- dus. In vertice viſitur ſedes petræ in- , cui eos mercatores imponunt, qui rcatum Lugdunenſem nunquam quentarunt. Vulgo *la Chaire de la Verité* vocatur. Jurare namque coguntur veritatem, an Lugduni fuerint unquam, nec ne; eoque nomine nonnihil, quo genio ſimul indulgeant, polliceri. Cebenna autem, ut Cæſar ſcribit, Arvernos (*Ceulx d'Auvergne*) ab Helviis (*Ceulx de Vivaretz*) diſtinguit. *Merula*.

Diſcuſſa nive] Ita & Annibal, poſt captam Saguntum, rupes Alpium aceto maceratas, & igni domitas, ferramentis demum amolitus eſt. *Freinshem.*

Brutum adoleſcentem] Hic eſt ille Brutus, qui libro III à Cæſare claſſi præfectus, in Venetos feliciter pugnavit; & poſtea Maſſiliæ etiam oppugnandæ relictus eſt: vocatus Decimus Brutus, ut & Junius, & Albinus. Tandem quoque, licet ſummis beneficiis affectus; & in ſecundis ſcriptus hæredibus, Cæſaris percuſſoribus ſe miſcuit. Ingratus tamen non diu ſcelere ſuo lætatus eſt. Nam, poſtquam Mutinæ obſeſſus, ab

partes equites quàm latiſſimè pervagentur. Daturum ſe o-
peram, ne longius triduo ab caſtris abſit. His conſtituti
rebus, ſuis inopinantibus, quà maximis poteſt itineribu
Viennam pervenit. Ibi nactus recentem equitatum, quem
multis ante diebus eò præmiſerat, neque diurnô, nequ
nocturnô itinere intermiſsô, per fines Æduorum in Lin
gones contendit; ubi legiones hiemabant; ut, ſi quid e
tiam de ſuâ ſalute ab Æduis iniretur conſilii, celeritat
præcurreret. Eò quum perveniſſet, ad reliquas legione
mittit, priuſque in unum locum omnes cogit, quàm d
ejus adventu Arvernis nuntiari poſſet. Hâc re cognitâ, Ver
cingetorix rurſus in Bituriges exercitum reducit, atque in
de profectus [Gergoniam, Boiorum opidum, quos ib
Hel

Octaviano liberatus erat, profectus contra Antonium Lepidumque cum Planco, ab illo deſertus, ut & mox, fugiens per Illyricum ad M. Brutum, à militibus in Antonii manus traditus, à quô interfectus. *Montan.*

Viennam pervenit] Vienna duplex eſt, altera Germaniæ, ad Danubium ſita, *Wenen.* Altera Allobrogum, ad Rhodanum, vetus nomen retinens, vulgo enim *Vienne.* Ridendi ſunt, qui nomen urbis à Venerio Afro exſule deducunt, & biennio extructam volunt. Seneca ad decimum ſextum lapidem Lugduno abeſſe teſtatur. Hodie in Delfinatu ſita, non tantum Archiepiſcopatus titulo honorata eſt, verum etiam in Ducatus dignitatem evecta: *Duché de Viennois.* Epiſcopus primus perhibetur fuiſſe *Creſcens*, Pauli diſcipulus. Ejuſdem urbis antiſtes fuiſſe ſcribitur *Mamertus*; qui cladem urbi imminentem deprecatus fertur indictis, quas & ad poſteros tranſmiſit, ſupplicationibus. De vetere inter Lugdunenſes & Viennenſes diſcordia mutuoque odio, legendus Tacitus lib. 1 Hiſtori. *Merula.*

Per fines Æduorum in Lingones] Sic eſt: etiam hodie qui Viennâ Allobrogum (Viennen in Savoyen) iter facturus eſt in Lingonenſem Ducatum (*Duché, Pairie & Eveſché de Langres*) per Æduorum fines, hodie Ducatu Burgundiæ, eò contendere debet. Æd autem olim loca occuparunt, ubi nu Ducatus Burgundiæ. *Montan.*

Gergoniam Boiorum] Rhellicanus d plicem eſſe vult Gergoviam: Marlian etiam utriuſque ſitum deſcribit; Boi rum enim Gergoviam, in finibus Æ duorum proximum Avarico, & Novi duno, & Biturigum opidis facit: A vernorum autem ſecundum flumen laver, in altiſſimo monte poſitum, *Claromontenſem* hodie Civitatem eſ affirmat. *Claromontenſem* vero civi tem, aliam eſſe, quam *Gergoviam*, ja ante dictum, & poſtea latius de eo getur ſuo loco. Cæterum audax ge graphus Marlianus eſt, ſuo judici nulla veterum geographorum autori te nixus, utriuſque Gergoviæ fines c cumſcribens. Melius profecto Meru *Gergoniam* in Cæſare vitioſè ſcripta eſſe aſſerit; (& dubitat Ciacconius;) enim, aut aliud opidum eſt *Gergovia* Arvernis, quo Vercingetorix expul eſt: aut hoc loco *Gergovia* corruptè gitur. Poſtremum verum eſt; ſed r hoc loco tantum; nam & alicubi G *gobina* legitur, & in quibuſdam eti libris *Gergobiam*. Bene itaque Meru G

Helveticô præliô victos Cæſar collocaverat, Æduiſque ttribuerat, oppugnare inſtituit. Magnam hæc res Cæ-ari difficultatem ad conſilium capiendum afferebat, ſi eliquam partem hiemis unô in locô legiones contineret; ne ſtipendiariis Æduorum expugnatis, cuncta Gallia de-iceret, quod nullum in eô amicis præſidium videretur oſitum eſſe: ſin maturius ex hibernis educeret, ne ab e frumentariâ duris ſubvectionibus laboraret. Præſtare iſum eſt tamen omnes difficultates perpeti, quàm, tan-â contumeliâ acceptâ, omnium ſuorum voluntates alie-are. Itaque cohortatus Æduos de ſupportando com-eatu, præmittit ad Boios, qui de ſuo adventu doceant, ortenturque ut in fide maneant, atque hoſtium impe-um magnô animô ſuſtineant. Duabus Agendici legio-ibus, atque impedimentis totius exercitus relictis, ad Boios

ergoniam aliud eſſe à *Gergovia* perſua-
ere ſibi non poteſt: licet Strabo *Gergo-*
am Arvernis, *Gergoniam* Cæſar Boiis
tribuat. Nihil refert. Nam ſæpe fieri
nimadvertimus in populis confinali-
s, ut opida, nunc his, nunc illis ad-
ribantur. Præterea facile tale aliquid
æſari accidere potuit, qui admodum
egligenter geographiam aliquando
ctat; quo nomine tantum ab Aſinio
llione notatus eſt. *Gergovia* autem,
dictum, *Gergoie* hodie eſt. *Montan.*
Helvetico prælio victos Cæſar collocave-
t] *Boii* populi Tranſrhenani, Fran-
niæ, Alpibus Italiæ, Suevis auſtrali-
s, ac Danubio flumini proximi: qui
agrum Noricum tranſivere, No-
amq; oppugnarunt, expulſis, ut con-
tura eſt, Noricis: quorum Norico-
m adhuc pars trans Danubium, non
gè ab ortu ejus, & Atheſis flumi-
ſita, *Noricus ager* appellatur. *Mar-*
n. Pars etiam Boiorum in Italiam
nſcendit; ibi à Furio conſule, &
ſtea à Scipione tota fere deleta eſt.
ontan. Tum quoque pars quæ cum
lvetiis Galliam invaſerat, in finibus
duorum, ipſis Æduis deprecantibus,
collocata eos fines incoluiſſe creduntur, qui hodiè *Bourbonnois.* Ortelius. Et jam Cæſar addit *Gergoniam* ipſorum opidum eſſe. Sed quid de hoc opido ſentiendum ſit, ſtatim dictum. Liberalitate autem hac Ædui in dilargiendis agris ſuis, non ſine gravi cauſa uſi. Credibile eſt illos ob hanc rationem Boios aſſumſiſſe; ut, quia egregiâ virtute erant, Germanis illos opponerent, qui in Sequanis duce Arioviſto, tum temporis ſedes fixerant, & Æduis graves finitimi erant; quemadmodum 1 libro fusè à Cæſare narratur. *Montan.*

Stipendiariis Æduorum] Supra Cæſar dixit, Æduos agros Boiis diſtribuiſſe, & in parem poſtea eos juris libertatiſque conditionem, atque ipſi erant, recepiſſe. Hic tamen vocat ſtipendiarios Æduorum. Sed ſciendum, etſi libertatem eorum perſonis reliquerant, tamen ita receperant in fidem, ut ſtipendia exſolverent. *Montan.*

Duabus Agendici legionibus] Quatuor ergo legiones Agendico ex hibernis eduxit; nam antè dixit, ſe ſex legiones Agendici in finibus Senonum collocaſſe. *Idem.*

Boios proficiſcitur. Altero die quum ad opidum Sen[...] num Vellaunodunum veniſſet, ne quem poſt ſe hoſte[...] relinqueret, quò expeditiore re frumentariâ uteretu[...] oppugnare inſtituit. Idque biduô circumvallavit. Te[...] tiô die miſſis ex opidô legatis de deditione: arma pr[...] ferri, jumenta produci, DC obſides dari jubet. Ea q[...] conficeret, C. Trebonium legatum relinquit. Ipſe, [...] quamprimum iter faceret, Genabum Carnutum pro[...] ciſcitur; qui tunc primum, allatô nuntiô de oppugn[...] tio[...]

Senonum Vellaunodunum] Hodie hoc opidum Jucundo vocatur *Villenove en Loraine:* quod Glareanus nullo modo admittit. Quia Cæſaris iter nuſpiam Lotharingiam attigit. Et verum eſt; nam ſi quis Agendico, vulgo *Sens* urbs ad Icaunam, qui vernacule *Tonne*, ſita in provincia *Brienſi*, proficiſci ad Boios contendit, qui ſedes habuiſſe putantur ubi nunc *Duché de Bourbonnois*, meridiem verſus iter inſtituat, neceſſe eſt; & jam Lotharingia Agendico verſus orientem æſtivum poſita eſt. Non itaque Vellaudunum poteſt eſſe *Villenove*. Cœnalis autem *Auxerre* hodie dici contendit, Vigenerus *Caſteaulandon*, & anonymus quidam *Vezelay*. Quod nomen aliquam affinitatem cum Vellauduno habet. Quicquid ſit, ego haud facile in re tam dubia & obſcura certi quid definire poſſum, præſertim cum & ipſi Galli inter ſe de loco hoc digladientur; illud tamen ex ipſo Cæſare liquet, nempe Vellaudunum haud longè Agendico diſſitum fuiſſe, nam altero die eo Cæſar venit. *Montan.*

C. Trebonium] Trebonius hic poſtea à Cæſare maximis beneficiis affectus, inter percuſſores ejus nihilominus fuit. Sed eodem anno ingratus pœnas dedit. Smyrnâ enim occupatâ à Dolobella (degebat forte ibi) interfectus eſt, caputque ad Cæſaris ſtatuam projectum. De eodem paulo ante. *Idem.*

Genabum Carnutum] In Belſia inferiore, vulgo *Baſſe Beauſſe*, ſitus eſt Ducatus Aurelianenſis, vulgo *Duché d'Orleans*, nomen habens à primaria u[...] Aureliano, *Orleans*; quæ Cæſari hic [...] *nabus Carnutum*; Ptolemæo Κήναϐ[...] Oroſio vitiosè *Cenapus*; Straboni [...] ναϐον τὸ τῶν Καρνούτων ἐμπορεῖον. Si[...] nio *Aurelianenſis urbs*. Nugatores q[...] dam ita dictam volunt ab *Aurelia* C[...] ſaris matre, alii etiam ab *auro* deriva[...] Verum urbs hæc hodie præclara eſt, [...] que Franciæ connumeranda, quæ [...] mi nominis. Aëre gaudet puro at[...] ſalubri. Academiam habet inter a[...] Galliæ celebrem; quæ annô MCCC[...] à *Philippo Pulchro* inſtituta, juriſprud[...] tiæ cum primis eſt conſervatrix. O[...] urbs, ut Galliarum reliquæ, propr[...] & indigenas principes habuit: poſ[...] cum cæteris paruit Romanis; quib[...] vel ejectis vel pacto digreſſis, Fran[...] rum reges, qui eam regni titulo de[...] rarunt, cœpit agnoſcere. Primus e[...] rex fertur *Clodomirus*, cui cum pr[...] mortuo *Clotarius* frater ſucceſſit, [...] item totius Galliæ imperium, fratrib[...] omnibus exſtinctis adeptus eſt. Ita ſe[...] per Coronæ manſit connexa, uſque [...] Valeſiorum tempora. *Ioannes* Rex à [...] tre *Philippo* juſſus, eam Ducatus titu[...] ac perpetuo quaſi regni feudo, fr[...] *Philippo* comiti Valeſio contulit. Phi[...] po ſine prole maſcula defuncto, iter[...] ad regnum Francicum devoluta [...] Cautum tandem eſt, ut ſemper Au[...] lianenſis Ducatus ſecundo regis filio [...] deret, ſicut primo Delphinatus. Qu[...] & hodieque obſervatur. *Merula.*

ione Vellaunoduni, quum longius eam rem ductum iri xiſtimarent, præſidium Genabi tuendi cauſſa, quod eo nitterent, comparabant. Huc biduo Cæſar pervenit; x, caſtris ante opidum poſitis, diëi tempore excluus, in poſterum oppugnationem differt; quæque ad am rem uſui ſint militibus imperat; &, quod opilum Genabum pons fluminis Ligeris continebat; veitus, ne noctu ex opido profugerent, II legiones in rmis excubare jubet. Genabenſes paullo ante mediam oćtem ſilentiô ex opidô egreſſi flumen tranſire cœpeunt. Quâ re per exploratores nunciatâ Cæſar legiones, s expeditas eſſe juſſerat, portis incenſis, intromittit; tque opido potitur, perpaucis ex hoſtium numero deideratis, quin cuncti caperentur, quod pontis atque tinerum anguſtiæ multitudinis fugam intercluſerant. Oidum diripit atque incendit, prædam militibus donat: xercitum Ligerim tranſducit, atque in Biturigum fines ervenit. Vercingetorix, ubi de Cæſaris adventu conovit, oppugnatione deſiſtit, atque obviam Cæſari roficiſcitur. Ille opidum Biturigum poſitum in viâ Noiodunum oppugnare inſtituerat. Quo ex opido quum lega-

Pons fluminis Ligeris continebat] Hoie etiam, teſte Leone Trepautio, qui eculiarem de patria ſua ſcripſit libelum, lapideo ponte Ligeris, vulgo *Loire*, er mediam inſulam ſternitur, in quo ionimenta videre eſt, *Joannæ Darciæ* rgini erecta, quæ ſub Carolo VI obſſam ab Anglis urbem anno MCCCC XVIII ſcribitur liberaſſe. *Idem.*

In Biturigum fines] Nempe Cuboim, non Viviſcorum; duplices enim, t dictum, Bituriges erant. Cæſar itaque ım Ligerim tranſducit exercitum, ex a regione tranſducit, quæ hodie *Baſſe eauſſe*, & in eam, quæ *Duché de Ber-*'. Hunc enim tractum tenuerunt Biıriges Cubi. *Montan.*

Ab oppugnatione deſiſtit] Suppleto, *ergobiæ Boiorum*. Superius enim Cæſar ſcribit, Vercingetorigem rurſus exercitum ſuum in Bituriges duxiſſe: atque inibi Gergobiæ Boiorum oppugnationem incepiſſe. *Rhellican.*

Noviodunum] Fuerunt hoc nomine tria in Galliis opida, primum Sueſſonum, alterum Æduorum, tertium hoc Biturigum. De quo non dubitat Hottomannus, quin ſit vicus, qui hodie *Neuvy*: quapropter non diſplicet illi, ſi hoc loco reponatur *Neuidunum*. Rhellicano autem neſcio quid in mentem venerit, quod *Noion* eſſe hoc Noviodunum aſſerat. Fœdus profecto error, qui in virum doctum cadere non debuiſſet. Nam ſi detur Noviodunum Sueſſonum eſſe *Noion*, quod multi ſtatuunt, licet ignorari contendat doctiſſimus Scaliger, & nugatores vocet Noviodunum Sueſſo-

legati ad eum veniſſent, oratum, ut ſibi ignoſceret, ſuæque vitæ conſuleret; ut celeritate reliquas res conficeret, quâ pleraque erat conſecutus, arma proferri, equos produci, obſides dari jubet. Parte jam obſidum tranſditâ, quum reliqua adminiſtrarentur, centurionibus & paucis militibus intromiſſis, qui arma jumentaque conquirerent, equitatus hoſtium procul viſus eſt, qui agmen Vercingetorigis anteceſſerat: quem ſimul atque opidani conſpexerunt, atque in ſpem auxilii venerunt, clamore ſublato, arma capere, portas claudere, murum complere cœperunt. Centuriones in opido, quum ex ſignificatione Gallorum novi aliquid ab iis ini[illegible] conſilii intellexiſſent, gladiis diſtrictis portas occupaverunt, ſuoſque omnes incolumes receperunt. Cæſar ex caſtris equitatum educi jubet, præliumque equeſtre committit: laborantibus jam ſuis Germanos equites circiter CD ſubmittit, quos ab initio ſecum habere inſtituerat. Eorum impetum Galli ſuſtinere non potuerunt, atque in fugam conjecti, multis amiſſis, ſeſe ad agmen receperunt: quibus profligatis, rurſus opidani perterriti, comprehenſos eos, quorum operâ plebem concitatam exiſtimabant, ad Cæſarem perduxerunt, ſeſeque ei dediderunt. Quibus rebus confectis, Cæſar ad opi-

num *Noion* eſſe aſſerentes, quibus etiam jurantibus non credit. Quomodo quæſo Biturigum Noviodunum *Noion* poteſt dici, cum in toto Biturigum tractu, vulgo *Duché de Berry*, iſtius nominis vel in pago, vel vico, vel opido veſtigium nullum ſit; & ipſum *Noion*, quod Rhellicanus procul dubio hic debuit intelligere (nullum enim tale nomen in Gallia aliud) ultra Axonam, & hoc Biturigum opidum cis Ligerim, reſpectu Italiæ, ſitum ſit. Jam omnibus notum quam ingens intervallum inter Axonam jaceat & Ligerim; & hinc quam craſſus & ingens error illius viri. At rectè Scaliger & Ortelius dicunt Noviodunum Biturigum hodie ignora ri. *Montan.*

Significatione Gallorum] Nam cum ſermonem non intelligerent, ex ſignificationibus, quibus inter ſe Galli utebantur, conjecturam fecerunt. *Hotoman.*

Præliumq; equeſtre committit] Sic Steph. Magis placet. Ald. *Præliumque equeſtr committi*. Nondum enim Cæſar pugnabat, ſed peditatum continebat. Itaque modo dicet, cum Germanos equites ſummiſiſſe. *Idem.*

Germanos equites] Notandum equitibus Germanis & ab initio belli Cæſarem eſſe uſum, & multo poſtea plures evocaſſe. Ut infra hoc ipſo lib. *Idem.*

Opi-

opidum Avaricum, quod erat maximum munitiſſimumque in finibus Biturigum, atque agri fertiliſſimâ regione profectus eſt. Quod, eô opidô receptô, civitatem Biturigum ſe in poteſtatem redacturum confidebat. Vercingetorix, tot continuis incommodis Vellaunoduni, Genabi, Novioduni acceptis, ſuos ad concilium convocat. Docet longè aliâ ratione eſſe bellum gerendum, atque antea ſit geſtum: omnibus modis huic rei ſtudendum, ut pabulatione & commeatu Romani prohibeantur. Id eſſe facile, quod equitatu ipſi abundent; & quod anni tempore ſubleventur. Pabulum ſecari non poſſe. Neceſſario diſperſos hoſtes ex ædificiis petere: hos omnes quotidie ab equitibus deleri poſſe. Præterea, ſalutis cauſsâ, rei familiaris commoda negligenda. Vicos atque

Opidum Avaricum] *Avaricum* eſſe, quod *Bourges* lingua Gallica dicimus, illud argumento eſt, primum quod urbis ſitus cum hac Cæſaris deſcriptione aptiſſime convenit. Nam ab una parte flumine alluitur, ab altera paludibus clauditur. Anguſtus autem aditus in ſuperiore urbis parte eſt, ubi Arx poſita eſt. Deinde quod flumen *Avaronis* nomen hodieque retinet. Tum, quod Oroſius hanc ipſam hiſtoriam & Cæſaris orationem exſcribens, *Biturigam* pro *Avarico* poſuit. Quo eodem verbo Gregorius Turonenſis & Aimoinus Monachus eadem in re utuntur. Poſtremo, quod ceteris omnibus opidis incenſis, ſolum Avaricum *Biturigum* nomen retinuiſſe videtur. Itaque Ammianus lib. 15, *Lugdunenſem*, inquit, *Lugdunus ornat, & Cabillones, & Senones, & Bituriga.* Ubi tamen legendum videtur *Biturigeſ.* Antoninus quoque in Itinerario *Beturicum*, vel potius *Bituricum*, in Aquitania prima numerat. *Idem.*

Agri fertiliſſima regione] Etiam hodie Avaricum jacet in agro perquam amœno; quem non modo omnium frumentorum & leguminum, verum etiam præſtantiſſimorum vinorum, pecorum, piſcium, volucrum, & quorumcumque fructuum feraciſſimum eſſe, ipſe ſuis oculis notavit Merula. *Montan.*

Civitatem Biturigum] Ridiculè Bituriges nonnulli hoc tempore *Civitatem* illo loco poni putant, pro urbe: cum, ut aliis locis omnibus pro ea regione uſurpetur, quæ uni magiſtratui paret, uniſque utitur legibus. *Civitatis* nomen his ſeptem libris Cæſar nuſquam pro opido uſurpat. *Hotoman.*

Quod anni tempore ſubleventur] Supple, *hyberno*. Hæc enim hiemali tempore geſta eſſe, duo ſuperiores loci arguunt. In quorum uno ait Cæſar, ſe Gebennam montem, licet altiſſima nive obrutum, ſuperâſſe. Altero, ubi de belli gerendi difficultate agit, referens: *Si reliquam hyemis uno in loco legiones contineret.* Huc adde, quod Cæſar alibi dicit, nullam ferme hyemem præteriiſſe, quin Galli ad defectionem ſpectaverint: propterea quod Romanis ſub cœlo clementiori natis, hoc anni tempus ad bellandum inhabile, Gallis vero frigoribus aſſuetis aptiſſimum eſſet. *Rhellican.*

Ex ædificiis] Vicis, pagis, & villis, in quas conditum erat pabulum. *Hotoman.*

Rei familiaris commoda negligenda] *Privatim enim nemo omnium ita poteſt rebus lætis uti, ut non idem cum Republica cor-*

atque ædificia incendi oportere, hôc ſpatiô [à Boiâ] quoquoverſus, quò pabulandi cauſsâ adire poſſe videantur. Harum ipſis rerum copiam ſuppetere, quod, quorum in finibus bellum geratur, eorum opibus ſubleventur. Romanos aut inopiam non laturos, aut magnô cum periculô longiùs à caſtris progreſſuros. Neque intereſſe, ipſos ne interficiant, impedimentiſve exuant, quibus amiſſis bellum geri non poſſit. Præterea, opida incendi oportere, quæ non munitione, & loci natura, ab omni ſint periculo tuta: neu ſuis ſint ad detrectandam militiam receptacula, neu Romanis propoſita ad copiam commeatus, prædamque tollendam. Hæc ſi gravia, aut acerba videantur, multò illa gravius æſtimari debere, liberos, conjuges in ſervitutem abſtrahi, ipſos interfici; quæ ſit neceſſe accidere victis. Omnium conſenſu hæc ſententia probata, uno die amplius xx urbes Biturigum incenduntur. Hoc idem fit in reliquis civitatibus.

ca corruente pereat. At Reſpublica, ſi proſpero ſucceſſu utatur, etiam privatorum omnes calamitates poteſt ſuperare. Dion.

A Boia] Locus hic variè legitur & explicatur. Ciacconius *hoc ſpatio ab hoſte* exiſtimat legendum. Rhellicanus lectionem retinet, & Boiam vult dici regionem Boiorum. Ortelius & Merula opidum eſſe Boiorum aſſerunt: alii etiam idem ſtatuunt, & addunt inſuper, hodie Boiam, Borbonium, vulgo *Bourbon* appellari; opidum antiquitate clarum, & arce validiſſima, & Thermis. Quod an non audacius definiant, aliis judicandum relinquo. Præſertim cum ſitus hujus Boiæ diſtinctè ex antiquo ſcriptore aliquo dignoſci haud poteſt. Tutius itaque, & lectio non immutatur, & opidum Boiorum eſſe ſtatuitur; ſed quod, cum multis aliis temporum longinquitate, & autorum veterum incurioſa urbium deſcriptione, ignoratur. *Montan.*

Harum ipſis rerum copiam ſuppetere] *Ipſis*, ſupple, *Gallis cum Vercingetorige militantibus. Suppetere copiam harum rerum*; ſcilicet vicorum, ædificiorum, pabulationis & commeatus. *Rhellican.*

Impedimentis exuant] Impedimenta hoc loco Cæſar pro mulis & ejuſmodi jumentis uſurpat. Sic infra *Prima luce magnum numerum impedimentorum ex caſtris detrahi, mulioneſque circumvehi jubet.* Hotoman.

Hæc ſi gravia, aut acerba videantur &c.] Occupatio eſt, quaſi dicat: Scio vobis gravia videri quæ conſulo. At interim cogitate multo graviora, adde etiam inhoneſtiora eſſe, quæ vobis patienda erunt, ſi meum conſilium neglexeritis. *Rhellican.*

Quæ ſit neceſſe accidere victis] Salluſtius in oratione Cæſaris: *Quæ belli ſævitia eſſet, quæ victis acciderent, enumeravere: rapi virgines, pueros: divelli liberos à parentum complexu: matres familiarum pati, quæ victoribus collibuiſſent: fana atque domos ſpoliari: cædem, incendia fieri: poſtremo, armis, cadaveribus, cruore atque luctu, omnia compleri.* Montan.

Fiu-

tibus. In omnibus partibus incendia conſpiciuntur: quæ etſi magno cum dolore omnes ferebant, tamen hoc ſibi ſolatii proponebant, quod ſe, prope exploratâ victoriâ, celeriter amiſſa recuperaturos confidebant. Deliberatur de Avarico in communi conciliô, incendi placeret, an defendi. Procumbunt Gallis omnibus ad pedes Bituriges, ne pulcherrimam prope totius Galliæ urbem, quæ & præſidio & ornamento ſit civitati, ſuis manibus ſuccendere cogerentur: facile ſe loci naturâ defenſuros dicunt; quod prope ex omnibus partibus flumine & palude circumdata, unum habeat & peranguſtum aditum. Datur petentibus venia, diſſuadente primo Vercingetorige, poſt concedente, & precibus ipſorum, & miſericordiâ vulgi. Defenſores idonei opido deliguntur. Vercingetorix minoribus Cæſarem itineribus ſubſequitur, & locum caſtris deligit, paludibus ſilviſque munitum, ab Avaricô longè millia paſſuum XV. Ibi per certos exploratores in ſingula diei tempora, quæ ad Avaricum agerentur, cognoſcebat; & quid fieri vellet, imperabat. Omnes noſtras pabulationes frumentationeſque obſervabat, diſperſoſque, quum longiùs neceſſariò procederent, adoriebatur, magnôque incommodô afficiebat: etſi, quantum ratione provideri poterat, ab noſtris occurrebatur, ut incertis temporibus, diverſiſque itineribus iretur. Caſtris ad eam partem opidi poſitis, Cæſar, quæ intermiſſa à flumine & palude aditum, ut ſupra diximus, anguſtum habebat, aggerem apparare, vineas

Flumine & palude circumdata] Flumen, quod Cæſar hic non nominat, *Eura* dicitur, & ipſum Avaricum alluit: Dio rapidum appellat: ut aliquid nempe inepto Græcorum more affingeret. Paludes autem etiam hodie, teſte Merula, viſuntur; ad quas veteris urbis ſitus vergit. *Montan.*

Et locum caſtris deligit] Locum hunc, quo Vercingetorix caſtra ſua poſuerat contra Cæſarem, incolæ monſtrant, prope Bituriges, inter vicos *Selange* & *Nohant*. Merula.

Aggerem apparare] Agger is fuit terrea quædam elevatio: qui paulatim verſus urbem producebatur & attollebatur; ut ex alto pugnarent, & turres ibi conſtituerent: vocatus ita ab aggerendo. *Lipſius.*

Vineas

vineas agere, turres duas conſtituere cœpit: nam circumvallare loci natura prohibebat. De re frumentariâ Boios, atque Æduos, adhortari non deſtitit: quorum alteri, quod nullô ſtudiô agebant, non multum adjuvabant; alteri non magnis facultatibus, quod civitas erat exigua & infirma, celeriter, quod habuerunt, conſumpſerunt. Summâ difficultate rei frumentariæ affectô exercitu, tenuitate Boiorum, indiligentiâ Æduorum, incendiis ædificiorum; uſque eò, ut complures dies milites frumentô caruerint, & pecore, è longinquioribus vicis adactô, extremam famem ſuſtentarent: nulla tamen vox eſt ab iis audita populi Romani majeſtate, & ſuperioribus victoriis indigna. Quin etiam Cæſar, quum in opere ſingulas legiones appellaret; &, ſi acerbiùs inopiam ferrent, ſe dimiſſurum oppugnationem diceret; univerſi ab eô, ne id faceret, petebant: ſic ſe complures annos, illô imperante meruiſſe, ut nullam ignominiam acciperent, nunquam infectâ re diſcederent: hoc ſe ignominiæ laturos loco, ſi inceptam oppugnationem reliquiſſent: præſtare omnes perferre acerbitates, quàm non civibus Romanis qui Genabi perfidiâ Gallorum interîſſent, parentarent. Hæc eadem centurionibus, tribuniſque militum mandabant, ut per eos ad Cæſarem deferrentur. Quum jam muro appropinquaſſent turres, ex

Vineas agere] Vineæ, machinæ ſunt leviores ex tabulis confectæ, quibus milites tecti in obſidionibus urbium ad mœnia ſuccedunt. *Glandor.* Imo machinæ leviores ex lignis levioribus, nempe quia transferri debebant. Hinc ad motum indicandum *Vineas agere.* Lipſ.

Loci natura prohibebat] Nempe *ex omnibus prope partibus flumine & palude circumdata.*

Pecore ex longinquioribus vicis adacto] Nihil muto. Vulgo tamen *Abigi pecus* dicitur, potius quam *Adigi.* Hotoman.

Nulla tamen vox eſt ab iis audita] *Ab* particula juncta ſexto caſui inducit gignendi vim. *Ab iis* itaque, eſt eorum. Donat. ad illud Terent. Eunuc. act. 3. ſce. 5. *Ab eo gratiam hanc inibo*; *Ab eo*, inquit, amat Terentius pro *ejus* ponere, ut in Andria: *hæc primum animadvertenda ab eo injuria eſt*, id eſt, *ejus injuria.* Brant.

Parentarent] *Parentare*, eſt defunctis juſta perſolvere, & metaphoricè hominis occiſi pœnas perſequi. Cicero pro L. Flacco: *Litemus igitur Lentulo, parentemus Cethego, revocemus ejectos*, &c. *Glandor.*

Pre-

ex captivis Cæſar cognovit, Vercingetorigem conſumptô pabulô caſtra moviſſe propius Avaricum, atque ipſum, cum equitatu expeditiſque, qui inter equites præliari conſuêſſent, inſidiarum cauſsâ eò profectum, quò noſtros poſterô die pabulatum venturos arbitrabatur. Quibus rebus cognitis, mediâ nocte ſilentiô profectus, ad hoſtium caſtra mane pervenit. Illi, celeriter per exploratores adventu Cæſaris cognitô, carros impedimentaque ſua, in arctiores ſilvas abdiderunt; copias omnes, in locô editô atque apertô, inſtruxerunt. Quâ re nuntiatâ, Cæſar celeriter ſarcinas conferri, arma expediri juſſit. Collis erat leniter ab infimô acclivis. Hunc ex omnibus fere partibus palus difficilis atque impedita cingebat, non latior pedibus L. Hôc ſe colle, interruptis pontibus, Galli fiduciâ loci continebant, generatimque diſtributi in civitates, omnia vada ac ſaltus

Propius Avaricum] Rectè paulo ante probavit Hotomannus Avaricum hodie eſſe *Bourges*; non enim eſt, ut Marliano videtur, opidulum Bituricenſis Diœceſeos nomine *Vierzon*, vel ſicut quibuſdam ſcribitur, *Viarons*. Avaricum autem, quemadmodum pulcherrima prope totius Galliæ urbs fuit, tempore Cæſaris, ita & nunc quoque idem nomen meretur. Nam à Carolo Magno mirum in modum amplificata, à Philippo II Galliarum rege foſſis profundiſſimis, muro & turribus, quas octoginta editas craſſaſque habet, cincta, formâ ſita oblongâ, ſpatioſiſſimâ, & ampliſſimâ, maximis & munitiſſimis civitatibus non cedit. *Montan.*

Qui inter equites præliari] Hanc conſuetudinem etiam apud Germanos in uſu fuiſſe lib. I annotat Cæſar; cum ait, *Equitum erant millia* VI, *totidem numero pedites velociſſimi ac fortiſſimi:* (hos hic iam *expeditos* vocat) *cum his in præliis verſabantur: ad hos ſe equites recipiebant: hi, ſi quid erat durius, concurrebant: ſi qui graviore vulnere accepto, equô deciderant, circumſiſtebant: ſi quò erat longius prodeundum, aut celerius recipiendum, tanta erat horum exercitatione celeritas ut jubis equorum ſublevati curſum adæquarent.* Romani autem eundem morem in obſidione Capuæ primum invenerunt: cum enim ab equitatu Campano plerumque vincerentur; *Juvenes*, teſte Livio, *electi ſunt, maximè vigore & levitate corporum veloces. eos ſingulos in equos ſuos accipientes equites, aſſuefecerunt, & vehi poſt ſe, & deſilire perniciter, ubi ſignum datum eſſet.* Montan.

Carros] *Carra neutrius generis eſſe conſuetudine perſuaſum eſt. Siſenna, Cæſar, aliique maſcul. genere efferunt.* Nonius. Dicti ſunt carri, vel à cardine quatuor rotarum, vel quod currendo ſonent; ut quidam volunt. *Idem.*

Galliis erat] Etiam hodiéque totus hic Bituricenſis tractus montibus, ſaltibus, collibus rivuliſque ſcatet. *Montan.*

Generatimque diſtributi in civitates] Id eſt, per genera & nationes diſtributi: non, permixtis & confuſis gentibus; ſed ſuô cuique genti ordine conſtitu-

tus ejus paludis certis cuſtodiis obtinebant; ſic animo parati, ut ſi eam paludem Romani perrumpere conarentur, hæſitantes premerent ex locô ſuperiore: ut qui propinquitatem loci viderent, paratos prope æquo marte ad dimicandum exiſtimarent: qui iniquitatem conditionis perſpicerent, inani ſimulatione ſeſe oſtentare cognoſcerent. Indignantes milites Cæſar, quod conſpectum ſuum hoſtes ferre poſſent, tantulo ſpatiô interjectо, & ſignum prælii expoſcentes, edocet; quantô detrimentô & quot virorum fortium morte neceſſe eſſet conſtare victoriam: quos quum ſic animo paratos videret, ut nullum pro ſua laude periculum recuſarent, ſummæ ſe iniquitatis condemnari debere, niſi eorum vitam ſuâ ſalute habeat cariorem: Sic milites conſolatus eôdem die reducit in caſtra; reliquaque, quæ ad oppugnationem opidi pertinebant, adminiſtrare inſtituit. Vercingetorix, quum ad ſuos redîſſet, proditionis inſimulatus, quod caſtra propius Romanos moviſſet, quod cum omni equitatu diſceſſiſſet, quod ſine imperiô tantas copias reliquiſſet, quod ejus diſceſſu Romani tantâ opportunitate & celeritate veniſſent: non hæc omnia fortuitò, aut ſine conſiliô accidere potuiſſe

ſtitutô. Nempe Turones, Senones, Pariſii, Pictones, Cadurci, Aulerci, Lemovices, Andes, reliquique omnes, qui Oceanum attingunt, (hos Vercingetorigem ſibi adjunxiſſe teſtatur paulo ante Cæſar) ſuos diſtinctos quique locos in colle hoc obtinuerunt. Civitas autem, autore Gellio, & pro loco, & pro opido, & pro jure quoq; omnium, & pro hominum multitudine ſumitur. Cæſar verò plerumque hanc vocem ſumit pro gente, quæ eâdem linguâ, eôdem jure, iiſdemque legibus utitur, & unum imperium unumque magiſtratum agnoſcit. *Montan.*

Prope æquo Marte] Sæpenumero *æquo Marte pugnare*, eſt pari certamine dimicare. Nunc verò ad loci naturan refertur: quaſi dixiſſet, pari natura loci nulla iniquitate. *Hotoman.*

Signum prælii] Signum prælii duplex Vel tunica ruſſa in Prætorii faſtigio i[n] haſtâ extenſa, ut eo ſigno miles mone[a]retur parare ſe & arma; tum etiam, u[t] ſi qui diſperſi, convenirent. Utile fui[t] in re ſubita, diverſumque à claſſico eſt quia hoc auribus, illud oculis ſerviebat Vel ſignum pugnæ, aut ſimpliciter ſi[-]gnum, eſt teſſera, quæ datur uno alte[-]roque verbo, ſub ipſam pugnam, a[b] Imperatore, ut eo commilitones inte[r] ſe norint, & item hoſtem: cujus uſ[us] perit, cum iſte quoque tenet. *Lipſiu[s]*

Propt[-]

tuiſſe: regnum illum Galliæ malle Cæſaris conceſſu, quàm ipſorum habere beneficiô. Tali modo accuſa-us ad hæc reſpondit: Quod caſtra moviſſet, factum nopiâ pabuli, etiam ipſis hortantibus: quod propius Romanos acceſſiſſet, perſuaſum loci opportunitate, qui ſe ipſum munitione defenderet: equitum verò o-peram neque in locô paluſtri deſiderari debuiſſe, & llic fuiſſe utilem, quò ſint profecti, ſummam impe-ii ſe conſulto nulli diſcedentem tradidiſſe, ne is mul-itudinis ſtudiô ad dimicandum impelleretur: cui rei, propter animi mollitiem ſtudere omnes videret, quod liutius laborem ferre non poſſent: Romani ſi ca-u intervenerint, fortunæ; ſi alicujus indiciô vocati, uic habendam gratiam, quod & paucitatem eorum ex ocô ſuperiore cognoſcere, & virtutem deſpicere po-uerint; qui dimicare non auſi turpiter ſe in caſtra rece-erint. Imperium ſe à Cæſare per proditionem nullum eſiderare, quod habere victoriâ poſſet, quæ jam eſſet bi, ac omnibus Gallis explorata. Quin etiam ipſis re-nittere, ſi ſibi magis honorem tribuere, quàm ab ſe ſa-utem accipere videantur. Quod ut intelligatis, inquit, ncerè à me pronuntiari, audite Romanos milites. Pro-ucit ſervos, quos in pabulatione paucis ante diebus xceperat, & fame vinculiſque excruciaverat. Ii jam nte edocti, quæ interrogati pronuntiarent, milites ſe ſe legionarios dicunt; fame & inopiâ adductos, clam ex

Propter animi mollitiem] Infra, *ani-iſta eſt mollities, non virtus, inopiam uliſper ferre non poſſe. Animi mollitiem* rent. quoque dixit in Eunucho: *eji-nda hercle hæc mollities animi:* Quod tim ſequitur *ſincere pronuntiari*, idem quod bona fide: cui contrarium do-dicere, hoc eſt, non vere neque ex imi ſententia. *Brant.*

Virtutem deſpicere] Ironicè *virtutem* pellat pro ignavia. *Hotoman.*

Producit ſervos] habuerunt quidem Romani ſervos, ſed nec multos, nec vulgo; Tribuni, Centuriones, & digniores militum habebant, gregarii non habebant, quibus amputata hæc adjumenta inertiæ, ſed & dignioribus arcte modus ſtatutus erat, ultra quos & quot non haberent. Nec aliter in veteri militia: in ſequenti hoc & alia ſolutiora, ubi magnus ſervorum numerus in exercitu increbuit. *Lipſius.*

Milites legionarios] Et quare ſervos hos Vercingetorix legionarios ſe profiteri

ex caſtris exiſſe, ſi quid frumenti, aut pecoris in agris re perire poſſent. Simili omnem exercitum inopiâ premi nec jam vires ſufficere cujuſquam, nec ferre operis la borem poſſe. Itaque ſtatuiſſe Imperatorem, ſi nihil in oppugnatione opidi profeciſſet, triduo exercitum de ducere. Hæc à me, inquit Vercingetorix, beneficia ha betis, quem proditionis inſimulatis: cujus operâ, ſin veſtro ſanguine, tantum exercitum victorem fame pen conſumptum videtis: quem turpiter ſe ex hâc fugâ re cipientem, ne qua civitas ſuis finibus recipiat à me pro viſum eſt. Conclamat omnis multitudo, & ſuô mor armis concrepat: quod facere in eô conſueverunt, cu jus orationem approbant: ſummum eſſe Vercingetori gem ducem, nec de ejus fide dubitandum, nec majo ratione bellum adminiſtrari poſſe. Statuunt, ut decem millia hominum delecta ex omnibus copiis in opidum ſubmittantur: nec ſolis Biturigibus communem ſalutem committendam cenſent; quod penes eos, ſi opidum re tinuiſſent, ſummam victoriæ conſtare intelligebant.

De

teri jubet: nempe ut dignitate prædæ magnitudinem facinoris extolleret: & Gallis facilius inopiam Cæſariani exercitus perſuaderet, teſtimonio fide dignorum hominum: nam, præterquam quod legio robur exercitus erat, nemini in ea militare licebat, niſi civi Romano ingenuo, & qui in quinque claſſibus cenſus, & ludicræ artis expers eſſet. *Montanus.*

Ex hac fuga recipientem] Nihil muto: tantùm dico non ſatis meminiſſe me ſimilem locutionem legiſſe: *Recipere ſe ex fuga.* Nam *recipere ex fuga* dicitur, qui fugientem recipit. Sic lib. VI. *Ex quibus receptos ex fuga Tencteros docuimus.* Fortaſſe vacat particula *ex*. Sed, ut dixi, nihil affirmo. *Hotoman.*

A me proviſum eſt] Supple, per vicorum & opidorum incendia.

Conclamat omnis multitudo, & armis] Eundem Germanorum morem fuiſſe teſtatur Tacitus, de Moribus Germanicis. Verba ejus ſunt: *Si diſplicuerit ſententia, fremitu aſpernantur; ſi placuit frameas concutiunt. Honoratiſſimum genus aſſenſus eſt, armis laudare.* In Romanâ etiam militiâ ſigna aſſenſus dextris ſublatis, clamore, & armorum concuſſione dabantur. De dextris elatis, ita Lucanus.

——— *His cunctæ ſimul aſſenſere cohortes,*
Elataſque altè, quæcunque ad bella vocaret,
Promiſere manus.

De clamore verò militari Livius lib. VII: *Omniaque ea ingenti alacritate per clamorem militarem indicem omnium aſſenſus agebantur.*

Et concuſſionis armorum meminit Marcellinus: *Hâc fiduciâ miles, haſtis feriendo clypeos, ſonitu aſſurgens ingenti, uno propemodum ore dictis favebat* cœpt

Deſunt.

Singulari militum noſtrorum virtuti conſilia cujuſque modi Gallorum occurrebant: ut eſt ſummæ genus ſollertiæ, atque ad omnia imitanda atque efficienda, quæ ab quôque traduntur, aptiſſimum. Nam & laqueis falces avertebant, quas quum deſtinaverant, tormentis intror-

æptis. Sed hos ritus, non priſcos nimis nec merè Romanos, à Barbaris manâſſe cenſet Lipſius. *Montan.*

Summæ genus ſolertiæ] De Gallorum indole luculentum hoc teſtimonium exhibet Julius Scaliger Veronenſis. Gallos video, inquit, ad omnia momenta vel eventuum vel diſciplinarum promtos, paratos, verſatiles: ut ſemel quicquam vel viſum vel auditum illico apud illorum ingenia deponat & mittat novitatem: in eo ipſo videntur nati vel educati; qui animorum vigor igneus, naturæque celeritas, nulli alii nationi data eſt à natura. Graviter exercent mercaturam, artes, arma, literas, eruditionem, ſubtilitatem, candorem, eloquentiam, omnium tamen gentium atque nationum fide ſunt maximè integrâ & conſtanti. *Montan.*

Laqueis falces avertebant] Totum hunc locum Cæſaris iſto ſenſu Lipſius legit, lib. v Poliorceticωn. Cum falces illaqueâſſent captaſque tenerent, tum machinis quibuſdam, quibus funes illigati vertebantur torquebanturque; in urbem vi trahebant. Quemadmodum autem hæc inſtrumenta militaria Galli à Romanis mutuati ſunt: procul dubio Romani ab aliis. In oppugnatione Platæenſium, Thucydide teſte lib. 2, ea jam tum adhibita. Et Cyzicenos iiſdem uſos autor eſt Appianus in Mithridatico. *Arietes lapidibus,* inquit, *decutiebant, aut laqueis deflectebant, aut ſportis ſacciſque lanarum plenis ictum refringebant.* Livius lib. 36, etiam fuit receptiſſima fuiſſe. *Ætoli,* verba ejus ſunt, *contra armis ſe tuebantur. Tum cum ariete quaterentur muri, non laqueis, ut ſolet, exceptos declinabant ictus, ſed armati frequentes, quidam ignes, quos aggeribus injicerent, ferebant.* Sed quomodo adverſus arietes & falces, laqueis, lupis & id genus aliis occurratur, docet Vegetius, lib. 4, cap. 23. Apponam locum, licet longior ſit, quia ſcitu digniſſimus. *Adverſum arietes etiam vel falces, plura ſunt remedia. Aliquanti centones & culcitas fuſtibus calcant, & illis opponunt locis, qua cedit aries, ut impetus machinæ materiæ molliore fractus, non deſtruat murum. Alii laqueis captos arietes per multitudinem hominum de muro in obliquum trahunt, & cum ipſis teſtudinibus evertunt. Plures in modum forficis dentatum funibus illigant ferrum, quem lupum vocant, apprehenſumque arietem aut avertunt, aut ita ſuſpendunt, ut impetum non habeat feriendi. Interdum baſes columnæ marmoreæ, vibrato impetu jaciuntur è muris, Arieteſque confringunt. Quod ſi tanta vis fuerit, ut murus arietibus perforetur, & decidat, una ſalutis ſpes ſupereſt, ut deſtructis domibus, alius intrinſecus murus addatur, hoſteſque inter binos parietes, ſi penetrare tentaverint, perimantur.* Sciendum autem falces, de quibus hic Vegetius, novitias eſſe, ut benè monet Lipſius, & in eum finem inventas, ut lapides è muris extraherent, vicem ac vim penè arietis habentes. Aliæ enim ſunt illæ murales, quarum hoc loco apud Cæſarem mentio fit. His pinnæ detergebantur. Uſus illis Brutus in pugna navali adverſus Venetos, lib. 3, bell. Gall. *Montan.*

Quas cum deſtinaverant] Longè aliâ ſignificatione hujus verbi uſus eſt lib. 1 de bell. Civ. *Cæſar infectis iis, quæ agere deſtinaverat, ab urbe proficiſcitur.* Et haud ſcio an Cæſar ſcriptum reliquerit, *quas*

 cum

trorſus reducebant, & aggerem cuniculis ſubtrahebant; eò ſcientius, quod apud eos magnæ ſunt ferrariæ, atque omne genus cuniculorum notum atque uſitatum eſt. Totum autem murum ex omni parte turribus contabulaverant, atque has coriis intexerant. Tun crebris diurnis nocturniſque eruptionibus, aut agger ignem inferebant, aut milites occupatos in opere adoriebantur; & noſtrarum turrium altitudinem, quantum has quotidianus agger expreſſerat, commiſſis ſua

rur

cum deſtinaverant, id eſt, laqueis alligaverant. Supra lib. 3. *Falces*, inquit, *non abſimili formâ muralium falcium: his cum funes, qui antennas ad malos deſtinabant, comprehenſi adductique erant*, &c. Sed & Apuleius aliquoties *deſtinare*, pro *alligare* ponit, ut lib.4: *At illi arreptum me, loro quam valido ad anſulam quandam deſtinatum, rurſum cædendo confeciſſent*. Et lib. 8: *Vinctis ſtramentis me renudatum, ac de quadam quercu deſtinatum flagro verberantes, pæne ad extremum confecerunt*. Ut forte aliis locis deſtinaverant apud Cæſarem legendum, hic certè in libro veteri impreſſum Lugduni *diſtinuerant* legitur. *Ciaccon.*

Aggerem cuniculis ſubtrahebant] Aggerum evertendorum duplex ratio, aut cuniculo aut igne, teſte Lipſio. Cuniculi inter alios meminit Thucydides, in obſidione Platæenſi. *Cuniculum ex urbe*, ait, *cum duxiſſent, & ſignis deſtinaſſent ſub aggerem ipſum; terram ad ſe introrſus identidem ſubtrahebant, & diu latuere eos, qui erant foris: cum ii aſſidue injicientes, minus tamen attollerent, ſubducto ſcilicet inferius aggere, & in locum vacuefactum aſſiduè ſubſidente*. Agger autem, ita dictus ab aggerendo, erat terrea quædam moles aut elevatio, quem paulatim verſus urbem producebant & attollebant, ut ex alto pugnarent & turres ibi conſtituerent. Sed cuniculus, teſte Feſto, eſt meatus ſubterraneus, ſuffoſſus. Ita appellatur, aut ab animali, ſimile lepori, quod ſubterfoſſâ terrâ latere eſt ſolitum: aut à cuneorum ſimilitudine, qui in omnem materia intrant findentes. *Montan.*

Magnæ ſunt ferrariæ] *Ferrariæ* ſunt f dinæ ferri. Utitur ea voce Cato in o ginibus, citante Gellio, lib.2. Item L vius lib.34. *Gland.* Fuiſſe autem in B turicenſi tractu, hodie *Duché de Berr* multas ferri fodinas teſtatur præter C ſarem Rutilius lib. 1:

Non Biturix largo potior ſtrictura c mino. Montan.

Quantum has quotidianus agger expr ſerat] Dicit, cottidiano aggere tur *exprimi:* in altum nempe, & id fiel augmentô illô & prolatione agger qui opidum verſum creſcebat. Scitè nim, tergum aut caudam aggeris hu liorem fuiſſe; & in clivum, fronte verſus, aſſidue iviſſe. Qua in re in dum factum, ut agger, ſi parum matus aut denſatus, prolaberetur foſſas. Narrat Livius lib. x. *Forte q dam loco male denſatus agger, pondere perſtantium in foſſam procubuit*. Sed ca bant ſcilicet & virgultis aut lapidi identidem affirmabant. *Lipſius.*

Suarum turrium malis] Hotom nus locum hunc ſe non intelligere fa tur. Niſi *malos*, ait, pro *ſcalis* dixerit, ſcalæ fuerint mali, multis bacillis, q ſi fibulis trajectis inſtructi. Nam ſc in turribus ſummæ altitudinis adhil ſolitas, cum ex aliis multis conſt tum verò ex Procopio, ubi turres à tige Gotho exſtructas deſcribit. Reti quidem lectionem hanc Hotoman ſed aliter tamen explicat Rhellicar

Ve

um turrium malis, adæquabant; & apertos cuniculos
præuſtâ & præacutâ materiâ, & pice fervefactâ, & ma-
imi ponderis ſaxis morabantur, mœnibuſque appro-
inquare prohibebant. Muris autem omnibus Gallicis
æc fere forma eſt. Trabes directæ perpetuæ in longitu-
linem, paribus intervallis, diſtantes inter ſe binos pe-
les, in ſolo collocantur. Eæ revinciuntur introrſus; &
multô

erba ejus ſic ſe habent. Quum modo
xerit Cæſar Avarici mœnia ab opida-
is turribus undique contabulata; &
perius duas turres ambulatorias à ſe
ontra illos excitatas ſcribat; dubio pro-
ul nihil aliud hic ſignificare vult,
uàm quod Avaricenſes Romanorum
rres ad muri altitudinem ductas, ſuis
urribus ita adæquaverint, ut *malos*, id
t, trabes inſtar mali, muro *committ-*
rent, hoc eſt, inſererent. Etenim ejuſ-
iodi turres (Vegetio authore) non
iſi ex tabulis & trabibus fiebant. Hæc
e. Ciacconius autem non tantum in
plicatione ab utroque diſſentit, at
ctionem etiam immutat, & pro *ma-*
, *alis* legit. Quarum alarum ratio-
em in ædificiis ex Vitruvio adfert. Le-
ionem Ciacconianam non admodum
nprobat doctiſſimus Lipſius. Quam
retineret, ita explicandam cenſet.
empe ut junxerint & continuârint
rres cum turribus ligneo aliquo mu-
: atque ita ipſum murum æquarint
ribus ſuis & hoſtilibus. Idem verò
ulto libentius inducitur, ut legat *ſua-*
m turrium aliis. Cujus ſcriptionis ſen-
s eſt: Nempe commiſſis & oppoſitis
ovis aliiſque ſuis turribus, æquabant
oſtras. *Montanus*.

Apertos cuniculos] A Romanis. Nam
pidani intra mœnia contrarios aperie-
nt, quas Gallicè *Contraminas* vocant.
am in os cuniculi ſaxa & ignes jacie-
nt, & trabibus præuſtis foſſores de-
llebant. *Hotoman*. Hirtius lib. VIII:
idem tempore tectos cuniculos ad caput
tis: quod genus operis ſine ullo periculo,
ſine ſuſpicione hoſtium facere licebat.
go *apertos cuniculos* his rebus, quas hic
æſar enumerat, morari poterant ho-
ſtes; tectos vero non poterant. Hujuſ-
modi etiam res proponit Lucanus l. 3:

Sed, ſuper & flammis & magna fra-
gmine molis,
Et ſudibus crebris, & adusti roboris
æſtu
Percuſſæque cadunt crates.

Ciaccon.

Muri Gallici forma] Hujus loci in-
terpretationem debemus TH. B. magno
& claro viro, qui muri Gallici ſpeciem
primus animadvertit eandem eſſe à
fronte, quæ eſt Teſſularii operis, ſive
ſcacarii, quem *Eſchiquierum* vulgò ap-
pellamus. Formam autem &, ut ſpero,
primam texturam ab initio ponemus;
ex qua de cæteris, quæ ſuperius impo-
nebantur, æſtimari poſſit. *Hotoman.*

Trabes directæ perpetuæ] Hoc dicit
Cæſar, trabes directas in ſolo poſitas;
in longum, non in altum: id eſt, planas
jacenteſque, & quidem *perpetuas*, ſo-
lidaſque, non è partibus factas, tot pe-
dum. Quod autem ſic accipere opor-
teat, non de ordine trabium recto &
alto, verba ſequentia mox evincunt,
qui opus aggeratum ait, & creviſſe;
dum juſta muri altitudo expleretur. Atqui
ſi trabes rectæ poſitæ, jam à principio
altitudo juſta fuiſſet. Hoc firmiter te-
nendum, aut à Cæſare abeundum.
Lipſius.

Diſtantes inter ſe binos pedes; in ſolo col-
locantur] Hoc intervallum inter ſin-
gulas trabes, porrectas ſic in ſolo: ite-
rumque tale in aliis & ſuperjectis.
Quod ait, *collocari in ſolo*, eſt deponi;
non defigi. *Idem.*

Eæ revinciuntur introrſus] Libris me-
lioribus adhæremus, & ſcribimus *intror-*
ſus: alii enim habent *extrorſus*. Revin-

multô aggere veſtiuntur. Ea autem, quæ diximus, intervalla grandibus in fronte ſaxis effarciuntur. Iis collocatis & coagmentatis, alius inſuper ordo adjicitur, ut idem illud intervallum ſervetur, neque inter ſe contingant trabes; ſed paribus intermiſſæ ſpatiis, ſingulæ ſingulis ſaxis interjectis, arte contineantur. Sic deinceps omne opus contexitur, dum juſta muri altitudo expleatur. Hoc quum in ſpeciem varietatemque opus deforme non eſt, alternis trabibus, aut ſaxis, quæ rectis lineis ſuos ordines ſervant: tum, ad utilitatem & defenſionem urbium, ſummam habet opportunitatem; quod & ab incendiô lapis, & ab ariete materia defendit: quæ, perpetuis trabibus pedes quadragenos plerumque introrſus revin-

ctio illa ſub caudam facta: id eſt tranſverſis trabibus ſeries quæque ligata, contra motum, & ne ab ariete percuſſæ emoverentur. In quibuſdam libris eſt: *art revinciuntur:* ſed falſum putamus, nec hic admittimus. *Idem.* Aſtipulatur Lipſio Hotomannus in lectione introrſus, & ita porro eundem locum explicat. Revinciri autem dicit, quia tranſverſaria trabs pedes quadragenos longa ſuperimponitur: eaque commiſſuris & fibulis jungitur: hoc eſt, ut noſtri loquuntur, morteſiis & cevillis. Id introrſus neceſſariò faciendum fuit. In fronte nullus ejuſmodi revinctioni locus erat. *Hotoman.*

Multo aggere veſtiuntur] Injecto inter trabes medias, & ſtipato. *Lipſius.*

Intervalla grandibus in fronte ſaxis] Intervalla nempe binorum pedum inter trabes ſingulas. *Idem.*


Ut idem illud intervallum ſervetur, neque inter ſe contingant trabes] Credo ſententiam eſſe, trabes non directè ſuper infimas, ſed ad latera earum ſuper ſaxa poſitas fuiſſe: ut alternatim trabs aut ſaxum eſſet. Hoc ideo, quia & elegantius firmiuſque opus: & quia negat, *inter ſe trabes contigiſſe.* Idem.

Quæ rectis lineis] Supple, *materia plerumque introrſus revincta.* Rhellic.


Tum ad utilitatem & defenſionem urbium] Confirmat aliquo modo Cæſa
ris ſententiam Vegetius lib. 4. *Murus*
inquit, *ut non poſſit elidi, hac ratione per*
ficitur. Intervallo vicenum pedum interpo
ſito, duo intrinſecus parietes fabricantur
Deinde terra, quæ de foſſis fuerit egeſta
inter illos mittitur, vectibuſque denſatur
ita ut à muro primus paries parum infe
rior, ſecundus longe minor ducatur: ut de
plano civitatis ad ſimilitudinem graduum
quaſi clivo, molliuſque ad propugnacula a
ſcendi poſſit, qua nec murus ullis poteſt a
rietibus rumpi, quem terra confirmat, &
quovis caſu deſtructis lapidibus, ea quæ in
ter parietes denſata fuerit, ad muri vicem
ingruentibus moles obſiſtit. Montan.

Perpetuis trabibus pedes quadragenos
Perpetuas, meo dicto ſenſu ſupra, inte
gras ſolidaſque: & quidem ſelecta ha
longitudine, ut murus latior eſſet lon
giorque. At quidam hoc de quadrag
nis pedibus, ad ipſas revincientes tra
bes ſive fibulas referunt: quod mih
aliter viſum. Adnoto autem & infe
riori ævo, muros videri ligneos in Ga
lia fuiſſe; cum Sidonius, de vaſtatio
ne Galliarum ſcribat, lib. 8. Epiſt. 1
Vidiſſe ſe ambuſtam murorum faciem. Al
bi; *fuiſſe inter ſemiuſtas muri fragilis a*
guſtias clauſum. Niſi tamen *ſudium*
vallorum coronas illas intelligit: quo
in medio pono. *Lipſius.*

Diebu



Muri Vegetiani.



Muri Gallicani.

revincta, neque perrumpi, neque diſtrahi poteſt. Iis tot rebus impeditâ oppugnatione, milites quum totô tempore lutô, frigore & aſſiduis imbribus tardarentur, tamen continenti labore omnia hæc ſuperaverunt, & diebus XXV aggerem latum pedes CCCXXX, altum pedes LXXX, exſtruxerunt. Quum is murum hoſtium pene contingeret, & Cæſar ad opus conſuetudine excubaret, militeſque cohortaretur, ne quod omnino tempus ab opere intermitteretur; paullo ante III vigiliam eſt animadverſum, fumare aggerem, quem cuniculô hoſtes ſuc-

Diebus XXV *aggerem latum pedes*] En Romanorum diligentiam & morem. Miles impeditus luto, frigore & imbribus quàm brevi tempore extruxit ingens hoc opus. Quis non miretur? Hodie quoque ſi conficiant, quæ non urbs infeſtabitur aut capietur? Cæſar autem ad Avaricum aggerem ſurrexiſſe in altitudinem pedum LXXX dicit, & ejuſdem etiam altitudinis alium poſtea in oppugnatione Maſſiliæ adhibuit. Quod latitudinem in CCCXXX pedes excreviſſe teſtatur, non mirum, ſi altitudini opponatur: erigebantur enim aggeres prolatione urbem verſus, in tergo vel cauda humiliores, à fronte in clivum deſinentes. Hinc ſatis colligere eſt, neceſſariò latitudinem altitudine longè majorem aggerum exſtructionem requiſiviſſe. Non etiam inſolitum aut novum, pro Romanâ diligentiâ, diebus XXV confectam hanc molem, aliàs etiam plures brevi tempore excitatæ: dividebatur enim opus per legiones, ad æmulationem. Tacitus lib. IV Hiſtor. in obſidione Hieroſolymorum: *Titus quando impetum & ſubita belli locus abnueret, aggeribus vineiſque certare ſtatuit. Dividuntur legionibus munia, & quies præliorum fuit.* Montanus.

Paulo ante tertiam vigiliam] Nempe circa horam noctis duodecimam. Erant enim vigiliæ quatuor, ſingulæ in ternas horas diviſæ, à Primipilis, per clepſydras. Circuitores crebri eas obſervabant, tubicines locabant, cornicines revocabant. Tertia autem vigilia iniquiſſima, utpote quæ ab horâ duodecimâ uſque ad tertiam noctis durabat & totam quietem turbabat. Hinc Silius

——Mediam ſomni cum buccina noctem
Divideret, jamque excubias ſortitu iniquas
Tertius abrupta vigil iret ad arma quiete. Montan.

Fumare aggerem, quem cuniculo] Paulo ante annotavit Cæſar Avaricenſes foſſas ſubterraneas ſub mœnibus aperuiſſe, uſque ad aggerem Romanorum ut eum ſubtraherent. Lipſius evertendorum aggerum duas rationes nominat. Erat hæc prima, nempe cuniculo & ſubtractione, habemus jam alteram nimirum igne. Quod quomodo factum diſtincte Joſephus tradidit, & ex eo Hegeſippus. *Johannes* (quia luculentus locus, totum apponam) *Princeps ſeditionum cuniculum ſuffodit, & Romanorum opera ſuſpendit; ignorantibus his, quid latenti cuniculo Judæi moliti forent. Qui fultura tabularum, materiâ æque ſubjecta ſuperiora cuniculorum ſuſpenderat, fraus omnis latebat. Itaque ubi opportunitas viſa ignem appoſuére: qui adjutus ſulphure & pice, quibus illita erat materies, quæ fulturam cuniculo dabat, ligna omnia facile conſumpſit, incendiorum ſubjectorum ruina ſecuta eſt. Itaque Romanorum opera ſubito lapſa, ſonitum ingentem dedêre pulvere & fumo repleta omnia plurimum tenebrarum obduxerant, majoremque terrorem*

ſuccenderant: côdemque tempore totô murô clamore ſublatô; duabus portis ab utrôque latere turrium eruptio fiebat. Alii faces atque aridam materiem de muro in aggerem eminus jaciebant; picem alii reliquaſque res, quibus ignis excitari poteſt, fundebant; ut, quò primum occurreretur, aut cui rei ferretur auxilium, vix ratio iniri poſſet. Tamen, quod inſtituto Cæſaris duæ ſemper legiones pro caſtris excubabant, pluresque partitis temporibus in opere erant, celeriter factum eſt; ut alii eruptionibus reſiſterent, alii turres reducerent, aggeremque interſcinderent, omnis verò ex caſtris multitudo ad reſtinguendum concurreret. Quum in omnibus locis, conſumptâ jam reliquâ parte noctis, pugnaretur, ſem-

torem induxerat latens cauſa: Deinde ubi conſumptis alimentis cæteris, quibus primo opertus erat, liber ignis erupit, dolum prodidit. Montan.

Alii facem atque aridam materiem] Quemadmodum ſuccenſo cuniculo aggeres deſtruebantur, ita etiam, cum faces, malleoli, aliaque ad inflammandum, aut jacerent eminus, aut ipſi in aggerem inferrent. Uſitatior autem hæc & magis obvia deſtructionis ratio. *Idem.*

Picem alii reliquaſque res] At quomodo poterant de muro eminus in aggerem jacere picem? Imo. Vaſis ſive fictilibus ejuſmodi inferebantur. Aquileienſes his uſi, teſte Herodiano, cum à Maximino oppugnarentur: *Illi verò*, ait, *ſaxa deſuper jaciebant, & miſcentes picem ſulphuri ac bitumini, in cavis vaſis longa manubria habentibus, cum ea fervefeciſſent, appropinquanti exercitui injiciebant: & imbris in modum denſe & confertim inſpergebant.* Per *reliquas* autem *res, quibus ignis excitari poteſt*, procul dubio intelliguntur, bitumen, oleum, ſulphur, faces, ſitellæque ferreæ onuſtæ ignibus, & fuſili ex argilla ferventes glandes, & fervefacta jacula. In uſu hæc aliaque, & glandes & jacula adhibuiſſe ipſos etiam Gallos lib. V teſtatur Cæſar. *Montanus.*

Duæ ſemper legiones pro caſtris] Legiones Cæſaris ævo modicæ fuerunt. Numerus enim earum non ſemper idem. Prima legio ſub Romulo tribus millibus peditum & trecentis ex equitibus conſtabat. Poſt ex quatuor, modo ex quinque, modo ex ſex millibus peditum. At obiter hic annotandum, quàm firmis cuſtodiis Romani caſtra ſua obſervaverint: de qua re, quia ſuperius mentio eſt facta, eò lectorem remittimus. *Idem.*

Turres reducerent] Turres duplices erant, vel partes caſtrorum, vel mobiles illæ, de quibus hic ſermo, Cæſar (licet alibi clarius pateat) mobilium turrium hoc etiam loco mentionem facit: ubi ait, alios curâſſe ut *turres reducerentur:* nempe ne facibus & pice & reliquis rebus, *quibus ignis excitari poteſt*, ab hoſte incenderentur. Et ſanè moles hæ ad minimum IV, aut VIII rotis latentibus ſeu interius movendis agebantur. Et hoc ideo, ne telis actores exponerentur. *Idem.*

Conſumpta jam reliqua] Itaque per ſex horas jam pugnatum erat. Ante tertiam enim vigiliam animadverſum eſt fumare aggerem: quo tempore toto muro clamore ſublato hoſtis portis duabus erupit. Initium hoc certaminis incidit in ho-

ſemperque hoſtibus ſpes victoriæ redintegraretur; eò magis, quod deuſtos pluteos turrium videbant, nec facile adire apertos ad auxiliandum animadvertebant, ſemperque ipſi recentes defeſſis ſuccederent, omnemque Galliæ ſalutem in illô veſtigiô temporis poſitam arbitrarentur; accidit inſpectantibus nobis, quod, dignum memoria viſum, prætermittendum non exiſtimavimus. Quidam ante portam opidi Gallus, qui per manus ſevi ac picis tranſditas glebas in ignem è regione turris projiciebat, ſcorpione ab latere dextrô transjectus, exanimatuſque concidit: hunc ex proximis unus jacentem transgreſſus eôdem illô munere fungebatur: eâdem ratione ictu ſcorpionis exanimatô alterô, ſucceſſit tertius, & tertio quartus: nec ille prius eſt à propugnatoribus vacuus relictus locus, quàm reſtinctô aggere, atque omni parte ſubmotis hoſtibus, finis eſt pugnandi factus. Omnia experti Galli, quod res nulla ſucceſſerat, poſterô die, conſilium ceperunt ex opidô profugere, hortante & jubente Vercingetorige. Id ſilentiô noctis conati non magnâ jacturâ ſuorum ſeſe effecturos ſperabant: propterea quod neque longè ab opidô caſtra Vercingetorigis aberant; & palus, quæ perpetua intercedebat, Romanos ad inſequendum tardabat. Jamque hoc facere noctu apparabant, quum matresfamilias repente in publicum procurrerunt, flenteſque projectæ ad pedes ſuorum, omnibus precibus petierunt,

in horam præterpropter duodecimam nocturnam: à quâ ſi numeres uſque ad orientem ſolem, ſpatium ſex horarum colligetur: Sciendum enim obſidionem hanc Avarici in tempus brumale inciſſe. *Idem.*

Deuſtos pluteos turrium] Vegetius lib. IV, *Pluteos ad aſpidis ſimilitudinem contexi* ſcribit: *& ciliciis vel coriis protegi, terniſque rotulis; quarum una in medio, duæ in capitibus apponantur: & in quamcunque partem volueris, more carpentorum admoveri*, *quos*, inquit, *obſidentes applicant muris, eorumque munitione protecti, ſagittis ſive fundis, vel miſſilibus defenſores omnes de propugnaculis opidi exturbant: ut ſcalis aſcendendi facilior præſtetur occaſio.* Idem.

Et palus] Paulo ſuperius Cæſar ipſe Avarici ſitum deſcribens, ait illud ferme ex omnibus partibus flumine & palude circumdatum eſſe. *Idem.*

Flenteſque projectæ ad pedes ſuorum] Olim qui ſupplices erant alicui, ejus pedibus

runt, ne ſe & communes liberos hoſtibus ad ſupplicium dederent: quos ad capiendum fugam natura & virium infirmitas impediret. Ubi eos perſtare in ſententiâ viderunt, quod plerumque in ſummô periculô timor miſericordiam non recipit, conclamare; & ſignificare de fugâ Romanis cœperunt. Quô timore perterriti Galli, ne ab equitatu Romanorum viæ præoccuparentur, conſiliô deſtiterunt. Poſterô die Cæſar promotâ turri, directiſque operibus, quæ facere inſtituerat: magnô coortô imbri, non inutilem hanc ad capiendum conſilium tempeſtatem arbitratus eſt, quod paullo incautius cuſtodias in muro diſpoſitas videbat: ſuoſque languidius in opere verſari juſſit, & quid fieri vellet, oſtendit. Legiones intra vineas in occulto expeditas cohortatus, ut aliquando pro tantis laboribus fructum victoriæ perciperent; iis, qui primi murum adſcendiſſent, præmia propoſuit, militibuſque ſignum dedit. Illi ſubitò

dibus advolvebantur. Supra: *Seque omnes flentes Cæſari ad pedes projecerunt.* Et hoc libro ſeptimo, *Procumbunt Gallis omnibus ad pedes Bituriges.* Sed & genua ſupplices olim amplectebantur, quod in illis ſit miſericordiæ ſedes, ut notabat Turnebus. *Idem.*

Perſtare in ſententia] Plerique codices habent, *perſtare in ſententiam.* Et certè Cæſar aliquando Græca dicendi forma utitur. *Idem.*

Legiones intra vineas] Stephanus *Extra vineas*, quod ſine dubio rectum eſt. non enim vineis contineri legiones poterant: niſi forte *Citra vineas* commodius legeretur; cum modo dicat, *In occulto.* Quaſi poſt vineas laterent: unde ſubitò, ſignô datô, ſcalis admotis in muros provolarent. Sed ſic quoque Salluſtius locutus eſt in Jugurth. *Tum verò*, inquit, *cohortatus milites, & ipſe extra vineas egreſſus, teſtudine acta ſuccedere.* &c. *Hotoman.* Et revera haud abſque ratione immutat hunc locum Hotomannus. Præſertim cum Vegetius teſtetur vineam altam eſſe pedes octo, latam ſeptem, longam ſeptendecim. *Montan.*

Qui primi murum aſcendiſſent, præmia propoſuit] *Muralis corona eſt, quâ donatur ab Imperatore, qui primus murum ſubiit, inque opidum hoſtium per vim aſcendit. Idcirco quaſi muri pinnis decorata eſt.* Agellius. Obſervabatur autem in donanda corona hic mos, ut & ſemper, ſi quando egregii facinoris autoribus dona diſtribuebantur. Imperator re divinâ prius factâ, convocat claſſico in concionem omnes copias, & circumponens ſibi eos, qui fortiter & ſtrenuè feciſſent, primùm quidem laudes eorum ediſſerit, & ſuper hoc facto, & ſi quid aliud in omni vitâ laude & memoriâ dignum geſſerint. Ii ibi conſpicui, in locô editô, juxta tribunal, à tergo; à latere, Duces; ante & circa immenſa multitudo: ſicque voce Imperatoriâ laudantur, mox donantur. *Lipſius.* Primus hac murali coronâ donatus fuit Manlius Capitolinus. *Alexand. ab Alexandro.*

ſubitò ex omnibus partibus evolaverunt, murumque celeriter complêrunt. Hoſtes re novâ perterriti, murô turribuſque dejecti in forô ac locis patentioribus cuneatim conſtiterunt; hôc animô, ut, ſi quâ ex parte obviam contra veniretur, acie inſtructâ, depugnarent. Ubi neminem in æquum locum ſeſe demittere, ſed totô undique murô circumfundi viderunt, veriti, ne omnino ſpes fugæ tolleretur, abjectis armis, ultimas opidi partes continenti impetu petiverunt: parſque ibi, quum anguſto exitu portarum ſe ipſi premerent, à militibus; pars jam egreſſa portis ab equitibus eſt interfecta. Nec fuit quiſquam, qui prædæ ſtuderet. Sic, & Genabenſi cæde, & labore operis incitati, non ætate confectis, non mulieribus, non infantibus pepercerunt. Denique ex omni eô numerô, qui fuit circiter XL millium, vix DCCC, qui primô clamore auditô ſe ex opidô ejecerant, incolumes ad Vercingetorigem pervenerunt. Quos ille, multâ jam nocte, ſilentiô ſic ex fugâ excepit, (veritus, ne qua in caſtris ex eorum concurſu & miſericordiâ vulgi ſeditio oriretur,) ut procul in viâ diſpoſitis familiaribus ſuis, principibuſque civitatum, diſparan-

Obviam contra veniretur] Hotomannus gloſſema *eſſe* judicat vocem *obviam.* Stephanus & Faernus delent vocabulum *contra*. Et profecto vel *contra* vel *obviam* videtur eſſe ſuperfluum. Nam contravenire idem ſignificat quod obviam venire, occurrere, & adverſari. Cicero: *ego vero facile ſum paſſus, ne in mentem quidem mihi contravenire, ita iſti faveo ſententiæ.* Montan.

Genabenſi cade] Genabi quippe, Cotuato & Conetoduno ducibus, Cives Romanos, qui negotiandi cauſa ibi conſtiterant, & Fuſium Cottam, rei frumentariæ à Cæſare præfectum, Carnutes interfecerant: bonaque eorum diripuerant. *Idem.*

Vix DCCC, *qui primo clamore audito*] Oroſius lib. 6: *Quadraginta millia hominum ibi fuiſſe referuntur, è quibus vix* LXXX *per fugam lapſi ad caſtra proxima Gallorum venerunt.* Idem.

Silentio excepit] Urſinus, *Silentio ſi ex fuga recepit.* Neque aliter ſenſum putat elici poſſe idoneum. Ego animadverti aliud eſſe, *Recipere ex fuga:* aliud *Excipere ex fuga.* Illud eſt, cum qui fugiebant, ad locum deſtinatum pervenerunt: hoc verò, cum in ipſa via & fuga intercipiuntur. Ut ſupra lib. 6: *A quibus receptos ex fuga Tenchtheros atque Uſipetes ſupra docuimus.* Et mox: *Primos Eburonum fines adeunt. Multos ex fuga diſperſos excipiunt.* Vercingetorix ergo de illorum fugâ certior factus, celeriter familiares ſuos principes civitatum obviam illis miſit, qui ſilentio ipſos ad amicos ſuos deducerent. *Hotomannus.*

Diſpe

tandos deducendoſque ad ſuos curaret; quæ cuique civitati pars caſtrorum ab initio obvenerat. Poſterô die conciliô convocatô, conſolatus cohortatuſque eſt, ne ſe admodum animô demitterent, neve perturbarentur incommodô: non virtute, neque acie viciſſe Romanos: ſed artificiô quôdam & ſcientiâ oppugnationis; cujus rei fuerint ipſi imperiti: errare, ſi qui in bellô omnes ſecundos rerum eventus exſpectent: ſibi nunquam placuiſſe Avaricum defendi, cujus rei teſtes ipſos haberet; ſed factum imprudentiâ Biturigum, & nimiâ obſequentiâ reliquorum, uti hoc incommodum acciperetur: id tamen ſe celeriter majoribus commodis ſanaturum. Nam, quæ ab reliquis Gallis civitates diſſentirent, has ſuâ diligentiâ adjuncturum; cujus conſenſu ne orbis quidem terrarum poſſit obſiſtere: idque ſe prope jam effectum habere. Interea æquum eſſe, ab iis communis ſalutis cauſsâ impetrari, ut caſtra munire inſtituerent, quò facilius hoſtium repentinos impetus ſuſtinere poſſent. Fuit hæc oratio non ingrata Gallis, maximè, quod ipſe animô non defecerat, tantô acceptô incommodô, neque

Diſparandos deducendoſque ad ſuos curaret] *Gallos generatim* diſpoſitos in caſtris fuiſſe ſupra dixit hoc libro, ut & *ex omnibus copiis* opportunum auxilium x *mill. hominum* miſſum Avaricum. Vercingetorigis verò juſſu à caſtris procul in via diſpoſitis, ii qui ex fuga evaſerant, ad ſuæ cujuſque civitatis homines in caſtra deducebantur. *Ciacconius.* Dicit autem *diſparandos* Cæſar: id eſt, ſeparandos, disjungendos. *Montan.*

Cujus conſenſu ne orbis] Ita eſt: Gallia quæ jam olim per Italiam, Illyricum, Græciam, Aſiam & Germaniam victricia arma circumtulerat, à decem legionibus, & id quidem decennio, debellari non potuiſſet; ſi non propriis factionibus & ſimultatibus diviſa, ipſa ſe conſumpſiſſet. Sed hic notandus eſt Cæſari familiaris loquendi mos, in verbis *conſenſu obſiſtere*, pro conſenſui. De quo, quia ſuperius monuimus, eo lectorem remittimus. *Montan.*

Caſtra munire inſtituerunt] Cæſar hic parum ſui memor eſt: dum dicit Gallos tum primùm caſtra munire inſtituiſſe: Libro enim v jam teſtatur Nervios exemplum & diſciplinam Romanorum imitatos caſtra ſua circumvallâſſe. Sciendum autem eô ævô Germanos & Gallos carris ſuis in orbem connexis, ad ſimilitudinem caſtrorum, *ſecuras à ſupervenientibus exegiſſe noctes*, ut loquitur Vegetius. Et quod Germanos attinet, morem hunc apud illos receptiſſimum fuiſſe, non tantùm antiqui ſcriptores, ſed & hodierna experientia evincit. Ut prætercam Cæſaris, Taciti aliorumque teſtimonia: prædicta gens etiam noſtro ſæculo ejuſmodi vallatione nonnunquam utitur: quam patrio vocabulo Wagenburg appellant, id eſt,

neque ſe in occultum abdiderat, neque conſpectum multitudinis fugerat: pluſque animô providere & præſentire exiſtimabatur, quod re integrâ primò incendendum Avaricum, poſt deſerendum cenſuerat. Itaque ut reliquorum imperatorum res adverſæ auctoritatem minuunt; ſic hujus ex contrariô dignitas, incommodô acceptô, in dies augebatur. Simul in ſpem veniebant, ejus affirmatione de reliquis adjungendis civitatibus: primùmque eô tempore Galli caſtra munire inſtituerunt: & ſic ſunt animô conſternati homines inſueti laboris, ut omnia, quæ imperarentur, ſibi patienda exiſtimarent. Nec minus, quam eſt pollicitus, Vercingetorix animô laborabat, ut reliquas civitates adjungeret, atque earum principes donis pollicitationibuſque alliciebat. Huic rei idoneos homines deligebat, quorum quiſque & oratione ſubdolâ aut amicitiâ facillimè capi poſſet. Qui Avaricô expugnatô refugerant, armandos veſtiendoſque curat. Simul ut deminutæ copiæ redintegrarentur, imperat certum numerum militum civitatibus; quem, & quam ante diem in caſtra adduci velit; ſagittarioſque omnes, quorum erat permagnus numerus in Galliâ, conquiri, & ad ſe mitti, jubet. His rebus celeriter id, quod Avarici deperierat, expletur. Interim Theutomatus Olloviconis filius rex Nitiobrigum, cujus

eſt, *plauſtrorum munitionem*: Burg enim antiquâ linguâ Teutonicâ nihil aliud ſignificat, quam *munitionem* ſive *ſeptionem*. Sed mos hic non Germanorum proprius fuit, aliis quippe Celtis, & quam maximè Gallis communis erat. Teſtis ipſe Cæſar lib. 1 bell. Civil. *Venerant eò ſagittarii ex Rutenis, equites ex Galliâ cum multis carris & impedimentis; ut fert Gallica conſuetudo.* Quæ in nullum alium uſum cedebant, quam ad caſtra munienda. *Montan.*

✝ *Rex Nitiobrigum*] Regia apud Gallos poteſtas anguſtis admodum limitibus incluſa fuit: nam præter nomen vix quicquam in illo regimine regium erat. Teſtatus paulo ante eſt Cæſar, plebem apud Gallos penè ſervorum loco haberi: imperium omne penes Druidas & equites conſiſtere. Itaque imminuta & determinata maximè poteſtas fuit, quam regiam nominarunt. Germani uſque ad inſolentiam in libertatem propenſi, reges ſibi conſtituerunt, quorum ἀρχὴ nihil aliud erat, quàm imperium bellicum per totam vitam. Tacitus lib. de mor. Germ. de gentis hujus regibus ait: *Coëunt, niſi quid fortuitum & ſubitum inciderit, certis diebus: cùm aut inchoatur luna aut impletur.* Illud

ujus pater ab ſenatu noſtro amicus erat appellatus, cum
nagno equitum ſuorum numero, & quos ex Aquitaniâ
onduxerat, ad eum pervenit. Cæſar Avarici complu-
es dies commoratus, ſummamque ibi copiam frumen-
i, & reliqui commeatus nactus, exercitum ex labore
tque inopiâ refecit. Jam prope hieme confectâ, quum
pſô anni tempore ad gerendum bellum vocaretur; &
d hoſtem proficiſci conſtituiſſet; ſive eum ex paludibus
ilviſque elicere, ſive obſidione premere poſſet; legati
d eum principes Æduorum veniunt, oratum: ut maxi-
nè neceſſariô tempore civitati ſubveniat: ſummô eſſe in
ericulô rem; quod, quum ſinguli magiſtratus antiquitùs
reari, atque regiam poteſtatem annum obtinere con-
uêſſent, duo magiſtratum gerant; & ſe uterque eorum
egibus creatum eſſe dicat. Horum eſſe alterum Con-
victo-

llud ex libertate vitium, quod non ſimul ec juſſi conveniunt; ſed & alter & ter-us dies contatione coëuntium abſumitur: t turbæ placuit, conſidunt armati. Silen-ium per ſacerdotes, quibus tum & coër-ndi jus eſt, imperatur. Mox rex, vel rinceps, prout ætas cuique, prout nobili-as, prout decus bellorum, prout facundia eſt, audiuntur; auctoritate ſuadendi ma-is, quam jubendi poteſtate. Si diſplicuit, emitu aſpernantur: ſin placuit, frameas neutiunt. Credibile autem eſt, Gallos Iaſſilienſium græcis moribus corru-tos in molliorem vitam; Reges libe-ori paulò imperiô dominantes admi-ſſe. De Nitiobrigibus, quia ſuperius ictum, eò lectorem remittimus. *Idem.*

Amicus erat appellatus] Bene, *ami-us appellatus*, more Romanorum, qui er hunc fucum, per has blanditias, gen-um ſub imperium redactarum ani-os emolliebant, quò minus inviti ju-um collis ſuis ſuſciperent. Sed & alii êre in Gallia populi, quos *amicos* & *cios* vocabant Romani: qui tamen o-nnes eorum imperium, leges atque re-tores tulerunt. *Cluver.*

Copiam frumenti] Nihil mirum, ſi æſar Avarici (hodiè *Bourges*) copiam frumenti & reliqui commeatus nactus eſt. Hodie etiam urbs (ut ipſe ſuis oculis notavit Merula) in agro perquam amœno ſita eſt; qui non modo frumentorum omnium & leguminum, verum etiam præſtantiſſimorum pecorum, piſcium, volucrum, & quorumcunque fructuum feraciſſimus. *Montan.*

Ex paludibus ſilviſque] Sunt & hoc tempore prope Avaricum non contemnendæ paludes: ad eas veteris Avarici muri vergunt; qui etiam nunc magnâ cum admiratione, propemodum integri, & ſolidiſſimâ ex materiâ conſtructi, viſuntur. Ad ſilvas autem quod attinet, totus Bituricenſis ducatus, *Duché de Berry*, paſcuis, ſaltibus, ſilvis, vinetis hodieque obſitus eſt & conſpicuus. *Idem.*

Regiam poteſtatem] Hanc Cæſar lib. I. Vergobretum appellat, tanquam Berg-oberſte / id eſt, *ſupremum executorem*, & interpretatur Regiam poteſtatem *jus vitæ & necis.* Magiſtratus hujus veſtigia etiam nunc Auguſtoduni manent: ubi, qui ſummum in civitate honorem gerit, *Vuerg*, appellatur. *Idem.*

Eorum legibus creatum] Creabatur Vergobretus certo tempore, certo loco, per ſacerdotes, quotannis ex certâ familiâ:

victolitanem, florentem & illuſtrem adoleſcentem; alterum Cotum antiquiſſimâ familiâ natum, atque ipſum hominem ſummæ potentiæ, & magnæ cognationis, cujus frater Vedeliacus proximô annô eundem magiſtratum geſſerit: civitatem omnem eſſe in armis: diviſum ſenatum, diviſum populum in ſuas cujuſque eorum clientelas. Quod ſi diutius alatur controverſia; fore, uti pars cum civitatis parte confligat: id ne accidat, poſitum in ejus diligentiâ atque auctoritate. Cæſar, etſi à bello atque hoſte diſcedere, detrimentoſum eſſe exiſtimabat; tamen non ignorans, quanta ex diſſenſionibus incommoda oriri conſuêſſent; ne tanta, & tam conjuncta populo Romano civitas, quam ipſe ſemper aluiſſet, omnibuſque rebus ornâſſet, ad vim, atque ad arma deſcenderet; atque ea pars, quæ minus ſibi confideret auxilia à Vercingetorige accerſeret; huic rei præverten-dum

miliâ; cui extra fines excedere non licebat. *Merula.*

Cujuſque eorum clientelas] Sic eſt; ut quiſque quondam in Gallia genere aut opibus amplus erat, ita plures circa ſe ambactos clienteſque habebat. Clientes autem hi iidem, qui ambacti, homines liberi è plebe ob rei familiaris anguſtiam in nobilis alicujus clientelam ac fidem tranſgreſſi, obſtrictique ad certas operas & officia conditionibus quibuſdam. Inter ea, illud vel maximum, uti utriuſque ſortis caſus cum patronis perferrent. Et hinc eſt, quod in concertatione hac ob dignitatem Vergobreti Convictolitani adhærerent ſui, Cotoque ſui clientes; utpote cum utrique ad quævis munia obligati eſſent. De origine autem Gallicarum clientelarum ita diſſerit Cæſar præcedenti lib. VI. *Penè in ſingulis domibus factiones ſunt: earum factionum ſunt principes, qui ſummam autoritatem, eorum judicio, habere exiſtimantur. Quorum ad arbitrium judiciumque ſumma omnium rerum conſiliorumque redeat. Idque ejus cauſa antiquitùs inſtitutum videtur, ne quis ex plebe contra potentiorem auxilii egeret: ſuos enim opprimi quiſque, & circumveniri non patitur. Neque, aliter ſi faciat, ullam inter ſuos habet autoritatem.* Hæc certè quàm proximè ad Romanorum patrocinatum accedunt. Nec tamen non niſi veſanus, inde colligere poteſt, originem clientelarum Celtas Romanis mutuatos. Proculdubio hæc ut pleraque alia in moribus & vivendi ratione, jam ex Aſia in gentium diſperſione Celtæ in Celticam, Græci in Græciam, Itali in Italiam, aliæque gentes in ſuas terras detulerunt. *Montan.*

Pars cum civitatis parte] Civitas hoc loco ſumitur ut plerumque apud Cæſarem pro gente, quæ eâdem linguâ, eodem jure, iiſdemque legibus utitur, unum imperium unumque magiſtratum agnoſcit. Alias etiam, teſte Gellio, pro loco, pro opido, & pro jure quoque omnium, & pro hominum multitudine accipitur. *Idem.*

Huic rei prævertendum] *Huic rei prævertendum*, dixit conſtructione vete-

b

dum exiſtimavit: &, quod, legibus Æduorum, iis, qui ſummum magiſtratum obtinerent, excedere ex finibus non liceret; ne quid de jure, aut legibus eorum diminuiſſe videretur, ipſe in Æduos proficiſci ſtatuit, ſenatumque omnem, & quos inter controverſia eſſet, Decetiam ad ſe evocavit. Quum prope omnis civitas eò conveniſſet, docereturque, paucis clam vocatis, aliô locô, aliô tempore, atque oportuerit, fratrem à fratre renuntiatum; quum leges, duos ex unâ familiâ, vivô utrôque, non ſolùm magiſtratus creari vetarent, ſed etiam in ſenatu eſſe prohiberent; Cotum magiſtratum deponere coëgit: Convictolitanem, qui per ſacerdotes, more civitatis, intermiſſis magiſtratibus, eſſet creatus, poteſtatem obtinere juſſit. Hôc decretô interpoſitô, cohortatus Æduos, ut controverſiarum ac diſſenſionum obliviſcerentur, atque, omnibus omiſſis rebus, huic bello ſervirent; eaque, quæ meruiſſent, præmia ab ſe, devictâ Galliâ, exſpectarent, equitatumque omnem, & peditum millia x ſibi celeriter mitterent, quæ in præſidiis rei frumentariæ cauſa diſponeret; exercitum in duas partes diviſit. IV Legiones in Senones Pariſioſque Labieno ducendas dedit: VI ipſe in

...us uſurpatâ, pro quo nos dicere ſolemus, *hanc rem prævertendam.* Sic & Plautus in Mercat.: *Mandatis rebus præverti volo.* Et in Perſa: *Stultitia eſt, ſi cui bene eſſe licet, eum præverti litibus,* id eſt res mandatas & lites prævertere. Utimur autem hôc verbô activâ voce ac deponentiali. *Glandor.*

Decetiam] Primus Fulvius Urſinus doctiſſimè emendavit hunc locum. Pariſienſis enim codex antea legebat, *ad ſe vocavit*, & antiquus Bibliothecæ Vaticanæ *ad ſe etiam evocavit.* Prædictus verò author deprehendit in Itinerario Antonini mentionem factam opidi cujuſdam *Decetiæ* in finibus Æduorum, & lectionem correxit. Et certè iſte locus fuit, ad quem Cæſar, expugnatô Avaricô, ſe recepit, diremturus controverſiam inter Convictolitanem & Cotum. In itinere, quod Burdigalâ ducitur Auguſtodunum, vocatur apud Antoninum *Deciſæ*, & in aliis *Deccidæ, Decudæ* & *Decide: Decetia* verò alio itinere, quod Auguſtoduno pergit Lutetiam: & mendoſe in itinerariâ tabulâ *Degena.* Hodie vulgo *Deziſa*, opidum eſt Ducatus Nivernenſis, *Duché de Nivernois*, qui Burgundiæ Ducatui concenſeri ſolet. *Montanus.*

Fratrem à fratre renuntiatum] Nempe Cotum à Vedeliaco. *Renuntiari* verò eſt, publicè nuncupari, & audibili voce præconis proclamari, qui in magiſtratu ſuccedat. *Glarean.*

Senones Pariſioſque] Senones populi Galliæ Celticæ, eam Campaniæ partem (vulgo

in Arvernos; ad opidum Gergoviam ſecundum flumen Elaver duxit. Equitatus partem illi attribuit, partem ſibi reliquit. Quâ re cognitâ, Vercingetorix, omnibus interruptis ejus fluminis pontibus; ab alterâ Elaveris parte iter facere cœpit. Quum uterque utrique eſſet exercitus in conſpectu, fereque è regione caſtris caſtra poneret; diſpoſitis exploratoribus, necubi effectô ponte Romani copias tranſducerent; erat in magnis Cæſari difficultatibus res, ne majorem æſtatis partem flumine impediretur; quod non fere ante autumnum Elaver vado tranſiri ſoleat. Itaque, ne id accideret, ſilveſtri loco caſtris poſitis, è regione unius eorum pontium, quos Vercingetorix reſcindendos curaverat, poſtero die cum II legionibus in occulto reſtitit: reliquas copias cum omnibus impedimentis, ut conſueverat, miſit, demptis [quartis] quibuſque cohortibus, uti numerus legionum con-

(vulgò *Comté de Champaigne*) tenuerunt; ubi nunc viſitur civitas Archiepiſcopalis *Sens*, non ita procul Sequanâ. Pariſii autem Senonibus finitimi incoluerunt olim totum illum tractum, qui à porta Pariſienſi (ita vocant Lutetiam incolentes) uſque ad pontem Æſiæ (*Pontoiſe*) & inde Clayam uſque verſus Brienſes extenditur. Pariſiorum urbs totius hodie Galliæ metropolis, eſt Lutetia. *Merula.*

Ipſe in Arvernos] Hoc tempore Arvernorum terra Arvernia, *Le Pais & Duché d'Auvergne*, ſita eſt in locis partim planis, partim montoſis; habet ad orientem Lugdunenſes vicinos; ad meridiem Languedokios; ad occidentem Cadurcos & Lemovices; ad ſeptentrionem Bituricenſes & Boibonios. *Idem.*

Secundum flumen Elaver] Cæſar ſecundum flumen duxit exercitum, propterea quod ſuperare id non poterat. Elaver fluvius Arvernorum, vulgo *Allier*, infra opidum Nivernium, vernaculè *Nevers*, dimidii fere milliaris itinere, ad locum, qui *Conflans* à confluentibus dicitur, Ligeri commiſcetur. *Montan.*

Cum uterque utrique] Dictum *uterque utrique* Græcorum imitatione; ut & illud Terent. Heaut. *Hoc beneficio utrique ab utriſque verò devincimini.* Et Phor. *Uterque utrique eſt cordi.* Hirt. de bell. Alex. *Cum uterque utrique inſidiaretur.* Brant.

Demptis quartis quibuſque cohortibus] Cæſar ſex legiones duxit, cum duabus ex his in occulto reſtitit, quatuor vero præcedere juſſit, ex quibus demptis quartis quibuſque cohortibus, efficiebantur IV cohortes, quæ duarum legionum ſpeciem præbere non poterant. Quare videndum an legi debeat: *demptis quatuor*, aut *quaternis è quibus*, vel *quibuſque cohortibus*. Nam eo pacto cohortes eſſent XVI. quæ duarum legionum etiam plenarum ſpeciem hoſtibus præbere poterant, uti numerus legionum ſex conſtare videretur, & Vercingetorix Cæſarem in occulto reſtitiſſe non ſuſpicaretur. Sic lib. I, de bell. Civil. *Sed primam aciem quaternæ cohortes ex* qua-

conſtare videretur. Iis quàm longiſſimè poſſent progredi juſſis; quum jam ex diëi tempore conjecturam caperet, in caſtra perventum, iiſdem ſublicis, quarum pars inferior integra remanebat, pontem reficere cœpit. Celeriter effectô opere, legionibuſque tranſductis, & locô caſtris idoneô delectô, reliquas copias revocavit. Vercingetorix, re cognitâ, ne contra ſuam voluntatem dimicare cogeretur, magnis itineribus anteceſſit. Cæſar ex eô locô quintis caſtris Gergoviam pervenit; equeſtrique præliô eô die levi factô, perſpectô urbis ſitu; quæ poſita in altiſſimo monte omnes aditus difficiles habebat, de expugnatione deſperavit: de obſeſſione non prius agendum conſtituit, quàm rem frumentariam expedîſſet. At Vercingetorix, caſtris prope opidum in monte

uaque legione tenebant. Faërnus ait hæc ia verba, *demptis quartis quibuſque* non ſſe in duobus libris ſcriptis. Ipſe repoiit, *captis quibuſdam*, atque ita eſt in . C. Cardinalis Borromæi. Hæc Ciaconius: ſed ſanius Hotomannus ſenim apertiſſimum eſſe judicat, & hoc iodo intelligendum: nempe Cæſaem quartam quamque cohortem de uaque legione detraxiſſe. Atque hoc acto è quatuor legionibus, quas præittebat, unius numerum detraxerat. am ſi è quadraginta cohortibus (quiis legiones quatuor conſtabant) quarm quamque cohortem detrahas, efies numerum decem cohortium, id t, unius legionis, ſive hominum inque millium. *Montan.*

Iis quàm longiſſimè poſſent progredi juſ-] Dio lib. 40, hæc verba Cæſaris ſic cepit, quaſi legiones quam longiſſio agmine procedere juſſiſſet. Sic enim : *juſſitque in longum quàm maximè plicato agmine proficiſci; ut totius exerus ſpeciem præberet.* Ego verò puto juſe Cæſarem, ut eo die quàm maximo nere ſe extenderent, ut Vercingeto-, qui ſemper caſtra caſtris opponet, à ponte, quem reficere Cæſar intuebat, longius abeſſet, eoque minus perſentire poſſet. *Ciacconius.*

Iiſdem ſublicis] Falſo igitur ſcribit Dio lib. 40, Cæſarem ratibus ſuum exercitum traduxiſſe. *Montan.*

Pars inferior] Nam Vercingetorix ſuperiorem partem, quoad ſecuris adigi potuerat, reſcindendam curarat. *Hotomannus.*

Quintis caſtris] Id eſt, Caſtris quinquies metatis, ad quem modum T. Livius ſæpenumero loquitur, & cùm ipſe, tum alii hiſtorici eundem à Græcis mutuati ſunt. Ita enim Lucianus in Veris inquit narrationibus: Τριταῖοι εἰς τὸν Ὠκεανὸν ἀπηνέχθημεν, hoc eſt, *tertii*, id eſt, *tribus diebus in Oceanum delati ſumus.* Rhellicanus. Caſtris autem quinquies motis, ſive quintis caſtris, idem eſt ac ſi diceretur quinto die. Nam quod Polybius ἐπὶ τέτταρας ἡμέρας dixit, Livius *quartis caſtris* vertit lib. 21, & quod ille δεκαταῖος, Livius *decimis caſtris.* Cum enim iter faciebant, quotidie caſtra faciebant. *Ciacconius.*

Quæ poſita in altiſſimo monte] Etiam hodieque in Arverniâ, ſemileuca ab Auguſtonemeto, veſtigia hujus Gergoviæ cum veteri appellatione (*Gergoie* enim audit) apparent in edito loco. *Montan.*

V *Sep-*

monte poſitis, mediocribus circum ſe intervallis, ſeparatim ſingularum civitatum copias collocaverat; atqu omnibus ejus jugi collibus occupatis, quà deſpici poterat horribilem ſpeciem præbebat; principeſque earun civitatum, quos ſibi ad conſilium capiendum delegerat primâ luce ad ſe quotidie convenire jubebat; ſeu qui communicandum, ſeu quid adminiſtrandum videretur neque ullum fere diem intermittebat, quin, equeſtı prælio interjectis ſagittariis, quid in quôque eſſet animi ac virtutis ſuorum, periclitaretur. Erat è regione c pidi collis ſub ipſis radicibus montis egregiè munitus atque ex omni parte circumciſus: quem ſi tenerent no ſtri, & aquæ magnâ parte, & pabulatione liberâ pro hibituri hoſtes videbantur. Sed is locus præſidiô ab i non nimis firmô tenebatur. Tamen ſilentiô noctis Ca ſar, ex caſtris egreſſus, prius quàm ſubſidium ex opid venire poſſet, dejectô præſidiô, potitus locô, duas il legiones collocavit; foſſámque duplicem duodenum p dum à majoribus caſtris ad minora perduxit: ut tutò a repentinô hoſtium incurſu etiam ſinguli commeare po ſent. Dum hæc ad Gergoviam geruntur, Convictol tanis Æduus, cui magiſtratum adjudicatum à Cæſa demonſtravimus, ſollicitatus ab Arvernis pecuniâ, cu quibuſdam adoleſcentibus colloquitur: quorum er pri

Separatim ſingularum civitatum] Id eſt, in omnibus jugi collibus, Senones, Pariſios, Pictones, Cadurcos, Turones, Aulercos, Lemovices, Bituriges, Arvernos, Andes, diſcretos inter ſe, & non mixtos, diſpoſuerat. Vox enim civitas, ut ſæpius dictum, apud Cæſarem, multitudinem hominum ſonat, eodem jure, & magiſtratu, iiſdemque legibus utentium. *Idem.*

Horribilem ſpeciem præbebat] Imo quis non horreat ad conſpectum ferociſſimorum hoſtium colles inſidentium? Præſertim cùm Strabo lib. IV, teſtetur, Arvernos hoc in bello, duce Vercingetorige, quadringenta hon num millia habuiſſe. *Idem.*

Dejectô præſidiô, potitus locô] Id e depulſis iis qui præſidio eum locum nebant, ut loquitur Hirt. de bel. Al Idem de bel. Afr. *præſidium inde det bare locumque capere* dixit. ſic lib. 3 l civil. *& noctu militibus expoſitis, pr dium equitum dejecit.* T. Livius lib. *& præſidium Hiſpanorum, quod in caſ erat, vi dejectum.* Aliàs *præſidium* i locus eſt paſſim in his commentar Et apud Ciceron. Tuſc. 3: *qui pro metum præſidium reliquit, quod eſt ig via.* Brant.

Li

rinceps Litavicus, atque ejus fratres, ampliſſimâ fa-miliâ nati adoleſcentes. Cum iis præmium communicat; ortaturque eos, ut ſe liberos, & imperio natos, me-minerint: unam eſſe Æduorum civitatem, quæ certiſſi-mam Galliæ victoriam diſtineat: ejus auctoritate reli-quas contineri; quâ tranſductâ, locum conſiſtendi Ro-manis in Galliâ non fore: eſſe nonnullô ſe Cæſaris bene-ciô affectum; ſic tamen, ut juſtiſſimam apud eum cauſ-am obtinuerit; ſed plus communi libertati tribuere. Cur nim potius Ædui de ſuô jure, & de legibus ad Cæſa-em diſceptaturi, quàm Romani ad Æduos, veniant? eleriter adoleſcentibus, & ratione magiſtratus, & præ-miô deductis, quum ſe vel principes ejus conſilii fore rofiterentur; ratio perficiendi quærebatur; quod civi-

tatem

Litavicus] Qui hic in commentariis æſaris *Litavicus*, idem in annalibus *udovicus*, & à nobis hodiè *Lodovicus* l *Ludovicus*, appellatur; quod nomen hil aliud ſonat, quam *refugium & a-um populi*. *Leodes* enim priſcâ dialecto ſtrâ, populos indicat: & inde nos yden vel Lieden fecimus. Ait Gre-rius Turonenſis medii ævi ſcriptor: *e à Leodibus ſuis defenſatus eſt*: id eſt, opulo vel ſubditis ſuis. Et Aimoinus viter immutatâ literâ: *Omnes Leudi itatem ejus cernentes, vehementer ama-runt*. Idem: *Chriſti ſacerdotibus humi-n ſe præbens, Leudis ſuis benevolum, tibus externis pacatum*. Addit Lipſius x quo hæc deſumpta) hinc etiam pe-dam originem etymologicam civi-is Luydijck ſeu (ut plerumque con-ctè effertur) Luyck: quod nihil aliud nificat, quàm populi aggerem: vox um compoſita eſt à Leode & Dyck. m, *Leodes* populos eſſe antiquâ noſtrâ guâ, probatum, & Dijck hodie agge-n, notiſſimum. Sed hæc extra oleas. *ontan.*

Hortaturque eos &c.] Suaſoria eſt, qua primùm loco honeſtatis utitur; m ait: libertati ac imperio eos natos e, ideoque turpiſſimum eis fore, ſi ſe non ex Romanorum ſervitute in liber-tatem vindicent. Deinde per occupatio-nem diluit, quod ab adverſario objici poterat: videlicet eum Cæſari malam gratiam pro beneficiô in ipſum collatô reddere. Fatetur itaque ſe beneficio af-fectum, ſed in juſtâ causâ: ideoque ſe pluris facere communem totius patriæ libertatem, quam privatum vel benefi-cium, vel amicitiam Cæſaris. *Rhellican.*

Diſtineat] *Diſtinere*, remorari eſt. Virg. 11 Æneid.

——— *dum diſtinet hoſtem*
Agger murorum, nec inundant ſan-
guine foſſæ.

Ad Cæſarem diſceptaturi] Urſino & Faëno placet ex antiquo lib. *Diſcepta-torem*. Ego idem video in lib. Steph. Neque tamen acquieſco. Nam utrô-cunque modô addendum eſſet, *De ſuo*, hoc modo: *Quam Romani de ſuo ad Æduos*. Itaque vocem *Romani* tollen-dam arbitror, ut ſit ſenſus: Cum de ju-re & legibus Æduorum ageretur, quid ita judicium ejus rei potius penes Cæ-ſarem, quàm penes ipſos Æduos fuiſ-ſet; Significat Cæſarem ea de re judi-câſſe, quæ non fuerat ipſius judicii: ac propterea ei acceptum magiſtratum ferri non debere. *Hotoman.*

tatem temere ad ſuſcipiendum bellum adduci poſſe nor confidebant. Placuit, ut Litavicus decem illis millibus quæ Cæſari ad bellum mitterentur, præficeretur; atqu ea ducenda curaret, fratreſque ejus ad Cæſarem præ currerent: reliqua quâ ratione agi placeat, conſtituunt Litavicus, acceptô exercitu, quum millia paſſuum cir citer xxx ab Gergoviâ abeſſet, convocatis ſubitò mili tibus, lacrimans: Quò proficiſcimur, inquit, milites Omnis noſter equitatus, nobilitas omnis interiit; prin cipes civitatis Eporedorix, & Virdumarus inſimula proditionis ab Romanis, indictâ cauſsâ, interfecti ſun Hæc ab iis cognoſcite, qui ex ipsâ cæde fugerunt. Nar ego, fratribus atque omnibus propinquis meis interfe ctis, dolore prohibeor, quæ geſta ſunt, pronuntiar Producuntur ii, quos ille edocuerat, quæ dici vellet atque eadem, quæ Litavicus pronuntiaverat, multitu dini exponunt: multos equites Æduorum interfectos quod collocuti cum Arvernis dicerentur; ipſos ſe inte multitudinem militum occultâſſe, atque ex mediâ cæc profugiſſe. Conclamant Ædui, & Litavicum obſecran ut ſibi conſulat. Quaſi verò, inquit ille, conſilii ſit re ac non neceſſe ſit nobis Gergoviam contendere, & cu Arvernis noſmet conjungere? An dubitamus, quin nefariô facinore admiſsô, Romani jam ad nos interf ciendos concurrant? Proinde, ſi quid in nobis anir eſt, perſequamur eorum mortem, qui indigniſſin interierunt: atque hos latrones interficiamus. Oſtenc

civ

Millia paſſuum circiter xxx] Ergo aberat Litavicus ſeptem milliaria communia & dimidium à caſtris Cæſaris: quatuor etenim millia paſſuum efficiunt unum milliare commune. Veteres per paſſus itinerum menſuram colligebant. *Montan.*

Quò proficiſcimur] Oratio inſidioſa eſt, habetq; exordium abruptum, & ab interrogatione ductum, quale convenit dolore & indignatione plenis. *Glan*

Eporedorix] Cluverius in inveſti tione etymologiæ nominis hujus ſ ingenioſus eſt: Dicit enim quond Gallis id fuiſſe, quod nunc Germa ſuperioribus Pferd & Pferderich, probat, literam *E* euphoniæ gratiâ à I mano ore in principio appoſitam ex Plutarcho, apud quem pro Cæſ *Eporedorix* ſcribitur *Poredorax*. Mont

P

cives Romanos, qui ejus præſidii fiduciâ unà erant. Continuò magnum numerum frumenti, commeatuſque diripit, ipſos crudeliter excruciatos interficit: nuntios tota civitate Æduorum dimittit: eôdem mendaciô, de cæde equitum & principum, permovet: hortatur, ut ſimili ratione, atque ipſe fecerit, ſuas injurias perſequantur. Eporedorix Æduus ſummô locô natus adoleſcens, & ſummæ domi potentiæ, & unà Virdumarus, pari ætate & gratiâ; ſed genere diſpari; quem Cæſar ſibi ab Divitiacô tranſditum ex humili locô ad ſummam dignitatem perduxerat, in equitum numerô convenerant, nominatim ab eô evocati. His erat inter ſe de principatu contentio: & in illâ magiſtratuum controverſiâ alter pro Convictolitane, alter pro Coto ſummis opibus pugnaverat. Ex iis Eporedorix, cognitô Litavici conſiliô, mediâ fere nocte rem ad Cæſarem defert; orat, ne patiatur, civitatem pravis adoleſcentium conſiliis, ab amicitiâ populi Romani deficere: quod futurum provideat, ſi ſe tot hominum millia cum hoſtibus conjunxerint, quorum ſalutem neque propinqui negligere, neque civitas levi momentô æſtimare poſſet. Magnâ affectus ſollicitudine hôc nunciô Cæſar; quod ſemper Æduorum civitati præcipuè indulſerat, nullâ interpoſitâ dubitatione, legiones expeditas IV, equitatumque

Præſidii fiduciâ unà erant.] Commeamque in Cæſaris caſtra deportabant. *Hotoman.*

Continuo magnum numerum frumenti] ulo ſuperius dicit Cæſar, equitatum nnem & peditum decem millia ab duis petita, quæ in præſidiis rei fruentariæ diſponerentur. Unde colligo em frumentum à Litavici exercitu ceptum eſſe. *Rhellican.*

In equitatum numero convenerant] Suppe, *qui Cæſari ab Heduis auxilio erant* ſſi. Mont.

Nominatim ab eo] Suppleto, *Cæſare* ocati, haud dubiè eam ob cauſam (ut ipſe Cæſar ſubjungit) quod parum bene inter ipſos conveniret: & quod ſperaret ipſius conſuetudine atque impulſu fieri poſſe, ut in concordiam redirent. *Rhellican.*

Legiones expeditas IV] En celeritatem Cæſaris. Ad Gergoviam ille nunciô acceptô de Æduorum defectione, poſt mediam noctem legiones has, & omnem equitatum educit: paſſuum millia XXV progreſſus, agmen Æduorum conſpicit, moratur, in deditionem accipit: tribuſque horis nocturnis, exercitui ad quietem datis, ſummô ſtudiô militum, ante ortum ſolis, in caſtra redit.

que omnem ex caſtris educit. Nec fuit ſpatium tali tem pore ad contrahenda caſtra : quod res in celeritate po ſita eſſe videbatur. C.Fabium legatum cum legionibus ſ caſtris præſidio relinquit. Fratres Litavici, quum com prehendi juſſiſſet : paullo ante reperit ad hoſtes profu giſſe. Adhortatus milites, ne neceſſariô tempore itine ris labore permoveantur ; cupidiſſimis omnibus, pro greſſus millia paſſuum xxv, agmen Æduorum conſpica tus, immiſsô equitatu, iter eorum moratur atque im pedit : interdicitque omnibus, ne quemquam interf ciant. Emporedorigem & Viridumarum, quos illi in terfectos exiſtimabant, inter equites verſari, ſuoſqu appellare, jubet. Iis cognitis, & Litavici fraude pe ſpectâ, Ædui manus tendere, & deditionem ſignific re, & projectis armis, mortem deprecari incipiun Litavicus cum ſuis clientibus, quibus nefas more Ga lorum eſt, etiam in extremâ fortunâ deſerere patrono Gergoviam profugit. Cæſar, nunciis ad civitatem Æ duorum miſſis, qui ſuô beneficiô conſervatos doceren quos jure belli interficere potuiſſet, tribuſque horis no ctis exercitui ad quietem datis, caſtra ad Gergovia movit. Mediô fere itinere, equites à Fabio miſſi, quan tô res in periculô fuerit, exponunt : ſummis copiis c ſt

Ita quinquaginta millia confecit à mediâ nocte ad diei alterius initium : ſed, quod ſanè mirum, rebus gerendis & hoſte impeditus. *Lipſius.*

Ad contrahenda caſtra] Anguſtioribus finibus circumvallanda. Nam quod pauci relicti fuerant, contractior eſſe circummunitio debebat. Cujus rei prætermiſſio magnum, ut poſtea intelligetur, caſtris periculum attulit. *Hotoman.*

C. Fabium Legatum] Hic eſt ille Fabius, quem Cæſar lib.v, cum una legione in Morinos miſit, quique poſtea ab eodem in Hiſpaniam præmiſſus, præſidia L. Afranii Pyrenæo ſaltu dejecit. Erat ex gente Fabiâ, patriciâ majorum gentium, admodum antiqua, & Aboriginibus primis Latii populis riunda. Imo autorem gentis Fabiæ fâbis ſic dicta eſt) Herculem fuiſſe runt. *Montan.* Legatus autem apud R manos erat, qui imperatori adjunct primò non tam ad imperandum, qu conſulendum, fuit : inde & nomen gati, quod ſenatus quoſdam ad Duce è primoribus in caſtra legabat, mili gnaros, quorum operâ & conſiliô u retur. Singulis legionibus plerumc ſinguli attributi. Licet interdum p res paucioreſque eſſent, ut ſenatui ſum, aut ut bellum & res poſceb *Lipſius.*

Iiſd

ſtra oppugnata demonſtrant: quàm crebrò integri defeſſis ſuccederent, noſtroſque aſſiduô labore defatigarent, quibus, propter magnitudinem caſtrorum, perpetuò eſſet iiſdem in vallô permanendum: multitudine ſagittarum, atque omnis generis telorum multos vulneratos: ad hæc ſuſtinenda magno uſui fuiſſe tormenta: Fabium diſceſſu eorum, duabus relictis portis, obſtruere ceteras, pluteoſque vallo addere, & ſe in poſterum diem ſimilem ad caſum parare. Iis rebus cognitis, Cæſar ſummô ſtudiô militum, ante ortum ſolis in caſtra pervenit. Dum hæc ad Gergoviam geruntur, Ædui, primis nunciis à Litavico acceptis, nullum ſibi ad cognoſcendum ſpatium relinquunt. Impellit alios avaritia, alios iracundia & temeritas, quæ maximè illi hominum generi eſt innata, ut levem auditionem habeat pro re compertâ. Bona civium Romanorum diripiunt, cædes faciunt, in ſervitutem abſtrahunt. Adjuvat rem proclinatam Convictolitanis, plebemque ad furorem impellit:

Iiſdem in vallo] Qui locum hunc non ntelligebant, ita mutârunt, *iiſdem eodem n vallo.* Imperitè: nam *quibus iiſdem*, hoc ſenſu dixit, cum propter paucitatem ſemper iidem pugnarent, neque defeſſis integri ſubmitti poſſent. *Hotoman.* Erat autem vallum ex ceſpite & ſudibus ggeſtis, ad labrum interius foſſæ, tanquam murus, tantæ craſſitudinis, ut nullô telô tormentôque trajici poſſet: n eô firmæ ſtationes diſponebantur, i quando hoſtis propinquus erat. *Alexander ab Alexandro.*

Duabus relictis portis] Lipſius legit, *duabus retentis portis*, & optimè quidem: nam hoc Cæſar vult, Fabium, propter penuriam militum & magnitudinem caſtrorum, duas portas obſtruxiſſe, duaſque retinuiſſe: Romana enim caſtra quatuor portas habebant, Prætoriam ſive quæſtoriam, Decumanam, Principalem, & Quintanam. *Montan.*

Pluteoſque vallo addere] Non abſonum eſſe aut nimis futile, judicat Lipſius, ſi locus hic hôc modô explicetur. Nempe pluteos à Fabio antepoſitos præfixoſque vallo, contra reſciſſionem aut demolitionem, quam falcibus talique apparatu ſolent moliri. Sed melius nihilominus ſibi conſtat ſenſus (ut ipſe dictus autor fatetur) ſi ita ſumas, quaſi Fabius ſepes craticeas aut ligneas ſtruxerit, poſt quas milites tuti laterent: ex materia enim hac vineæ & plutei; & eôdem quidem fine: nempe ut tela his inhærerent, aut ſaltem frangerentur. Creber vero pluteorum uſus, tum quia maximè utiles, tùm quia facili labore confecti. *Montan.*

Quæ maxime illi hominum generi innata] *Illi hominum generi.* Id eſt, Gallis omnibus. Supra enim lib. 4, hæc Gallicæ conſuetudinis eſſe dicit, ut levibus rumoribus, & auditionibus permoti, de ſummis ſæpe rebus conſilia ineant, quorum eos è veſtigio pœnitere neceſſum ſit. *Rhellic.*

lit: ut, facinore admiſsô, ad ſanitatem reverti pudeat. M. Ariſtium tribunum mil. iter ad legionem facientem, fide datâ, ex opidô Cabillonô educunt: idem facere cogunt eos, qui negotiandi cauſsâ ibi conſtiterant. Hos

M. Ariſtium Tribunum militum] Hic eſt haud dubiè Ariſtius ille, cui poſtea Proconſuli ſcripſit Cicero, ut eſt videre lib. 13 epiſtolarum, etſi perperam ibi non *Ariſtio*, ſed *Ariſto* legatur. *Glandor.* Dicti autem Tribuni, teſte Vegetio, *à Tribu tribuendoque jure: quia præſunt militibus, quos ex tribu primus Romulus legit.* Munus eorum erat caſtrorum & exercitus curam agere, ne ſine munimento, ſine cuſtodiis ſint, pervigiles excubias jubere, milites ad ſolenne jusjurandum adigere, ſtationem in caſtrorum principiis habere, in contumaces milites Romani vel Latini nominis, non virgis, ut prætores & conſules, ſed vitibus; in externos fuſtibus animadvertere. *Montan.*

Ex opido Cabillono] Variè nomen hujus opidi legitur apud veteres. Bedæ & Adoni *Cabillo* appellatur; *Cabellio*, Antonini itinerario, ubi *Legio* XIII illi tribuitur, & Pomponio Melæ; *Cabillio* Itinerariæ Tabulæ; Καβυλλῖνον Straboni ἐπὶ τῷ Ἄραρι, lib. IV; *Cabillonus*, Ammiano lib. XV. *Cabillonum* Sidonio Apollinari lib. IV, Epiſt. XXV. *Caballodunum* in notitia imperii, ubi: *In Provincia Lugdunenſi prima præfectus claſſis Araricæ, Caballoduno. Caballionenſe Caſtrum* in notitia Provinciarum Galliæ ſub Lugdunenſi prima. Καβελλιὼν Κολώνια Ptolemæo. Hodie vulgo *Challon ſur Saone*, non *Chiallon* ut Glandorpius & Rhellicanus ſcribunt, nec *Chaalon*, ut alii: nam hoc eſt, teſte Scaligero, *Catalaunum*. Quis condiderit, non conſtat. Diſplicet fabula de tribus Heroïbus, eorumque torquibus: in Gynæceo nata. Sita eſt ad dextram Araris ripam; agri uberrimi cœlique ſaluberrimi. Eximiè felix, convehendis ſecundo Arari mercimoniis idonea; unde ab Cæſare commeatui parando, exercituique, qui ſæpe in plures diſtractus erat partes, diſtribuendo dilecta: ut ſub finem hujus lib. VII. Majorem olim fuiſſe, teſtantur antiqua rudera. Rerum potiente apud Francos Hlodovæo, concilium hic habitum legitur ab Chriſtianis Antiſtitibus. Regiam hic ſedem habuit Guntchrannus Hlotharii I filius, Chereberti Francorum regis frater, Aurelianenſium Princeps, qui eam ſupra modum variis ædificiis ornavit; in S. Marcelli cœnobio ibi conditus. Evertit contra, cum quatuor ſuburbiis, Hlotharius, Ludovici Pii Auguſti filius, quum in Italiam ſolum vertere cogeretur; Auguſtô Patre ex cœnobio ad regni gubernacula ab optimatibus retractô. Primarium templum conſecratum olim ſub nomine *D. Stephani*; hodie *D. Vincentio*, quod ejus ibi reliquiæ ab Hhildeberto I conditæ, dicatum. Eſt & templum *D. Georgii*: quod, quo tempore urbs ab Hlothario vaſtata, nullis incendii facibus aut tormentis unquam dejici potuiſſe memoratur. Hodie Civitas pro dimidia tantum parte Epiſcopi eſt; pro altera Regis, ut *Burgundiæ* Ducis. In duas enim diviſa juriſdictiones, habet & Curiam Judicialem Caſtelli, quæ regia eſt; & Epiſcopæi Collegiique Canonicorum Cathedralium in qua Epiſcopalis Nomarcha jus dicit. *Merula.* Ex hâc urbe originem traxit magnus ille Renatus, vulgo *René de Challon*. Primus enim Joannes Dominus Cabilloni, Ludovici patris unicus hæres, ductâ in uxorem Mariâ Bauſſiâ Reinoldi Bauſſii Arauſiorum principis filiâ & hærede, principatum hunc Arauſionenſem familiæ ſuæ adjunxit. Inde continuâ ſerie uſque ad Claudiam Philiberti ſororem, in eâ familiâ uterque dominatus manſit. Illa autem Henrico Comiti Naſſavio nupta, peperit

Hos continuò in itinere adorti, omnibus impedimentis exuunt; repugnantes diem noctemque obſident, multis utrimque interfectis, majorem multitudinem ad arma concitant. Interim, nunciô allatô, omnes eorum milites in poteſtate Cæſaris teneri, concurrunt ad Aritium: nihil publicô factum conſiliô demonſtrant: quæſtionem de bonis direptis decernunt: Litavici, fratrumque bona publicant: legatos ad Cæſarem, ſui purgandi gratiâ mittunt: hæc faciunt, recuperandorum ſuorum causâ: ſed contaminati facinore, & capti compendiô ex direptis bonis, quod ea res ad multos pertinebat, & timore pœnæ exterriti, conſilia clam de bellô inire incipiunt, civitateſque reliquas legationibus ſollicitant. Quæ tametſi Cæſar intelligebat, tamen, quàm mitiſſimè poteſt, legatos appellat: nihil ſe, propter inſcientiam levitatemque vulgi, gravius de civitate judicare, neque de ſuâ in Æduos benevolentiâ deminuere. Ipſe majorem Galliæ motum exſpectans, ne ab omnibus civitatibus circumſiſteretur, conſilia inibat, quemadmodum à Ger-

erit dictum Renatum; qui ab avunculo Philiberto, Claudiæ matris fratre, adoptatus eſt, & Arauſiorum princeps nominatus. Is deinde patruelem Guilielmum, cognomento divitem, comitem Naſſaviæ, patremque Guilielmi, atavicæ libertatis vindicis, hæredem inſtituit. Ab illo poſtea ad grandem heroa Mauritium, & à Mauritio, ſine legitimâ prole mortuo, ad fratrem Fredericum Henricum, ſtupendis cum laudis & immortali gloriâ defunctum, principatus hic devolutus eſt. In cujus locum ſuffectus filius Guilielmus, regalibus tædis Mariæ illuſtris; at patriæ in flore ætatis præproperò fatô ſurreptus. Quidem majori leſſu proſequeremur illud funus, niſi poſthumus filius tenerâ ætate magna promitteret Fœderatis Belgis, & in avitarum paternarumque virtutum ac ſimul bonorum unicus hæres ſuccreſceret. Ignoſcat lector ſi commentatoris leges tranſgreſſus ſim: peccavit amor: qui, fortaſſe ſatis importunè, prolixiora hæc expreſſit. *Montanus.*

Quæſtionem decernunt] Apparet, Quæſtionis nomine, non tantum judicium, & cognitionem ipſam judicum ſignificari: verùm etiam inquiſitionem criminum, quæ judicium antecedit: quam Pragmatici noſtri vulgò Informationem appellant. *Hotoman.*

Capti compendio] Id eſt, adducti & inſtigati quæſtu direptorum bonorum. *Montan.* Compendium propriè eſt id quod parſimoniâ quâdam ſervamus: ſicut è contrario diſpendium, quod vel incuriâ vel immoderatione diſpendimus. Aliàs etiam compendium, in quo brevitas cum utilitate eſt, quales ſunt libri in quibus breviter materia colligitur. *Calepinus.*

à Gergovia diſcederet, ac rurſus omnem exercitum con traheret; ne profectio nata à timore defectionis ſimili fugæ videretur. Hæc cogitanti accidere viſa eſt faculta bene rei gerendæ. Nam quum minora in caſtra, operi perſpiciendi cauſsâ, veniſſet, animadvertit, collem qui ab hoſtibus tenebatur, nudatum hominibus, qu ſuperioribus diebus vix præ multitudine cerni poterat Admiratus, quærit ex perfugis cauſſam: quorum magnu ad eum quotidie numerus confluebat. Conſtabat inte omnes, quod jam ipſe Cæſar per exploratores cognove rat, dorſum eſſe ejus jugi prope æquum; ſed ſilveſtr & anguſtum, quà eſſet aditus ad alteram partem opidi Vehementer huic illos loco timere: nec jam aliter ſentire unô colle ab Romanis occupatô, ſi alterum amiſiſſent quin pene circumvallati, atque omni exitu & pabulatione intercluſi viderentur. Ad hunc muniendum locum omnes à Vercingetorige evocatos. Hâc re cognitâ, Cæſar mittit complures equitum turmas eò de mediâ nocte. Iis imperat, ut paullo tumultuoſius omnibus in locis pervagarentur. Primâ luce magnum numerum impedimentorum ex caſtris mulorumque produci, éque ii ſtra-

Rurſus exercitum contraheret] Subobſcurus locus: nam anteà neque exercitum contraxerat, & de contrahendis tantùm caſtris erat locutus. Exercitum autem diſtraxerat. Nam è ſex legionibus quatuor ſecum abduxerat. Verùm hoc non eſt omnem exercitum diſtrahere, ſed partem duntaxat. *Contrahere* ergo dixit, pro *revocare*. Hotoman.

Dorſum eſſe] Veteribus dicebatur dorſus in genere maſculino & fœminino. Plautus in milite: *Timeo quid rerum geſſerint, ita dorſus tota prurit*. Montan.

Vno colle ab Romanis] Paulo ſuperius Cæſar inquit, è regione opidi collem ſub ipſis radicibus montis egregiè munitum, dejectô adverſariorum præſidiô, à ſe occupatum eſſe. Timebant ergo Galli, ne alterum adhuc reſiduum collem occuparet, eoſque dein toto circumvallaret. *Rhellican.*

Equitum turmas] Turma quaſi ter ma, triginta equites, hoc eſt, tres decu rias & decuriones tres vetuſto more re cipit, qui honore præſtant & ordine. E tribus enim centuriis Ramnenſi, Ta tienſi & Luceri, (quas à primâ origin ad belli paciſque munia Romulus in ſtituerat) triginta equites ſingulis con ficiendis turmis ſcribere ſolitus fuit, e que eâ lectione turmæ conſtitutæ. Sc turma ex equitibus, centuria fit ex pe ditibus. *Alexand. ab Alexandro.*

Magnum numerum impedimentorum ex caſtris] Fulvius Urſinus ſuo vetuſt libro inſignem lacunam hic replet: nam in eô ſic eſſe ſcriptum affirmat: *magnum numerum impedimentorum ex caſtris mulorum*

ſtramenta detrahi, mulioneſque cum caſſidibus, equi-tum ſpecie ac ſimulatione, collibus circumvehi jubet. His paucos addit equites, qui latiùs oſtentationis cauſsâ vagarentur. Longô circuitu eaſdem omnes jubet petere regiones. Hæc procul ex opidô videbantur, ut erat à Gergoviâ deſpectus in caſtra: neque tantô ſpatiô, certi quid eſſet, explorari poterat. Legionem unam eôdem ugô mittit, & paullum progreſſam inferiore locô con-ſtituit, ſilviſque occultat. Augetur Gallis ſuſpicio: at-que omnes illò munitionum copiæ tranſducuntur. Va-cua caſtra hoſtium Cæſar conſpicatus, tectis inſignibus ſuorum, occultatiſque ſignis militaribus, raros milites, ne

rumque produci, neque iis ferramenta de-rahi. Sed quæ fuerint *ferramenta*, quæ ne detraherentur mulis Cæſar juſſit, ne-que ipſe tradit, & neſcire me fateor. xiſtimo eam vocem eſſe corruptam, & *ſtramenta* eſſe legendum, ut locus Livii lib. 7 oſtendit: *Dictator ſolerti animo em novam excogitat, qua deinde multi no-ſtri atque externi Imperatores, noſtra quo-que quidam ætate uſi ſunt. Mulis ſtrata letrahi jubet, biniſque tantum centuncu-is relictis, agaſones partim captorum, par-im ægrorum armis ornatos imponit.* Et lib. 10. *Coſ. Sp. Nautium mulos detractis cli-ellis cum cohortibus alaribus in tumulum onſpectum propere circumducere jubet.* Quare videndum an legi debeat: *atque is ſtramenta detrahi. Stramenta* autem ppellat clitellas. Apuleius lib. 7, de a-ino: *illico diſturbato geſtamine, nonnum-quam etiam ſtramentis abjectis furens in-currit.* Idem videndum an legi debeat pro *impedimentorum, jumentorum.* Infra nim ſic habet: *arma proferri, jumenta produci,* DC *obſides dari jubet.* Ciaccon.

Mulioneſque] Mulio eſt, qui mulos clitellarios ſive quadrigarios ducit. Ju-venal. Satyr. 3:

Nam mihi commotâ jamdudum mu-lio virgâ.

Eſt præterea mulio genus culicum. Pli-nius lib. 11, cap. 18. *Impugnant eas na-ura ejuſdem degeneres veſpæ, atque cra-brones, & è culicum genere, qui vocan-tur Muliones.* Calepinus.

A Gergovia deſpectus in caſtra] Ger-govia enim in edito colle erat ſita, ut Cæſar paulo ante teſtatur: à quo Strabo non diſſentit, qui eam ἐφ' ὑψηλοῦ ὄρους collocat: & hodie etiam rudera ejuſ-dem in editô locô, quemadmodum jam ſtatim dictum, apparent. Gergo-via autem Straboni Γεργοΐα· Poliæno Γεργοβία· Dioni Γεργοθυῖα. Et nunc vulgo *Gergoie* dicitur. Opidum eſt in-ferioris vel plani Arvernii, *le bas Païs d'Auvergne*, ſemileucâ ab Auguſtone-meto. Quô locô quondam auguſta hæc urbs fuit, eô hodie paſſim disjecta vi-ſuntur rudera, (teſte Merula,) lateres, & coagmentati cæmentorum acervi. *Montan.*

Tectis inſignibus ſuorum, occultatiſque ſignis] Inſignia apud Romanos varia & pro dignitate militum diſtincta. Sic in-ter alia, Centuriones tranſverſis & ar-genteis galearum criſtis utebantur, ſi-gniferi galeis urſinis pellibus tectis, pi-lani lupinis exuviis, triarii, principes & haſtati pennigeris coronis, penniſ-que puniceis cubitali longitudine eaſ-dem ornabant. Erant itaque ornamen-ta, quibus inter ſe dignoſcebantur. De quibus proculdubio Cæſar hic mentio-nem facit: nam de conſpectioribus & eminentioribus tantummodo inſigni-bus

ne ex opidô animadverterentur, ex majoribus caſtris in minora tranſducit: legatiſque, quos ſingulis legionibus præfecerat, quid fieri vellet, oſtendit: in primis monet, ut contineant milites, ne ſtudiô pugnandi, aut ſpe prædæ longius progrediantur. Quid iniquitas loci habeat incommodi, proponit. Hoc unâ celeritate poſſe vitari. Occaſionis eſſe rem, non prælii. His rebus expoſitis, ſignum dat, & ab dexterâ parte aliô adſcenſu eôdem tempore Æduos mittit. Opidi murus ab planicie, atque initio adſcenſus, rectâ regione, ſi nullus anfractus intercederet, ∞ CC paſſus aberat. Quidquid huic circuitus ad molliendum clivum acceſſerat, id ſpatium itineris augebat. A medio fere colle in longitudine, ut natura montis ferebat, ex grandibus ſaxis VI pedum murum, qui noſtrorum impetum tardaret, præduxerant Galli; atque, inferiore omni ſpatiô vacuô relictô, ſuperiorem partem collis uſque ad murum opidi denſiſſimis caſtris compleverant. Milites ſignô datô, celeriter ad munitionem perveniunt, eamque tranſgreſſi trinis caſtris potiuntur. Ac tanta fuit in capiendis caſtris celeritas, ut Theutomatus rex Nitiobrigum ſubitò in

bus eum loqui contextus hiſtoriæ ſatis ſuperque innuit. Cum autem ſigna etiam militaria diverſa fuerint, hoc loco muta iſta intelligi debere certum eſt: quæ haſtæ erant argentatæ, in quarum faſtigio tranſverſum ligneolum in modum crucis, & ſæpe cum manu eminente; tum etiam orbiculi quidam, vel clypeoli infra crucem haſtæ annexi; nempe ex argento vel auro imagines Deorum Romuli taliumque, & ab hoc exemplo deinde etiam Imperatorum. Aliàs quoque ſigna vel vocalia erant, ſicut in vigiliis, quæ voce humanâ pronuntiantur: vel ſemivocalia quæ per cornua, tubas, aut buccinas dantur. Sed hæc utraque non ſunt hujus loci. *Montanus.*

Signum dat] Nempe prælii: quod triplex fuit, vexillum, tuba, & teſſera. *Idem.*

Alio adſcenſu] Supple, quàm Romani ac reliqui Cæſaris milites aſcenderant. *Idem.*

Nullus anfractus] *Anfractus* ſunt circuitus & flexus viarum, aliarumque quarumvis rerum circuitates. Sic Plinius, *convoluta in anfractum cornua* generi arietum; & Silius Italicus *ſinuato anfractus* pelago tribuit. *Glandor.*

Spacium itineris augebat.] Non puto Cæſarem adeo jejunè de re perſpicua ſcripſiſſe: ſed aliquid ad ſpacium deſignandum addidiſſe, veluti *altero tanto*, vel *vehementer*, vel aliquid ejuſmodi. *Hotomann.*

Denſiſſimis caſtris] Confertiſſimis tentoriis & tabernaculis. *Idem.*

Cor-

n tabernaculo oppreſſus, ut meridie conquieverat, ſu- ɔeriore corporis parte nudatâ, vulneratô equô, vix ſe x manibus prædantium militum eriperet. Conſecutus d, quod animo propoſuerat, Cæſar receptui cani juſ- it: legioniſque decimæ, quâ cum erat concionatus, ſi- na conſtitere. At reliquarum milites legionum, non ex- uditô tubæ ſonô, quod ſatis magna vallis intercedebat, amen à tribunis militum legatiſque, ut erat à Cæſare ræceptum, retinebantur. Sed elati ſpe celeris victo- iæ, & hoſtium fugâ, ſuperiorumque temporum ſecun- dis

Corporis parte nudata] Thorace de- oſito; quod pectoris munimentum at. *Idem.*

Receptui cani] Obtinebat mos in Ro- ianâ militiâ, ut quoties movenda e- ınt ſigna caſtrave, & ad reliqua belli ıunia, ſoli cornicines ſignum darent: xcubias verò, ſomnique & vigiliarum mpora, buccinâ deſignarent. Si au- m legiones ducendæ in hoſtes, & a- e decernendum foret, aut receptui ınendum; ut cornua & tubæ eodem ɔncentu canerent. *Alexander ab Ale- andro.*

Legionis decimæ, quâ cum erat concio- itus] Admodum ſe torquent docti rca hunc locum. Hotomannus non ıbitat mendum ſubeſſe: nam concio- ındi, ait, certè tempus tum non fuit. eponit ille *commoratus*, probatq; iſtam ctionem, quia paulo poſt ſequitur, *ipſe ulum ex eo loco cum legione progreſſus, i conſtiterat, eventum pugnæ exſpecta- ıt.* Rhellicanus tria hic obſervanda di- t. Primum, quod ſignum indipi- endæ pugnæ per tubæ cantum dari ſo- um ſit; quod *Claſſicum canere* vocant: contra dum milites à pugnando re- ɔcabantur, *Receptus* dicebatur *cani*, ſcilicet ſe in ſua reciperent. Deinde eo nimirum decimæ legionis ſigna, ıditô tubæ ſonô, primum omnium ɔnſtitiſſe; quod Cæſar illam (ut ſu- a lib. 1, apparet) Prætoriæ cohortis co habuit, eamque ob cauſam vero non diſſimile eſt, ab eo haud procul ſemper abfuiſſe. Poſtremò quum ait, *ſe cum eadem legione concionatum*; aut ita capiendum eſt, quod propter vici- niam verba ad milites fecerit, eoſque à pugnæ flagrantiâ revocaverit: aut quod *Concionari* hôc locô tubâ militum con- cioni ſignum dare, ac receptui canere ſignificet. Quorum poſterius ut magis probem, adverſativa particula *At*, quæ mox ſequitur, facit. Si enim reliqua- rum legionum milites tubæ ſonum propter loci diſtantiam exaudire non poterant, ideoque nec conſiſtebant, decimæ nimirum legionis cohortes (ob ſpacii propinquitatem) confeſtim tubæ cantum exaudiverunt, eôque moti, tan- quam concio ad ipſos per imperatorem habita eſſet, à pugnâ deſtiterunt. Ego autem bono jure lectionem hanc, *quâ cum erat concionatus*, rejiciendam arbi- tror, cum (ut rectè judicat Hotoman- nus) quod concionandi tempus haud erat: tum quia *concionari cum legione* longè abeſt (quemadmodum Lipſius ait) à purâ Cæſaris dictione. Aliàs enim loqui ſolet, *concionari apud exercitum aut legionem.* Optimè itaque reponitur ex Codice Carrarienſi, Pariſienſi & Gryphiano, à Brantio, Lipſio & M. Bruto, *quâ tum erat comitatus.* Cui correctioni non parum ſuffragatur, quod Cæſar antea dixit; legionem hanc decimam prætoriæ cohortis loco à ſe habitam. *Montan.*

Veſtem

dis prælìis, nihil adeo arduum ſibi exiſtimabant, quo non virtute conſequi poſſent, neque prius finem ſequendi fecerunt, quàm muro opidi portiſq; appropinquârunt. Tum verô ex omnibus urbis partibus, ortô clamore, qui longius aberant, repentino tumultu perterriti, quum hostes intra portas eſſe exiſtimarent, ſeſe ex opidô ejecerunt. Matresfamilias de muro veſtem argentumque jactabant, & pectore nudô prominentes, paſſis manibus obteſtabantur Romanos, ut ſibi parcerent; neu, ſicut Avarici feciſſent, ne mulieribus quidem atque infantibus abſtinerent. Nonnullæ de muris per manus demiſſæ, ſeſe militibus tranſdebant. L. Fabius centurio legionis VIII, quem inter ſuos eô die dixiſſe conſtabat excitari ſe Avaricenſibus præmiis, neque commiſſurum, ut prius quiſquam murum adſcenderet, tres ſuos nactus manipulares, atque ab iis ſublevatus murum adſcendit. Eos ipſe rurſus ſingulos exceptans, in murum extulit. Interim ii, qui ad alteram partem opidi, ut ſupra demonſtravimus, munitionis cauſsâ, convenerant, primô exauditô clamore, inde etiam crebris nuntiis incitati, opidum a Romanis teneri, præmiſſis equitibus, magnô concursu eò contenderunt. Eorum ut quiſque primus venerat, ſub murô conſiſtebat, ſuorumque pugnantium numerum augebat. Quorum quum magna multitudo conveniſſet, matresfamilias, quæ paullo ante Romanis de murô manus tendebant, ſuos obteſtari, &, more Gallicô, pa-
ſu

Veſtem] *Veſtis* nomine præter veſtimenta, quæ ſunt virilia, puerilia, muliebria, communia & familiaria, etiam pelles, tegmina ſubſelliorum, tapeta, culcitræ & cervicalia veniunt, teſte Ulpiano, Pandect. lib. XXXVIII, de auro & argento legato. *Glandor.*

Manipulares] Signa militaria, quæ exercitum præire conſueverant, quum acies educendæ, & manus cum hoſtibus conſerendæ forent, & principio fœni manipulos fuiſſe accepimus, quos haſtis alligatos ſigniferi deferre, & illis p[...]euntibus decernere ſolebant: unde manipulares dicti. *Alex. ab Alexand[...]*

Munitionis cauſa convenerant] Omn[...] enim (ut Cæſar paulo ſuperius inq[...] ad hunc locum muniendum à Verc[...]getorige evocati erant. *Montan.*

Suos obteſtari] Scilicet, *ut ſe ſtre[...] gererent, ne in hoſtium poteſtatem venir[...]* Hæc namque ſubaudienda eſſe, præ[...]dentia arguunt, cum inquit: *quæ p[...] ante Romanis de muro manus tendeba[...]*
qu

ium capillum oſtentare, liberoſque in conſpectum pro-
ferre cœperunt. Erat Romanis nec locô, nec numerô
æqua contentio; ſimul & curſu, & ſpatiô pugnæ defa-
tigati non facile recentes atque integros ſuſtinebant. Cæ-
ſar, quum iniquô locô pugnari, hoſtiumque augeri co-
pias videret, præmetuens ſuis, ad T. Sextium legatum,
quem minoribus caſtris præſidio reliquerat, mittit, ut
cohortes ex caſtris celeriter educeret, & ſub infimô col-
le ab dextrô latere hoſtium conſtitueret: ut, ſi noſtros
repulſos locô vidiſſet, quò minus libere hoſtes inſeque-
rentur, terreret. Ipſe paullum ex eô locô cum legione
progreſſus, ubi conſtiterat, eventum pugnæ expecta-
bat. Quum acerrimè cominus pugnaretur; hoſtes locô
& numerô, noſtri virtute confiderent: ſubitò ſunt Ædui
viſi, ab latere noſtris apertô; quos Cæſar ab dextrâ par-
te aliô adſcenſu, manus diſtinendæ cauſsâ miſerat. Ii
ſimilitudine armorum vehementer noſtros perterrue-
runt: ac, tametſi dextris humeris exertis animadverte-
ban-

quaſi dicat, matresfamilias quæ antea noſtris ſupplicaverant: jam vice versâ eos ad fortiter ſe gerendum cohortantur; & ut magis moveant, communes liberos in conſpectum proferunt. *Rhell.*

Liberoſque in conſpectum proferre cœperunt] Mos hic veterum obteſtandi per ea ei quem obſecrabant cariſſimas, aut miſericordiâ digniſſimas, quales ſunt parentes, uxor, liberi, patria ipſa. Virgil. lib. 2 Æneïd.

Nec mihi jam patriam antiquam ſpes ulla videndi,
Nec dulces natos, exoptatumque parentem.

Tull. pro Quinctio, *Obſecravit per patris ſui mortui cinerem, per nomen propinquitatis, per ipſius conjugem & liberos.* Cælius ad Ciceron. lib. 10, epiſt. ad Att. *Per fortunas tuas, Cicero, per liberos tuos oro & obſecro.* Adherbal apud Salluſt. Jugurth. *P. C. per vos, per liberos, atque parentes veſtros, per majeſtatem Populi Romani, ſubvenite miſero mihi.* Brant.

Ad T. Sextium] Eſt hic ille Sextius, quem, ut in fine libri hujus teſtatur, Cæſar cum legione in Bituriges miſit: & per quem, ſicut in principio lib. VI, delectum habuit. Ad illum locum annotatum eſt, hunc Sextium fuiſſe ex gente plebeiâ, familiis Calvinorum, Lateranorum, Sabinorum & Sextinorum inſigni. *Montan.*

Cohortes] Juſta & plena cohors legionaria continebat homines 420.

Sub infimo colle] Id eſt, infima collis parte. De eodem namque colle loquitur quem hoſtes conferti inſederant, & ex ſuperiore loco pugnabant. *Rhellican.*

Ac tametſi dextris humeris exertis animadvertebantur] *Dextris exertis* legebat J. Lipſius lib. 2. elect. cap. 7, ſublatô, quod locum vitiabat, gloſſemate, in voce *humerorum*. Idem tamen poſtea notis ad Cornel. Tacit. lib. I hiſtor. *dextris nudis exertis* mavult, Liviô ſuadente, qui ſcribit opidanos quoſdam deditionem & amicitiam ſignificantes egreſ-

bantur, quod inſigne pacatis eſſe conſueverat, tamet id ipſum ſui fallendi cauſsâ milites ab hoſtibus factun exiſtimabant. Eôdem tempore L. Fabius centurio, qui que unà murum adſcenderant, circumventi, atque in terfecti, de murô præcipitantur. M. Petreius ejuſden legionis centurio, quum portas exſcindere conatus eſ ſet, à multitudine oppreſſus, ac ſibi deſperans, multi jam vulneribus acceptis, manipularibus ſuis, qui illun ſecuti erant; Quoniam, inquit, me unà vobiſcum ſer vare non poſſum, veſtræ quidem certè ſaluti proſpiciam quos cupiditate gloriæ adductus in periculum deduxi Vos, datâ facultate, vobis conſulite. Simul irrupit ii medios hoſtes; duobuſque interfectis, reliquos à port paullum ſubmovit. Conantibus auxiliari ſuis; Fruſtra inquit, meæ vitæ ſubvenire conamini, quem jam ſan guis vireſque deficiunt. Proinde hinc abite, dum eſt fa cultas, voſque ad legionem recipite. Ita pugnans poſ paullum concidit, ac ſuis ſaluti fuit. Noſtri, quum un dique premerentur, XLVI centurionibus amiſſis, deje cti ſunt locô; ſed intolerantius Gallos inſequentes legio x tardavit, quæ pro ſubſidiô paullo æquiore loco conſtiterat Hanc rurſus XIII legionis cohortes exceperunt; quæ e caſtris minoribus eductæ, cum T. Sextiô legatô cepe rant locum ſuperiorem. Legiones ubi primùm plani ciem attigerunt, infeſtis contra hoſtes ſignis conſtite runt. Vercingetorix ab radicibus collis ſuos intra muni tiones reduxit. Eô die milites ſunt paullo minus DCC de ſiderati. Poſterô die Cæſar, concione advocatâ, teme ritatem cupiditatemque militum reprehendit; quod ſib ipſi judicaviſſent, quò procedendum, aut quid agen dum videretur, neque, ſignô recipiendi datô, conſti tiſſen

egreſſos *dextras nudas oſtentantes.* Lacedæmonii etiam, apud Thucydidem lib. IV, circumventi ab Athenienſibus τὰς χεῖρας ἀνέσειον, manus quatiebant, ſignum pacis & deditionis. *Brant.*

Ejuſdem legionis centurio] In legione ſexaginta centuriones erant, & triginta in eadem manipuli: unicuique manipulo duo centuriones præerant. *Lipſius.*

tiſſent, neque à tribunis militum legatiſque retineri po-
tuiſſent: expoſuit, quid iniquitas loci poſſet, quid ipſe
ad Avaricum ſenſiſſet, quum, ſine duce, & ſine equi-
tatu deprehenſis hoſtibus, exploratam victoriam dimi-
iſſet: ne parvum modò detrimentum in contentione
ropter iniquitatem loci acciperet. Quantoperè eorum
nimi magnitudinem admiraretur, quos non caſtrorum
nunitiones, altitudo montis, non murus opidi tardare
otuiſſet: tantoperè licentiam arrogantiamque repre-
endere, quod plus ſe, quàm imperatorem, de victo-
ià atque exitu rerum ſentire exiſtimarent: nec minus ſe
n milite modeſtiam & continentiam, quàm virtutem,
tque animi magnitudinem, deſiderare. Hâc habitâ
oncione, & ad extremum oratione confirmatis militi-
us, ne ob hanc cauſſam animo permoverentur, neu,
uod iniquitas loci attuliſſet, id virtuti hoſtium tribue-
ent: eadem de profectione cogitans, quæ ante ſenſe-
at, legiones ex caſtris eduxit: aciemque idoneô locô
onſtituit. Quum Vercingetorix nihilo magis in æquum
ocum deſcenderet, levi factô equeſtri præliô, atque
ô ſecundô, in caſtra exercitum reduxit. Quum hoc
dem poſterô die feciſſet, ſatis ad Gallicam oſtentatio-
em minuendam, militumque animos confirmandos fa-
tum exiſtimans, in Æduos caſtra movit. Ne tum qui-
em inſecutis hoſtibus, III die ad flumen Elaver pontem
efecit, atque exercitum tranſduxit. Ibi à Viridumaro
tque Eporedorige Æduis appellatus, diſcit, cum omni
equi-

At Avaricum ſenſiſſet] Illic enim ob
llis editi & paludis difficultatem,
os cum hoſtibus iniquô locô decer-
e noluit, eò quod ipſorum ſaluti
nſuleret. Quod vero hoſtium exer-
um *ſine duce, & equitatu* tum fuiſſe
, hinc fit; quod ſupra dixit, Vercin-
torigem cum equitibus, & aliquot
peditis peditibus, Romanis pabula-
ribus inſidias tetendiſſe tunc tempo-
. *Rhellican.*

Eadem de profectione cogitans] Quum enim Ædui ſubdolè cum Cæſare agerent, ac denuo de rebellione cogitarent, ipſe (ut paulo ſuperius ſcribitur) majorem Galliæ motum exſpectans, ne ab omnibus civitatibus circumſiſteretur, conſilia inibat, quemadmodum à Gergoviâ diſcederet. Eadem ergo nunc conſilia exequi ſtudet, quæ jam pridem animo conceperat. *Idem.*

equitatu Litavicum ad ſollicitandos Æduos profectum
opus eſſe & ipſos præcedere ad confirmandam civitatem
Etſi multis jam rebus perfidiam Æduorum Cæſar perſpe
ctam habebat, atque horum diſceſſu admaturari defe
ctionem civitatis exiſtimabat; tamen retinendos eos no
cenſuit; ne aut inferre injuriam videretur, aut dare t
moris aliquam ſuſpicionem. Diſcedentibus his, brevi
ter ſua in Æduos merita expoſuit: quos, & quàm hu
miles accepiſſet: compulſos in opida, multatos agris
omnibus ereptis copiis, impoſitô ſtipendiô, obſidib
ſummâ cum contumeliâ extortis, quam in fortuna
quamque in amplitudinem deduxiſſet; ut non ſolum i
priſtinum ſtatum rediſſent, ſed omnium temporum d
gnitatem & gratiam anteceſſiſſe viderentur. His dat
mandatis, eos ab ſe dimiſit. Noviodunum erat opidu
Æduorum, ad ripas Ligeris opportunô locô poſitun
Huc Cæſar omnes obſides Galliæ, frumentum, pec
niam publicam, ſuorum atque exercitus impediment
rum magnam partem contulerat. Huc magnum num

ru

Quamque in amplitudinem deduxiſſet] Quam ampla Æduorum ditio, & quot clientes habuerint, inferius ex Cæſaris deſcriptione pateſcit: ubi ait ſe Æduis atque eorum clientibus Seguſianis, Ambivaritis, Aulercis, Brannovicibus & Brannoniis militum millia triginta quinque imperâſſe. Quorum nimirum magnam partem Cæſaris beneficiô nacti erant. Nam ante illius in Galliam adventum ab Arvernis, Sequanis & Arioviſto oppreſſi, pleroſque omnes clientes amiſerant. *Idem.*

Noviodunum erat opidum Æduorum] Tria hoc nomine in Galliis fuerunt opida: nempe Noviodunum Sueſſonum, Biturigum, & Æduorum. At hic de Æduorum ſermo eſt: quam hodie vulgo *Nevers* dici probat Merula, ex Notitiâ quâdam provinciarum Galliæ, ubi diſertè legitur, *Noviodunum Nivernenſium.* Cui teſtimonio etiam addit Aimoinum: ille hiſtoriæ ſuæ initio ai
Noviodunum, quam hodie Nivernis
putant. Antonino autem *Nivernium* v
catur in itinere, quod Auguſtodu
ducitur Lutetiam Pariſiorum. Ubi
quibuſdam codicibus *Nevirnum* le
tur: in aliis *Nevernum* & *Nivernum*. H
die omni ex parte mœnibus cinctu
firmiſſimis, turribuſque ampliſſimis,
& foſſis profundiſſimis probè mu
tum (teſte eôdem Merulâ) opidu
Ad meridiem Ligeri alluitur, ponte
habens, ex quadrato lapide pulche
mè conſtructum, viginti arcuum.
vernis, unde vernaculum opido nome
ab ortu circumfluens, duobus accep
ponticulis, mox in Ligerim ſe exoner
Semileucâ infra Noviodunum, ſive
vers, Elaver vulgo *Allier* Ligeri comm
ſcetur. Burgundiæ Ducatui opidum h
accenſeri ſolet, licet Parlamenti P
ſienſis juriſdictionem agnoſcat. *Mo*

Bic

um equorum hujus belli cauſsâ in Italiâ atque Hiſpaniâ oëmptorum miſerat. Eò quum Eporedorix Virdumaruſque veniſſent, & de ſtatu civitatis cognoviſſent, Livicum Bibracte ab Æduis receptum, quod eſt opidum pud eos maximæ auctoritatis, Convictolitanem, magiſtratum magnamque partem ſenatus ad eum conveniſ:, legatos ad Vercingetorigem de pace & amicitia conilianda publicè miſſos: non prætermittendum tantum ommodum exiſtimaverunt; itaque, interfectis Noioduni cuſtodibus, quique eò negotiandi aut itineris auſsâ convenerant, pecuniam atque equos inter ſe parti ſunt; obſides civitatum Bibracte ad magiſtratum deucendos curaverunt; opidum, quod ab ſe teneri non oſſe judicabant, ne cui eſſet uſui Romanis, incendeunt; frumenti, quod ſubitò potuerunt, navibus avexeunt; reliquum flumine atque incendiô corruperunt: ipſi x finitimis regionibus copias cogere, præſidia cuſtodiaſque ad ripas Ligeris diſponere, equitatumque omnibus ocis, injiciendi timoris cauſsâ, oſtentare cœperunt, ſi ut re frumentariâ Romanos excludere, aut adductos nopiâ ex Provinciâ expellere poſſent: quam ad ſpem mul-

Bibracte] Acriter digladiantur inter docti de ſitu hujus opidi hodierno. rontius & Vigeneræus *Beunam* nunc ſe putant; Auguſtodunum Petrus ancto-Julianus. Marlianus ſcribit Biacten nomen retinere: & notat Orlius habere ſe à Joanne Macario, *Beuct* hodie vocari, quatuorque milliabus diſtare ab Auguſtoduno, verſus ptentrionem, & paulum ad occidenm; ſed locum eſſe deſertum, vepris & dumis obſitum. *Merula.*

Ligeris] *Ligeris*, ſeu *Liger*, flumen on longè ab Æduorum finibus, in eltis oriens: eos à Biturigibus dividit: in Carnutes, diu per Celtas lapſus, multiſque obliquis gyris, Aquitaniam luens, in Oceanum mare, quod *Brinnicum* dicimus, influit. Dignum memoriâ refertur, à Philippo, qui ſecundus hoc nomine regnavit apud Gallos, vadum hic primum inventum, cum antea nunquam vado tranſiri potuiſſet. *Marlian.* Hodie, oriens ex Cemmenis montibus, in pago Velauno, *Loire* & *Leire* vocatur, & merito *Pater Galliæ Fluviorum.* Merula.

Ex provincia expellere] *In provinciam*, reſtituendum arbitror, ut de Galliâ provinciâ Romanorum intelligatur. Hanc opinionem ſequens pagina duobus locis perſpicuè confirmat. Ibi, *Iter in provinciam converteret.* Item *Cæſarem in provinciam contendiſſe confirmabant.* Et hoc quoque à Nicaſio Ellebodio animadverſum Manutius teſtatur. *Hotomannus.*

multum eos adjuvabat, quod Liger ex nivibus creverat, ut omnino vadô tranſiri non poſſe videretur. Quibus rebus cognitis Cæſar maturandum ſibi cenſuit, ſi eſſet in perficiendis pontibus periclitandum; ut prius, quàm eſſent majores eò copiæ coactæ, dimicaret. Nam ut commutatô conſiliô iter in provinciam converteret; id ne tum quidem neceſſariò faciendum exiſtimabat quum infamia atque indignitas rei, & oppoſitus mons Gebenna, viarumque difficultas impediebat; tum maximè, quod adjungi Labieno atque iis legionibus, quas unà miſerat, vehementer cupiebat. Itaque admodum magnis diurnis atque nocturnis itineribus confectis contra omnium opinionem, ad Ligerim pervenit; vadôque per equites inventô, pro rei neceſſitate, opportunô; ut brachia modò atque humeri ad ſuſtinenda arma liberi ab aquâ eſſe poſſent, diſpoſitô equitatu, qui vim fluminis refringeret, atque hoſtibus primô adſpectu perturbatis, incolumem exercitum tranſduxit, frumentumque in agris, & copiam pecoris nactus, repletô iis rebus exercitu, iter in Senones facere inſtituit. Dum hæc apud Cæſarem geruntur, Labienus eô ſupplemen

Ex nivibus] Flumina ex montibus ſeptentrionalibus orientia, quò major copia nivis decidit, eò magis intumeſcunt. Videmus id manifeſto indicio in noſtro Rheno. Rationes ejus rei, quia in aperto ſunt, prætermittendæ. *Montan.*

Et oppoſitus mons Gebenna] Cæſar ipſe paulo ſuperius ait, Arvernos hoc monte ab Helviis diſcludi. Plinius vero lib. 3 natural. hiſtoriæ cap. IV, refert, Narbonenſem Romanorum provinciam ab reliquâ Galliâ ulteriore verſus aquilonem, Jurâ ac Gebennâ montibus diſcerni. Porro quem montem Cæſar hic ac Plinius jam allegatô locô *Gebennam*, Ptolemæus (quantum ex tertiâ Europæ tabulâ conjicere licet) *Cemmenorum montes* vocat. Cui ſententiæ aſtipulatur Hermolaus Barbarus. *Rheliican.*

Quod adjungi Labieno] Quem in Pariſiorum & Senonum fines cum quatuor legionibus miſerat. *Montan.*

Vim fluminis refringeret] Eâdem ſe ratione uſum ſcribit in Sicori tranſmittendo. lib. de bell. Civil. I. Rationem Vegetius exponit lib. 3, his verbis: *Explorato vado, duæ acies equitum ordinantur, intervallis competentibus ſeparatæ, ut per medium equites & impedimenta tranſeant. Nam acies ſuperior aquarum impetum frangit: Inferior, qui rapti ſubmerſique fuerint, colligit atque tranſponit.* Hotoman.

Repleto exercitu] *Replere exercitum* pro *Reficere & recreare:* an potius pro *Commeatus defectum ſupplere?* Idem.

In Senones] Neceſſario Ligeris trajiciendus eſt, ſi quis Gergoviâ in Senones iter inſtituere parat. Senones autem populi fuerunt Galliæ Celticæ, eamque Car

mentô, quod nuper ex Italiâ venerat, relictô Agendici, ut eſſet impedimentis præſidio, cum IV legionibus Lutetiam proficiſcitur. Id eſt opidum Pariſiorum, poſitum in inſulâ fluminis Sequanæ, cujus adventu ab hoſtibus cognitô, magnæ ex finitimis civitatibus copiæ convenerunt. Summa imperii tranſditur Camulogeno Aulerco: qui prope confectus ætate, tamen propter ſingularem ſcientiam rei militaris ad eum eſt honorem evocatus. Is, quum animadvertiſſet, perpetuam eſſe paludem, quæ influeret in Sequanam, atque illum omnem locum magnoperè impediret, hic conſedit; noſtroſque tranſitu prohibere inſtituit. Labienus primò vineas agere, cratibus atque aggere paludem explere, atque

Campaniæ partem (vulgo *Comté de Champagne*) tenuerunt, ubi nunc viſitur civitas Archiepiſcopalis *Sens*, non ita procul Lutetiâ Pariſiorum. *Montan.*

Agendici] Valdè in exponendo ſitum hujus opidi hodiernum delirârunt Scholiaſtæ Cæſaris. Inter alios Marlianus *Provins* eſſe cenſet, & Vigenereus *Milly en Gaſtinois*. Scaliger ſtultos vocat, qui aliter exponunt, quam *Sens*. Sed paulo ſuperius hæc aſſerta. *Idem.*

In inſula fluminis Sequanæ] Eadem de Lutetiâ Pariſiorum tradit Marcellinus: *Matrona*, ait, *& Sequana amnes magnitudinis geminæ, fluentes per Lugdunenſem, poſt circumclauſum ambitu inſulari Pariſiorum Caſtellum, Lutetiam nomine, conſociatim meant, meanteſque protinus prope Caſtra Conſtantia funduntur in mare.* Ex quibus apparet, quam tenue tantæ urbi fuit initium. Tantilla inſula acreſcentem indies hominum multitudinem paulatim capere non fuit potis. Ductis in utramque continentem quaſi coloniis, additiſque locis ſuburbanis, ita ſenſim, productis variè pomœriis excrevit, ut jam totius Galliæ ſit maxima. In tres nunc ſecatur partes: quarum major, eaque ad ripam fluminis dextram, humilior eſt; ad ortum & Septentrionem vergens, vulgo dicitur, *la Ville*: Minor ad ſiniſtram verſus auſtrum & occidentem loco altiore, & qui per colliculos ſuos nonnihil aſſurgit. Univerſitas vocatur, *l'Univerſité*: Media eſt inſula, quam *Civitatem*, antiquâ appellatione, *la Cité*, nuncupant; fluvio undique cincta; pontibus, duobus quidem Minori, tribus Majori juncta. Sequana autem Σηκοάνα Ptolomæo, Σηκοανὸς Straboni, vulgo *Seyne*, Oritur in Burgundiæ Ducatu, in Alſeti regione, duobus rivulis. Luſtratis ſectiſque cum aliis, tum Lutetia Pariſiorum, cui nobiliſſimam facit Inſulam, Rotomagoque, mare Normannicum vel Britannicum oſtio ſatis lato irrumpit. *Merula.*

Perpetuam eſſe paludem] Sunt qui *Lutetiam* à *luto* ſic dictam volunt, propter paludes nimirum vicinas, quarum hic mentio fit: earum hodieque memoriam ſervante Foro Primario, quod *Marchepalus* dictum, quaſi *Forum Paludoſum*. *Idem.*

Vineas agere] Vegetius lib. IV vineas interpretatur *machinationem tabulatis cratibuſque conſtratam, quæ ſubjectis rotulis impellitur, cujus tecto muniti obſidentes, murorum fundamenta ſubruunt.* Opinor autem inde dictas, quod, ut pleriſque locis vineæ ſepibus vimineis, ita illæ tectis vimineis muniri ſolebant. Velut

-que iter munire conabatur. Poſtquam id difficilius confieri animadvertit, ſilentio è caſtris III vigiliâ egreſſus, eôdem, quô venerat, itinere Metioſedum pervenit. Id eſt opidum Senonum, in inſulâ Sequanæ poſitum, ut paullo ante Lutetiam diximus. Deprehenſis navibus circiter L, celeriterque conjunctis, atque eo militibus impoſitis, & rei novitate perterritis opidanis, quorum ma

Velut apud Cæſ. lib. civ. 2. *Tantaque multitudo tormentorum, ut eorum vim nullæ contextæ viminibus vineæ ſuſtinere poſſent*, &c. Uſum autem vinearum Lucanus lib. 3 his deſcribit verbis:

Tunc adoperta levi præcedit vinea terra,
Sub cujus pluteis & tecta fronte latentes
Moliri nunc ima parant, & vertere ferro
Mœnia, nunc aries ſuſpenſo fortior ictu
Incuſſus denſi compagem ſolvere muri
Tentat, impoſitis unum ſubducere ſaxis.

Sub vitem autem *præliari dicebantur milites, cum ſub vinea militari pugnabant*, inquit Feſtus. Unde illud Lucilii: *Neque prodire in altum, neque præliari procul ſub vite.* Hotoman. Sed reſpice plura paulo ſuperius.

Cratibus atque aggere] Ammianus lib. XX ait: *pars ſcalas vehentes, alii anteponentes vimineas crates, veluti cæci pergebant antrorſus.* Idem XXI: *Pluteos igitur præferentes oppugnatores, crateſque denſius tectas.* Loquitur hic Marcellinus de cratibus, poſt quas milites ſe condebant in ſubita oppugnatione: in duplici enim tunc uſu; ſive ut tegerent ſic antelatæ, ſive ut foſſas iis explerent, & mixto aggere quaſi per pontes irent. Tales autem crates, quibus foſſas explebant, non cenſemus fuiſſe elaboratas, ad modum illarum ſtabilium, quas in obſidione defigebant: ſed leviores, fortaſſe nec tecto aut lateribus, ſed ſimplici textu vimineo, quem ante ſe gerebant. *Lipſius.* Sed quod ad aggerem; nomen illud tripliciter ab antiquis ſumitur: primùm pro mole ad mœni[a] opidorum; deinde pro munitione ca[-] ſtrorum; poſtremo pro materiâ qu[a] moles munitionis exſtruitur, & foſſ[a] aut ſimile quid expletur. Quâ ultim[â] ſignificatione à Cæſare hoc loco & alib[i] ſæpius uſurpatur. Verba ejus ſunt: *ag[-] ger ab univerſis in munitionem conjectus & aſcenſum dat Gallis, & ea, quæ i[n] terra occultaverant Romani, contegit:* & alio loco: *aggere & cratibus foſſas ex[-] plent.* Montan.

Metioſedum] Nomen *Meloduni* per[-] peram bis apud Cæſarem eſt inſultum pro quo veteres omnes ſcripti codice[s] habent *Metioſedum.* Verum quidem e[ſt] *Melodunum* & *Metioſedum* unum idem[-] que opidum eſſe: ſed Melodunum po[-] ſterius eſt. Antiquum nomen corru[-] ptum videtur apud Antoninum, ubi le[-] gitur *Methedum:* reponere auſim *Metio[-] ſedum.* Sic in tabulâ Peutingeri itinerari[â] *Meteglo* ſcriptum eſt pro *Metioſedo.* I[n] aliis Antonini libris exſtat *Medetum* & *Mectetum.* Melodunenſe caſtrum eſt a[-] pud Gregorium Turonenſem lib. x[.] Hodie civitas *vicecomitatus* & *balliva[-] tus Melodunenſis*, *Melun* vulgo dicta & in inſula Sequanæ inſtar Lutetiæ Pa[-] riſiorum ſita. Unde fabula nata, *Mel[o-] dunum* olim *Iſis* nomen habuiſſe; inde[-] que Urbem, quæ totius nunc Galli[æ] Metropolis, cui idem in inſula ſitus appellatam fuiſſe, quod *Par-Iſis eſſe[t.]* Credant qui velint, non ego. Hoc ad[-] dam, alios, inter quos Beroaldus, pr[o] *Metioſedo* legere *Joſedum*, & alios, u[t] Marlianus, *Joeſedum*, idque *Corboliu[m]* interpretari; quibus Scaliger bonam mentem precatur. *Merula.*

It

agna pars erat ad bellum evocata; ſine contentione pidô potitur. Refectô ponte, quem ſuperioribus dieus hoſtes reſciderant, exercitum tranſducit, & ſecunlo flumine ad Lutetiam iter facere cœpit. Hoſtes, re ognitâ ab iis, qui à Metioſedo profugerant, Lutetiam ncendi, ponteſque ejus opidi reſcindi jubent; ipſi proecti palude, in ripis Sequanæ, è regione Lutetiæ, conra Labieni caſtra conſidunt. Jam Cæſar à Gergoviâ diſeſſiſſe audiebatur: jam de Æduorum defectione, & ecundo Galliæ motu rumores afferebantur, Gallique n colloquiis, interclusum itinere & Ligere Cæſarem, nopiâ frumenti coactum, in Provinciam contendiſſe onfirmabant. Bellovaci autem, defectione Æduorum ognitâ, qui ante erant per ſe infideles, manus cogere, tque apertè bellum parare cœperunt. Tum Labienus, antâ rerum commutatione, longè aliud ſibi capiendum onſilium, atque antea ſenſerat, intelligebat. Neque am, ut aliquid acquireret, prælioque hoſtes laceſſeret, ed ut incolumem exercitum Agendicum reduceret, coitabat. Namque altera ex parte Bellovaci, quæ civitas
in

Ipſi profecti palude] Neſcio cur viri locti immutent hunc locum, & aliuando legant, *perſpectâ palude*, aliuando *proſpectâ palude*, ut & *protecti alude ac ripis Sequanæ:* cùm ſenſus aertiſſimus ſit, & ita accipiendus; Nempe Gallos deſertâ palude, quam ntea inſederant, ſe in ripas Sequanæ regione Lutetiæ contuliſſe: non jam, it Labienum tranſitu ad urbem, quam ncenderant, prohiberent, ſed fortaſe, ut ab impedimentis, quæ Agendici ervabantur, intercluderent. Quod ſi ntenderint, nulli uſui iis palus eſſe poerat, quæ tantummodo ad arcendos b urbe hoſtes inſerviebat. *Montan.*

Secundo Galliæ motu] Nunc ſecunlum Galliæ motum dicere videtur, non iumero & ordine, ſed eventu & ſucceſſu. Nam multo plures Galliæ motus & rebelliones fuerant. *Hotoman.*

In Provinciam] Nempe in eam Galliæ Narbonenſis portionem, quæ Populo Romano pacata erat: ubi Cæſari exercitum reficere licebat. *Montan.*

Bellovaci] Bellovaci Belgii incolæ fuerunt; opidum enim etiam nunc in veteri Belgica eſt, medio fere Lutetiam inter Rotomagumque ſitu, *Beauvais* vulgari vocabulo dictum, quod facile Gallicæ linguæ peritus ad antiquum nomen reduxerit. *Cluver.*

Defectione Æduorum cognita] Non mirum quod Bellovaci, deficientibus Æduis, ipſi etiam defecerint: in fide enim atque amicitiâ civitatis Æduæ erant. Idcirco in tumultu hoc ſe medios gerere aut quietos ſecundum clientelarum Gallicarum leges, de quibus paulo ante, non poterant. *Montan.*

Alterâ ex parte Bellovaci] Ita eſt; Bellovacorum enim fines ab occidente

in Galliâ maximam habet opinionem virtutis, inſtabant; alteram Camulogenus paratô atque inſtructô exercitu tenebat. Tum legiones à præſidio atque impedimentis interclusas maximum flumen diſtinebat. Tantis ſubitò difficultatibus objectis, ab animi virtute auxilium petendum videbat: itaque ſub veſperum conciliô convocatô, cohortatus, ut ea, quæ imperâſſet, diligenter induſtriéque adminiſtrarent; naves, quas è Metioſedo deduxerat, ſingulas equitibus Romanis attribuit; &, primâ confectâ vigiliâ, IV millia paſſuum ſecundô flumine progredi ſilentiô, ibique ſe exſpectari, jubet. V Cohortes, quas minimè firmas ad dimicandum eſſe exiſtimabat, caſtris præſidio relinquit. V Ejuſdem legionis reliquas de mediâ nocte cum omnibus impedimentis adversô flumine magnô tumultu proficiſci imperat. Conquirit etiam lintres. Has magnô ſonitu remorum incitatas, in eandem partem mittit. Ipſe poſt paullo, ſilentiô egreſſus cum III legionibus, eum locum petit, quò naves appelli juſſerat. Eò quum eſſet ventum, exploratores hoſtium, ut omni fluminis parte erant diſpoſiti, inopinantes, quod magna ſubitò erat coorta tempeſtas, ab noſtris opprimuntur, exercitus equitatuſque, equitibus Romanis adminiſtrantibus, quos ei negotio præfecerat, celeriter tranſmittitur. Uno fere tempore ſub lucem hoſtibus nuntiatur, in caſtris Romanorum præter conſuetudi-

brumali ad Sequanam uſque excurrebant. *Idem.*

Maximam habet opinionem virtutis] Teſtatus eſt jam ante de Bellovacis eadem Cæſar. Verba ejus ſunt lib. 2. *Inter Belgas Bellovacos & virtute & autoritate & hominum numero plurimum valere: hos poſſe conficere armata millia centum, pollicitos ex eo numero lecta millia* LX; *totiuſque belli imperium ſibi poſtulare.* Idem.

Maximum flumen] Scilicet *Sequana*; paulo namque ante ſcribit, duas inſulas in ea eſſe, in quarum una quidem Pariſiorum Lutetia, in alterâ vero Melodunum ſit poſitum. *Rhellican.* Etiam tumidus ſatis rapiduſque eſt Sequana augmento variorum fluminum: inter ea, quæ currens ſuſcipit, nobiliora ſunt *Matrona*, *Eſia* & *Axona*. Montan.

Conquirit lintres] *Lintres* numerantur inter naviculas fluviatiles, quæ remis agebantur. Cicer. in Milonianâ *repente lintribus in eam inſulam materiam, calcem, cæmenta atque arma convexit.* Brant.

Signum

tudinem tumultuari, & magnum ire agmen adverſo flumine, ſonitumque remorum in eâdem parte exaudiri, & paullo infra milites navibus tranſportari. Quibus rebus auditis, quod exiſtimabant tribus locis tranſire legiones, atque omnes perturbatos defectione Æduorum fugam parare, ſuas quoque copias in tres partes diſtribuerunt. Nam & præſidiô è regione caſtrorum relictô, & parvâ manu Metioſedum verſus miſsâ, quæ tantum progrederetur, quantum naves proceſſiſſent; reliquas copias contra Labienum duxerunt. Primâ luce & noſtri omnes erant tranſportati, & hoſtium acies cernebatur. Labienus, milites cohortatus, ut ſuæ priſtinæ virtutis, & tot ſecundiſſimorum præliorum memoriam tenerent, atque ipſum Cæſarem, cujus ductu ſæpenumero hoſtes ſuperaſſent, adeſſe exiſtimarent; dat ſignum prælii. Primô concurſu, ab dexterô cornu, ubi VII legio conſtiterat, hoſtes pelluntur, atque in fugam conjiciuntur: ab ſiniſtrô, quem locum XII legio tenebat, quum primi ordines hoſtium transfixi pilis concidiſſent, tamen acer-

Signum prælii] De ſigno prælii reſpice pag. LVIII, LIX. & paulo ſuperius.

Dextero cornu] Aciem Iſidorus dictam ait, quod ferro armata ſit & acumine gladiorum. Hæc alas habet & cornua, frontem, globos, nodos, cuneos, ſerras, forſices. Quæ omnia & formas & nomina, à quibus tranſlata ſunt, imitantur. Inter alia (verba dicti autoris ſunt lib. IX) *cornua dicta extremitas exercitus, quod intorta ſit.* Antiqui autem teſte Priſciano, lib. VI, declinarunt *cornus, tonitrus*, pro *cornu, tonitru*, & contra *artu* pro *artus*. Lucretius lib. 2.

Præterea lumen per cornum tranſit] Curt. lib. IV. *Hæc dextri cornus facies erat, in lævo Craterus equites habebat.* Montan.

Ubi VII legio] Nomina ſumebant legiones ab ordine, quo unaquæque earum in aliquo loco primum conſtituta fuerat; ut *prima, ſecunda, tertia, ſeptima, decima* & *viceſima* appellaretur. Et quoniam plerumque uſu veniebat, ut duæ vel tres, in variis locis conſtitutæ, omnes *primæ, ſecundæ*, vel *tertiæ* appellatæ fuerint: cognominibus inter ſe diſtingui cœperunt, ut una quidem eſſet *prima Adjutrix*, alia *prima Minervia*, alia vero *prima Parthica*: quæ cognomina ad Imperatorum arbitrium plerumque ſumere ſolebant; vel ab eorum nominibus, qui eas inſtituerunt, *Auguſta, Claudiana, Galbiana, Flavia, Trajana, Antoniana*: vel à provinciis devictis, ut *Gallica, Arabica, Macedonica*: vel à locis, in quibus primo inſtitutæ manſerunt, ut *Italica, Forenſis, Cyrenaica*: aut à nominibus Deorum, quibus Imperatores, earundem authores, addicti erant, ut *Minervia, Apollinaris*; aut poſtremo ab eventibus, ut *Gemina, Fulminatrix, Primigenia*, & alia hujuſmodi. *Roſinus.*

acerrimè reliqui reſiſtebant, nec dabat ſuſpicionem fugæ quiſquam. Ipſe dux hoſtium Camulogenus ſuis aderat, atque eos cohortabatur. At, incertô etiam nunc exitu victoriæ, quum VII legionis Tribunis eſſet nuntiatum, quæ in ſiniſtro cornu gererentur, poſt tergum hoſtium legionem oſtenderunt, ſignaque intulerunt. Ne eô quidem tempore quiſquam loco ceſſit, ſed circumventi omnes interfectique ſunt. Eandem fortunam tulit Camulogenus. At ii, qui præſidio contra caſtra Labieni erant relicti, quum prælium commiſſum audîſſent, ſubſidio ſuis ierunt, collemque ceperunt, neque noſtrorum militum victorum impetum ſuſtinere potuerunt. Sic, cum ſuis fugientibus permiſti, quos non ſilvæ monteſque texerunt, ab equitatu ſunt interfecti. Hôc negotiô confectô, Labienus revertitur Agendicum: ubi impedimenta totius exercitus relicta erant. Inde, cum omnibus copiis, ad Cæſarem pervenit. Defectione Æduorum cognitâ, bellum augetur. Legationes in omnes partes circummittuntur. Quantum gratiâ, auctoritate, pecuniâ valent, ad ſollicitandas civitates nituntur. Nacti obſides, quos Cæſar apud eos depoſuerat, horum ſuppliciô dubitantes territant. Petunt à Vercingetorige Ædui, ut ad ſe veniat, rationeſque belli gerendi communicet. Re impetratâ, contendunt, ut ipſis ſumma imperii tranſdatur: &, re in controverſiam deductâ, totius Galliæ concilium Bibracte indicitur. Eodem conveniunt undique frequentes. Multitudinis ſuffragiis res permittitur. Ad unum omnes Vercingetorigem probant Imperatorem. Ab hoc conciliô Rhemi, Lingones, Treviri abſuerunt: illi, quod amicitiam Ro-

Prælium commiſſum audiſſent] *Prælium commiſſum* vocat initum & accenſum. Nam hoc eſt *pugnam* ſeu *prælium committere*. Græci συγκρȣ́ειν ϰ̀ ϛνίϛαϑαι τ̀ πόλεμον vocant. *Glandor.*

Bibracte] Cæſar lib. I hoc opidum longè maximum & copioſiſſimum nominat. Hodie, teſte Ortelio, *Beureɛt* appellatur. Sed reſp. pag. XXI, & paulo ſuperius. *Montan.*

Illi quod amicitiam Romanorum] Illi nempe *Rhemi* & *Lingones*. Rhemi autem

Romanorum ſequebantur: Treviri, quod aberant longius, & ab Germanis premebantur: quæ fuit cauſſa, quare toto abeſſent bello & neutris auxilia mitterent. Magnô dolore Ædui ferunt ſe dejectos principatu: queruntur fortunæ commutationem; & Cæſaris indulgentiam in ſe requirunt: neque tamen, ſuſceptô bellô, ſuum conſilium ab reliquis ſeparare audent. Inviti ſummæ ſpei adoleſcentes Eporedorix & Virdumarus, Vercingetorigi parent. Ille imperat reliquis civitatibus obſides. Denique ei rei conſtituit diem: huc omnes equites XV millia numero celeriter convenire jubet. Peditatu, quem ante habuerit, ſe fore contentum dicit; ne-

em Ptolemæo & Straboni Ῥῆμοι· Plinio *Fœderati* vocantur; *Civitas Remorum* Notitiæ Provinciarum in Lugdunenſi II; hodie *Duché, Pairie & Archeveſché de Reims*. Latiſſimos Romanorum tempore fines obtinebant, & poſt Æduos ſecundum dignitatis locum. Lingones Ptolemæo, Λόγγονες, Plinio *Fœderati* dicti; *Civitas Lingonum* in Notitia Provinciarum; nunc vulgo *Duché, & Pairie & Eveſché de Langres*. Exſtat COHORTIS II. LING. EQ. memoria in elegante inſcriptione, quæ viditur in Piceno, in opido, quod olim *Forum Sempronii*, vulgo *Foſſembrone*. Merula.

Treviri, quod aberant longius] *Treveri*, teſte Tacito lib. de mori. German. *circa affectationem Germanicæ originis ultro ambitioſi ſunt: tanquam per hanc gloriam ſanguinis à ſimilitudine & inertia Gallorum ſeparentur*. Inſederunt quondam regiones, ubi nunc Weſtraviæ pars inferior, inter Navam Moſellamque amnes: dein ubi Trevirícus Epiſcopatus omnis: item Ducatus Bullonienſis; & Sedanenſis ditio; & ager Maſirienſis; & Luceburgienſis Ducatus major pars; item Epiſcopatus Colonienſis opida, *Antonacum*, *Briſich*, *Zinſich* & *Koningsveld*. Caput gentis Auguſta Trevirorum, vulgo *Trier*, Moſellæ flumini appoſita. *Cluverius.* Dicit autem Cæſar, *quod aberant longius*. Recte: Auguſta enim Trevirorum, *Trier*, diſtat ab Æduâ, hodie *Auſtun*, plus quàm centum milliaria Gallica communia; & inter utramque gentem, quondam longe lateque habitabant Mediomatrices, Tulingi, Leuci, Mandubii: ſeparabanturque ab Æduis Treviri parte quadam Arduennæ ſilvæ, Moſa, Araré & Matronâ fluminibus, & Vogeſo monte. *Montan.*

Ab Germanis premebantur] Pertinebant enim fines Trevirorum ad Rhenum uſque, qui terminus inter Germaniam Galliaſque erat. Lib. III, Cæſar *T. Labienum legatum in Treviros, qui proximi Rheno flumini ſunt, cum equitatu mittit*. Et lib. 5: *Hæc* Trevirorum *civitas longè plurimum totius Galliæ equitatu valet, magnaſque habet copias peditum; Rhenumque, ut ſupra demonſtravimus, tangit*. Habitabant autem, ad alteram Rheni ripam è regione Trevirorum, Ubii; & paulo altius, verſus orientem æſtivum, valida gens Chattorum. *Idem.*

Indulgentiam in ſe requirunt] Id eſt, *amiſſam ſentiunt*, ut Pedianus interpretatur. *Fruſtra deſiderant. Fruſtra deſiderio ejus laborant*. Hotoman.

Sequ-

neque fortunam tentaturum, neque acie dimicaturum ſed, quoniam abundet equitatu, perfacile eſſe factu frumentationibus pabulationibuſque Romanos prohibere: æquô modo animô ſua ipſi frumenta corrumpan ædificiaque incendant; quâ rei familiaris jacturâ, perpetuum imperium libertatemque ſe conſequi videant His conſtitutis rebus, Æduis Seguſianiſque, qui ſun finitimi provinciæ, x millia peditum imperat. Huc addit equites DCCC. His præficit fratrem Eporedorigis bellumque inferre Allobrogibus jubet. Alterâ ex parte Gabalos proximoſque pagos Arvernorum in Helvios

Seguſianiſque, qui ſunt finitimi provinciæ] *Seguſiani* Plinio veterique inſcriptioni dicuntur, qui Σεγουσιανοὶ Ptolemæo, Σαιγοσιανοὶ Straboni, & Cæſari *Secuſiani*, vel *Sebuſiani*, vel ut alii ſcribunt *Seguſſiani*, antiquo lapidi Secuſani, ſi fides Hermolao Barbaro. Multum diſputant de hodiernis Seguſianorum finibus Cæſaris Scholiaſtæ. Villanovanus vertit *Breſſe*; Sanjulianus *Foreſiens*; Philibertus Pingonius *Brixiam* & *Baugiacum* Sebuſianos eſſe putat; Pinetus & Vigenereus *Païs de Breſſe & Breſſantz*; Scudus eam Sabaudiæ partem, quæ hodie *Burgo Preſſo*; Dalechampius facit *Sebaſianos Bugey*; Marlianus denique *Secuſianos Bellicenſes*, vulgo *Bellay* eſſe cenſet. Doctiſſimus autem Scaliger Secuſianorum fines *le Païs & Seneſchauſſée de Lionnois* vocat. Verba illius ſunt: Lugdunum eſt in Seguſianis, ut illud in Convenis ad Garumnam. *Merula.* At Seguſianos *finitimos Provinciæ* Cæſar facit. Rectè quidem. Nam verſus occidentem & ſeptentrionem Provincia Rhodano terminabatur; in cujus altera ripa Seguſianorum ſedes erant. *Montan.*

Bellumque inferre Allobrogibus jubet] Imperat Vercingetorix Seguſianis, ut in Allobroges moveant. Facile illud factu. Rhodanus tantummodo trajiciendus. Quicunque enim hodieque è Lugdunenſi tractu, ubi olim Seguſiani, in Delfinatum & Sabaudiam, veteres Allobrogum ſedes, iter inſtituere tentat Rhodanum modo trajiciat neceſſe eſt Interpretatur autem Allobrogas *Sabaudos* Scudus, & Marlianus; Poldus & Rhenanus *Delfinates*. Non male, teſt Merula. Latum quippe & potens fui Allobrogum nomen iis in locis, ub hodie *Sabaudia*, *Delfinatus*, & regiones confinales Ἔθνος δυνατώτατον Γαλατικὸν, Apollodoro apud Stephanum Livius gentem hanc nullâ Gallicâ gente opibus aut famâ inferiorem facit Sed qui Cæſari Allobroges, iidem Ἀλλόβρυγες Apollodoro & Polybio, Dion aliiſque Græcis Ἀλλόβριγες· De genti hujus etymo vide pag. VIII. *Montan.*

Alterâ ex parte Gabalos] Quemadmodum trajectô Rhodano Sebuſian Allobrogibus bellum inferebant, it Gabali cis Rhodanum Helviis. Hodi Gabali *le Païs de Givauldan*. *Vicus Mimates Gabalorum* vel *Gabalitanorum*, u nominatur Sidonio, hodie *Mende a Givauldan*. Nam ſyllabam *Ga* priman in vocibus Galli mutant in *Gi*; *Gabaltanum*, *Givauldan*; *Gabalum*, *Gibet*; *Garumna*, *Gironda*. Marlianus dicit quandam fuiſſe provinciæ Bituricenſis, nun verò provinciæ Arelatenſis. Certè & nunc quoque provinciæ, ut me mone Scaliger, Bituricenſis. Mimatenſis enim epiſcopatus Tribunalis eſt vel Parlamenti Toloſani, ſub metropoli Bituricen

vios; item Ruthenos Cadurcoſque ad fines Volcarum Arecomicorum depopulandos mittit. Hic nihilo minus clandeſtinis nunciis legationibuſque Allobroges ſollicitat, quorum mentes nondum à ſuperiore bello reſediſſe ſpe-

enſi. *Merula.* Sed addit Cæſar cum Gabalis in Helvios inſurrexiſſe proximos pagos Arvernorum. Poterat id commodè fieri. Gabali enim ſub imperio Arvernorum erant, iiſdemque finitimi, ut & Helviis. *Montan.*

In Helvios] Qui hoc loco *Helvii*, iidem ab eodem *Helvi* lib. I de bello Civili vocantur, & Straboni Ελουοι, Ptolemæo Ελικώκιοι, & *Albenſes* Notitiæ Provinciarum Galliæ, ubi ſub Viennenſi prima, *Civitas Albenſium*, nunc *Vivario*; *l'Eveſché de Viviers.* Sic in ſcriptis legitur codicibus. Nam inepta eſt, quæ in vulgatis libris eſt, Scriptura, *Civitas Albenſium, hoc eſt Beliſio.* Habitabant olim, ut ſentit Scaliger & Dalechampius; ut denique ſatis ex Notitiâ Provinciarum patet, *Helvii* agrum, qui vulgo nunc *Vivarais* nuncupatur. Situs vero eſt ad Rhodanum, proximus Arvernis & Cebennis montibus. *Merula.*

Ruthenos Cadurcoſque] Cadurcio verſus ortum conjacet Rutenium, reliqua claudunt Languedokii, Arverni aliique conregionales populi. Vulgo *Rouergois, la Seneſchauſſée de Rouargue.* Cadurcium autem cingunt Petrocorii, Nitiobriges, Rutheni, Arverni, & Lemovices. Vulgo *Quercy*, vel ut aliis pronunciatur *Crecy.* Duas habet diœceſes, *Divonam Cadurcorum*, vulgo *Cahors* ad Lotum fluvium, & *Montalbanum.* Merula.

Ad fines Volcarum Arecomicorum] Qui *Volcæ* Cæſari, Livio, Plinio, Silio, Melæ & aliis, iidem in quibuſdam Cæſaris exemplaribus *Volgæ*, Straboni & Ptolemæo Οὔολκαι, Dionyſio Halicarnaſſæo Ουλούσκοι, & Belcæ Auſonio dicuntur. Fuerunt autem Volcæ duplices; vel *Tectoſages*, vel *Arecomici.* Hi Ptolemæo Αρηκόμιοι, Straboni Αρηκομίσκοι vocantur; qui eos maximum incolere ſpatium dicit, cuique ἐπίνειον ipſorum ἡ Ναρϐών· Priſcæ eorum ſedes, teſte Scaligero, ubi nunc *Nemauſus*, *Veceſenſes*, *Magalonenſes*, & *Bitierra*: hodie *Eveſchez de Nimes*, *Mompeliers*, *Beſiers*, & *Vſetz.* Idem.

A ſuperiore bello reſediſſe] Helvios quidem & Ruthenos & Volcas bello perſequi Vercingetorix jubet; ſed Allobrogas etiam clandeſtinis nunciis legationibuſque ſollicitat: utpote qui facile videbantur in Romanos inſurrecturi, propriô naturæ ductu & memoriâ ſuperioris belli ad defectiones proni. Horatio in Epodis

Novis rebus infidelis Allobrox

nominatur; ad quem locum ita vetus Commentator: *Allobroges ſunt Galli rufi & Sequanici dicti, incolentes illum tractum Alpium, qui eſt à Viſontio in Germaniam, qui vehementer res novas affectant, unde & Ducibus ſuis raro fidem ſervant, habentque flavum præcipuè capillitium.* At præter inſitum rerum novarum ſtudium, poterant etiam Allobroges ad arma concitari memoriâ belli, quod nuper admodum cum Romanis geſſerant: novennium enim tantummodo intererat inter Allobrogicum bellum, & Vercingetorigis ſollicitationem: hæc incidit in annum ab U.C. DCCII. illud à C. Pomptino prætore anno U.C. DCXCIII, M. Piſone & M. Meſſala coſſ. geſtum & confectum eſt hoc modo, ut Dio narrat: *Allobrogibus Galliam Narbonenſem populantibus, Pomptinus legatos adverſus hoſtes emiſit: ipſe loco commodo caſtris poſitis exſpectabat rerum eventum, ut pro quavis occaſione ſuis & conſulere & ſubvenire, ut ex uſu eſſet, poſſet. Interea Manlius Lentinus, dum inſidias collocat Catugnato, pellitur, & actum fuiſſet, niſi vehemens repentè oborta tempeſtas ab inſequendo barbaros avertiſſet. Deinde L. Marius & Sergius Galba, tranſmiſſo Rho-*

ſperabat. Horum principibus pecunias, civitati autem imperium totius provinciæ pollicetur. Ad hos omnes caſus proviſa erant præſidia cohortium duarum & viginti, quæ ex ipsâ coacta provinciâ ab L. Cæſare legato ad omnes partes opponebantur. Helvii ſuâ ſponte cum finitimis præliô congreſſi pelluntur, & C. Valerio Donotauro Caburi filio principe civitatis, compluribuſque aliis interfectis, intra opida muroſque compelluntur. Allobro-

Rhodano, Allobrogum ditione vaſtatâ, opidum tandem Solonium ceperunt, hoſtes obſiſtentes prælio vicerunt: ipſiuſque opidi, quæ è ligno ædificatum erat, partem aliquam incenderunt: ne autem totum caperent adventu Catugnati prohibiti ſunt. Ea re cognitâ, Pomptinus toto exercitu in Catugnatum verſus, eum obſedit, omneſque hoſtes, excepto Catugnato, manu cepit. His actis reliqua deinde haud difficulter in ſuam poteſtatem redegit. Et hoc eſt illud ſuperius bellum de quo Cæſar hic mentionem facit. *Montan.*

Cohortium duarum & viginti] Habebat itaque L. Cæſar duas legiones cum duabus cohortibus. *Idem.*

L. Cæſare] Hic eſt ille L. Cæſar, propinquus C. Cæſaris Dictatoris, qui cum M. Figulo anno ab U. C. CDXC conſulatum geſſit: quique poſtea, orto bello civili, Pompeii partibus adhæſit, à quo unà cum L. Roſcio prætore legati munere ad C. Cæſarem, pacis componendæ causâ mediocribus conditionibus, miſſus eſt. Glandorpius autem Cæſarem hunc Antonii Triumviri avunculum facit: quem procul dubio nominis convenientia decepit; alium enim illum eſſe ex eo liquet: quod L. iſte Cæſar Antonii avunculus, tempore Triumviratus Lepidi, Octaviani, & Antonii jam tum ſuperſtes fuerit. Nam proſcriptum ab avunculo ſoror Julia, mater Antonii, non diſſimulanter apud ſe habuit, & centurionibus hanc diu reveritis, ut matrem Imperatoris, tandemque irrumpentibus ad ejus cædem, mater Antonii ad forum properans, ad ejus pedes accidit vitamque deprecata eſt; Antoniuſque plebiſcitô per Plancum conſulem rogatô; ut pœnæ eximeretur, effecit. At L. Cæſar qui hoc loco cum viginti duabus cohortibus apud Allobrogas excubabat jam tum illo triumviratus tempore, inter vivos eſſe deſierat. Licet enim ultro Cæſari cognato ſuo ſupplex factus eſſet tamen quia totô bellô contra eum ſteriſſet, primùm cauſam dicere eſt juſſus; eô conſiliô, ut judiciô victus condemnatus videretur. Sed quum ſuâ voce morti eum addicere vereretur, judiciô ſuſpensô, paulo poſt per inſidias hominem C. Cæſar interemit. *Montan.*

Cum finitimis] Duplicem errorem committit in explicatione hujus loci Rhellicanus. Primo enim per *finitimos* quibuſcum Helvii prælio congreſſi ſunt intelligit Gabalos, Arvernos, Ruthenos, Cadurcos, Volcas & Arecomicos. Verum quidem eſt Helvios Arvernis Gabaliſque finitimos fuiſſe; ſed inde non evincitur Helvios cum Ruthenis Cadurcis & Volcis decertaſſe: præcipue cum ipſe Cæſar teſtetur Helvios à Gabalis & proximis pagis Arvernorum Volcas Arecomicos, Romanis adhærentes, à Ruthenis & Cadurcis bello impeditos. Alter error in eo latet, quod pro *Volcis Arecomicis* interpoſita interpunctione, additaque copula, legit *Volcas, Arecomicoſque.* Idem.

Intra opida] Duo Helviorum opida apud antiquos etiamnum inveniuntur; nempe Vivario, ad dextram Rhodani ripam: hodie *Viviers*, nunc metrop-

lobroges, crebris ad Rhodanum diſpoſitis præſidiis, magna cum curâ & diligentiâ ſuos fines tuentur. Cæſar, quod hoſtes equitatu ſuperiores eſſe intelligebat, & interclusis omnibus itineribus, nullâ re ex Provinciâ atque Italiâ ſublevari poterat, trans Rhenum in Germaniam mittit ad eas civitates, quas ſuperioribus annis pacaverat; equiteſque ab his accerſit; & levis armaturæ pedites, qui inter eos præliari conſueverant. Eorum adventu, quod minus idoneis equis utebantur, à tribunis militum reliquiſque, ſed & equitibus Romanis, atque evocatis, equos

ropolis Helviorum: & Alba, quæ Ptolemæo Αλβάνγυστα Ελικονίων, quinque leucis à Viverione verſus occidentem ſita, vulgo *Aubenas*, quondam caput & metropolis Helviorum. *Idem.*

Quas ſuperioribus annis] Narrat hæc lib. IV Cæſar. Addit autem *ſuperioribus annis* in Germania civitates à ſe pacatas. Rectè quidem; ante triennium id geſtum erat, nempe Cn. Pompeio & M. Craſſo Coſſ. quorum conſulatus incidit in annum ab U. C. DCXCIX. *Idem.*

Qui inter eos præliari conſueverunt] Libro I, hanc Germanorum conſuetudinem Cæſar accuratiùs deſcribit. Verba ejus ſunt: *Equitum millia erant VI, totidem numero pedites velociſſimi & fortiſſimi; quos ex omni copia ſingulos, ſuæ ſalutis cauſa, delegerant. Cum his in præliis verſabantur: ad hos ſe equites recipiebant. hi, ſi quid erat durius, concurrebant: qui, graviore vulnere accepto, equo deciderant, circumſiſtebant: ſi quo erat longius prodeundum, aut celerius recipiendum, tanta erat horum exercitatione celeritas, ut jubis equorum ſublevati curſum adæquarent.* Hanc conſuetudinem ſuo adhuc ævo apud Germanos in uſu fuiſſe, auctor eſt Tacitus; & contra Julianum ſimile fere equeſtre prælium eoſdem iniſſe, Marcellinus. Romani eundem morem in obſidione Capuæ primum invenerunt. Cùm enim ab equitu Campano plerumque vincerentur; *juvenes electi ſunt, maximè vigore & levitate corporum veloces. Iis parmæ breviores, quàm equeſtres, & ſeptena jacula quaternos longa pedes data, præfixa ferro, quale haſtis velitaribus ineſt. Eos ſingulos in equos ſuos accipientes equites, aſſuefecerunt & vehi poſt ſe, & deſilire perniciter, ubi ſignum datum eſſet.* Idem.

Atque evocatis] Evocati erant Veterani, gnari prudenteſque militiæ, qui expletis ſtipendiis ſæpe in Conſulum & Ducum gratiam militiam ducebant, Græcis ἀνάκλητοι, quaſi revocati. Plerique è beneficiariis eſſe ſolebant, qui nimirum beneficio imperatoris ad gradus & commoda promoti, item agris & immunitate donati, ideoque magis obſtricti. Horum propria quædam & ſeorſim manus fuit, per cohortes quidem aut centurias diſpoſita, ſed tamen ſub uno vexillo. Immunes erant evocati operum, ut ab excubiis, operibus valli & caſtrorum, quaſi Centuriones & principales milites. Sæpè etiam ordines ducebant, ideoque ſinguli velut centuriones fuêre, & hoc honore ac inſignibus affecti. Hinc etiam vites geſtabant, proprium centurionum geſtamen. Et quia centurionibus comparati, interdum etiam miſcebantur; & cum iis confundebantur: quin & cum legatis, quaſi honeſtiſſimi, jungebantur. Honeſtum itaque omnino genus evocatorum; plerique pedites, ſed & equites: quemadmodum inter alia ex hoc Cæſaris loco apparet. *Lipſius.*

In

equos ſumit, Germaniſque diſtribuit. Interea dum hæc geruntur, hoſtium copiæ ex Arvernis, equiteſque, qui toti Galliæ erant imperati, conveniunt. Magnô horum coactô numerô, quum Cæſar in Sequanos per extremos Lingonum fines iter faceret, quò facilius ſubſidium Provinciæ ferri poſſet, circiter millia paſſuum x ab Romanis trinis caſtris Vercingetorix conſedit; convocatiſque ad concilium præfectis equitum, veniſſe tempus victoriæ demonſtrat: fugere in Provinciam Romanos, Galliâque excedere: id ſibi ad præſentem obtinendam libertatem ſatis eſſe: ad reliqui temporis pacem atque otium, parum profici. Majoribus enim coactis copiis reverſuros, neque finem bellandi facturos. Proinde agmine impeditos adoriantur. Si pedites ſuis auxilium ferant, atque in eô morentur, iter confici non poſſe: ſin, id quod magis futurum confidat, relictis impedimentis, ſuæ ſaluti conſulant, & uſu rerum neceſſariarum, & dignitate ſpoliatum iri. Nam de equitibus hoſtium, quin nemo eorum progredi modo extra agmen audeat, ne ipſos quidem debere dubitare. Id quô majore faciant animô, copias ſe omnes pro caſtris habiturum, & terror

In Sequanos per extremos Lingonum fines] Longe lateque in Burgundiæ Comitatu ſedes ſuas habuerunt Sequani; qui *Σηκουανοὶ* Straboni; *Σηκοανοὶ* Ptolemæo; *Σηκοανοὶ* Dioni; hodie *le Païs de Beſançon & Franche Comté.* Dividebantur Sequani à Provincia Rhodano, ab Helvetiis monte Jurâ, finitimi Æduis, Lingonibuſque. Eutropius autem eos etiam ultra Juram verſus euronotum habitaſſe teſtis eſt lib. VI. *Helvetii,* inquit, *qui nunc Sequani appellantur. Sequanus* τὸ ἐθνικὸν nominatur in Inſcriptione, quæ Lugduni legitur in templo vetuſtiſſimo D. Petri.

Q. FULIO. SEVERINO
SEQUANO OMNIB.
HONORIBUS. IN-
TER. SUOS. FUNCTO.

Et hæc ex Merulâ. Addit Cæſar *in Sequanos per extremos Lingonum fines.* It est: qui enim hodieque è Senonibus (ubi Cæſar Labieno junctus) eam Campaniæ partem (vulgo *Comté de Champagne)* incolentibus, ubi nunc civitas Archiepiſcopalis *Sens;* in Sequanos, *le Pa de Beſançon & Franche Comté* proficiſ ſtatuit, commodiſſimè per extremos fines Lingonum, ubi verſus meridiem a Ararim extenduntur, id perficiet: Lingonum quippe fines, *Duché, Pairie* & *Eveſché de Langres*, ſeptentrionem verſus præcipuè ad Matronam & Sequanam excurrunt, & meridiem verſus, ubi tranſeundi Ararim attingunt. *Mon*

Galliaque excedere] Scilicet, *reliqu* ut Aquitania, Lugdunenſi & Belgic *Rhellican.*

ori hoſtibus futurum. Conclamant equites ſanctiſſimô urejurandô confirmari oportere; ne tecto recipiatur, e ad liberos, ne ad parentes, ne ad uxorem aditum abeat, qui non bis per hoſtium agmen perequitaſſet. robatâ re, atque omnibus ad jusjurandum adactis, oſterô die in tres partes diſtributô equitatu, duæ ſe cies à duobus lateribus oſtendunt. Una à primo agmi- e iter impedire cœpit. Quâ re nuntiatâ, Cæſar ſuum uoque equitatum tripartito diviſum ire contra hoſtem ibet. Pugnatur unà omnibus in partibus. Conſiſtit a- nen. Impedimenta inter legiones recipiuntur. Si quâ parte noſtri laborare, aut gravius premi videbantur, ſigna inferri Cæſar, aciemque converti jubebat. Quæ s & hoſtes ad inſequendum tardabat, & noſtros ſpe uxilii confirmabat. Tandem Germani ab dextrô latere, mmum jugum nacti, hoſtes loco depellunt: fugientes que ad flumen, ubi Vercingetorix cum pedeſtribus co-

Ne tecto recipiantur] Libro tertio de li. civil. Labienus jurat ſe niſi victo- n in caſtra non reverſurum, reliquoſ- e ut idem facerent hortatur. Apud mpon. Melam libro primo, capite eſimo primo de feminis vide, *quæ hoſtem interemerint, virgines manent.* in libro ſecundo, capite primo, po- os narrat, apud quos *inter epulas, quot que interfecerit referre, lætiſſima & uentiſſima mentio, biniſque poculis, qui imos retulere, perpotatis, interlocan- is honos præcipuus eſt.* Brant.

Pugnatur unà omnibus in partibus] , id eſt, uno tempore. Plutarchus arem in hoc prælio gladium ami- ſcribit, quem Arverni in fano oſ- ationis cauſa ſuſpenderunt. Eum ea à Cæſare conſpectum, neque um eſſe tolli, cùm id amici ſuade- . *Hotoman.*

mpedimenta inter legiones] Lib. II. bell. Gall. Cæſar ait. *Sed ratio ordo- agminis aliter ſe habebat, ac Belgæ ad vios detulerant. Nam quod hoſti ap- propinquabat, conſuetudine ſua Cæſar, ſex legiones expeditas ducebat: poſt eas totius exercitus impedimenta collocabat: inde duæ legiones totum agmen claudebant, impedi- mentiſque præſidio erant.* Imo conſuetu- do hæc Cæſaris erat, ut ipſe ait, impe- dimenta in medium recipi, tuto aſſer- vanda: & legionum maximam partem expeditam præire, aliam ſequi. Et idem à ſe factum in re ſubitâ hoc loco oſten- dit. *Lipſius.*

Tandem Germani] Dio etiam glo- riam hujus victoriæ Germanis attribuit. Verba ejus ſunt. *Haud parum ad eam vi- ctoriam Germani, quos Cæſar ad auxilium evocaverat, Romanis contulerunt: qui au- daciam ſuam ingenti corporum mole ac ro- bore confirmantes, circumjectorum hoſtium ordinem perruperant.* Montan.

Fugientes uſque ad flumen] *Vercinge- torix* (ut iterum Dionem citem) *Cæſare deſpecto, ob detrimenta, quæ is acceperat, Allobrogibus bellum inferre intendit: Cæ- ſarem iis auxilio proficiſcentem in Sequa- nis deprehenſum circumdat. Verùm id Ver- cinge-*

copiis conſederat, perſequuntur, compluresque interf-
ciunt. Quâ re animadversâ, reliqui, ne circumveniren-
tur, veriti, ſe fugæ mandant. Omnibus locis fit cædes.
Tres nobiliſſimi Ædui capti ad Cæſarem perducuntur;
Cotus præfectus equitum, qui controverſiam cum Con-
victolitane proximis comitiis habuerat; & Cavarillus,
qui poſt defectionem Litavici pedeſtribus copiis præfu-
rat; & Eporedorix, quo duce ante adventum Cæſar-
Ædui cum Sequanis bello contenderunt. Fugatô om-
equitatu, Vercingetorix copias ſuas, ut pro caſtris co-
locaverat, reduxit; protinuſque Aleſiam, quod eſt op-
dum Mandubiorum, iter facere cœpit; celeriterque in-
pedimenta ex caſtris educi, & ſe ſubſequi juſſit. Cæſa-
impedimentis in proximum collem deductis, duabuſqu-
legionibus præſidio relictis, ſequutus. Quantum di-
tempus eſt paſſum, circiter III millibus hoſtium ex no-
viſſimô agmine interfectis, alterô die ad Aleſiam caſt-
fecit. Perſpectô urbis ſitu, perterritiſque hoſtibus, quo-
equitatu, quâ maximè parte exercitus confidebant, era-
pul-

cingetorigi longè ſecus quàm inſtituerat, cecidit. Nam non modo cladem nullam Romanis intulit, verùm eos deſperatione ſalutis ad fortitudinem compulit, ipſeque temeritate ſuâ, quia multitudini ſuorum confidebat, ſuccubuit. Flumen autem hoc, ad quod Vercingetorigem cum pedeſtribus copiis conſediſſe Cæſar teſtatur, nullum aliud fuit, quam *Arar.* Cæſar enim ex Senonibus per extremos Lingonum fines in Sequanos iter inſtituebat, ut vicinior Provinciæ ſuis ſubvenire poſſet: & huc etiam ex Æduis copias contraxerant Galli; ſed paulo inferiori ad Ararim loco: quod ex fugâ Vercingetorigis liquet Aleſiam verſus: ille enim cæsô equitatu ſe fugæ mandans, non meridiem, ubi Arar; non orientem, ubi in ſuperiore Araris parte cum exercitu Cæſar; non ſeptentrionem verſus, ubi Lingones, & prope extremos etiam eorum fines Cæſar, ſed occidentem verſus Aleſiam commo- ſe recipere poterat. Si ex tempore, qu- Cæſar paulo poſt deſignat, conjectur- ſumere liceat, locum prælii hujus n- abſurde quis haud procul opido *Selo-* deſignaverit. *Montan.*

Eporedorix] Alius hic eſſe videtur *Eporedorige*, qui cum Virdomaro N- viodunum, ut paulo ſuperius hoc li- VII dicitur, diripuit, & poſtea - conſtituitur. *Ciaccon.*

Mandubiorum] Rara imo nulla hu- gentis mentio fit apud veteres Geo- phos, excepto Cæſare & Strabone, a- quem in quibuſdam codicibus - Μανδύβιοι legitur Μανδίβυλοι· Ma- nus autem Mandubios populos i- Celtas & fines Lingonum & Æd- rum, proximos vico, quem *Flavign-* dicimus, incolas quondam Aleſiæ - hodie partis Burgundiæ Ducatus, f- *Montan.*

ulſi; adhortatus ad laborem milites, Aleſiam circumvallare inſtituit. Ipſum erat opidum in colle ſummo, admodum editô locô, ut niſi obſidione expugnari non poſſe videretur. Cujus collis radices duo duabus ex partibus flumina ſubluebant. Ante opidum planities circiter millia paſſuum III in longitudinem patebat. Reliquis ex omnibus partibus colles, mediocri interjectô ſpatiô, pari altitudinis faſtigiô opidum cingebant. Sub murô, quæ pars collis ad orientem ſpectabat, hunc omnem locum copiæ Gallorum compleverant; foſſamque & maceriam ſex in altitudinem pedum præduxerant. Ejus munitionis, quæ ab Romanis inſtituebatur, circuitus XI ∞ paſſuum tenebat. Caſtra opportunis locis erant poſita; ibi-

Aleſiam] *Aleſia*, Paterculo *Alexia*, & quibuſdam manuſcriptis Cæſaris commentariis; Straboni in aliquibus codicibus Ἰλλησία· & Dioni Σαλεσία· Plutarcho Ἀλέσια· Oroſio Haloſia. Diodorus eam ab Hercule conditam, ἀπὸ κατὰ τὴν στρατείαν ἄλης Ἀλησίαν [illegible] nuncupatam; & totius Galliæ metropolim, & liberam ac ſui juris manſiſſe, uſque ad C. Cæſarem; à [illegible] vi capta, & in populi Romani po[illegible]atem redacta eſt, tradit lib. v. De ſi[illegible] hujus urbis hodierno non bene inter [illegible]onveniunt Geographi neoterici. Ju[illegible]dus hodie *l'Auſſois en Bourgogne* ap[illegible]ari contendit: alii etiam alio nomi[illegible] nuncupant. Sed in eo fere probatiſ[illegible]i & graviſſimi autores conveniunt, [illegible]r quos Paradinus, Vigenereus, Me[illegible], & Marlianus, ut Aleſiam hodie [illegible]ze vocari aſſerant. Merulæ verba [illegible]t. Hoc tempore tantæ urbis vix ſu[illegible]unt rudera. Nominis umbra ſerva[illegible] in pago *Alize*, ad radicem montis, vulgo *Auxois*, haut procul *Flavignio*, [illegible]ndo ab Semurio lapide. *Montan.*

[C]ircumvallare inſtituit] Circa Aleſiam [illegible]*a res geſtæ, quantas audere vix homi[nis], perficere pæne, nullius, niſi Dei fuerit*, [illegible]uit Velleius libro altero hiſtor. Et [Plu]tarch in Cæſare, *In eo prælio quod apud Aleſiam geſtum eſt maximam adeptus eſt gloriam, in quo majora profecto quam uſpiam audentiæ & fortitudinis opera egregie dimicando declaravit.* Brant.

Duo duabus ex partibus flumina] Hodie etiam fluvius *Armaneon* (is infra Agendicum in amnem, vulgo *Yonne*, influit, & cum eo Sequanæ miſcetur) ad pagum uſque *Alize*, veterem Aleſiæ ſedem, uno alveo contentus, in duos ibi ſe diffundit ramos, & duabus ex partibus radices montis *Auxois* ſubluit. *Montanus.*

Sub muro quæ pars collis ad Orientem ſpectabat] Qua collibus cingebatur Aleſia ipſa loci natura ſatis tuta erat, ſed qua patebat III mill. paſſuum planicies, ipſæ Gallorum copiæ conſederant, & foſſam maceriamque ſex in altitudinem pedum produxerant. Quare ſuſpicor legendum hic eſſe: *quæ pars collium in circuitu vacabat.* Sic enim loquitur Hirtius lib. VIII. *Ab eâ*, inquit, *parte, quæ fere pedum* CCC *intervallo fluminis circuitu vacabat.* Ciaccon.

Circuitus XI *millia paſſuum*] Poſtea dicturus eſt, *quatuordecim millia paſſuum.* Quare vel codices errant, vel poſtea majus ſpatium complexus eſt. Quidam aliter hunc nodum expediunt, Cæſarem ſuperius munitionem adver-

ibique caſtella XXIII facta, in quibus interdiu ſtatione disponebantur, ne qua ſubitò irruptio fieret. Hæc ea dem noctu excubitoribus, ac firmis præſidiis tenebar tur. Opere inſtitutô, fit equeſtre prælium in ea plan cie, quam intermiſſam collibus III millium paſſuum i longitudinem patere ſupra demonſtravimus. Summa ab utriſque contenditur. Laborantibus noſtris Cæſ Germanos ſubmittit, legioneſque pro caſtris conſtitui ne qua ſubitò irruptio ab hoſtium peditatu fiat. Præſ diô legionum additô, noſtris animus augetur: hoſtes fugam conjecti ſe ipſi multitudine impediunt; atque ar guſtioribus portis [relictis] coartantur. Germani acri uſque ad munitiones ſequuntur. Fit magna cædes. Nor nulli, relictis equis, foſſam tranſire, & maceriam tra ſcendere conantur. Paullum legiones Cæſar, quas pı vallo conſtituerat, promoveri jubet. Non minus, q intra munitiones erant, Galli perturbantur. Veniri ſe confeſtim exiſtimantes, ad arma conclamant. No nulli perterriti in opidum irrumpunt. Vercingetorix j bet portas claudi, ne caſtra nudentur. Multis interſ ctis, compluribus equis captis, Germani ſeſe recipiu Vercingetorix, priuſquam munitiones ab Romanis pe ficiantur, conſilium capit, omnem à ſe equitatum n ctu dimittere. Diſcedentibus mandat, ut ſuam quiſq eorum civitatem adeat, omneſque, qui per ætatem a ma ferre poſſint, ad bellum cogant. Sua in illos meri proponit; obteſtaturque, ut ſuæ ſalutis rationem h beant; neu ſe de communi libertate optimè meritum

ci-

adverſus opidanos oſtendiſſe: hic verò adverſus exteriores hoſtes, quos propediem venturos ſciebat. Neceſſe autem eſſe exteriorem circulum interiore majorem intelligi. Quod ſi verum eſt, oportebit verba illa Cæſaris, quæ poſtea ponit, *His rebus perfectis regiones ſecutus, quàm potuit æquiſſimas, pro loci natura* XIV *millia paſſuum complexas*, referre ad ſequentia verba, *pares ejuſdem ge-ris munitiones*, &c. Quanquam duro-nat quod ſubnectit, *diverſas ab his*, o *ab illis*. Sed lector judicet; res no magni admodum momenti. *Glare*

Caſtella XXIII] Caſtella hæc pa quædam caſtra fuerunt; in his cohors aliquot militum, & velut corpora, c tra vim & incurſum. *Lipſius.*

Fo

cruciatum hoſtibus dedant: qui ſi indiligentiores fue-
int, millia hominum LXXX delecta ſecum interitura
lemonſtrat: ratione initâ, frumentum ſe exiguè dierum
xx habere, ſed paullò etiam longius tolerare poſſe
arcendo. His datis mandatis, quà erat noſtrum opus
ntermiſſum, ſecundâ vigiliâ ſilentiô equitatum dimit-
it; frumentum omne ad ſe ferri jubet: capitis pœnam
s, qui non paruerint, conſtituit: pecus, cujus magna
rat ab Mandubiis compulſa copia, viritim diſtribuit:
rumentum parcè, & paullatim metiri inſtituit: copias
mnes, quas pro opido collocaverat, in opidum reci-
it. His rationibus auxilia Galliæ exſpectare, & bellum
dminiſtrare parat. Quibus rebus cognitis ex perfugis
captivis, Cæſar hæc genera munitionis inſtituit. Foſ-
um pedum xx directis lateribus duxit; ut ejus ſolum
antundem pateret, quantum ſumma labra diſtabant.
eliquas omnes munitiones ab eâ foſsâ pedibus CD re-
uxit: id hôc conſiliô, quoniam tantum eſſet neceſſa-
ò ſpatium complexus, nec facile totum opus militum
coro-

Foſſam pedum XX] In Aleſiæ hujus
ſidione fuerunt foſſæ tres. Prima,
b ipſum opidum ad radices collis,
dum XX *directis lateribus.* Ab hac pe-
m CD ſpatio, duas iterum foſſas du-
, ſub ipſis caſtris XV *pedes latas*, *eâ-*
n altitudine. Cum autem hic par al-
ido, credibile & in primâ illâ fuiſ-
etſi non dixit: imo libri priſci nec
tudinem exprimunt. Ex duabus au-
n iſtis ultimis, alteram *interiorem*,
npeſtribus ac demiſſis locis, aqua ex flu-
ne derivata complevit. Fuêre enim pa-
duæ: non una, ut pravo acumine
erpres quidam dixit. Nam duas vult
minatas, aſpectu ſectionis, quæ à
mine medio facta: atque ideo nec
eriorem quidem legit, ſed *inferiorem.*
æ hæc mala libido innovandi? Cer-
pro tutela & reliqua dignitate ope-
, magis facit, fuiſſe duplices: quod
am hic ſcribitur. Una autem ex his
is, eaque aquâ repleta vallo adhæ-
ſit: altera, quo intervallo ab eâ, non
dixit. Haud magno tamen id, credam.
Hæc cùm ita feciſſet Cæſar, in ſpatio
illo campoque medio pedum CD opera
ſequentia inſtituit, & locum variè im-
pedivit. *Idem.*


Directis lateribus] Th. B. vir ſummæ
eruditionis, *foſſam directis lateribus* in-
terpretatur, quæ ad perpendiculum ex-
cavata eſt: &, ut Cæſar infert, *cujus ſo-
lum tantundem patet, quantum ſumma la-
bra.* Galli dicunt, *ad inſtar fundi cupæ.*
Hotoman.

Summa labra] Id eſt, ſummæ ripæ,
idque juxta Græcorum idiotiſmum,
qui etiam τὸ χεῖλος ἀντὶ τῆς ὄχθης uſur-
pant. *Rhellic.*

Pedibus CD *reduxit*] Id eſt, retrodu-
xit. Priſcianus enim præpoſitionem *re*
κατ' ἀποκοπὴν quaſi *retro* dictam pu-
tat. *Idem.*

*Ne facile totum opus militum corona
cingeretur*] *Nec facile* volunt Victor, 34

 Va-



1. Aleſia oppidum in colle. 2. Foſſa infra collem à Cesaræ ducta. 3. Stimuli. 4. Lilia. 5. Cippi. 6. Foſſæ duæ ad vallum. a. Virgultis opera tecta.

coronâ cingeretur; ne de improviſo, aut noctu ad munitiones hoſtium multitudo advolaret, aut interdiu tela in noſtros operi deſtinatos conjicere poſſent. Hôc intermiſsô ſpatiô, duas foſſas, XV pedes latas, eâdem altitudine, perduxit: quarum interiorem campeſtribus ac demiſſis locis, aquâ ex flumine dirivatâ, complevit. Poſt eas aggerem & vallum XII pedum exſtruxit. Huic lori-

Variar. c. 17. Lipſius lib. 2 Polior. dialog. 2. Loqui enim Cæſarem de ſuis Romaniſq; militibus, qui tot numero non erant, ut tantam vim munitionum implere tuerique poſſent. Cum qui *ne facile* cripſerunt, videantur Gallos intellexiſſe. Quod falſum eſt. Pro *opus* autem Manuſ. Ven. Ber. Vaſc. *corpus*, habent, quod laudat idem Victor: & interpretatur, totum corpus munitionum, plures foſſas, quas Cæſar duxerat partim ad cohibendos hoſtes, quos Aleſiæ obſidebat, partim ad repellendos eos, qui auxilium obſeſſis ferebant. *Brant.* Corona vero adhibita primum ad terrendum aut claudendum, ſed & ad diſtinendum. Hinc ſæpe occurrit, *corona cingere urbem, corona capere, expugnare.* Fuit interdum ſpiſſa, id eſt, duplex, triplex, aut ſupra, ut militum numerus, aut magnitudo loci oppugnandi erat. *Montan.*

Duas foſſas] Committit non exiguum errorem Hotomannus, dum locum hunc ſic intelligit, ut non binas foſſas præter illam rimam circum omnes colles partes duxerit, ſed cum ejus radices duo duabus ex partibus flumina ſubluerent, unam utrinque foſſam à flumine ad flumen duxerat. Quarum alteram, quod paulo altiore loco facta erat, repleri aqua non potuerat: alteram cum eſſet demiſſiore loco facta, fluminis aqua compleverat. Itaque pro *Interiorem*, non dubitat quin ſit corrigendum *Inferiorem.* Sed ſolidiſſimè paulo ante à Lipſio refutatus eſt. *Montan.*

Aqua ex flumine] Flumen illud ex quo aqua dirivata eſt in foſſas, hodie *Armaneon* vocatur. *Idem.*

Aggerem & vallum XII *pedum*] Agger eſt ipſa terra, cum ceſpites circumciduntur ex terra, & ex illis velut murus inſtruitur. Ceſpes fiebat altus ſemiſſem, latus pedem, longus pedem ſemis; nam nec temere aut pro arbitrio hunc exſcindere licuit, ſed omnia ad normam. Vallum autem eſt aggeſtus è terra & ſudibus, ad labrum interius foſſæ velut murus. *Lipſius.*

Huic loricam pinnaſque adjecit] Vox *lorica* variâ ſignificatione innotuit: pro tegmine pectoris militari ut frequentiſſimè: pro tegmine aliarum etiam rerum, aut inductione, per traductionem ab illa militari, quæ corpus amplectitur & tegit. Paulatim longius itum, & objectio aliqua aut tegmen nobis antepoſitum, ſive munitiuncula, *lorica* dicta. Ita muruli in ambitu, minores valli, minuſque lati; ſed & è tabulis aut cratibus pluteiſque ſepimenta, in hoc nomen venêre. Pro vallo autem aut terreo murulo crebrò apud veteres. Sed & legitimum ipſum vallum, ſudibus turribuſque inſtructum, Vegetius vult ſic dictum. *Loricam* item de cratibus & vimineâ ſæpe, item de pluteis intelligit Cæſar. Atque hæ loricæ murorum vallorumque, ſunt pinnis diſtinctæ, ἐπάλξεις Græcis, προμαχῶνες, & creberrimè latino ritu θώρακες ſive θωράκια, *lorica* aut *loricula* dictæ. *Lipſius.* De pinnis autem, Varro lib. IV, de ling. Latina; *à quo munere murus, ejus ſumma pinna, ab his quas inſigniti milites habere in galeis ſolent, & in gladiatoribus Samnites.* Montan.

loricam pinnaſque adjecit, grandibus cervis eminentibus ad commiſſuras pluteorum, atque aggeris; qui adſcenſum hoſtium tardarent: & turres toto opere circumdedit, quæ pedes LXXX inter ſe diſtarent. Erat unô tempore & materiari, & frumentari, & tantas munitiones fieri neceſſe, deminutis noſtris copiis, quæ longius ab caſtris progrediebantur: & nonnunquam opera noſtra Galli tentare, atque eruptionem ex opidô pluribus portis facere ſummâ vi conabantur. Quare ad hæc rurſus opera addendum Cæſar putavit, quô minore numerô militum munitiones defendi poſſent. Itaque truncis arborum, aut admodum firmis ramis abſciſis, atque

Grandibus cervis, eminentibus ad commiſſuras pluteorum atque aggeris] Cervi ſunt ramoſi trunci arborum, in faciem & ſimilitudinem cornuum cervi: atque ii firmiores aliàs, aliàs infirmi. Iſti teneriores & infirmi, *Cervoli* dicebantur, verbo diminuente. Utebantur his in vallô ſtruendô, ad terram coërcendam aſtringendamque, identidem interjectis. Nos hodieque facimus: quod tamen, ubi legitimus denſuſque ceſpes vix opus. Et minorum hic uſus: majorum diverſus, & fere duplex. Receptiſſimus iſte, ut truncos illos firmiores in terram depangerent, & varie ſererent, itineri impediendo aut obſtruendo. Amburi ſolebant ad robur & duritiem & ſimul acumen, ut in ſudibus præuſtis. Atque is prior uſus & creber: alter, qui hôc locô apud Cæſarem, rarior: nempe ut eminerent in exteriori vallo, inſerti inter loricam ligneam, & aggerem ipſum, ſimplicis coronæ in modum; ſicque aſcenſum hoſtium tardarent. Agreſtes noſtri ſpineas ejuſmodi projecturas in loricis terreis eidem fini uſurpant. *Lipſius.*

Et turres toto opere circumdedit] Turres hæ, quæ toti operi circumdatæ, intervallo inter ſe pedum LXXX, diverſæ à mobilibus, de quibus pag. LXXIII: fixæ enim erant, & minus operoſæ, minuſque etiam altæ. Julianæ ſanè crebræ fuerunt; & calculus evincit, fuiſſe in undecim milliarium ambitu ad DCLXXXVII. Quid in ambitu exteriore XIV milliarium? Palam eſt acceſſiſſe ad dictum numerum CLXXXVII. Ergo in utroque ambitu, inſimul MDLXI turres fuiſſe patet. *Idem.*

Materiari] Hoc eſt, lignari, & materiam ad munitiones faciendas cædere. Siquidem *materia* ea propriè vocantur, quæ ſtructuris ſerviunt. *Rhellic*

Aut admodum firmis ramis abſciſis] Manuſ. Ven. & Ber. & Vetus edito Florentina ita legit. Alii contra, *truncis arborum haud admodum firmis ramis ab-ciſis.* In qua lectione difficultatem invenit Lipſius: ait enim, poſtquam Cæſa[r] foſſas illas duas duxiſſet, in ſpatio ill[o] medio pedum CCCC opera hæc inſtituit. Et primo, quos cippos appellabant, de[-]fixit. Eorum quinque ordines ponit, i[n] totidem perpetuis foſſis, & infernè re[-]vincit: re totâ in eo ſatis clarâ, niſi quo[d] verba aliquid tenent. Nam ait, *trunci[s] arborum haud admodum firmis ramis ab[-]ciſis*, foſſas conſitas. An ergo rami qua[-]ſiti *infirmi?* Ego contra cenſebam, & operis ratio & finis vellet. In veteribu[s] conſenſu fere, *aut admodum*, aiente ſiv[e] alternante particulâ, itemque *abſciſi[s]* Retineo hoc ſenſu: ut aut truncos ipſo[s] totarum arborum captos velit, ſed ju[-]niorum; aut & majorum ramos junio[-]r[…]

que horum dolabratis, atque præacutis cacuminibus, perpetuæ foſſæ quinos pedes altæ, ducebantur. Huc illi ſtipites demiſſi, & ab infimô revincti, ne revelli poſſent, ab ramis eminebant. Quini erant ordines conjuncti inter ſe atque implicati; quò qui intraverant, ſe ipſi acutiſſimis vallis induebant. Hos cippos appellabant. Ante hos, obliquis ordinibus in quincuncem diſpoſitis, ſcro-

res, qui cum ſua ſobole idem præſtabant. Hos enim ſparſos, & ad latera extantes, dolabrâ aptabant, exacuebant. Commodus hic & plane conveniens cum Cæſaris mente ſenſus, lectionem etiam Rhellicani aliorumque rejicit, qui pro *dolabratis* legunt *delibratis*, quaſi decorticatis cacuminibus. *Montanus.*

Perpetuæ foſſæ] *Perpetuæ* valet παραλλήλως æquali undecunque ductu, eoque continenti. *Giſanius.*

Se ipſi acutiſſimis vallis induebant.] Id eſt, ſe lædebant implicabantque ſtipitibus & ſudibus iſtis, *qui ab infimo revincti, ne revelli poſſent.* Vallos autem idem ſignificare quod ſudes, teſtatur Vegetius lib. II, & Servius Grammaticus ad verſum iſtum Virgilii Georgic. II:

Quadrifidaſque ſudes, & acuto robore vallos.

Verba ejus ſunt: *Bis idem dixit, nam valli & ſudes idem.* Montan.

Hos cippos appellabant] Nihil muto: ſine fraude tamen vacillationem optimi codicis indico, qui Torrentii antiſtitis fuit, in quo correctum *Cappos.* Incidebat *Scapos.* Et ſane militum licentia hunc velut Martialem hortum habuit & conſevit, & nomina etiam fortaſſis (ut mox *lilia*) à re hortenſi ſumpſit. Alioqui *Cervos* licuiſſet: recepto verbo. *Lipſius.*

Ante hos obliquis ordinibus in quincuncem diſpoſitis] *Quincuncialis ordo* unde dictus ſit, multi eximii viri noſtrâ ætate anxiè inquiſiverunt, de quorum numero Guilielmus Budæus eſt: idem libro primo de Aſſe dubitans, neque ego id certo aſſero: verùm opinione meâ liberè pronuntiata, lectori judicium relinquo. Quincuncialem igitur ordinem puto dictum, quaſi *quinpunctialem*; à quinque punctis. Cæterum quod hæc vox difficilis prolatu eſſet, & nonnihil inepti ſono referens, atque adeo ingratum auribus, deflexit Romani eloquii conſuetudo in id quod proximum alioqui, & in uſu frequenti erat, *Quincuncialis* pro *quinpunctialis* appellitans. Eſt igitur Quincuncialis ordo, qui in quovis quadrato centrum ipſius, quatuor angulorum punctis comparat: aſpectu enim ſic fiunt quinq; hoc modo • •
Et hæc quidem Glareanus, cui •
Glandorpius aſſentitur, quod ad • •
ſignificationis explicationem: etymologiam enim *quincuncis* derivare videtur à quinque unciis. Budæus autem citato libro teſtimonia Ciceronis, Demoſthenis & Quintiliani commodè in hanc rem citat. Prioris hoc eſt: *cum autem miraretur Lyſander & proceritatem arborum, & directos in quincuncem ordines & humum ſubactam atque puram, & ſuavitatem odorum, qui afflarentur è floribus, tum eum dixiſſe: mirari ſe non modo diligentiam, ſed etiam ſolertiam ejus.* Alterius tale eſt: *arbuſtinas vites excidit, & oliveta in verſus quoquoverſum digeſta confregit.* Quintiliani citat ex lib. VIII: *Nullus ne frugiferis adhibendus decor? quis negat? Nam & in ordinem certaque intervalla redigam eas arbores. Quid illo quincunce ſpecioſius eſt? Qui in quamcunque partem ſpectaveris, rectus eſt.* Addit idem auctuarii loco Xenophontem, ex quo Cicero ſua tranſtulit: *Cum autem conſitum locum miraretur Lyſander, quod decoræ eſſent arbores, & ſtirpium conſitarum æquabilis ſeries, ita in verſus di-*

ſcrobes trium in altitudinem pedum fodiebantur, paulatim anguſtiore ad ſummum faſtigio. Huc teretes ſtipites feminis craſſitudine, ab ſummo præacuti & præuſti, demittebantur; ita ut non amplius IV digitis ex terra eminerent. Simul confirmandi & ſtabiliendi causâ ſinguli ab infimô ſolô pedes terrâ exculcabantur: reliqua pars ſcrobis ad occultandas inſidias viminibus ac virgultis integebatur. Hujus generis octoni ordines ducti, ternos inter ſe pedes diſtabant. Id ex ſimilitudine floris Li-

rectos configurata videretur, ut pulchre exacta eſſent omnia. Et ſubjicit ſtatim; Ex his autorum teſtimoniis conjicere licet, quid ſit quincuncialis ordo: etiamſi nondum intelligimus, cur ita appellatus ſit. Fortaſſe ſic antiqui *quincuncem* dixerunt exactam plantarum metationem, ut decuſſem exactam ſpatii diviſionem. *Montan.*

Paulatim anguſtiore ad ſummum faſtigio] Nego, *ad ſummum:* nec qui conſiderat, admittet. Quid libri? meliores omnes, *ad infimum:* & defendendum eſt. Scrobes nempe ita factæ, ut patula rotunditate, paulatim anguſtarentur coirentque ad imum. Ni ſic fuiſſet; quomodo terra exculcata commode, quod additur? *Lipſius.*

Feminis craſſitudine] Femen pars eſt interior femoris, alvo proxima. Liv. lib. XXX: *Poſtquam femine transfixo cadentem videre.* In pleriſq; autem exemplaribus legitur, *ſemiſſis craſſitudine.* Glandor. Ita eſt. Florentina vetus editio ſic habet: & lectio illa non admodum repugnat cum Cæſaris mente. *Montan.*

Singuli ab infimo ſolo, &c.] Sententia eſt: è tribus illis pedibus altitudinis, tertium ab imo deperiſſe; terra aggeſta ad ſtabiliendum ſtipitem, & circa eum ſtipata & exculcata. Nam Hotomannum bona mens non impulit duas voces inducere & auferre, *pedes terra.* Quid ergo reliqui duo pedes? ii vacui. Et addit: *reliqua pars ſcrobis, ad occultandas inſidias, viminibus ac virgultis integebatur.* Id, inquam, eo ſenſu, ut vimina & virgulta ſummam oram foveæ texerint, ei ſuperſtrata: imo & herbidus ceſpes ſuper ea, ut opinor, ad magis occultandum ſtilum. Qui etſi quatuor digitos eminebat; tamen facile hac tali materie celabatur: Feſtus id dixit *vallum cæcum.* Verba ejus ſunt: *Cæcum vallum, in quo præacuti pali terræ affixi, herbis & frondibus occuluntur.* Pompeius, hoc tale vallum ſtruxit, in ipſum Cæſarem, tunc cum Brundiſio excederet: *foſſas tranſverſas viis præducit, atque ibi ſudes ſtipiteſque præacutos defigit: hæc levibus cratibus terraque inæquat.* Vides herbam, terram, crates inſtratas: & dolus ita poſcit. *Lipſius.*

Id ex ſimilitudine floris lilium] Hic ſubſiſtunt, ac variè ſe movent. Quæ enim in toto opere ſimilitudo Lilii? inquiunt. Nec de nihilo dubitatio: & eo decurritur, ut dicant calycem ipſum lilii deſignari, cum id clauſum adhuc; nec ſe expandit. Is capite leviter protuberante & quadrato eſt; & talem fuiſſe volunt immiſſum ſtipitem, eoque aſpectum. Hæreo, imo non hæreo. Nonne enim Cæſar diſertè ſcribit, *ſtipites teretes* fuiſſe? nec forma hæc quadrata, aut lilii clauſi convenit. Meo nunc ſenſu, aſpicit ſimilitudo totam foveam supernè expanſam jacentemque in orbem: cui medius deinde ſtipes inſeritur, atque id eſt velut Lilium patens, cum ſtamine ſuo ac ſtilo. *Idem.*

Talea

Lilium appellabant. Ante hæc taleæ pedem longæ ferreis hamis infixis totæ in terram infodiebantur; mediocribuſque intermiſſis ſpatiis, omnibus locis diſſerebantur, quos Stimulos nominabant. His rebus perfectis, regiones ſecutus, quam potuit, æquiſſimas pro loci naturâ, XIV millia paſſuum complexus, pares ejuſdem generis munitiones diver-

Taleæ pedem longæ ferreis hamis] Non contentus Cæſar dupliciter impediſſe iter, ſtimulos quoque addit, & per intervalla modica ſpargit. Numerum aut ordinem non dicit: obtinuere totum ſpatium, quod reliquum ad primam foſſam. Iſtæ autem taleæ breves, nec niſi pedales: atque ita notetis, totum opus per gradus creviſſe. Primo minoribus *taleis*, mox majoribus *Liliis*, maximis denique *cippis:* creviſſe, aſpectu dico eorum qui invaſiſſent. Dicit autem hos *ſtimulos* nominatos: & approbo. Quod & Cæſar alibi facit: ubi ait: *Galli dum longius à munitione aberant, plus multitudine telorum proficiebant. Poſteaquam propius ſucceſſerunt, aut ſe ipſi ſtimulis inopinantes induebant; aut in ſcrobes delapſi transfodiebantur.* Stimuli ecce repetuntur, nec vacillat ibi liber. *Idem.*

His rebus perfectis] Stupenda ſunt. Sed quam magna manu ingentia hæc opera? non niſi decem legionibus: at veteranis illis, & quibus ipſe elogium in Hirtio tribuit, Hiſpanos alloquens: *an me deleto, non animadvertebatis, decem habere legiones populum Romanum, quæ non ſolum vobis obſiſtere, ſed etiam cœlum diruere poſſent?* Superba mihi ſæpe & improba viſa dictio (& eſt:) Verum ſi quis hæc talia opera conſiderat, nonne has veras molitiones gygantum dicat, nec noſtræ ſortis? Tempus autem licet non expreſſerit Cæſar; tamen ex eo colligas, haud longè ſupra triginta dies impenſos. *Idem.*

XIV *Millia paſſuum complexus*] Si interius vallum, ut paulo ante Cæſar, in ambitu habuit IX milliaria, exterius, quemadmodum hic ſcribitur XIV: ratio colligit, fuiſſe inter utrumque, paſſus circiter *nongentos quinquaginta quatuor.* Magna latitudo, & propemodum milliari uno vallum à vallo abfuit: ſed cauſa, credo, ut equi laxius haberentur, & pabulum etiam iis eſſet; tum denique ob calones, lixas, & id genus, quos probabile multos fuiſſe. Ratio quidem circularis hoc intervallum poſtulat: etſi juſtum tamen exactè ambitum circularem fuiſſe haud opinamur: ſed pro locis procurriſſe, aut ſe flexiſſe; quod & Cæſar indicavit. *Lipſius.*

Pares ejuſdem generis munitiones] Vides duplicatum totum opus, & poſt tot illas moles contra opidanos, alteras tantas adjectas contra externum hoſtem, ſi adveniret. Ita incluſus utrimque Cæſar opidum clauſit, & vim ſuſtinuit *ducentorum quadraginta millium peditum, equitum octo millium*; qui ſubſidio veniebant: & erant in ipſo opido *hominum millia ad octoginta.* Horreſcit mihi animus (vero verbo utor) cùm opera illorum video, nec à magna manu, nec in magno tempore facta. Et hæc quidem ad Aleſiam. At quid poſtea etiam Cæſar? Quanta illa munitio, qua Pompeium ad Dyrrachium clauſit? Ibi patratum, quicquid fidem ſuperat, & quicquid humana manu vix fieri poſſe videtur. Appiani verba ſunt: *Cæſar aggreſſus opus eſt difficile & inopinatum, ut uno muro omnes Pompeii copias circumplexus, à mari ad mare eum duceret: etiam ſi cœptis excideret, magnam apud poſteros ſuper hac audacia gloriam laturus. Erant enim ſtadia ducenta & mille.* Quæ ſi vera, abeſſe non poteſt, quin ambitus operis fuerit ad centum quinquaginta circiter milliaria. *Idem.*

diverſas ab his contra exteriorem hoſtem perfecit, ut ne magnâ quidem multitudine, ſi ita accidat, ejus diſceſſu, munitionum præſidia circumfundi poſſent. Neu cum periculo ex caſtris egredi cogerentur; dierum xxx pabulum frumentumque habere omnes convectum jubet. Dum hæc ad Aleſiam geruntur, Galli, conciliô principum indictô, non omnes, qui arma ferre poſſent, ut cenſuit Vercingetorix, convocandos ſtatuunt; ſed certum numerum cuiq; civitati imperandum; ne, tantâ multitudine confusâ, nec moderari, nec diſcernere ſuos, nec frumentandi rationem habere poſſent. Imperant Æduis atque

Ut ne magna quidem] Nam turres frequentes & caſtella toto opere circumdedit: quæ cum ab latere hoſtes vulnerarent, quantumvis magna multitudo (ducentorum ſcilicet XLI millium) accederet, tamen circumfundi hoſtes impediebat. Suus autem cuique legato & legioni locus erat in illis turribus attributus. *Hotoman.*

Imperant Æduis] Vix eſt alius totis hiſce commentariis locus, æque hic depravatus, nemine à multis annis de hoc numero curante, quo pacto partes ſummæ reſponderent. Itaque & anxia cura, & ſumma adhibita diligentia, inſpectis exemplaribus, eum magna ex parte reſtituiſſe confidimus. Quanquam in populorum nominibus aliquot hæremus, nec abſque cauſa judicium noſtrum lectori committimus. Notandum itaque eſt Cæſarem opidò pulchra ratione hanc deſcriptionem inſtituiſſe, nempe ut potentiſſimos quoſque populos primum enumeraret, deinde minus potentes poſtponeret. Quo ordine *Ædui*, ac *Arverni* jure præcedunt, quippe quibus & lata regio, & magnæ erant clientelæ, ideoque & maximum iis dedit numerum, videlicet *tricena quina millia*; quæ ſumma creſcit in ſeptuaginta millia. Sequuntur deinde populi minores ſex, *Senones*, *Sequani*, *Bituriges*, *Santones*, *Rutheni*, *Carnutes*, quibus *duodena* tribuit *millia*, non *viginti duo millia*, ut falsò habent corrupti codices. Summa igitur horum populorum excreſcit in ſeptuaginta duo millia. *Bellovaci decem millia* dare juſſi: *duo* miſerunt; ratio paulo poſt à Cæſare redditur. *Lemovices*, *decem millia* miſerunt. *Octona millia*, quatuor duntaxat populi *Pictones*, *Turones*, *Pariſii*, ac *Helvetii* (male autem à Glareano Helvetii pro Eleutheris Sueſſionibus reponuntur. *Montan.*) Nam hic diſtinguendum eſt colo, quod conjunctio, *&*, ter poſita ſatis indicat. Summa, triginta duo millia. Porro deinde novus ſenſus inchoandus. *Ambianis*, *Mediomatricis*, *Petrocoriis*, *Nerviis*, *Morinis*, *Nitiobrigibus*, quibus *quina millia* imperata ſunt; ſicut & *Aulercis Cenomanis*, quos ideo ſeorſum numerat, ne viderentur duo populi, cum ſit unus. Summa octo horum populorum, quadraginta millia. *Atrebatibus* imperata *quatuor millia*; *terna* autem *millia* tribus populis, *Bellocaſſis*, *Lexobiis*, ac *Aulercis Eburonibus:* eſt enim & hic unus, non duo populi. Vides ut ab *duodenis millibus* deventum ſit ad *terna millia*. *Boiis* igitur ac *Rauracis* ex hactenus ſervato deſcriptionis ordine minor numerus competet, ut civitatibus duabus perexiguis, bello etiam ante ſexennium Helvetico attritis. Præterea Boiis, ut exulibus, ab Æduis receptis, quemadmodum libro primò narravit Cæſar.

Bina

atque eorum clientibus, Seguſianis, Ambivaretis, Aulercis

Bina igitur iis *millia* attribuenda, non *triginta millia*, ut peſſimè omnes errant codices. Poſtremo *Armoricæ civitates* proportione minimum dederunt numerum, utpote longius ab Æduis diſtantes, quod de Treviris quoque ſuperius dixit Cæſar. Itaque his neutiquam diſtributivum nomen dandum, ſed *ſex millia* in univerſum illis imperata intelligendum. Sed age nunc ſi libet, omnium ſummam colligamus, primis numeralibus, citra diſtributionem, & notis item numerorum characteribus. Æduorum ac Arvernorum pone LXX ∞. Octo deinde populorũ, LXXI ∞. His adde Bellovacorum II ∞. Lemovicum; X ∞. Rurſus quatuor populorum; XXXII ∞. Et octo populorum, XL ∞. Atrebatium, IV ∞. Trium populorum, IX ∞. Duorum, IV ∞. Poſtremo Armoricarum civitatum, VI ∞. Et emerget ſumma omnium, CCXLIX ∞. Cæſar VII ∞ Equitum ponit, peditum CCXL ∞, rotundo magis numero quam juſto. Debebat enim ponere peditum CCXLI ∞. Sed pro uno milliario libuit dicere Circiter. Quapropter ſi ita, quemadmodum recenſuimus, legantur, & ordo Cæſariæ deſcriptionis, quæ maximum quemque numerum primo quoque loco ponit, ſervabitur, & equites in numerum generalem illum, ſummæ omnium venient. Denique illud, quod Circiter Cæſar dixit, explicabitur, cum unus duntaxat millenarius in ſummâ omittatur. Non exiſtimo, difficile poſt tam exactam omnium numerorum ſupputationem, vel parum etiam exercitatos in Arithmeticis, videre, ſi ſex poſt Æduos ac Arvernos populis demus 22000, ut vulgo codices habent, Rauracis ac Boiis 30000. Denique Armoricis civitatibus ſena millia, id eſt, 42000. Quantum is numerus ſuperaturus fuerit Cæſaris ſummam. Rurſus ſi Rauracorum fortaſſis ac Boiorum ad noſtram ſummam diminuemus, quantum defecturus ab eadem Cæſaris ſumma. Quapropter non magnopere diffidimus apud optimos quoſque Lectores, poſteaquam hanc noſtram diligentiam penitus introſpexerint; calculum huic noſtræ opinioni addituros. *Glarean.*

Eorum clientibus] Subaudiendum, *Vicinis ac finitimis.* Nam alios multo plures in Æduorum fide & clientelâ fuiſſe, alibi demonſtratum eſt. Itaque quatuor iſtos populos pro unâ regione poſuit: & quoniam tenues erant, quaſi pro una tantum Æduorum civitate. Nam inter hos quinque nominatos æquabiliter numerum iſtum triginta quinque millium diſpartiri, nulla ratio eſt. Sic ſuperius *Æduis* & *Seguſianis* imperata ſunt *decem millia.* Sic infra *Arvernis* parem numerum attribuit, adjunctis ſimiliter quatuor tenuibus civitatibus. Propterea autem hos conjunctim numerat, quia deinceps ordinem in numeris ſervat, à majoribus ad minores gradatim progrediens. *Hotomannus.*

Seguſianis] Seguſianorum ſedes è regione Allobrogum. Primi ſunt extra Provinciam trans Rhodanum, teſte Cæſare. Æduis finitimi verſus ſeptentrionem, eorumque clientes. Hodie Seguſianorum terra, *le Païs & Seneſchaucée de Lionnois.* Ortelius autem limites Seguſianorum nimis coarctat, dum pagum Forenſem, vulgo *le Païs de Foreſt*, illis tantummodo aſſignat: & audacter ſatis Ptolemæum erroris coarguit, qui Lugdunum in Seguſianis ponit. Imo Seguſiani ad ripam uſque Rhodani & Araris excurrebant, Lugdunumque obtinebant. *Montan.*

Ambivaretis] Hærent in hoc vocabulo doctiſſimi viri, codiceſque quam maximè variant. Alii ignorari contendunt, alii Brabantos eſſe cenſent, quod abſurdiſſimum. Nam quis credat Brabantos, tam longè ab Æduis diſſitos, Æduorum clientes fuiſſe? Fatendum eſt, Ambivaritorum lib. IV mentio fit, in quorum fines equitatus Uſipetum & Tenchtherorum prædandi frumentandique

lercis Brannovicibus, [Brannoviis] millia XXXV. Parem numerum Arvernis, adjunctis Eleutheris Cadurcis, Gabalis, Velaunis, qui ſub imperio Arvernorum eſſe conſueverunt: Senonibus, Sequanis, Biturigibus, Xantonibus, Ruthenis, Carnutibus XII millia; Bellovacis

dique cauſâ miſſus fuerat. Sed convicta tum erroris illa lectio, repoſitique *Aduatici* pro *Ambivaritis*. Quod vero ad codices attinet: Gryphianus legit *Ambruareti*, Florentinus *Ambluareti*, Pariſienſis *Ambivareti*, & alii etiam *Ambuiarti*, & *Ambibareti*, Græcus Interpres Ἀμϐιϐαρέτες habet. Quales autem hi ſint; ignorare me cum plurimis fateor: Non male meo judicio Glareanus & Ciacconius pro *Ambivaretis* ſubſtituunt *Ambarros*: utpote qui paulo ante *neceſſarii & conſanguinei Æduorum* à Cæſare ſunt vocati, & iiſdem ad Septentrionem conregionales: habitârunt enim quondam Ambarri Comitatum *Caroleſii*, vulgo *Carolois*; qui Ducatum Burgundiæ verſus ſeptentrionem attingit, ubi olim Æduorum ſedes. *Montanus.*

Aulercis Brannovicibus] Aulerci quadruplices erant, vel Eburovices, vel Cenomani, vel Diablintres, vel Brannovices. Brannovices Rhellicanus nunc *La valle de Moriana*, ſed rectius fortaſſe Marlianus *de Ange* ſive *Rhoanum* dici autumat. *Idem.*

Brannoviis] Ciacconius aut *Brannovices* aut *Brannovios* abundare credit. Sedes eorum Ortelius ignorari contendit, Marlianus etiam *Blannovios* legit, & Gallis *de Blano* dici aſſerit. At ſanius forte Merula, Brannoviis fines aſſignat, ubi nunc *Brianſon*. Idem.

Arvernis] Arvernorum terra hodie *le Païs & Duché d'Auvergne.* Vide plura pag. XXX. *Idem.*

Eleutheris Cadurcis] Cognominantur Cadurci Ἐλεύθεροι; id eſt, Liberi; non enim aſſentior novos inde fabricantibus populos. Sic & paulo poſt *Sueſſones Eleutheri* prænominantur: & alii multi, apud Plinium populi *Liberi* vocantur. Cinxerunt olim Cadurcos *Petrocorii*; *Nitiobriges*, *Rutheni*, *Arverni*, & *Lemovices.* Regio eorum *Cadurcium*, vulgo *Quercy*, vel ut aliis pronuntiatur, *Crecy*, montibus eſt innexa. *Merula.*

Gabalis] Gabali, *le Païs de Givauldan.* Eorum caput hodie urbs Mimatenſis; *la Ville de Mende en Givauldan.* Eſt civitas Epiſcopalis Provinciæ Biturigum attributa. Nugantur qui hodie ſubjiciunt Arelatenſi metropoli. *Ortelius.* Vide plura paulo ſuperius.

Velaunis] In antiquis Cæſaris codicibus legitur Velavi: qui Ptolemæo Οὐέλαυνοι, Straboni Οὐελλάϊοι. ad cujus ſcripturam proxime accedit hodierna appellatio, quâ Languedokii tractus vocatur *Velai* vel *Velaie.* *Civitas* Velaunorum Notitiæ Provinciarum Galliæ in Aquitania I vel VI Viennenſi *le Païs de Velai*, ut notat Scaliger, Belleforeſtius, Poldus, & Ortelius. *Merula.*

Senonibus, Sequanis, Biturigibus] *Senones* olim eam Campaniæ partem (vulgo *Comté de Champagne*) obtinuerunt; ubi nunc viſitur Archiepiſcopalis urbs *Sens.* Vid. plura pag. LXII. *Sequani* hodie Burgundiæ comitatum *la Franche Comté* incolunt. Maxima Sequanorum civitas & caput Viſontio, *Beſançon.* Civitas Imperialis extra territorium Comitatus Burgundici. *Ortelius.* Sed de his paulo ante. *Bituriges* cum duplices ſint, *Vibiſci* aut *Viviſci*, & *Cubi*; hoc loco Cubi intelligendi ſunt, quorum Cæſar tantummodo in omnibus ſuis Commentariis mentionem facit. Clientes illi Æduorum, Ligeri olim ab his diſcreti, habitabant tractum, qui nunc *Duché de Berry* appellatur. *Montan.*

Xantonibus] Diverſimodè in diverſis libris hoc nomen apud Cæſarem legitur. Nonnulli codices habent *Xantones*, quod

cis x. Totidem Lemovicibus; octona Pictonibus, & Turonis, & Pariſiis, & Eleutheris Sueſſionibus; Ambianis, Mediomatricis, Petrocoriis, Nerviis, Morinis, Ni-

quod Ortelius planè rejicit: nonnulli *Santoni*, & lib. III de bell. civil. etiam *Santonæ*. Græcus interpres vertit Σάντωνας, qui Straboni Σάντονοι, Ptolemæo Σάντωνες. Plinius eos Eleutheros ſive Liberos tradit. Hodie *l'Eveſché de Saintes*. Idem.

Ruthenis Carnutibus] Rutheni in primâ Aquitanâ, *la Seneſchaucée de Rouergue*. Urbs eorum Epiſcopalis Segodunum, *Rodais*. Finitimi ſunt Arvernis & Sanctonibus. Lucanus *Flavos* vocat.

Solvuntur flavi longa ſtatione Rutheni.

Plura pag. LI & paulo ſuperius. Carnutum ſedes, ubi nunc *l'Eveſché de Chartres*, *le païs Chartrain*. Idem.

Bellovaci x] Quæri poteſt, cum tanta hujus civitatis potentia fuerit, quantam Cæſar identidem prædicat, quomodo minus illi, quàm ſuperioribus proximis ſit imperatum. Sed veriſimile eſt ei propter dignitatem gratificatum. Itaque mox ſubjungit, ne hunc quidem numerum miſiſſe: ſed duo tantum millia. *Hotoman.*

Lemovicibus] Populis his ad ſeptentrionem adjacent Bituricenſes; ad ortum Borbonii; ad meridiem Arverni; ad occidentem Petrocorii; ad caurum denique Pictones. Ulmus hic viſitur, grandioris ætatis, inter vicum, cui ab *Nova domo* nomen, *la Maiſon Neufve*, & *Argentonium* Bituricenſe opidum, ſeptentrionem verſus, quæ quatuor ditionum dirimit fines, Bituricenſium, Borboniorum, Arvernorum, & Lemovicum; adeo ut aliquando quatuor horum populorum principes dicantur inter ſe ſermones conſeruiſſe, quique in ſuo territorio. Lemovices autem, Straboni Λεμοβίκες, Ptolemæo Λιμόϊκοι, hodie *Limoſins*. Merula.

Pictonibus, *&* *Turonis*, *&* *Pariſiis*] Pictones in Secunda Aquitania *le Païs de Poitou*. Latiſſimè patet. Urbs Epiſcopalis Auguſtoritum, *la ville de Poitiers*. Ampliſſima & florentiſſima civitas. Vide pag. CII. Pariſii ad Sequanam populi. Hodie proprie *l'Iſle de France*, & caput ejus *Paris*. Reſpice paulo ſuperius. *Ortelius.* Qui autem Turones apud Cæſarem & Tacitum, iidem Τȣρόνιοι Ptolemæo. *la Duché de Tourraine*, *l'Archeveſché de Tours*. Merula.

Eleutheris Sueſſionibus] Cæſar hos Eleutheros ſeu liberos prænominat, quemadmodum & Cadurcos. Hodie *Soiſſons*. Sueſſionum latiſſimi feraciſſimique fuerunt agri, & opida duodecim; quorum unicum à Cæſare nominatur Noviodunum, quod poſt Belgarum diſceſſum ex itinere oppugnare conatus, propter latitudinem foſſæ murique altitudinem, paucis licet defendentibus, expugnare non potuit. *Merula.*

Ambianis, *Mediomatricis*] Ambianorum ſedes, ubi hodie opulentiſſima urbs Ambianum, vulgo *Amiens*. Mediomatrices Belgæ ſunt: quos *Weſtreicher* appellat Rhenanus. Eorum metropolis *Mets* dicitur in Lotharingia. *Ortelius.*

Petrocoriis] Petrocorio conjacet, qua ſeptentrio eſt, Lemovicium; qua occidens Sanctonia; ad meridiem Vaſconum gentes occurrunt; ad ortum Cadurces & Arverni. Incolæ vero (quos hic *Petrocorios* Cæſar, Plinius *Petrogoros*. Sidonius *Petrogorios* appellat) ſunt alacres, ſani, longævi, paucis contenti, affabiles. Metropolis vulgo *Perigueux*. Merula.

Nerviis, *Morinis*] *Nervii*, populi inter Belgas maximè feri, Atrebatibus, Ambianis, Aduaticis, Morinis, Vellocaſſibus, Veromanduis ac Treviris finitimi. A Bellovacis longè abſunt, quos Sabis, & Scaldis flumina irrigant. Nullus ad eos mercatoribus aditus erat, nihil vini, reliquarumque rerum ad luxuriam pertinentium, patiebantur inferri,

Nitiobrigibus quina millia; Aulercis Cenomanis totidem; Atrebatibus IV millia; Bellocaſſis, Lexoviis, Aulercis Eburonibus terna; Rauracis, & Boiis XXX. Univer-

ferri, ne eorum animi elangueſcerent, virtuſque remitteretur, magnæ virtutis homines; majus in diſcrimen, quam uſquam in tota Gallia, Germania, aut Britannia fuerit, univerſum Cæſaris exercitum deduxerunt; ita, ut Nerviorum prælio rem in anguſto vidiſſe, neque ullum fuiſſe ſubſidium, quod ſubmitti poſſet, & ſcuto noviſſimis uni militum detracto in primam aciem ſe proceſſiſſe, quod ſolum in extrema ſpe ſalutis Imperatori licet, Cæſar ipſe teſtetur, nunc *Tornacenſes* dicti. Civitas eſt Epiſcopalis, in Provincia Rhemenſi, & limitibus Francorum regni ſita. *Marlia.* Morini Virgilio, Plinio, aliiſque noti, Ptolemæo & Straboni Μόρινοι olim, ubi nunc in ruinis jacet *Teroana*, quæ in Notitia *Civitas Morinorum*. Merula.

Nitiobrigibus] Nitiobriges hodie *le Païs & Seneſchaucée d'Agenois.* De iis paulo ſuperius.

Aulercis Cenomanis] *Cenomani* partem iſtam Belſiæ incoluerunt: ubi nunc *Païs de Maine*, *l'Eveſché de Mans. Aulercos* (prænomen illud eſt aliquot Galliæ populis) *Cenomanos* habet Plinius. *Cenomanorum* in Italiam irruptiones commemorantur apud varios Hiſtoriographos, Polybium, Livium, Juſtinum. *Merula.*

Atrebatibus] *Atrebates* inter Belgas populi finitimi Ambianis, Tornacenſibus, & Morinis, partem Picardiæ continent. Civitas eſt, nomen adhuc retinens, in provincia Rhemenſi; Regem agnoſcit. *Arras* hodie vulgo nuncupatur. In hac laudatiſſima texuntur aulæa. *Marlian.*

Bellocaſſis] *Bellocaſſi*, aut *Bellocaſſes*, ſunt, qui eandem cum *Vercocaſſibus* gentem faciant: eorumque rurſus quidam, *Vergaſſins*, ad Sequanam, quorum opidum primum *Giſors* eſſe volunt: quidam in ultimis Armoricæ Galliæ finibus ponunt. Marlianus verò diſtinguit, & *Bellocaſſos Celtas*, ait, eos qui hodie *Baiocenſes: Velocaſſes* autem *Belgas*; eoſque qui hodie in Comitatu Flandriæ territorium *Caſſel* occupant. *Ortelius.* Sententiam hanc Marliani plane rejicit Merula: quicum conſentit Turnebus, Divæus & Cænalis. *Montanus.*

Lexoviis] Hi etiam Cæſari lib. III. *Lexobii*, Straboni Ληξόβιοι, Ptolemæo Λεξούβιοι; Hodie *l'Eveſché & Païs de Liſieux en Normandie.* Merula.

Aulercis Eburonibus] Male legitur (ut & jam ante a Glareano animadverſum) interjecta diſtinctione *Aulercis*, *Eburonibus*, quaſi duo eſſent populi. Plinii verba ſunt: *Aulerci, qui cognominantur Eburones.* Ptolemæo Αὐλιρκιοὶ Ἐβουραϊκοί· *Ebores*, vel *Ebures* Auſonio. Hodie *l'Eveſché d'Evreux en Normandie*, ut cenſet Scaliger, Orontius, Vigenereus, Vinetus & alii: quorum tamen nonnulli *Aulercos* ab *Eburovicibus* ſeparant, contra veterum Scriptorum, præcipue Plinii & Ptolemæi, mentem. *Aulercorum* vero Eburovicum urbs apud Antoninum in itinere, quod Rotomago ducit Lutetiam, *Mediolanum* nominatur. *Merula.*

Rauracis & Boiis triginta] Ita eſt in Steph. & Ald. Sed neque harum civitatum tenuitas tantum recipit oneris, neque ordo à Cæſare inſtitutus à majoribus numeris ad minores, aut ſumma inferius ab ipſo collecta hunc numerum patitur. Quare aſſentior iis, qui *Bina* hoc loco reſtituunt. Nam (ut hic noſter ſuperius dixit) *Beiorum civitas erat exigua & infirma.* Hotoman. Rauracos autem Baſilienſem agrum incoluiſſe, præter Rhellicanum, Ortelium & Scudum, teſtatur Auguſta Rauracorum: cujus ruinæ ſupra Baſileam etiamnum apparent. *Montanus.* At Boii Tranſrhenani populi. Eorum pars, qui cum

verſis civitatibus, quæ Oceanum attingunt, quæque eo-rum conſuetudine Armoricæ appellantur: quô ſunt in numerô Curioſolites, Rhedones, Ambibari, Cadetes, Oſiſmii. [Lemovices,] Veneti, Unelli, ſena, ex his Bellova-

um Helvetiis Galliam invaſerat, in finibus Æduorum, ipſis Æduis deprentibus, collocata, eos fines incoluiſſe creduntur, qui hodie *Bourbonnois*. Ortelius.

Civitatibus, quæ Oceanum] *Civitas vox* ολύσημος *eſt, & pro loco, & pro opido, pro jure quoque omnium, & pro hominum multitudine ſumitur.* Gellius. Apud Cæſarem vero ponitur pro gente, quæ tum eâdem linguâ, tum etiam eôdem re, iiſdemque legibus utitur, & unum imperium, unumque magiſtram agnoſcit. *Hotoman.* Addit, quæ *Oceanum*, ſupple *Britannicum* attingunt. ...e enim Armoricam verſus occidenm & ſeptentrionem alluit. *Montan.*

Armoricæ appellantur] *Armoricæ civitates* ponuntur à Cæſare in eô tractu, ...i *Britannia minor* Sigeberto vocatur, ...*rmionia* etiam, & vulgo *Bretagne*, Ro...rtô Cœnali auctore. Antiqua Britan...ca lingua hodie *Lhydaw* appellatur; ut ...ibit Humfredus in ſuo Britannicæ ...ſcriptionis fragmento. Joannes Le...ndus, *Armoria*; idem ſignificare di... quod *Supra mare*, in ipſa Britannicâ ...gua. Sunt Plinii *Britanni*, Pontico ...tunnio ſi fidendum. *Letavia* quoque ...ta fuit hæc Armorica. *Ortelius.* Re...t poſtremò toti huic provinciæ no...en antiquum *Britanniaque* cœpit ite...n audire; Britannis eo ex adversâ ...ulâ ab Anglo-Saxonibus, Pictis, Sco...que circa annum CCCCL contra fi...m compulſis. Fragmentum Hiſtoriæ ...ncicæ, quod edidit Pithœus, ſic ha... *Juxta quos* (loquitur de Norman...) *habitationem habent Britanni, qui ...ſi à Britannicâ Inſulâ dudum à Saxoni..., eandem regionem, quam modo inco...t, ſibi vindicantes, appellavere à ſua ...te Britanniam quæ prius Cornu Galliæ ...batur.* Sciendum eſt Britannos Inſulanos ſic in Galliam ex Inſula tum temporis tranſgreſſos; ut olim *Britanni Galli* ex Celticâ in adverſam inſulam colonias ducturi tranſierant. *Merula.*

Curioſolites, Rhedones] Priores *Coriſopitenſes* eſſe pleriſque placet, ait Marlianus. Notitia Provinciarum in Lugdunenſi III *Civitatem* habet *Curoſopitorum: l'Eveſché de Cornouaille.* Rhedones Ptolemæo Ῥήδονες, *Redonica Regio* Gregorio Turonenſi; Civitas Redonum in Notitia Provinciarum in Lugdunenſi III; *l'Eveſché de Renes.* In hujus diœceſeos agro Abbatia eſt, quæ *Redon* vulgo, populi memoriam planè adhuc ſervat. *Idem.* Urbs eorum Epiſcopalis *Condatæ. La Ville de Renes en Bretagne.* Ortelius.

Ambibari, Cadetes] Ambibaros Cæſaris exiſtimat fuiſſe Vigenereus, ubi nunc *Ambie*, prope montem S. Michaëlis. Ortelius ignorari ait. Marlianus Populos Celtarum, inter Aremoricas civitates Oceanum attingentes, finitimos Rhedonibus & Lemovicibus circa Britanniam citeriorem & Normanniam, in regno Francorum ſitos facit. Cadetes Ortelio ignorantur. Rhellicanus Gallicè *Quinpercorentin en Bretagne* nominat. Glandorpius & Ciacconius legunt *Caletas*, Glareanus *Nannetas.* Inter tot diſcrepantes ſententias mihi in his tenebris nihil certi definire licet. *Montanus.*

Oſiſmii, Lemovices] Oſiſmii Plinio & Melæ, qui Ὀσίσμιοι Straboni & Ptolemæo. *Civitas Oſiſmiorum* in Notitia. Τιμίους apud Strabonem nominat Pytheas, ſedeſque illis tribuit in promontorio quodam προπεπτωκυίας ἱκανῶς, porrecto ſatis. Sunt qui eos locant, ubi hodie Tricorienſium urbs, vulgo *Triguier*, vel *Landtriguier*. Merula. Glandorpio ſuſpecta vox *Lemovicum* eſt, cum ante numerati ſint. Glareanus ea-

dem

lovaci ſuum numerum non contulerunt; quod ſe ſuô nomine atque arbitriô cum Romanis bellum geſturos dicerent, neque cujuſquam imperio obtemperaturos. Rogati tamen à Comio, pro ejus hoſpitio II millia miſerunt. Hujus operà Comii, ita ut antea demonſtravimus, fideli, atque utili ſuperioribus annis erat uſus in Britanniâ Cæſar: pro quibus meritis civitatem ejus immunem eſſe juſſerat; jura legeſque reddiderat: atque ipſi Morinos attribuerat. Tanta tamen univerſæ Galliæ conſenſio fuit libertatis vindicandæ, & priſtinæ belli laudis recuperandæ, ut neque beneficiis neque amicitiæ memoriâ moverentur; omneſque & animô, & opibus in id bellum incumberent; coactis equitum VIII millibus, & peditum circiter CCXL. Hæc in Æduorum finibus recenſebantur; numeruſque inibatur: præfecti conſtituebantur: Comio Atrebati, Viriomaro, & Eporedorigi Æduis, Vergaſillauno Arverno conſobrino Vercingetorigis ſumma imperii tranſditur. Iis delecti ex civitatibus tribuuntur, quorum conſilio bellum adminiſtraretur. Omnes alacres, & fiduciæ pleni ad Aleſiam proficiſcuntur. Nec erat omnium quiſquam, qui adſpe-

ctum

dem ratione ductus audacter ſatis pro *Lemovicibus Diablintres* ſubſtituit. Marlianus duplices Lemovices facit, alios nempe iſtos Aquitaniæ, alios hos ex civitatibus attingentibus Oceanum, quæ *Armoricæ* dicuntur. Merulæ verò verba ſunt: Ego in his, ut in multis aliis, nihil temere affirmo. *Montan.*

Veneti, Unelli] Venetos & res ab iis geſtas lib. III de bell. Gallico memoravit jam ante Cæſar. Hi iidem ſunt, qui Straboni Οὐένετοι· Mirum autem vulgares Strabonis editiones Venetós Belgis aſcribere. Veneti non Belgicæ, ſed Celticæ ſunt populi; unde legendum pro Βελγῶν apud Strabonem Κελτῶν· In Notitia Provinciarum ſcribitur *civitas Ciantium*, id eſt, *Venetorum: l'Eveſché de Vennes ou Vannes.* Venetos hoſce putat Strabo Venetiarum in Adriatic[o] ſinu eſſe autores. Qui Cæſari Unelli iidem Ptolemæo Οὐενελοι· *Venelli* Pli[-]nio; Οὐενεστιοι, Dioni inemendatiu[s]. Conſtituuntur à pleriſque ubi hodi[e] *Laval* opidum. *Merula.*

Bellovaci] Hodie *Beauvoiſin.* De i[is] jam ante.

Hujus opera Comii] Hic eſt ille C[o]mius *Atrebas* de quo lib. IV & dein[-]ceps multa.

Civitatem ejus] Atrebates. Signific[at] eos non redactos in provinciam.

CCXL] Plutarchus *πεντήκοντα μ[υρι]άδας*, hoc eſt peditum CCC milli[a]. Oroſius vero CCL ad id bellum conſc[ri]pta aſſerit. Sed legendum CCXLI, ſiqu[i]dem ad numerum omnes miſſi ſu[nt]. Sic enim ratio quadrabit. *Montan.*

ctum modo tantæ multitudinis ſuſtineri poſſe arbitraretur, præſertim ancipiti prælio; quum ex opido eruptione pugnaretur, & foris tantæ copiæ equitatus peditatuſque cernerentur. At ii, qui Aleſiæ obſidebantur, præteritâ die, quâ ſuorum auxilia exſpectaverant, conſumptô omni frumentô, inſcii, quid in Æduis gereretur, conciliô coactô, de exitu fortunarum ſuarum conſultabant. Ac variis dictis ſententiis, quarum pars deditionem; pars, dum vires ſuppeterent, eruptionem cenſebant: non prætereunda videtur oratio Critognati, propter ejus ſingularem ac nefariam crudelitatem. Hic ſummô in Arvernis natus locô, & magnæ habitus auctoritatis; Nihil, inquit, de eorum ſententiâ dicturus ſum, qui turpiſſimam ſervitutem deditionis nomine appellant; neque hos habendos civium loco, neque ad conſilium adhibendos cenſeo. Cum iis mihi res ſit, qui eruptionem probant: quorum in conſiliô omnium veſtrum conſenſu priſtinæ reſidere virtutis memoria videtur. Animi eſt iſta mollities, non virtus, inopiam paulliſper ferre non poſſe. Qui ſe ultrò morti offerant, facilius reperiuntur, quam qui dolorem patienter ferant. Atque ego hanc ſententiam probarem. Nam apud me mul-

Ex opido] In quo hominum erant millia octoginta delecta. *Idem.*

Nihil inquit de eorum ſententia] Oratio iſta Critognati, generis eſt ſuaſorii. In qua primum adverſariorum ſententias validis rationibus diluit. Deinde ſuam ſubjungit, nempe ſibi conſultum videri, ut omnia citius, & patiantur, & deſignent, quam aut ſe hoſtibus dedant, aut per eruptionem & ſe, & totam Galliam in diſcrimen conjiciant. Tametſi enim ſuum conſilium de devorandis hominibus, qui bello inutiles ſunt, prima fronte ſatis crudele ſit: tamen id toti Galliæ & honeſtum, & frugiferum fore, ſi aſſentiantur. Ne autem tam immane conſilium exemplo carere putent, id quoque à majoribus ſuis captum eſſe probat: quod per locum à minore ad majus, & per collationem partium inter ſeſe amplificat. *Rhellican.*

Qui ſe ultro morti offerant] Conſciſcere ſibi mortem ignavi eſſe hominis proprium; non viri fortis, ut vulgo putatum eſt, ex Ariſtotelis ſententia & Auguſtini jam pridem docuit Muretus. Nabarzanes apud Curtium ait: *Fortium virorum eſt magis mortem contemnere, quam odiſſe vitam. Sæpe tædio laboris ad vilitatem ſui compelluntur ignavi, at virtus nihil inexpertum relinquit. Itaque ultimum omnium mors eſt, ad quam non pigrè ire, ſatis eſt.* Brant.

multum dignitas poteſt; ſi nullam, præterquam vitæ noſtræ, jacturam fieri viderem: ſed in conſiliô capiendô omnem Galliam reſpiciamus, quam ad noſtrum auxilium concitavimus. Quid, hominum millibus LXXX unô locô interfectis, propinquis conſanguineiſque noſtris, animi fore exiſtimatis, ſi pene in ipſis cadaveribus prælio decertare cogentur? Nolite hos veſtrô auxiliô ſpoliare, qui veſtræ ſalutis cauſsâ ſuum periculum neglexerint, nec ſtultitiâ ac temeritate veſtrâ, aut imbecillitate animi omnem Galliam proſternere, ac perpetuæ ſervituti addicere. An, quod ad diem non venerint, de eorum fide conſtantiâque dubitatis? Quid ergo? Romanos in illis ulterioribus munitionibus animine cauſsâ quotidie exerceri putatis? Si illorum nuntiis confirmari non poteſtis, omni aditu præſeptô, iis utimini teſtibus, appropinquare eorum adventum; cujus rei timore exterriti, diem noctemque in opere verſantur. Quid ergo mei conſilii eſt: facere, quod noſtri majores nequaquam pari bello Cimbrorum Teutonumque fecerunt; qui

In ipſis cadaveribus] Nam de eruptione faciendâ extra opidum agebatur. *Hotoman.*

Animine cauſa] *Animi cauſa* Latinis eſt per voluptatem, animi recreandi causâ, ut animo obſequaris. Plautus: *Præterea aliquantum, animi causâ, in deliciis diſperdidit.* Brant.

Pari bello Cimbrorum Teutonumque] *Cimbricam Germaniæ Cherſoneſum habitantes Cimbri, homines fuerunt prædones & vagi: armiſque ad Mæotin uſque lacum progreſſos; & ab iis Cimmerium Boſphorum denominatum, quaſi Cimbricum (cum Græci Cimmeriorum nomine Cimbros afficiant) haud inepte conjicit apud Strabonem Poſidonius.* Teutonos autem Ptolemæus non longè ab Albi fluvio inter Pharodinos & Suevos ponit. Tacitus à *Tuiſcone* Rege nomen habere putat, & alludit vulgaris linguæ denominatio. Sed addit Cæſar Cimbros Teutonoſque in Galliam irrupiſſe. Quemadmodum prima Gallorum arma, quibus exteros impetiverunt, jam tum Tarquiniô Priſco regnante, in finitimos Germanos unô duntaxat amne divulſos, geſta ſunt: ita poſtea Germani trajectô Rhenô in Gallos moverunt. Præter Arioviſtum, de quô libro I Cæſar etiam ibidem, ut & hoc loco, Cimbrorum Teutonumque mentionem facit. Illi adjunctis Tigurinis ſimilique hominum colluvie, cùm Oceani inundatione terræ eorum, quibus alebantur, periiſſent, in Galliam effuſi ſunt: omnemque occupârunt; ſubitur haud dubiè interiora Italiæ, ni Syllano, Carbone, Scauro, L. Caſſio, L. Piſone, C. Publio, Q. Cæpione, M. Manilio Atilio, aliiſque Ducibus, viri conſularibus, victis partim, partim cæſis, ac ſingulari ignominiâ à victoribu affectis, torrenti huic omnia disjicient &

qui in opida compulſi, ac ſimili inopiâ ſubacti, eorum corporibus, qui ætate inutiles ad bellum videbantur, vitam toleraverunt, neque ſe hoſtibus tranſdiderunt. Cujus rei exemplum ſi non haberemus, tamen libertatis cauſsâ inſtitui & poſteris prodi pulcherrimum judicarem. Nam quid huic ſimile bello fuit? Depopulatâ Galliâ, magnâque illatâ calamitate, Cimbri finibus noſtris aliquando exceſſerunt, atque alias terras petierunt: jura, leges, agros, libertatem nobis reliquerunt. Romani verò quid petunt aliud, aut quid volunt, niſi invidiâ adducti, quos famâ nobiles, potenteſque bellô cognoverunt, horum in agris civitatibùſque conſidere, atque his æternam injungere ſervitutem? Neque enim umquam aliâ conditione bella geſſerunt. Quod ſi ea, quæ in longinquis nationibus geruntur, ignoratis, reſpicite finitimam Galliam, quæ in provinciam redacta, jure & legibus commutatis, ſecuribus ſubjecta, perpetuâ premitur ſervitute. Sententiis dictis, conſtituunt, ut, qui valetudine aut ætate inutiles ſunt bello, opidô excedant;

& tranſcendenti, obicem poſuiſſet magnus ille C. Marius. *Prima* autem *Cimbrorum arma*, teſte Tacito, *audita ſunt anno* DCXL *Cæcilio Metello & Papyrio Carbone Coſſ.* Poſtea crebrò in Galliam venerunt, & tandem à C. Mario, quartum & item quintum Conſule in Italiâ ad flumen Atheſin ſuperati ſunt, anno DCLIII. Vide plura pag. XXXIII, XXIV. *Montan.*

Finitimam Galliam] Supple *Narbonenſem.* Dividebatur Gallia in Cis-Alpinam, & Trans-Alpinam: hæc iterum in Braccatam & Comatam. Iſta erat Narbonenſis, de quâ hoc loco, Provincia Romanorum, & altera quaſi Italia, regio agrorum cultu, virorum dignitate, morum elegantiâ, urbium amplitudine, claritudine opum, nulli provinciarum poſtponenda. Continet hodie Narbonenſis Gallia Languedocium ſive Occitaniam, Sabaudiam, Delphinatum & Provinciam. *Idem.*

Jure & legibus commutatis] Oſtendit hic locus, quis earum civitatum, quæ à Romanis in provinciam redigebantur, ſtatus fuerit. Nimirum impoſitô primùm præſidiô gravabantur, Romanis ſtipendiariæ & vectigales fiebant, eôque nomine publicanos habere cogebantur, qui illas tanquam harpyiæ & hirudines exſugebant; denique Magiſtratus cum ſecuribus & imperio accipiebant, qui illis, neglectis patriis legibus, jus dicerent. *Brant.*

Securibus ſubjecta] Id eſt, Romano imperio, ut *ſignum* μετωνυμικῶς pro re ſignatâ ponatur. Feneſtella namque tradit, duodecim lictores cum virgarum faſcibus ſecurim Conſuli prætuliſſe. Unde ſæpe apud Livium legitur, *faſces erant apud Fabium*, id eſt, Fabius conſulem agebat. *Rhellican.*

dant; atque omnia prius experiantur, quàm ad Critognati ſententiam deſcendant: illô tamen potius utendum conſiliô, ſi res cogat atque auxilia morentur, quàm deditionis aut pacis ſubeundam conditionem. Mandubii, qui eos opidô receperant, cum liberis atque uxoribus exire coguntur. Ii, quum ad munitiones Romanorum acceſſiſſent, flentes, omnibus precibus orabant, ut ſe in ſervitutem receptos cibo juvarent. Hos Cæſar, diſpoſitis in vallô cuſtodiis, recipi prohibebat. Interea Comius, & reliqui duces, quibus ſumma imperii permiſſa erat, cum omnibus copiis ad Aleſiam perveniunt: &, colle exteriore occupatô, non longius D paſſibus à noſtris munitionibus conſidunt. Poſterô die, equitatu ex caſtris eductô, omnem eam planitiem, quam in longitudinem III millia paſſuum patere demonſtravimus, complent; pedeſtreſque copias, paullum ab eô locô, abditas in locis ſuperioribus conſtituunt. Erat ex opidô Aleſiâ deſpectus in campum. Concurritur, his auxiliis viſis: fit gratulatio inter eos, atque omnium animi ad lætitiam excitantur. Itaque, productis copiis, ante opidum conſidunt; & proximam foſſam cratibus integunt atque aggere explent; ſeque ad eruptionem, atque omnes caſus comparant. Cæſar, omni exercitu ad utramque partem munitionum diſpoſitô, ut, ſi uſus veniat, ſuum quiſque locum teneat & noverit; equitatum ex caſtris educi, & prælium committi jubet. Erat ex omnibus caſtris, quæ ſummum undique jugum tenebant, deſpectus; atque omnium militum intenti animi pugnæ eventum exſpectabant. Galli inter equites, raros ſagittarios, expeditoſque levis armaturæ interjecerant, qui ſuis cedentibus auxilio ſuccurrerent; & noſtrorum equitum

Recipi prohibebat] Sapiens ἀποσιώπησις, cùm id quod dictu erat gravius, occiſos à Cæſarianis, reticuit. Dio tamen tradit lib. XL, quod à neutris recipiebantur, miſerrimâ morte interiiſſe. *Hotom.*

Comius] Hic eſt ille Comius, quem Cæſar ſupra lib. IV Atrebatibus Regem conſtituerat. *Montan.*

Cra-

tum impetum ſuſtinerent. Ab his complures de improviſo vulnerati, prælio excedebant. Quum ſuos pugnâ ſuperiores eſſe Galli conſiderent, & noſtros premi multitudine viderent; ex omnibus partibus, & ii, qui munitionibus continebantur, & ii, qui ad auxilium convenerant, clamore & ululatu ſuorum animos confirmabant. Quod in conſpectu omnium res gerebatur, neque rectè, aut turpiter factum celari poterat, utroſque & laudis cupiditas, & timor ignominiæ ad virtutem excitabat. Quum à meridie prope ad Solis occaſum dubiâ victoriâ pugnaretur, Germani unâ in parte confertis turmis in hoſtes impetum fecerunt, eoſque propulerunt. Quibus in fugam conjectis, ſagittarii circumventi interfectique ſunt. Item ex reliquis partibus noſtri cedentes uſque ad caſtra inſecuti, ſui colligendi facultatem non dederunt. At ii, qui ab Aleſiâ proceſſerant, mœſti, prope victoriâ deſperatâ, ſe in opidum receperunt. Unô die intermiſsô, Galli, atque hôc ſpatiô, magnô cratium, ſcalarum, harpagonum numerô effectô, mediâ nocte ſilentio ex caſtris egreſſi, ad campeſtres munitiones accedunt. Subitò clamore ſublatô, quâ ſignificatione, qui in opido obſidebantur, de ſuo adventu cognoſcere poſſent, crates projicere, fundis, ſagit-

Cratium, ſcalarum, harpagonum] In ſubita oppugnatione adhibebantur crates: & hæ in duplici uſu: ſive ut tegerent antelatæ: ſive ut foſſas iis explerent, & mixto aggere quaſi per pontes irent. Sed quod ad ſcalas attinet: varia earum erant genera. Quædam compactiles, id eſt, quæ plicari rurſumque explicari poſſunt; aut ipſi gradus removeri, & recondi in vaginam ſtipite coëunte. Earum Plutarchus Aratum autorem facit, cum de Sicyonis arce invadenda cogitaret. Fuêre præterea etiam coriaceæ, quæ ſunt inſtar utrium, conſutæ è corio, & inunctæ ſævo aut adipe circa futuras, ne evaporent; eæque erigebantur ad murum ſpiritu inflatæ, & dabant aſcenſum. Erant item Reticulatæ & ſtuppeæ, quæ è funibus ſtuppeis inſtar retis contextæ: ad quorum ſummitates hami adjecti, ut murorum pinnas apprehenderent. Scalarum inventio ad Capanea refertur, qui Thebas ſic invadere conatus, à Jove fulmine eſt repulſus. *Lipſius.* Harpagonum præcipuus uſus in præliis navalibus. Iis adverſariorum naves comprehendebantur retinebanturque. Plinius Anacharſim illarum inventorem ſtatuit, lib. VII, Natur. Hiſt. Sed Appianus ἅρπαγα ab Agrippa excogitatum ſcribit lib. V bellor. civil. *Stewechius.*

Fundis] *Funda* Latinis dicta, quod ex eâ fundantur lapides. De inventione variant. Plinius Phœnicibus tribuit, Stra-

 bo

ſagittis, lapidibus noſtros de vallô deturbare, reliquaque, quæ ad oppugnationem pertinent, adminiſtrare. Eôdem tempore, clamore exauditô, dat tubâ ſignum ſuis Vercingetorix, atque ex opidô educit. Noſtri, ut ſuperioribus diebus ſuus cuique erat locus attributus, ad munitiones accedunt; fundis, librilibus ſudibuſque, quas in opere diſpoſuerant, ac glandibus Gallos perterrent. Proſpectu tenebris ademptô, multa utrimque vulnera accipiuntur, complura tormentis tela conjiciuntur. At M. Antonius & C. Trebonius legati, quibus eæ partes ad defendendum obvenerant, quâ ex parte premi noſtros intellexerant, iis auxilio ex ulterioribus caſtellis de-

bo Ætolis, communis opinio Balearibus. Apud varias gentes ea in uſu, quia prompta, iteratu facilis, tum etiam quia longe & fortiter feriret. Et licet tam commodus ejus uſus, telum hoc tamen parum honeſtum eſt habitum, & junioribus aut vilioribus aſſignatum. Itaque ipſi Romani raro uſi, inter auxilia habebant. *Lipſius.*

Fundis, librilibus ſudibuſque] Alii legunt junctim *fundis libralibus*, quaſi eas dicat Cæſar, quæ lapides libræ pondo emittant. At malo *librilia* diſcrete: & fortaſſe inde *Libratores*, qui utuntur. Tacitus II Annal. *Senſit Dux imparem cominus pugnam, remotiſque paulum legionibus, funditores libratoreſque excutere tela, & proturbare hoſtem jubet.* Feſto Librilia ſunt *inſtrumenta bellica, ſaxa ſcilicet ad brachii craſſitudinem: in modum flagellorum loris revincta.* Ex illis verbis concluditur telum fuiſſe emiſſum & reductum. Tale aliquid in monumento Antonini obſervo, & lapidem aut ferrum catenæ alligatum, quæ ſtipiti deinde nexa. In Cæſare tamen longinquum non propinquum eſt telum. Multa ſanè hic conjecturalia. Ad manuarios etiam lapides cur non aliquis aptet, qui in uſu vulgo? Vegetius lib. II: *Sed & manu ſolâ milites meditabantur libralia ſaxa jacere, qui uſus paratior creditur, quia non deſiderat fundam.* Sudes autem eſt lignum in capite acutum leviter & igni duratum. Vetus id telum, & pleriſque gentibus ſic uſitatum. Sed tamen meliore etiam ævo, & in legitimis bellis uſurpatum. *Idem.*

Glandibus] Glandes è plumbo erant, ideo μολυβδίδες Græcis, & *plumbea*, ſimpliciter Spartiano. *Sphærulas* vocat incertus apud Suidam author. His inſcribi aliquando ſolere, & occulte ſic ad hoſtem mitti, legitur, ut omnia quæ gererentur, hoſtes ſcirent. Appianus ad iſtam rem teſſeras quaſdam plumbeas adhibet. *Idem.*

M. Antonius & C. Trebonius] Num alium hunc M. Antonium ab illo M. Antonio triumviro, qui cum Lepido & Auguſto Rempublicam Romanam oppreſſit, eſſe credam, dubius ſum. Saltem noſter de quo hoc loco, ille eſt, pro quo Cæſar poſtea ſacerdotium petiit, illi conjunctiſſimus, & orto bello civili fidelis, Brunduſioque præfectus: cujus urbis obſidionem, invadente Libone, ſtrenue ſatis ſolvit. At Trebonius hic, ille eſt, qui Tribunus Plebis legem conſcripſit, quâ Craſſo Syria cum vicinis regionibus, Pompeio Hiſpania ad quinquennium aſſignabatur. Et licet magnis à Cæſare beneficiis affectus, inter ejus percuſſores nihilominus inventus. Cujus

deductos ſubmittebant. Dum longius ab munitione aberant Galli, plus multitudine telorum proficiebant: poſtea quàm propius ſucceſſerunt, aut ſe ipſi ſtimulis inopinantes induebant; aut in ſcrobes delapſi transfodiebantur: aut ex vallo, & turribus transjecti pilis muralibus interibant. Multis undique vulneribus acceptis, nullâ munitione perruptâ quum lux appeteret; veriti, ne ab latere apertô ex ſuperioribus caſtris eruptione circumvenirentur, ſe ad ſuos receperunt. At interiores, dum ea, quæ à Vercingetorige ad eruptionem præparata erant, proferunt, priores foſſas explent: diutius in iis rebus adminiſtrandis morati prius ſuos diſceſſiſſe cognoverunt, quàm munitionibus appropinquarent. Ita re infectâ in opidum reverterunt. Bis magnô cum detrimentô repulſi Galli quid agant, conſulunt. Locorum peritos adhibent. Ab his ſuperiorum caſtrorum ſitus, munitioneſque cognoſcunt. Erat à Septemtrionibus collis, quem quia, propter magnitudinem circuitus, opere circumplecti non potuerant; noſtri neceſſariò pene iniquô locô, & leniter declivi, caſtra fecerunt. Hæc C. Antiſtius Reginus & C. Caninius Rebilus legati cum II legionibus obtinebant. Cognitis per exploratores regionibus, duces hoſtium LV millia ex omni numerô deligunt earum civitatum, quæ maximam virtutis opinionem habebant: quid, quoque pacto, agi placeat, occultè inter ſe conſtituunt. Adeundi tempus definiunt,

jus ſceleris eodem etiam anno ingratus pœnas dedit. Nam Smyrnâ à Dolabella occupatâ, Trebonius interfectus eſt, caputque ad ſtatuam Cæſaris projectum. Erat ex gente Trebonia conſulari. *Montan.*

Delapſi transfodiebantur] Supple, *à teretibus ſtipitibus feminis craſſitudine.*

C. Antiſtius Reginus & C. Caninius Rebilus] Hunc Reginum eſſe credo, qui poſtea à Cæſaris Octaviani partibus ſtans, Baſſum prætorem Apameæ in Syria obſidione concluſit, anno ab U. C. DCCXII. Fuit ex gente Antiſtia plebeia, quæ Reginorum & Veterum familias habuit. Eſt autem hic C. Caninius Rebilus idem, qui poſtea à Cæſare ad Scribonium Libonem & Pompeium dimiſſus eſt, pacis componendæ causâ: quique anno ab U. C. DCCIX, Q. Fabiô extremâ magiſtratus ſui die mortuô, ſtatim in reſiduas horas ab eodem Cæſare conſul ſubſtitutus eſt. *Montanus.*

finiunt, quum meridies eſſe videatur. Iis copiis Vergaſillaunum Arvernum, unum ex IV ducibus, propinquum Vercingetorigis, præficiunt. Ille ex caſtris primâ vigiliâ egreſſus, prope confectô ſub lucem itinere, poſt montem ſe occultavit, militeſque ex nocturnô labore ſeſe reficere juſſit: quum jam meridies appropinquare videretur, ad ea caſtra, quæ ſupra demonſtravimus, contendit; eôdemque tempore equitatus ad campeſtres munitiones accedere, & reliquæ copiæ ſeſe pro caſtris oſtendere cœperunt. Vercingetorix ex arce Aleſiæ ſuos conſpicatus ex opido egreditur, è caſtris longurios, muſculos, falces, reliquaque, quæ eruptionis cauſsâ paraverat, profert. Pugnatur unô tempore omnibus locis, atque omnia tentantur. Quæ minime viſa pars firma eſſe, huc concurritur. Romanorum manus tantis mu-

E caſtris longurios, muſculos, falces] Manuſcr. Venet. Beron. *Caſtris longurios, muſculos, falces*, abſque præpoſitione E. Vaſcoſ. editio legit *à caſtris*, & ad oram *raſtros*; Pariſienſis *Raſtros, longurios, muſculos*. Doctiſſimus Lipſius bene monet, male *è caſtris* ſcribi. Quomodo enim, ait, & opido egreditur, & profert inſtrumenta *è caſtris*? Nulla jam verò caſtra habebat Vercingetorix, & in opidum copias reduxerat: ſed nec petere à ſociis potuit, Romanis interjectis. Vocula *E* abeſt libro ſcripto optimo: atque ita reformandum cenſeo, in *Crates*. Veriſſimum eſt: & mox in re narranda Cæſar: *aggere & cratibus aditus expediunt*. Solent enim aggerem, id eſt, virgultorum faſces, in foſſam conjicere, longurios protendere à labro ad labrum, & ſuper eos cratibus injectis velut ponte tranſire. Longurii autem, teſte Varrone, ſunt haſtæ ſeu perticæ longiores. Nonio longuriones vocantur, quomodo etiam homines longi. *Montan.* Muſculus inter ſubitæ oppugnationis inſtrumenta fuit: differt à vineis pluteiſque cùm forma, tum modulo & firmitate. Exiguus enim eſt, & muris quaſi facie oblongior, ſed lignis validis ſtructus, & ne perfringi deſuper poſſit. Dictus *muſculus*, quia inſtar ejus animalculi foderit ſub eo terram aut quia milites, ut mures, cavum id ſubirent. *Lipſius.* Sed Vegetio lib. IV *minores machinæ* vocantur, *quibus protecti bellatores, ſi lutum obſuerit, aut civitatis foſſatum, apportatis lapidibus, lignis, ac terra, non ſolum complent, ſed etiam ſolidant: ut turres ambulatoriæ ſine impedimento jungantur ad murum. Vocantur autem à marinis beluis muſculi. Nam quemadmodum illi, quum minores ſint, tamen balenis auxilium, adminiculumque jugiter exhibent: ita iſtæ machinæ breviores deputatæ turribus magnis illarum adventui parant viam, itineraque præmuniunt.* Falcem verò deſcribi idem autor eôdem librô hoc modo *De materia ac tabulatis teſtudo contexitur, quæ ne exuratur incendiô, coriis vel ciliciis centonibuſque veſtitur. Hæc intrinſecus accipit trabem, quæ, ubi adunco præfigitur ferro, falx vocatur, ab eo quo incurva eſt, ut de muro extrahat lapides ubi ipſius caput veſtitur ferro, aries appellatur.* Montan.

Pl

nunitionibus diſtinetur nec facile pluribus locis occur-
it. Multum ad terrendos noſtros valuit clamor, qui
ooſt tergum pugnantibus exſtitit, quod ſuum pericu-
um in alienâ vident virtute conſiſtere. Omnia enim
olerumque quæ abſunt, vehementiùs hominum mentes
oerturbant. Cæſar idoneum locum nactus, quid quâ-
que in parte geratur, cognoſcit, laborantibus ſubmit-
it. Utriſque ad animum occurrit, unum illud eſſe tem-
ous, quô maximè contendi conveniat. Galli niſi per-
regerint munitiones, de omni ſalute deſperant. Ro-
nani, ſi rem obtinuerint, finem laborum omnium ex-
pectant. Maximè ad ſuperiores munitiones laboratur,
quo Vergaſillaunum miſſum demonſtravimus. Exiguum
oci ad declivitatem faſtigium, magnum habet momen-
um. Alii tela conjiciunt, alii teſtudine factâ ſubeunt,
lefatigatis invicem integri ſuccedunt, agger ab univer-
ſis in munitionem conjectus, & adſcenſum dat Gallis,
& quæ in terram occultaverant Romani, contegit. Nec
am arma noſtris, nec vires ſuppetunt. His rebus co-
gnitis, Cæſar Labienum cum cohortibus VI ſubſidio la-
oorantibus mittit. Imperat, ſi ſuſtinere non poſſit, de-
ductis

Plerumque quæ abſunt] Cum duobus ocis pugnatur, qui in uno pugnant, liorum periculo commoventur. Eo-lem illud pertinet in lib. de bell. civil. ,cap. 5. *Communi fit vitio naturæ, ut in-viſis, latitantibus atque incognitis rebus nagis confidamus, vehementiuſque exter-reamur.* Hotoman.

Utriſque ad animum] Ald. editio ha-bet *utriſque ad omnia occurrat.* Sed pro-pter inſequentia Steph. libri ſcriptura probabilior eſt: quam etiam in quibuſ-dam impreſſis videmus: *Utriſque ad animum occurrit, unum eſſe illud tem-pus, quo maxime contendi conveniret:* id eſt, *Et Gallis & Romanis in mentem veniebat.* Idem.

Si rem obtinuerint] Si in iis defenden-dis ſuperiores evaſerint. *Idem.*

Exiguum loci ad declivitatem] Sana iſta lectio: legendum eſt *exiguum*, non *iniquum* ut plerique libri habent. Sed multò magis arrideret, ſi pro *ad* repone-retur *in:* ut ſit ſenſus: Exiguum loci fa-ſtigium magnum habet in declivitatem momentum. *Idem.*

Agger ab univerſis in munitionem] Non intelligere ſe ſcribit Glareanus, quid ſit *aggerem in munitionem conjicere.* At nos terram accipimus per manus tra-ditam, quâ conjectâ Romanorum ope-ra, & inſidiæ obrutæ completæq; ſunt. Indicat id ipſe Cæſar paulo poſt apertius. *Aggere*, inquit, *& cratibus aditus expe-diunt.* Sed & notum eſt ex hiſtoriis, milites aggerem ferre ſolitos: ſicubi magna excitanda munitio, vel com-plenda foſſa foret. *Glandorp.*

Inte-

ductis cohortibus eruptione pugnaret. Id, niſi neceſſa-riò, non faciat. Ipſe adit reliquos: cohortatur, ne labori ſuccumbant: omnium ſuperiorum dimicationum fructum in eô die atque horâ docet conſiſtere. Interiores, deſperatis campeſtribus locis, propter magnitudinem munitionum, loca prærupta ex adſcenſu tentant. Huc ea, quæ paraverant, conferunt: multitudine telorum ex turribus propugnantes deturbant: aggere & cratibus aditus expediunt: falcibus vallum ac loricam reſcindunt. Cæſar mittit primò Brutum adoleſcentem cum cohortibus VI, poſt cum aliis VII Fabium legatum. Poſtremò ipſe, quum vehementius pugnaretur, integros ſubſidio adducit. Reſtitutô præliô ac repulſis hoſtibus, eò, quò Labienum miſerat, contendit. Cohortes IV ex proximô caſtellô educit. Equitum ſe partem ſequi, partem circumire exteriores munitiones, & ab tergô hoſtes adoriri jubet. Labienus, poſtquam neque aggeres, neque foſſæ vim hoſtium ſuſtinere poterant, coactis una de quadraginta cohortibus, quas ex proximis præſidiis deductas ſors obtulit, Cæſarem per nuntios facit certiorem, quid faciendum exiſtimet. Accelerat Cæſar, ut prælio interſit. Ejus adventu ex colore veſtitus cognitô, quô inſigni

Interiores] Scilicet *Galli, qui in oppido Aleſia agebant, & eruptionem fruſtra jam fecerant.*

Brutum] Hic Decimus Brutus ille eſt, qui diu à partibus Cæſaris ſtetit, & claſſi adverſus Maſſilienſes bellô civili Pompeianô præfectus fuit: quique ſummis a Cæſare beneficiis affectus, & in ſecundis hæredibus ſcriptus, cum M. Bruto & Caſſio in eum conjuravit. Cujus parricidii tandem pœnas dedit, dum relictâ Galliâ per Illyricum in Macedoniam iter facit: deficientibus enim militibus à latronibus capitur, à quibus Antonio proditus, immiſſis percuſſoribus occiſus eſt. *Montan.*

Fabium] De hoc Fabio jam ante libro V Cæſar mentionem fecit: ubi ei unam legionem in Morinos ducendam dedit. Poſtea etiam, Cæſare in oppugnatione Maſſilienſium diſtrictô, ab illo in Hiſpaniam præmiſſus, præſidia L. Afranii Pyrenæo ſaltu dejecit. Erat ex gente Fabia patricia majorum gentium, & admodum antiqua, & ab Aboriginibus primis Latii populis oriunda. Imo autorem gentis Fabiæ (à fabis ſic dicta eſt) Herculem fuiſſe contendunt. *Idem.*

Una de quadraginta cohortibus] Mihi hic locus valde ſuſpectus, quia plures ſunt cohortes, quam ut fortuito oblatæ videri poſſint. Error forſitan natus eſt ex notis, & pro undecim ſive XI ſuppoſitum XL. *Ciaccon.*

Ex colore veſtitus] Colore ſcilicet à cocco

igni in præliis uti conſueverat, turmiſque equitum & cohortibus viſis, quas ſe ſequi juſſerat, ut de locis ſuperioribus hæc declivia, & devexa cernebantur, hoſtes committunt prælium. Utrimque clamore ſublatô, excipit rurſus ex vallo, atque omnibus munitionibus clamor. Noſtri, emiſſis pilis, gladiis rem gerunt. Repente poſt tergum equitatus cernitur. Cohortes aliæ appropinquant. Hoſtes terga vertunt. Fugientibus equites occurrunt. Fit magna cædes. Sedulius dux & princeps Lemovicum occiditur: Vergaſillaunus Arvernus vivus in fugâ comprehenditur. Signa militaria LXXIV ad Cæſarem referuntur. Pauci, ex tantô numerô, ſe incolumes in caſtra recipiunt. Conſpicati ex opidô cædem & fugam ſuorum, deſperatâ ſalute, copias à munitionibus reducunt. Fit protinus, hâc re auditâ, ex caſtris Gallorum fuga. Quod niſi crebris ſubſidiis, ac totius diei labore milites fuiſſent defeſſi, omnes hoſtium copiæ deleri potuiſſent. De mediâ nocte miſſus equitatus noviſſimum agmen conſequitur. Magnus numerus capitur, atque interficitur: reliqui ex fugâ in civitates diſcedunt. Poſterô die Vercingetorix, conciliô convocatô, id ſe bellum ſuſcepiſſe non ſuarum neceſſitatum, ſed communis libertatis cauſâ demonſtrat; & quoniam ſit

cocco ſive puniceo, quo uti ſolent Romani Duces in bellis & præliis. Hirtius de bell. Afric. *Cum Scipio ſagulo purpureo ante Regis adventum uti ſolitus eſſet, dicitur Juba cum eo egiſſe, non oportere illum eodem uti veſtitu atque ipſe uteretur. Itaque factum eſſe illico ut Scipio ad album ſeſe veſtitum transferret.* Montan.

Quo inſigni in præliis uti conſueverat] Hæc Germana Cæſaris non eſſe, ſed ex ora intruſa confidenter aſſerit Lipſius. *Idem.*

Gladiis rem gerunt] Gladius Romanorum brevis fuit, & duos pedes in lamina non explevit: vi tamen & firmitate maximâ; nam galeas diviſas, corpora detruncata brachiis abſciſſis, aut tota cervice deſecta legimus. Erat ergo forma & facies gladii, qualis fere eſt hodie noſter equeſter: apparet ita in monumentis priſcis. Etſi in iiſdem etiam acie ſimplici, & ſuperne leviter pandus, ad orientalem & Turcicam formam. *Lipſius.*

Poſtero die Vercingetorix] Plutarchus ſcribit, hoc prælio apud Alexiam geſto, Cæſarem maximam adeptum eſſe gloriam quod nuſquam majora virtutis & audaciæ facinora dimicando ediderit. *Glandor.*

Duces

ſit fortunæ cedendum, ad utramque rem ſe illis offerre ſeu morte ſuâ Romanis ſatisfacere, ſeu vivum tranſder velint. Mittuntur de his rebus ad Cæſarem legati. Jubet arma tranſdi, principes produci. Ipſe in munition pro caſtris conſedit. Eô duces producuntur. Vercingetorix deditur. Arma projiciuntur. Reſervatis Æduis atque Arvernis, ſi per eos civitates recuperare poſſet, e reliquis captivis toto exercitu capita ſingula, prædæ nomine, diſtribuit. His rebus confectis, in Æduos proficiſcitur, civitatem recipit. Eò legati ab Arvernis miſſi, quæ imperaret, ſe facturos pollicentur. Imperat magnum numerum obſidum. Legiones in hiberna mittit Captivorum circiter XX millia Æduis Arverniſque red dit. T. Labienum cum II legionibus & equitatu in Sequanos proficiſci jubet. Huic M. Sempronium Rutilum attri

Duces producuntur] Plutarchus in hoc *producendi* verbo, ut in aliis non paucis, ab interprete deceptus, putavit idem eſſe quod pompæ cauſa tranſvehi. Scribit enim Vercingetorigem armis pulcherrime indutum, equo ornato vectum, ter circum Cæſaris tribunal obequitaſſe, deinde projectis armis Cæſari ad pedes procubuiſſe. Sed ecce alias rurſus fabulas. Dio lib. XL ſcribit, Vercingetorigem miſſo antea internuncio repente ad Cæſarem veniſſe, multoſque illo inopinato adventu perturbatos fuiſſe. Addit autem illum à Cæſare in triumphum ductum & necatum. *Hotoman.*

Vercingetorix deditur] L. Florus autor eſt, Vercingetorigem cum ſupplex in caſtra veniſſet, phaleras & arma ſua ante Cæſarem projeciſſe, dixiſſeque: *Habes: virum fortem, vir fortiſſime, viciſti.* Plutarchus addit, poſteaquam diu ad Cæſaris pedes tacitus conſediſſet, cuſtodiæ traditum & triumpho ſervatum. Illud obiter admonendum duximus, L. Florum, quo loco hujus belli traditur hiſtoria, mendoſum eſſe. Nec enim *Alexiam flammis adæquavit* Cæſar, ſed *Genabum*: nec *circa Gergoviam tot belli moles fuit*, ſed *circa Alexiam*; ne *decem & octo* Cæſari caſtella, ſed *tria et viginti* excitata ſunt, ipſo Cæſare teſt *Gland.*

Reſervatis Æduis atque Arvernis Notabile eſt, quod memorat Plutarch de Arvernis: ſuſpenſum in templo gladium commonſtrare ſolitos, tanquam captum à Cæſare ſpolium: eum ſequenti tempore Cæſarem conſpicatum riſiſſe, ac amicis detrahere volentibus non permiſiſſe, quod rem ſacram exiſtimaret. Id hoc bello accidiſſe, non eſt dubium. Plutarchus ad ſuperiora tempora refert, ſed ejus narratio cum hoc Cæſaris Commentario minus convenit. *Idem.*

Civitates recuperare] Æduorum & Arvernorum Rempublicam conciliare in gratiam & amicitiam cum Cæſare reducere. Nam reliquarum civitatum milites, præter illas duas in hoſtium numero habuit. *Hotoman.*

M. Sempronium Rutilum] Fuit hic ex gente Sempronia, quæ familias habuit Rutilorum, Denſorum, Ruforum aliorumque. *Montan.*

P. Su

attribuit. C. Fabium, & L. Minutium Baſilum cum II legionibus in Rhemis collocat, ne quam à finitimis Bellovacis calamitatem accipiant. C. Antiſtium Reginum in Ambivaretos, T. Sextium in Bituriges, C. Caninium Rebilum in Rhutenos cum ſingulis legionibus mittit: Q. Tullium Ciceronem, & P. Sulpicium Cabilloni, & Matiſcone in Æduis ad Ararim, rei frumentariæ cauſſa, collocat. Ipſe Bibracte hiemare conſtituit. His rebus Cæſaris literis cognitis, Romæ dierum XX ſupplicatio indicitur.

LI-

P. Sulpicium] Quia jam ante de L. Minutio Baſilo, C. Fabio, C. Antiſtio Regino, T. Sextio & C. Caninio Rebilo dictum eſt, eò lectorem remittimus. P. autem hic Sulpicius cognomento Rufus frater fuiſſe creditur Sulpicii Rufi jurisconſulti, ad quem extant Ciceronis epiſtolæ. Quicquid ſit, num frater Servii hic Publius, vel cognatus, vel alio gradu affinitatis junctus fuerit; certi quid affirmare non poſſum. Hoc conſtat, tragicum illum & grandem oratorem fuiſſe, dictumque P. Sulpicium M. F. C. N. Rufum. *Montan.*

Matiſcone] Fusè paulo ante de Cabillono dictum. *Matiſcone* (verba ſunt Merulæ), *Matiſco* Itinerariæ tabulæ, *Matiſconenſe caſtrum* Notitiæ Provinciarum Galliæ & Antonino, qui legionem ibi ponit X; *Maſtico* in veteri quodam diplomate, hodie *Maſcon.* Cabillono, ſi ſitum quis arteſque & cultum reſpiciat, ſimillima. Porrecta jacet ad Ararim, qui ponte inſigni ſtratus, recto longoque ad orientem tractu, reliquis lateribus in arcus ſpeciem ſe formantibus. *Montan.*

Ad Ararim] *Arar* hodie *Saone* vel *Sone. Bibracte.* Æduorum longè maximum & copioſiſſimum opidum. *Beaulne* Orontio in ſua Galliæ tabula: item Vigenereo. Marlianus ſcribit nomen retinere. *Bibracte* aliquando *Julia* dicta fuit, niſi corruptus ſit locus Panegyrici Conſtantino dicti; ubi hæc in calce leguntur: *Bibracte quidem huc uſque dicta eſt Julia. Bibracte* & *Auguſtodunum* unum & eundem locum deſignare vult Petrus Sancto-Julianus in ſua Burgundia. *Bevray d'Autun.* Ortelius.

Cæſaris literis] Solere olim Præſides quid in provinciâ quâque gereretur ad Imperatores perſcribere, colligitur ex Suetonio. Quem morem & Euſebius notat lib. II Hiſt. Eccleſ. referens Pilatum de Chriſti Servatoris noſtri reſurrectione Tiberium feciſſe certiorem. *Brant.* Cæterum nimis conciſe librum hunc finiri opinatur Glareanus: nec omittendum inveniri hic in calce hujus libri VII miniatis literis in Stephanico: *Julius Celſus Conſtantinus legi commentarios Cæſaris.* Unde quidam male opinantur (licet forte aliquid addiderit & interpolaverit) Celſum hunc immutaſſe Cæſarem ut Juſtinus Trogum. *Montanus.*

Com-

LIBER VIII.

Scriptore

A. HIRTIO PANSA.

COactus aſſiduis tuis vocibus, Balbe, quum quotidiana mea recuſatio non difficultatis excuſationem, ſed inertiæ videretur deprecationem habere, difficillimam

COmmentariorum de bello Gallico lib. VIII, *Scriptore A. Hirtio Panſa*] In aliis alia hujus libri ἐπιγραφὴ legitur, & quidem in Manuſ. *Prologus Q. Hirtii Panſæ in lib.*VIII *Gallici belli.* Ven. *A. Hirtii præfatio in octavum librum, quem ipſe addit libro ſeptimo Commentariorum C. Julii Cæſaris de bello Gallico.* Beroald. *A. Hirtii præfatio ad Balbum in octavum librum Commentariorum C. Julii Cæſaris de bello Gallico.* Baſil. *A. Hirtii derelictorum de bello Gallico liber* VIII. Vaſcoſ. *A. Hirtii ſive Oppii in noviſſimum Commentariorum belli Gallici præfatio.* Pro Hirtio Suetonius ſtat in vita Cæſaris cap. 56. *Brant.* Ejus verba ſunt: *Reliquit & rerum ſuarum Commentarios Gallici Civiliſque belli Pompeiani. Nam Alexandrini, Africi & Hiſpanienſis incertus autor eſt. Alii enim Oppium putant, alii Hirtium, qui etiam Gallici belli noviſſimum imperfectumque librum ſuppleverit.* Hirtii autem hujus mentionem etiam facit Cic. lib. VII Epiſtolarum ad Atticum, in prima epiſtola ſub finem. Et ex ejuſdem lib. epiſtola (quæ incipit, *Dionyſium flagrantem*) cum *Hirtium*, tum *Balbum* (cui hic liber dedicatus eſt) Cæſaris ſtudioſiſſimum fuiſſe apparet. Cæterum Hirtius in tota iſta præfatiuncula nihil aliud agit; quam ut primum oſtendat, quos libros poſt Cæſarem ſcripſerit. Secundo arrogantiæ, ac temeritatis crimen deprecatur: & obiter Cæſarem laudat, cum ob ſcribendi facilitatem, tum elegantiam; ſimulque rationem reddit; cur Cæſar ipſe ſuarum rerum Commentarios ſcripſerit. *Rhellican.* Cæterum Glandorpius A. hunc Hirtium amicum & familiarem Cæſaris fuiſſe ait, & diſcipulum Ciceronis, conſulemque à Cæſare deſignatum, proximo poſt cædem ejus anno. In quo honore contra Antonium pro libertate pugnans interiit. Ovidius poëta eodem die natales ſuos recurriſſe teſtatur, lib. IV Triſt. Eleg. X:

Editus hinc ego ſum: nec non, ut tempora noris,
Cum cecidit fato conſul uterque pari.

Sed de Hirtio reſpice limen hujus libri: ubi vita ejus recenſetur. *Montan.*

Balbe] Duo fuerunt eodem tempore *Cornelii Balbi*, *major* & *minor*, uterque Gaditanus. Intelligendus hic eſt *major*, de quo vide Ciceronem pro L Cornelio Balbo. *Glandor.* Plinius lib. V, cap. V, ita de hoc noſtro Balbo. *Clariſſimum*

mam rem ſuſcepi. Cæſaris noſtri Commentarios rerum geſtarum Galliæ non comparandos ſuperioribus atque inſequentibus ejus ſcriptis, contexui: noviſſiméque imperfecta ab rebus geſtis Alexandriæ confeci, uſque ad exitum non quidem civilis diſſenſionis, cujus finem nullum videmus; ſed vitæ Cæſaris. Quos utinam qui legent, ſcire poſſent, quàm invitus ſuſceperim ſcribendos, quò facilius caream ſtultitiæ atque arrogantiæ crimine, qui me mediis interpoſuerim Cæſaris ſcriptis. Conſtat enim inter omnes, nihil tam operosè ab aliis eſſe perfectum, quod non horum elegantia Commentariorum ſuperetur: qui ſunt editi, ne ſcientia tantarum rerum ſcriptoribus deeſſet: adeoque probantur omnium judicio, ut præerepta, non præbita facultas ſcriptoribus videatur. Cujus tamen rei major noſtra, quam reliquorum eſt admiratio. Ceteri enim quàm bene atque emendatè; nos etiam

mum opidum Garama caput Garamantum: omnia armis Rom. ſuperata, & à ornelio Balbo triumphata, unius omnium xternum, curru & Quiritium jure dona-: quippe Gadibus nato Civitas Romana m Balbo majore patruo data eſt. Et lem lib. VII, cap. XLIII. *Fuit & Balus Cornelius major Conſul, is accuſatus, de jure virgarum in eum, judicum in nſilium miſſus; primus externorum, atie etiam in Oceano genitorum uſus illo hore, quem majores Latio quoque negavent.* De Balbo etiam teſtatur Dio lib. LVIII, eum tantum ſuæ ætatis homis divitiis & magnificentiâ ſuperaſſe, moriens Populo Romano in ſingula pita vicenos quinos denarios legave-. *Montan.*

Rerum geſtarum Galliæ] Sic locutus, pro in Gallia, infra. Sed multo dur illa verborum trajectio eſt: huic taen ſcriptori familiaris. Nam quod *nparentibus*, nonnulli reſtituunt, pro *nparandis*, plane abſurdum eſt. *Hoiannus.*

Superioribus, atque inſequentibus ejus ſcriptis] ſupple, ſeptem libris de bello Gallico, tribus de bello civili. *Rhellican.*

Imperfecta] Scilicet *Cæſaris ſcripta.* Nam Alexandrinum bellum non ad finem uſque deſcripſerat. *Idem.*

Cujus finem nullum videmus] Bene dicit. Nam finita diſſenſione inter Cæſarem, & Pompeium, nova inter Octavium, Antonium, Lepidum, Caſſium & Brutum orta eſt; de qua Appianus lib. 3 bellorum civilium, Suetonius in Auguſto, Plutarchus in Antonio & Bruto. *Idem.*

Præerepta facultas] Cicer. in Brut. *Commentarios quoſdam ſcripſit rerum ſuarum, valdè quidem probandos: nudi enim ſunt, recti & venuſti, omni ornatu orationis, tanquam veſte detractâ. Sed dum voluit alios habere parata, unde ſumerent qui vellent ſcribere hiſtoriam: ineptis gratum fortaſſe fecit, qui volunt illa calamiſtris inurere: ſanos quidem homines à ſcribendo deterruit. Nihil enim eſt in hiſtoria pura & illuſtri brevitate dulcius.* Montanus.

etiam quàm facile atque celeriter eos confecerit, ſcimus. Erat autem in Cæſare quum facultas, atque elegantia ſumma ſcribendi, tum veriſſima ſuorum ſcientia conſiliorum explicandorum. Mihi ne illud quidem accidit, ut Alexandrino atque Africano bello intereſſem. Quæ bella quamquam ex parte nobis Cæſaris ſermone ſint nota: tamen aliter audimus ea, quæ rerum novitate, aut admiratione nos capiunt: aliter, quæ pro teſtimonio ſumus dicturi. Sed ego nimirum, dum omnes excuſationis cauſſas colligo, ne cum Cæſare conferar, hoc ipſum crimen arrogantiæ ſubeo, quod me judicio cujuſquam exiſtimem poſſe cum Cæſare comparari. Vale.

OMni Galliâ devictâ, Cæſar quum à ſuperiore æſtate nullum bellandi tempus intermiſiſſet, militeſque hibernorum quiete reficere à tantis laboribus vellet; complures eôdem tempore civitates renovare belli conſilia nuntiabantur, conjura-

Quam facile] Scripſit Cæſar ſua commentaria in caſtris, & ſucceſſivis quidem horis: quibus hercle vel ob hoc major fides debetur, quod rebus geſtis ipſe interfuit. *Glarean.*

Alexandrino atque Africano bello] Bellum Alexandrinum geſtum eſt cum Ptolemæo Rege: Cæſar enim fugientem Pompeium Alexandriam perſequutus, ut occiſum deprehendit in Ptolemæum arma movit. Victor tandem Ægypti Cleopatræ fratrique ejus juniori imperium reliquit. Africanum autem cum ſuperſtitibus Pompeii Ducibus, & è Pharſalica clade profugis, inque Africam certatim contendentibus geſtum eſt. *Montan.*

Tamen aliter audimus ea] Rectè. Nam ſi uſquam illud Plauti locum habet, in hiſtoria fideliter ſcribenda vel maximum tenere oportebat, Ut Unus oculatus hiſtoriographus pluris fieret, quam auriti decem. Quum enim non niſi certa ſcribenda ſint, nemo certe commodius ea perſcripſerit, quam αὐτόπτης, ſive fidem, ſive perſpicuitatem in narrando conſideres. *Rhellican.*

Pro teſtimonio] Ut in hiſtoria ſcribenda. Nam qui ſcribit hiſtoriam, quaſi pro teſtimonio dicit ea, quæ narrat, & quaſi ex viſu ea percepta habuerit. Nam ἀπὸ τὸ ἱςορεῖν dicta putatur. *Hotoman.*

OMni Gallia devicta] Hic eſt annus ab U.C. DCCIII, Coſſ. Servio Sulpicio Q. F. Rufo, & M. Claudio M.F. Marcello. *Montan.*

Conjurationes facere] Initium belli inferendi communi totius Galliæ conſilio certam in diem conferre. *Hotomannus.*

Reſ

jurationeſque facere. Cujus rei veriſimilis cauſa afferebatur, quod Gallis omnibus cognitum eſſet, neque ullâ multitudine in unum locum coactâ reſiſti poſſe Romanis; nec, ſi diverſa bella complures eôdem tempore intuliſſent civitates, ſatis auxilii aut ſpatii, aut copiarum habiturum exercitum populi Romani ad omnia perſequenda: non eſſe autem alicui civitati ſortem incommodi recuſandam, ſi tali morâ reliquæ poſſent ſe vindicare in libertatem. Quæ ne opinio Gallorum confirmaretur, Cæſar M. Antonium quæſtorem ſuis præfecit hibernis: ipſe, equitatus præſidiô, pridie kal. Januarii ab opido Bibracte proficiſcitur ad legionem XII, quam non longè à finibus Æduorum collocaverat in finibus Biturigum, eique adjungit legionem XI, quæ proxima fuerat. Binis cohortibus ad impedimenta tuenda relictis, reliquum exercitum in copioſiſſimos agros Biturigum inducit: qui quum latos fines & complura opida habe-

Reſiſti poſſe Romanis] Hoc cum aliis locis, tum præſertim apud Aleſiam eſt cognitum: ubi ducenta quadraginta millia exteriorum hoſtium; Octoginta delecta interiorum profligavit. *Idem.*

M. Antonium Quæſtorem] Cicero Philip. II. *Veniſti è Gallia ad Quæſturam petendam. Aude dicere prius ad patrem tuum veniſſe, quam ad me*, &c. *Quæſtor es factus. Deinde continuo ſine ſenatuſconſulto, ſine ſorte, ſine lege ad Cæſarem cucurriſti*, &c. *Ibi te cum & illius largitionibus & tuis rapinis expleviſſes (ſi hoc eſt explere, devorare quod ſtatim effundas) advolaſti egens ad Tribunatum.* Ciaccon. Quæſtor autem ordine primus dignitate ultimus inter magiſtratus. Illi non ambigue à quærendo nomen; quod pecunias publicas conquirebat & reponebat. Origo ejus vetuſtiſſima, quippe qui inſtitutus ſub ipſis regibus. Fuere initio duo quæſtores, qui urbanam pecuniam omnem tractarent, & ærario præeſſent, quod in æde Saturni, iique Urbani dicti. Poſtea etiam alii creati, qui Conſulibus aut Imperatoribus ad miniſteria belli præſto eſſent. Eorum munera non obſcura; è quibus præcipuum pecuniæ publicæ acceptio & expenſio, ſignorum militarium in ærario obſervatio, prædæ venditio & ſubhaſtatio, legatorum exceptio, deductio, hoſpitii aſſignatio. *Lipſius.* Et tale munus obivit hic Antonius. *Mont.*

Ad legionem XII] Legendùm haud dubiè tertiam decimam, ut poſt aliquot paginas patebit lectori non oſcitanti. Erat enim ea quæ cum T. Sextio in Biturigibus collocata fuerat; cujus mentio etiam fit in oppugnatione Gergoviæ. *Glarean.*

Non longe à finibus Æduorum] Ita eſt: Biturigum regio, hodie *Duché de Berry*, non longe abeſt ab Æduis, veteribus Burgundiæ Ducatus incolis: imo Bituriges Æduis finitimi ſunt verſus orientem. *Montan.*

Complura opida] Liquet ex eo magnam Biturigum potentiam fuiſſe. Præſertim amplius viginti opidis uno incendio abſumtis. *Hotoman.*

haberent, unius legionis hibernis non potuerant contineri, quin bellum pararent, conjurationeſque facerent. Repentino adventu Cæſaris, accidit, quod imparatis disjectiſque fuit neceſſe, ut ſine timore ullo rura colentes prius ab equitatu opprimerentur, quam confugere in opida poſſent. Namque etiam illud vulgare incurſionis ſignum hoſtium, quod incendiis ædificiorum intelligi conſuevit, Cæſaris id erat interdictô ſublatum: ne aut copia pabuli frumentique, ſi longius progredi vellet, deficeret; aut hoſtes incendiis terrerentur. Multis hominum millibus captis, perterriti Bituriges, qui primum adventum effugere potuerant Romanorum, in finitimas civitates, aut privatis hoſpitiis confiſi, aut ſocietate conſiliorum, confugerant. Fruſtra. Nam Cæſar magnis itineribus omnibus locis occurrit; nec dat ulli civitati ſpatium de alienâ potius, quàm de domeſticâ ſalute cogitandi. Quâ celeritate, & fideles amicos retinebat; & dubitantes terrore ad conditiones pacis adducebat. Tali conditione propoſitâ, Bituriges, quum ſibi viderent clementiâ Cæſaris reditum patere in ejus amicitiam, finitimaſque civitates ſine ullâ pœnâ dediſſe obſides, atque in fidem receptas eſſe, idem fecerunt. Cæ-

Defectiſque fuit neceſſe, &c.] Beroaldus *dejectis* legit. Sed utrumque fortaſſis perperam. Nam quum *defetiſcor* haud-dubie prioris participii thema ſit, ſecundum Priſciani ſententiam, pro *defectiſque* legendum foret. Quæ lectio cum ſequentibus probè quadrat; ſtatim namque ſequitur, Bituriges operi ruſtico præ belli ſecuritate intentos fuiſſe. Deinde conjicio Beroaldum pro *dejectis*, *disjectis* potius legiſſe: propterea quod & hæc lectio magis ad ſequentia facit. Cum enim Cæſar Bituriges de improviſo rura colenteis adortus ſit: nimirum eos palanteis, ac disjectos aggreſſus eſt. Niſi forte quiſpiam *defectus* à *deficior*, id eſt, relinquor (teſte eodem Priſciano) derivari putet. Quod verbi apud Aldum, & qui eum ſecuti ſunt, paulo inferius ponitur. Ubi tamen Beroaldus *deficeret*, non *deficeretur*, legit. Atque ita participium *defectus* (teſt. Laur. Valla) activam haberet ſignificationem; ut ſit ſenſus: *Defectiſque*, hoc eſt, *iis qui defecerant in via*. Sic namque & Martialis, & Fabius uſurpavere, quorum ille ita canit:

Dulcia defecta modulatur carmina lingua
Cantator cygnus funeris ipſe ſui.

Hic vero ad hunc ſcribit modum lib. 6 Oratoriarum inſtitutionum: *Defectaq; labore ſenectus, magna pars mortis, nihil mihi reliquit, niſi diligentiam.* Rhellican.

Duce-

Cæſar militibus pro tantô labore ac patientiâ, qui brumalibus diebus, itineribus difficillimis, frigoribus intolerandis ſtudioſiſſimè permanſerant in labore, ducenos ſeſtertios, centurionibus II millia nummûm prædæ nomine condonanda pollicetur: legionibuſque in hiberna remiſſis, ipſe ſe recepit die XL Bibracte. Ibi quum jus diceret, Bituriges ad eum legatos mittunt; auxilium petitum contra Carnutes, quos intuliſſe bellum ſibi querebantur. Quâ re cognitâ, quum non amplius X & VIII dies in hibernis eſſet commoratus, legiones XIV, & VI ex hibernis ab Arare educit: quas ibi collocatas explicandæ rei frumentariæ cauſsâ, ſuperiore commentariô demonſtratum eſt. Ita cum II legionibus ad perſequendos Carnutes proficiſcitur. Quum fama exercitus ad hoſtes eſſet perlata, calamitate ceterorum ducti Carnutes, deſertis vicis opidiſque, quæ tolerandæ hiemis cauſsâ, conſtitutis repente exiguis ad neceſſitatem ædificiis, incolebant (nuper enim devicti complura opida dimiſerant) diſperſi profugiunt. Cæſar erumpentes eô maxime tempore acerrimas tempeſtates quum ſubire milites nollet, in opidô Carnutum Genabô caſtra ponit, atque in tecta partim Gallorum, partim quæ conjectis

Ducenos ſeſtertios] Id eſt, ſingulis ducentos. Porro *Seſtertius* juxta Budæi traditionem æreus nummus erat, ex eo ſic dictus, quod duos aſſes & ſemiſſem valeret, hoc eſt, duas libras æris gravis, & ſelibram, quorum quatuor uno denario Romano valebant. *Seſtertia* autem numero plurali, & genere neutro dicuntur, quod ſingula duas libras, & ſelibram argenti valerent, hoc eſt, ducentos & L denarios, ſive mille ſeſtertios, quod idem eſt. *Rhellican.*

Centurionibus duo millia nummûm] Id eſt, L aureos coronatos. Siquidem Budæus idem lib. 2 de Aſſe, mille numûm, XXV aureis æſtimat. *Idem.*

Superiore commentario demonſtratum eſt, &c.] Sub ipſum namque finem ſuperioris Commentarii Cæſar ait, Q. Ciceronem, & P. Sulpitium in Heduis ad Ararim rei frumentariæ cauſa collocatos eſſe. *Idem.*

Carnutes, deſertis vicis opidiſque] Coluerunt olim Carnutes partem iſtam Belſiæ, vulgo *la Beauſſe*, ubi nunc *l'Eveſché de Chartres, le Païs Chartrain.* Opidum eorum primarium Ἄυτρικον Ptolemæo, & nunc temporis *la ville de Chartres.* Et præter illud etiam Genabum, Straboni Γήναβον τὸ τῶν Καρνούτων ἐμπορεῖον, & Sidonio Aurelianenſis urbs, hodieque *la ville d'Orleans.* Montan.

Nuper enim devicti] Scilicet in bello cum Vercingetorige geſto. *Rhellicanus.*

jectis celeriter ſtramentis, tentoriorum integendorum gratiâ erant inædificata, milites contegit. Equites tamen & auxiliarios pedites in omnes partes mittit, quaſcumque petiſſe dicebantur hoſtes: nec fruſtra. Nam plerumque magnâ prædâ potiti noſtri revertuntur. Oppreſſi Carnutes hiemis difficultate, terrore periculi, quum tectis expulſi nullô locô diutius conſiſtere auderent, nec ſilvarum præſidiô tempeſtatibus duriſſimis tegi poſſent: diſperſi, magnâ parte amiſsâ ſuorum, diſſipantur in finitimas civitates. Cæſar, tempore anni difficillimô, quum ſatis haberet convenientes manus diſſipare, ne quod initium belli naſceretur; quantumque in ratione eſſet, exploratum haberet, ſub tempus æſtivorum nullum ſummum bellum poſſe conflari; C. Trebonium cum II legionibus, quas ſecum habebat, in hibernis Genabi collocavit. Ipſe, quum crebris legationibus Rhemorum certior fieret, Bellovacos, qui belli gloriâ Gallos omnes Belgaſque præſtabant, finitimaſque in civitates, duce Correô Bellovacô & Comiô Atrebate, exercitum comparare, atque in unum locum cogere; ut omni multitudine in fines Sueſſionum, qui Rhemis erant attributi, facerent impreſſionem, pertinere autem non tantum ad dignitatem, ſed etiam ad ſalutem ſuam judicaret, nullam calamitatem ſocios optimè de republicâ meritos accipere; legionem ex hibernis

Tempore anni difficillimo] Hyberno videlicet. *Idem.*

Quantumque in ratione eſſet] Hoc eſt, quantum ratione provideri poſſet. *Idem.*

Qui Rhemis erant attributi, &c.] Hoc eſt, ſanguinis propinquitate eos attingebant. De quo vide ſupra lib. 2, Rhemorum orationem ad Cæſarem habitam. *Idem.*

Optimè de republicâ meritos] Sic eſt, optimè de Romanis meriti erant Rhemi. Nam in difficili iſto bello Belgarum, *Rhemi, qui proximi ex Belgis Galliæ, ad Cæſarem* (verba ejus ſunt lib. II) *legatos Iccium & Antebrogium, primos civitatis ſuæ, miſerunt: qui dicerent, ſe ſuaque omnia in fidem & poteſtatem populi Romani permittere, neque ſe cum reliquis Belgis conſenſiſſe, neque contra populum Romanum omnino conjuràſſe; paratoſque eſſe & obſides dare, & imperata facere, & opidis recipere, & frumento, cæteriſque rebus juvare.* Iidem etiam à communi iſta defectione totius Galliæ liberi fuerunt: & rationem addit idem Cæſar

nis evocat rurſus XI: literas autem ad C. Fabium mittit, ut in fines Sueſſionum legiones II, quas habebat, adduceret; alteramque ex duabus à T. Labieno accerſit. Ita quantum hibernorum opportunitas, bellique ratio poſtulabat, perpetuô ſuô labore, invicem legionibus expeditionum onus injungebat. His copiis coactis, ad Bellovacos proficiſcitur; caſtriſque in eorum finibus poſitis, equitum turmas dimittit in omnes partes ad aliquos excipiendos, ex quibus hoſtium conſilia cognoſceret. Equites officiô functi renuntiant paucos in ædificiis eſſe inventos; atque hos, non qui agrorum incolendorum cauſſâ remanſiſſent; (namque eſſe undique diligenter demigratum;) ſed qui ſpeculandi gratiâ eſſent remiſſi. A quibus quum quæreret Cæſar, quô locô multitudo eſſet Bellovacorum, quodque eſſet conſilium eorum: inveniebat, Bellovacos omnes, qui arma ferre poſſent, in unum locum conveniſſe, itemque Ambianos, Aulercos, Caletes, Vellocaſſes, Atrebates locum caſtris excel-

ſar lib. VII præcedenti: quia nempe *amicitiam Romanorum ſequebantur.* Rhemi autem proximi Veromanduis, Treveris, Metenſibus & Sueſſionibus ſunt: eorum urbs Archiepiſcopalis vulgo *la Ville de Reims.* In eâ Reges Galliarum oleô cœlitùs, ut ferunt, miſsô inaugurari ſolent. At Sueſſiones fratres & conſanguinei Rhemorum erant, & eôdem jure, iiſdem legibus utebantur, unum imperium unumque magiſtratum cum ipſis habebant. Ex duodecim Sueſſionum opidis unum Noviodunum à Cæſare nominatur. Hodie iſtam Picardiæ partem incolunt, ubi *Soiſſons.* Montan.

Rurſus undecimam, &c.] Quod dicit *rurſus*, reſpicit ad hoc, quod ſupra dixerat, undecimam legionem duodecimæ adjunctam eſſe, dum Cæſar in Biturigum fines incurſionem faceret. *Rhellican.*

Legiones II, *quas habebat*] Cur Cæſar duas iſtas legiones Fabii evocat, & alteram tantum ex duabus Labieni? Nempe Fabius in Rhemis collocatus erat, ſociis & fidis Populo Romano, ne calamitatem à finitimis Bellovacis acciperent. Contra Labienus apud Sequanos degebat, Cæſari minus fidos & æquos, & metu armorum in officio continendos. *Montan.*

Ambianos, Aulercos, &c.] Sedes Ambianorum in eâ Picardiæ parte, ubi hodie opulentiſſima urbs Ambianum, vulgo *Amiens.* Aulerci quadruplices fuerunt, ut ante notatum. Hoc loco, licet Cæſar cognomen non addat, Eburovices, niſi fallor, intelligendi ſunt, vulgo *le païs d'Evreus en Normandie.* Caletes populi in ſuperiore Normanniâ ad oſtium Sequanæ, quos nunc temporis Caletenſes appellamus, eorum opida *Dieppa, Portus, Juliobona* ſeu *Villa bona.* Velocaſſes, nunc Vilcaſſinenſes, bipartiti ſunt in Normannos & Francos. Velocaſſes Normanni inter Andelam & Heptam ſiti ſunt, ubi opidum eſt Giſortium.

celſum, impeditâ circumdatum palude, delegiſſe; omnia impedimenta in ulteriores ſilvas contuliſſe; complures eſſe principes belli auctores, ſed multitudinem maximè Correo obtemperare, quod ei ſummo odio eſſe nomen populi Romani intellexiſſent. Paucis ante diebus ex his caſtris Comium diſceſſiſſe ad auxilia Germanorum adducenda, quorum & vicinitas propinqua, & multitudo eſſet infinita. Conſtituiſſe autem Bellovacos, omnium principum conſenſu, ſummâ plebis cupiditate, ſi, ut diceretur, Cæſar cum III legionibus veniret; offerre ſe ad dimicandum; ne, miſeriore ac duriore poſtea conditione, cum toto exercitu decertare cogerentur: ſin majores copias adduceret, in eô locô permanere, quem delegiſſent; pabulatione autem, quæ propter anni tempus quum exigua, tum disjecta eſſet, & frumentatione, & reliquo commeatu ex inſidiis prohibere Romanos. Quæ Cæſar quum, conſentientibus plurimis, cognoviſſet; atque ea, quæ proponerentur, conſilia plena prudentiæ, longéque à temeritate barbarorum remota eſſe judicaret; omnibus rebus inſerviendum ſtatuit, quò celerius hoſtes, contemptâ ſuorum paucitate, prodirent in aciem. Singularis enim virtutis veteranas legiones VII, VIII, & IX habebat, ſummæ ſpei, de-

tium. Velocaſſes Franci incolunt inter Æſiam, qui nunc Iſara. Atrebatum finibus includitur hodie tota Arteſia, pars item Flandriæ affixa dextræ ripæ amnis Legiæ, ut & Hænoniæ exigua portio. Omnes autem hi populi Bellovacis, vulgo *Beauvoiſin*, aut finitimi ſunt, aut non longè ab iiſdem remoti. Saltem ab occidenti æquinoctiali contermini adjacent Caletes & Velocaſſes, à ſeptentrione Ambiani, ab oriente brumali Sueſſiones & Rhemi. *Idem.*

Quorum & vicinitas propinqua] Recte: Arduenna enim ſylva verſus occidentem haud ita procul Ambianorum & Atrebatum fines aſſurgebat, ad cujus alteram partem, orientem verſus, fluebat Rhenus, Germaniam inter Galliamque terminus. *Idem.*

Legiones VII, VIII *&* IX] Nomina ſumebant legiones ab ordine, quô unaquæque earum in aliquô locô conſtituta fuerat, ut prima, ſecunda, tertia, decima & viceſima appellaretur. Et quoniam plerumque uſu veniebat, ut duæ vel tres in variis locis conſtitutæ, omnes primæ, vel ſecundæ, vel tertiæ dictæ fuerint: cognominibus inter ſe diſtingui cœperunt, ut una quidem eſſet prima adjutrix, alia prima Minerva, alia verò prima Parthica: quæ cognomina ad Imperatorum arbitrium plerumque ſume-

delectæque juventutis XI, quæ octavô jam ſtipendiô functa, tamen, collatione reliquarum, nondum eandem vetuſtatis & virtutis ceperat opinionem. Itaque, conſiliô advocatô, rebus iis, quæ ad ſe eſſent delatæ, omnibus expoſitis, animos multitudinis confirmat. Si forte hoſtes III legionum numerô poſſet elicere ad dimicandum, agminis ordinem ita conſtituit; ut legio VII, VIII & IX ante omnia iret impedimenta; deinde omnium impedimentorum agmen (quod tamen erat mediocre, ut in expeditionibus eſſe conſuevit) cogeret XI, ne majoris multitudinis ſpecies accidere hoſtibus poſſet, quàm ipſi depopoſciſſent. Hâc ratio-

ſumere ſolebant. Sed de his aliàs fuſius dictum. *Roſinus.*

Quæ octavô jam ſtipendiô functa] Id eſt, octo jam annis militaverat. Stipendia enim inter alia anni militiæ ſunt, ut docet Turnebus. *Brant.* Sed militiæ anni, jam inde à Polybii ætate in equite deni, in pedite viceni, at hi ſub Auguſto tandem ſenideni, rurſuſque viceni fuere; licet ultra interdum producti: *Tricena aut quadragena ſtipendia ſenes, & plerique truncato ex vulnere corpore tolerare* ille ſub Tiberio Percennius conqueritur. Quadragena in Severo Cæcinā Tacitus notat lib. I Annal. *Quadrageſimum id ſtipendium Cæcina parendi aut imperitandi habebat.* Et lib. III, de eodem Cæcina. *Quanquam ipſe plures per provincias quadraginta ſtipendia expleviſſet.* Vicenos etiam Tiberius confirmavit: quos diminuere ſeditioſæ legiones paulo ante conatæ erant. Confirmavit, inquam, & *edixit* (verba Taciti ſunt lib. I Annal.) *imparem oneri Rempublicam, niſi vigeſimo militiæ anno veterani dimitterentur. Ita proximæ ſeditionis male conſulta, quibus ſexdecim ſtipendiorum finem expreſſerant, abolita in poſterum.* Ipſæ leges ſtabiliunt hunc annum, & quodammodo legitimum faciunt. Unde etiam juſta militia appellatur, quæ huc pertingeret: injuſta quæ tranſcenderet, *Eryc. Putean.*

Agminis ordinem ita conſtituit] Obſerves hic, ſectionem & diviſionem agminum in Cæſare fere per legiones ipſas fieri, & non per Haſtatos, Principes & Triarios. Simile exemplum in eodem lib. II Gall. *Sed ratio*, ait, *ordoque agminis aliter ſe habebat, ac Belgæ ad Nervios detulerant. Nam quod hoſti appropinquabat, conſuetudine ſua Cæſar, ſex legiones expeditas ducebat: poſt eas totius exercitus impedimenta collocabat: inde duæ legiones totum agmen claudebant, impedimentiſque præſidio erant.* Itaque conſuetudo hæc Cæſaris, impedimenta in medium recipi, tutò aſſervanda: & legionum maximam partem præire, aliam ſequi. Idem factum à ſe in re ſubitâ oſtendit lib. VII Gall. *Pugnatur unà omnibus in partibus, conſiſtit agmen, impedimenta inter legiones recipiuntur.* Lipſius.

Depopoſciſſent, &c.] Obſerva Grammaticorum regulam de non geminandis compoſitis ab Hirtio non eſſe ſervatam. *Rhellican.* Imo ignoravit bonus Rhellicanus exceptionem tritam à generali regulâ non geminandorum compoſitorum: nempe excipi verba *do*, *ſto*, *diſco*, *poſco*, quæ in compoſitis geminationem retinent. *Montan.*

tione pene quadratô agmine inſtructô, in conſpectum hoſtium celerius opinione eorum exercitum adducit. Quum legiones repente inſtructas velut in acie certô gradu accedere Galli viderent, quorum erant ad Cæſarem plena fiduciæ conſilia perlata; ſive certaminis periculô, ſive ſubitô adventu, ſeu exſpectatione noſtri conſilii, copias inſtruunt pro caſtris, nec locô ſuperiore decedunt. Cæſar, etſi dimicare optaverat; tamen admiratus tantam multitudinem hoſtium, valle intermiſsâ, magis in altitudinem depreſsâ, quàm late patente, caſtra caſtris hoſtium confert. Hæc imperat vallô pedum XII muniri, coroniſque pro ratione ejus altitudinis inædificari; foſſam duplicem, pedum quinûm denûm, lateribus directis, deprimi; turres crebras excitari, in altitudinem III tabulatorum, pontibus tranſjectis

Quadrato agmine] *Quadratum agmen* vocat non quadratâ ſpecie, vel paribus ordinibus coactum, ſeu quod artificio & induſtria ſingulari compoſitum ſit: quemadmodum *Quadratos lapides*, non in quadrum formatos, ſed arte ſectos & politos dicimus. *Glandorp.*

Coroniſque pro ratione ejus altitudinis] Ita vulgo legitur, nec peſſimè: & poſſit corona eſſe, quod στεφάνη in libris ſacris. Significat στεφάνη ſtructuram illam ſuperam ædium, quâ ſolaria ſua ambiebant & cingebant, contra caſum aut delapſum. Sed libri tamen ſcripti conſentiunt legere, *Loriculamque pro hac ratione*. Ergo teneamus, & quia *inædificandi* verbo utitur, ligneam fuiſſe ſuſpicemur. Hic ſuſpicio, at in Suida aſſertio: *Dryfracti*, ait, *ligneæ Loricæ, quæ nunc tabulata vocantur*. Nihil clarius:, & nomen ipſum factum, ab eo, quod lignis hæc munitio fiat. Quod autem altitudinem harum loricarum attinet, haud ſtabilis ſemper exactè eadem. Teſtis eſt Hirtius hoc loco: *Loriculam* enim, ait, *pro ratione altitudinis inædificatam*. In humili itaque vallo, humilior paulo; grandiuſcula, in altiore. In Joſepho lego, velut de more, ſed in ampla Hieroſolymorum munitione, *Loricas trium pedum altitudine fuiſſe*; *pinnas*, *duorum*. Et ſane ea menſura ad viri modum ſit, atque abunde ei tuendo. Sint & quatuor pedes in univerſum; ſuffecerint in caſtrenſi vallo. *Lipſius.*

Foſſam duplicem, pedum quinum denum] Vegetius ait: *Milites gladio accincti foſſam aperiunt, latam aut novem aut undecim aut tredecim pedibus: vel ſi major adverſariorum vis metuitur, pedibus decem & ſeptem vel novem. Imparem enim numerum ſervari moris eſt*. Dicit *imparem de more*. Ipſe contrait ſibi, dum alibi ſcribit: *ubi vis acrior imminet hoſtium, tunc legitima foſſa ambitum convenit munire caſtrorum, ita ut duodecim pedes lata ſit, & alta ſub linea, ſicut appellant, novem*. En facit legitimam foſſam duodenum pedum: quem parem numerum eſſe liquet. Sed quod dicit Vegetius *ſub linea*, id ipſum Hirtio hoc loco eſt, niſi fallor, *directis lateribus*. Idem. Hotomannus *foſſam directis lateribus* vocat, quæ ad perpendiculum excavata eſt. *Montan.*

In

jectis conſtratiſque conjungi; quorum frontes vimineâ loriculâ munirentur; ut hoſtis à duplici propugnatorum ordine depelleretur; quorum alter ex pontibus, quò tutior altitudine eſſet, hoc audacius longiuſque tela permitteret; alter, qui propior hoſtem in ipsô vallô collocatus eſſet, ponte ab incidentibus telis tegeretur. Portis fores altioreſque turres impoſuit. Hujus munitionis duplex erat conſilium: namque & operum magnitudinem & timorem ſuum ſperabat fiduciam barbaris allaturum; &, quum pabulatum frumentatumque longius eſſet proficiſcendum, parvis copiis caſtra munitione ipsâ videbat poſſe defendi. Interim, crebrò paucis utrimque procurrentibus, inter bina caſtra palude interjectâ, contendebatur: quam tamen paludem nonnunquam aut noſtra auxilia Gallorum Germanorumque tranſibant, acriuſque hoſtes inſequebantur, aut viciſſim hoſtes eandem tranſgreſſi noſtros longius ſubmovebant. Accidebat autem quotidianis pabulationibus, (id quod accidere erat neceſſè, quum raris disjectiſque ex ædificiis pabulum conquireretur,) ut impeditis locis diſperſi pabulatores circumvenirentur. Quæ res etſi mediocre detrimentum jumentorum ac ſervorum noſtris afferebat, tamen ſtultas cogitationes incitabat barbarorum. Atque eò magis, quod Comius, quem profectum ad auxilia Germanorum accerſenda dixeram, cum equitibus

In altitudinem trium tabulatorum] Vides hîc *tecta* ſive *tabulata*, quæ & *faſtigia* & *vertices* dicuntur, plura in turribus fuiſſe, ut defenſores plures imponerentur, tum tormenta, ſed non maxima, ſcalas, pontes, & talia ad invadendum. *Lipſius.*

Pontibus transjectis conſtratiſque conjungi] Habebant etiam turres ſuos pontes, tam mobiles illæ, quæ ad muros promovebantur, quam fixæ illæ caſtrorum. De fixis locus hic in Hirtiò ſatis clare teſtatur: de mobilibus ita Vegetius: *in ſuperioribus turris partibus contati & ſagittarii collocantur, qui defenſores urbis contis, miſſilibus ſaxiſque proſternant: in inferioribus habet arietem, cujus impetu deſtruit muros: circa medium vero pontem accipit, factum de duabus trabibus, ſeptumque de vimine, quem ſubito prolatum inter turrim murumque conſtituunt, & per eum egredientes bellatores in civitatem tranſeunt.* Habent itaque turres ſuos ponticulos, & id ex veteri uſu & more. *Montan.*

Atque

bus venerat: qui tametſi numero non amplius erant quingentis; tamen Germanorum adventu barbari inflabantur. Cæſar, quum animadverteret hoſtem complures dies caſtris palude & loci naturâ munitis ſe tenere; neque oppugnari caſtra eorum ſine dimicatione perniciosâ, nec locum munitionibus claudi, niſi à majore exercitu poſſe; literas ad Trebonium mittit; ut, quàm celerrimè poſſet, legionem XIII, quæ cum T. Sextio legato, in Biturigibus hiemabat, accerſeret, atque ita cum III legionibus magnis itineribus ad ſe veniret. Ipſe equites invicem Rhemorum ac Lingonum reliquarumque civitatum, quorum magnum numerum evocaverat, præſidio pabulatoribus mittit; qui ſubitas hoſtium incurſiones ſuſtinerent. Quod quum quotidie fieret, ac jam conſuetudine diligentia minueretur (quod plerumque accidit diuturnitate,) Bellovaci delectâ manu peditum, cognitis ſtationibus quotidianis equitum noſtrorum, ſilveſtribus locis inſidias diſponunt; eodemque equites poſtero die mittunt, qui primum elicerent noſtros in inſidias, deinde circumventos aggrederentur. Cujus mali ſors incidit Rhemis, quibus illa dies fungendi muneris obvenerat. Namque ii, quum repente hoſtium equites animadvertiſſent, ac numero ſuperiores paucitatem contempſiſſent, cupidius inſecuti à peditibus undique ſunt circumdati. Quô factô perturbati celerius, quàm conſuetudo fert equeſtris prælii, ſe receperunt, amiſsô Vertiſcô, principe civitatis, præfectô equitum: qui quum vix equô propter ætatem poſſet uti, tamen conſuetudine Gallorum, neque ætatis excuſatione in ſuſcipiendâ præfecturâ uſus erat, neque dimicari ſine ſe voluerat. Inflantur atque incitantur hoſtium

Atque ita cum tribus legionibus, magnis itineribus ad ſe veniret] Probè colligit. Ad finem namque ſuperioris libri ſeptimi Cæſar ſcribit, T. Sextium cum una legione in Bituriges miſſum eſſe. In hoc autem ipſe Hirtius refert, Trebonium cum duabus legionibus Genabi in hybernis collocatum. *Rhellican.*

Ut

ſtium animi ſecundô præliô, principe & præfectô Rhemorum interfectô. Noſtri detrimentô admonentur, diligentius exploratis locis ſtationes diſponere, ac moderatius cedentem inſequi hoſtem. Non intermittuntur interim quotidiana prælia in conſpectu utrorumque caſtrorum, quæ ad vada tranſituſque fiebant paludis. Quâ contentione Germani, quos propterea Cæſar tranſduxerat Rhenum, ut equitibus interpoſiti præliarentur, quum conſtantius univerſi paludem tranſiſſent, pauciſque reſiſtentibus interfectis, pertinacius reliquam multitudinem eſſent inſecuti, perterriti non ſolùm ii, qui aut cominus opprimebantur, aut eminus vulnerabantur; ſed etiam qui longius ſubſidiari conſueverant, turpiter fugerunt; nec prius finem fugæ fecerunt, ſæpe amiſſis ſuperioribus locis, quàm ſe aut in caſtra ſuorum reciperent, aut nonnulli pavore coacti longius profugerent. Quorum periculô ſic omnes copiæ ſunt perturbatæ, ut vix judicari poſſet, utrum ſecundis nimiiſque rebus inſolentiores; an adverſis mediocribuſque timidiores eſſent. Complurimis diebus iiſdem in caſtris conſumptis, quum propius acceſſiſſe legiones, & C. Trebonium legatum cognoviſſent; duces Bellovacorum veriti ſimilem obſeſſionem Aleſiæ noctu dimittunt eos, quos aut ætate, aut viribus inferiores, aut inermes habebant, unáque reliqua impedimenta: quorum perturbatum & confuſum dum explicant agmen, (magna enim multitudo carrorum etiam expeditos ſequi Gallos con-

Ut equitibus interpoſiti præliarentur] In caſtris Arioviſti ejuſmodi pedites erant, ut Cæſar lib. 1, teſtatur. Verba ejus ſunt: *Equitum millia erant* VI, *totidem numero pedites velociſſimi; quos ex omni copia ſinguli ſingulos, ſuæ ſalutis cauſa, delegerant. Cum his in præliis verſabantur: ad hos ſe equites recipiebant: hi ſi quid erat durius, concurrebant: ſi qui, graviore vulnere accepto, equo deciderant, circumſiſtebant: ſi quo erat longius prodeundum, aut celerius recipiendum, tanta erat horum exercitatione celeritas, ut jubis equorum ſublevati curſum adæquarent.* Hanc Germanorum conſuetudinem (quemadmodum jam tum ad citatum locum annotatum eſt) Romani primum invenerunt in obſidione Capuæ, & poſtea etiam ab iiſdem aliquoties obſervatam legimus. *Montan.*

Subſidiari] Id eſt, ſubſidio eſſe conſueverant.

Pon-

conſuevit) oppreſſi luce copias armatorum pro ſuis inſtruunt caſtris; ne prius Romani perſequi ſe inciperent, quàm longius agmen impedimentorum ſuorum proceſſiſſet. At Cæſar neque reſiſtentes tantô collis adſcenſu laceſſendos judicabat; neque non uſque eò legiones admovendas, ut diſcedere ex eô locô ſine periculô barbari militibus inſtantibus non poſſent: ita quum paludem impeditam à caſtris caſtra dividere, quæ tranſeundi difficultas celeritatem inſequendi tardare poſſet; atque id jugum, quod trans paludem pene ad hoſtium caſtra pertineret, mediocri valle à caſtris eorum interciſum animadverteret; pontibus palude conſtratâ, legiones tranſducit, celeriterque in ſummam planiciem jugi pervenit; quæ declivi faſtigio duobus ab lateribus muniebatur. Ibi legionibus inſtructis ad ultimum jugum pervenit: aciemque eô locô conſtituit, unde tormentô miſſa tela in hoſtium cuneos conjici poſſent. Barbari confiſi loci naturâ, quum dimicare non recuſarent, ſi forte Romani ſubire collem conarentur, paullatimque copias diſtributas dimittere non auderent, ne diſperſi perturbarentur, in acie permanſerunt. Quorum pertinaciâ cognitâ, Cæſar xx cohortibus inſtructis, caſtriſque eô locô metatis, muniri jubet caſtra. Abſolutis operibus, legiones pro vallo inſtructas collocat: equites frenatis equis in ſtationibus diſponit. Bellovaci cum Romanos ad inſequendum paratos viderent, neque pernoctare, neq; diutius permanere ſine cibariis eôdem locô poſſent, tale conſilium ſui recipiendi inierunt: Faſces, ubi conſede-

Pontibus palude conſtratâ] Ecce, Gallos palus media ſejungebat à Cæſaris caſtris: ille *pontibus palude conſtrata*, *legiones traducit celeriter*, & inopinato ſe iis ſiſtens. Atque ea Romanorum diligentia fuit, ſed veterum: nam poſteriores fatiſcere cœperunt & labare. Quis non miretur, qui *ſexcentas circiter naves, ſingulari* Cæſarianorum *militum ſtudio inſtructas* legit lib. v Gall.? Quis non ſtupet, qui portentoſa opera in Aleſiæ obſidione, tam ſubito, à decem legionibus erecta & conſtituta adſpicit? Curribus circumferebantur, naves, tabulæ funes, clavi & ſimilia: erantque in legionibus fabri & præfectus fabrûm: imo & ipſi milites vulgo in tirocinio fabrilem artem addiſcebant. *Montan.*

Nā

derant, (nam, in acie ſedere Gallos conſuêſſe, ſuperioribus commentariis declaratum eſt,) ſtramentorum ac virgultorum, quorum ſumma erat in caſtris copia, per manus inter ſe tranſditos, ante aciem collocaverunt; extremôque tempore diëi, ſignô pronuntiatô, unô tempore incenderunt. Ita continens flamma copias omnes repente à conſpectu texit Romanorum. Quod ubi accidit, barbari vehementiſſimô curſu fugerunt. Cæſar, etſi diſceſſum hoſtium animadvertere non poterat incendiis oppoſitis; tamen id conſilium quum fugæ cauſsâ initum ſuſpicaretur, legiones promovet; & turmas mittit ad inſequendum: ipſe veritus inſidias, ne forte in eôdem locô ſubſiſtere hoſtis, atque elicere noſtros in locum conaretur iniquum, tardius procedit. Equites, quum intrare fumum, & flammam denſiſſimam timerent; ac, ſi qui cupidius intraverant, vix ſuorum ipſi priores partes animadverterent equorum, inſidias veriti, liberam facultatem ſui recipiendi Bellovacis dederunt.

Nam in acie ſedere Gallos conſueſſe, ſuperioribus commentariis declaratum eſt] Quo commentario? & credi poteſt majores noſtros in acie & pugnâ ſediſſe? dum quæro, ecce commodum te offers Cl. Juſte Lipſi, & centur. I epiſtolarum tuarum ad Belgas epiſt. 3. *De loco Cæſaris*, inquis, *credo Hirtium aſpicere iſtum è commentario* 3. *Galli ſarmentis virgultiſque collectis; quibus foſſas Romanorum complerent; ad caſtra pergunt. Non dicit in iis ſediſſe, fateor, ſed tangit fortaſſe & adſignificat. At quis id credat? inquies. Me hercule nec ego tecum, nec capio, quomodo ubi ordines diſponendi, tela & manus movendæ, ignavi homines ſederint? Ego vel à Celſo hoc verbum* [*aciëi*] *eſſe non pro ipſo prælio, aut procinctu, ſed pro bello arbitror. Id eſt, ut in caſtris & tempore belli majores noſtri ſederint: aut potius* (*otii*) *voce permutandam, ut velit ſcribatque, Gallos cum otioſi, etiam in ipſis caſtris plurimum ſediſſe. Quid miri? inquies. Imo eſt, pro Romanis moribus: Nam ſeſſio minus apud eos crebra: ambulabant magis aut jacebant. At Barbari aliter. Quod & Tacitus de Germanis notat: & Strabo de Hiſpanis, loco, qui valde huc facit. Libro tertio ſcribit Vettones veniſſe ad Romana caſtra, vidiſſe Centuriones & Tribunos quoſdam per ſpatia obambulantes, & ſe vertentes. Illos arbitratos inſanire homines, accurriſſe; & manibus nutibuſque ad tabernacula ſua deduxiſſe. quaſi neceſſum eſſet, aut ſedere in otio, aut in acie pugnare. Verba ultima Græce ſic habent: ὡς δέον, ἢ μένειν καθ' ἡσυχίαν ἱδρυθέντας ἢ μάχεσθαι. Vides barbaricum ſenſum & morem: pro quo tamen etiam legi in Hirtio poſſet, ante aciem.* Hæc Lipſius.

Equorum, inſidias veriti] Hæc trajectionum importunitas, quâ Hirtius delectatur, cum huic loco, tum aliis compluribus obſcuritatem attulit. Ordo eſt: *Vix priores partes equorum ſuorum adverterent: Tum deinde inſidias veriti*, &c. *Hotoman.*

Velut

runt. Ita, fuga timoris ſimul calliditatiſque plena, ſine ullô detrimentô, millia non amplius x progreſſi hoſtes, munitiſſimô locô caſtra poſuerunt. Inde, quum ſæpe in inſidiis equites pediteſque diſponerent, magna detrimenta Romanis pabulationibus inferebant. Quod quum crebrius accideret, ex captivô quôdam comperit Cæſar, Correum Bellovacorum ducem, fortiſſimorum millia VI peditum delegiſſe, equiteſque ex omni numero ∞, quos in inſidiis eô locô collocaret, quem in locum, propter copiam frumenti ac pabuli, Romanos pabulatum miſſuros ſuſpicaretur. Quô cognitô conſiliô, Cæſar, legiones plures, quàm ſolebat, educit; equitatumque, quâ conſuetudine pabulatoribus mittere præſidio conſueverat, præmittit. Huic interponit præſidia levis armaturæ: ipſe cum legionibus quàm poteſt maximè appropinquat. Hoſtes in inſidiis diſpoſiti quum ſibi delegiſſent campum ad rem gerendam non amplius patentem in omnes partes paſſibus ∞, ſilvis undique impeditiſſimis, aut altiſſimo flumine, velut indagine munitum, hunc inſidiis circundederunt noſtri. Exploratô hoſtium conſiliô, ad præliandum animô atque armis parati; quum, ſubſequentibus legionibus, nullam dimicationem recuſarent, turmatim in eum locum devenerunt. Quorum adventu quum ſibi Correus oblatam occaſionem rei gerendæ exiſtimaret, primùm cum paucis ſe oſtendit; atque in proximas turmas impetum facit. Noſtri conſtanter impetum ſuſtinent inſidiatorum; neque plures in unum locum conveniunt; quod plerumque equeſtribus præliis quum propter aliquem timorem accidit, tum mul-

Velut indagine] Apta ſimilitudo, & ad loci naturam & ad hoſtium conſilium, qui Romanis eaſdem inſidias tendebant, quas venatores explicatâ indagine feris ponere conſueverunt. *Idem.*

Indaginem autem vocant obſidionem ſylvarum, cum ad capiendas feras omnes viæ ac exitus hominibus pariter ac retibus cuſtodiuntur. Sic útitur hac voce Virgilius:

> *Dum trepidant alæ, ſaltuſque indagine cingunt.* Glandor.

Propter aliquem timorem] Inſignis ſententia ſyllabæ unius vitio depravata.

multitudine ipſorum detrimentum accipitur. Quum diſpoſitis turmis invicem rari præliarentur, neque ab lateribus circumveniri ſuos paterentur; erumpunt ceteri, Correô præliante, ex ſilvis. Fit magnâ contentione diverſum prælium: quod quum diutius pari Marte iniretur; paullatim ex ſilvis inſtructa multitudo procedit peditum, quæ noſtros cogit cedere equites: quibus celeriter ſubveniunt levis armaturæ pedites, quos ante legiones miſſos docui; turmiſque noſtrorum interpoſiti, conſtanter præliantur. Pugnatur aliquandiu pari contentione: deinde, ut ratio poſtulabat prælii, qui ſuſtinuerant primos impetus inſidiarum, hôc ipsô fiunt ſuperiores, quod nullum ab inſidiantibus imprudentes acceperant detrimentum. Accedunt propius interim legiones crebrique eôdem tempore & noſtris & hoſtibus nuncii afferuntur, imperatorem inſtructis copiis adeſſe. Quâ re cognitâ, præſidiô cohortium confiſi noſtri, acerrimè præliantur: ne, ſi tardius rem geſſiſſent, victoriæ gloriam communicâſſe cum legionibus viderentur. Hoſtes concidunt animis; atque itineribus diverſis fugam quærunt. Nequidquam: nam quibus difficultatibus locorum Romanos claudere voluerant, iis ipſi tenebantur. Victi tamen propulſique, majore parte amiſsâ, conſternati, quò ſors tulerat, confugiunt: partim ſilvis petitis, partim flumine; qui tamen in fugâ à noſtris acriter inſequentibus conficiuntur. Quum interim nullâ calamitate victus Correus, excedere prælio ſilvaſque petere, aut invitantibus noſtris ad deditionem, potuit adduci, quin fortiſſimè præliando, complureſque vulnerando, cogeret elatos iracundiâ victores in ſe tela conjicere. Tali modo re geſtâ, recentibus prælii veſtigiis ingreſſus Cæſar, quum victos tantâ calamitate exiſtimaret hoſtes,

rata. Reſtituendum *timor* in primo caſu: neque in re perſpicua ullo argumento eſt opus. *Hotoman.*

Pari Marte] Pari certamine, ancipiti prælio, vario certamine. Cæſar alibi uſurpavit de loco. *Idem.*

ſtes, nunciô acceptô, locum caſtrorum relicturos, quæ non longius ab eâ cæde abeſſe plus minus VIII millibus paſſuum dicebantur, tametſi flumine impeditum tranſitum videbat; tamen, exercitu tranſductô, progreditur. At Bellovaci reliquæque civitates, repente ex fugâ paucis, atque his vulneratis, receptis, qui ſilvarum beneficiô caſum evitaverant, omnibus adverſis, cognitâ calamitate, interfectô Correô, amiſsô equitatu, & fortiſſimis peditibus, quum adventare Romanos exiſtimarent, conciliô repente cantu tubarum convocatô, conclamant, ut legati obſideſque ad Cæſarem mittantur. Hôc omnibus probatô conſiliô, Comius Atrebas ad eos profugit Germanos, à quibus ad id bellum auxilia mutuatus erat. Ceteri è veſtigio mittunt ad Cæſarem legatos, petuntque, ut ea pœna ſit contentus [hoſtium,] quàm

Plus minus VIII *millibus*] Manuſc. Ven. legit *novem millibus*. Vaſco: *abeſſe quàm octo millibus*. Gryphianus: *abeſſe quàm octo millia*. Si autem Bellovacorum caſtra à loco prælii abfuerint octo millia paſſuum: ergo abfuerunt, ſecundum noſtram milliarium ſupputationem, duo milliaria Germanica communia. *Montan.*

Reliquæque civitates] Civitas, ut aliquoties dictum, apud Cæſarem plerumque ſumitur, quemadmodum & hic apud Hirtium, pro gente, quæ cum eâdem linguâ, tum etiam eôdem jure, iiſdemque legibus utitur & unum imperium unumque Magiſtratum agnoſcit. Per *reliquas* verò has *civitates* intelliguntur civitates Ambianorum, Aulercorum, Caletum, Velocaſſium & Atrebatum: quæ unà cum Bellovacis in Romanos conjuraverant. *Idem.*

Cognitâ calamitate] Urſin. hoc delet. Ego in illum locum reſtituo, *Cognita calamitate omnibus adverſis*. Nam ex illis paucis ex fugâ receptis calamitatem cognitam ſignificat. Et paulò poſt perturbationem notabimus. *Hotomannus.*

Tubarum] *Tuba* dicta à tubo ſive canali, quem referebat. Verba Vegetii ſunt: *Tuba, quæ directa eſt, appellatur: buccina, quæ in ſemet æreo circulo flectitur.* Ejus multiplex uſus: nam aut profectionis ſignum eâ indicabant, aut etiam pugnæ: aut eâdem multitudo convocabatur: ut hôc locô in Bellovacis liquet. Lucanus tubas Batavis attribuit:

Vangiones Batavique truces, quos ære recurvo
Stridentes acuere tubæ.

Plutarchus etiam apud Cimbros tubas in uſu fuiſſe teſtatur. *Prædam*, ait, *diripuere Marii milites. Spolia, ſigna militaria & tubas, in caſtra Catuli aiunt fuiſſe relata.* Ex Diodoro autem liquet, ab omnibus pariter Gallis tubas inflatas. Lipſius ſex tubarum genera enumerat: & inter ea tertiô locô Gallicam nominat: quam ſic deſcribit. Gallica, conflatilis, non nimis magna, quæ os habet deformatum in beſtias, & canalem plumbeum, in quem inſpirant tubicines, atque eſt acuti ſoni: vocatur ab ipſis Gallis *Carnix*. Montan.

Sit contentus hoſtium] Vox *hoſtium* abundare videtur; neque in ea deprecatio-

quam ſi ſine dimicatione inferre integris poſſet, pro ſuâ clementiâ atque humanitate, numquam profectò eſſet illaturus: afflictas opes equeſtri præliô Bellovacorum eſſe: delectorum peditum multa millia interiiſſe: vix refugiſſe nuntios cædis. Tamen magnum, ut in tantâ calamitate, Bellovacos eô præliô commodum eſſe conſecutos; quod Correus, auctor belli, concitator multitudinis, eſſet interfectus. Numquam enim ſenatum tantum in civitate, illô vivô quantum imperitam plebem, potuiſſe. Hæc orantibus legatis, commemorat Cæſar, eôdem tempore ſuperiore annô Bellovacos; ceteraſque Galliæ civitates ſuſcepiſſe bellum: pertinaciſſimè hos ex omnibus in ſententiâ permanſiſſe, neque ad ſanitatem reliquorum deditione eſſe perductos: ſcire, atque intelligere ſe, cauſſam peccati facillimè mortuis delegari: neminem verò tantum pollere, ut invitis principibus, reſiſtente ſenatu, omnibus bonis repugnantibus, infirmâ manu plebis bellum concitare & gerere poſſet: ſed tamen ſe contentum fore eâ pœnâ, quam ſibi ipſi contraxiſſent. Nocte inſequenti legati reſponſa ad ſuos referunt, obſides conficiunt. Concurrunt reliquarum civitatum legati, quæ Bellovacorum ſpeculabantur eventum. Obſides dant. Imperata faciunt, exceptô Comiô, quem timor cohibebat cujuſquam fidei ſuam committere ſalutem. Nam ſuperiore annô T. Labienus, Cæſare in

catione ſe hoſtes nominare debuerunt. *Idem.*

Cauſſam peccati facillimè mortuis delegari] *Delegare* juris verbum eſt, & ſignificat alium pro ſe qui ſolvat, ſubſtituere. De quo Juriſconſultos vide. Sed & Latini ſcriptores *delegare* dicunt laborem, onus & provinciam alteri tradere, ſeu in alterum transferre: ut hic *cauſſam peccati mortuis delegari* ſit in mortuos transferri: contra Chilonis præceptum; qui mortuos non eſſe maledictis afficiendos monet: τὸν τετελευτηκότα μὴ κακολόγει, ἀλλὰ μακάριζε· Unde Græci mortuos μακαρίτας beatos vocant, quaſi moleſtiis hominum exemptos, & quorum aures non amplius conviciis verberari oporteat. Lucianus περὶ πένθους· ἔασον ἀναπαύσασθαι τοὺς τῶν μακαρίτων δαίμονας, *Sinito quieſcere felicis*, id eſt, mortui, *genios.* Lambin. ad illud Horatii lib. 1, ſat. 9:

Omnes compoſui Felices ——
Brantius.

in Galliâ citeriore jus dicente, quum Comium comperiſſet ſollicitare civitates, & conjurationem contra Cæſarem facere; infidelitatem ejus ſine ullâ perfidiâ judicavit comprimi poſſe: quem quia non arbitrabatur vocatum in caſtra venturum, ne tentando cautionem faceret; C. Voluſenum Quadratum miſit, qui eum, per ſimulationem colloquii, curaret interficiendum. Ad eam rem delectos tranſdidit centuriones. Quum in colloquium ventum eſſet; &, ut convenerat, manum Comii Voluſenus arripuiſſet; centurio, velut inſuetâ re permotus, vellet hominem conficere, celeriter à familiaribus prohibitus Comii, non potuit. Graviter tamen primô ictu gladiô caput percuſſit. Quum utrimque gladii diſtricti eſſent; non tam pugnandi quàm diffugiendi fuit utrorumque conſilium; noſtrorum, quod mortiferô vulnere Comium credebant affectum; Gallorum, quod,

In Gallia Citeriore] Definitur Gallia vel à regione, vel ab hominum cultu. A regione ſic; Gallia vel tranſalpina eſt, quæ ulterior etiam dicitur; vel ciſalpina, quæ citerior. Utraque dividitur in duas. Tranſalpina in Narbonenſem & Comatam; ciſalpina in tranſpadanam & ciſpadanam. Rurſus à cultu definitur hoc modo: Galliâ vel Comata eſt, vel Brachata, vel Togata. Comata eſt omnis tranſalpina præter Narbonenſem; Brachata, quæ poſtea *Narbonenſis* dicta; Togata, ciſalpina omnis. *Manutius*. Dicta autem eſt citerior: quia cis Alpes, reſpectu Romæ, exporrigebatur: aliàs enim etiam ulterior eſt, reſpectu eorum qui ultra Alpes habitant. *Montan.*

Sine ulla perfidia] Inſignis philoſophiæ locus: An contra perfidum uti perfidiâ liceat. Simpliciter deteſtandam eſſe perfidiam, ſatis multis locis Cæſar oſtendit. *Hotoman.*

C. Voluſenum Quadratum] Hic ille Voluſenus eſt, qui lib. IV Gall. à Cæſare in Britanniam trajecturo, cum navi longâ præmiſſus eſt, ut portus aditusque iſtius inſulæ cognoſceret. Lib. III, Civil. Magiſter Equitum nominatur, impetitus inſidiis Roſcilli & Ægi Allobrogum. *Montan.*

Qui eum per ſimulationem colloquii curaret interficiendum] Conqueritur Cæſar lib. I de bello civil. Afranianos *neque colloquii neque induciarum jura ſervâſſe, & homines imperitos & per colloquium deceptos crudeliſſimè interfeciſſe.* Et libro ſecundo de bell. civil. Fabius Pelignus, Varum nomine appellans, quaſi monere aliquid vellet ac dicere videretur, parum abfuit, quin interficeret. Sic etiam Cornelius Aſina ſimulatô colloquiô evocatus, atque ita oppreſſus legitur. *Brant.*

Centurio, velut inſuetâ re permotus] Manuſ. *Centurio velut inſueta re permotus, vel celeriter prohibitus à familiaribus Comii, conficere hominem non potuit.* Ven. Beroal. Baſ. Vaſ. *Centurio velut inſueta re permotus, celeriter à familiaribus prohibitus Comii, conficere hominem non potuit.* Montanus.

In con-

quod, inſidiis cognitis, plura, quàm videbant, extimeſcebant. Quô factô ſtatuiſſe Comius dicebatur, numquam in conſpectum cujuſquam Romani venire. Belliciſſimis gentibus devictis, Cæſar, quum videret nullam jam eſſe civitatem, quæ bellum pararet, quò ſibi reſiſteret: ſed nonnullos ex opidis demigrare, ex agris effugere, ad præſens imperium evitandum, plures in partes exercitum dimittere conſtituit. M. Antonium quæſtorem, cum legione XI ſibi conjungit: C. Fabium legatum cum cohortibus XXV mittit in diverſiſſimam partem Galliæ: quod ibi quaſdam civitates in armis eſſe audiebat, neque C. Caninium Rebilum legatum, qui illis regionibus præerat, ſatis firmas II legiones habere exiſtimabat. T. Labienum ad ſe evocat: legionemque XII, quæ cum eo fuerat in hibernis, in Togatam Galliam mittit, ad colonias civium Romanorum tuendas; ne

In conſpectum cujuſquam Romani] Nunquam Romano cuiquam fidem habiturum. *Hotoman.*

Cum cohortibus XXV] Miſſus itaque Fabius eſt cum duabus legionibus & dimidiâ. Ex decem enim cohortibus unaquæque legio conſiſtit. *Montan.*

In diverſiſſimam partem Galliæ] Hoc eſt, in Aquitaniam, quæ Belgio (in quo Cæſar cum Bellovacis bellum geſſerat) ob hoc diverſa eſt: quod hoc verſus Orientem, ac Septentrionem, illa autem Occaſum verſus, ac meridiem ſpectat. Quod vero Aquitaniam innuat, cum inferiora, tum ſuperiora indicant. Statim namque ſubjungitur, Caninium his regionibus præfectum fuiſſe, & ſupra in fine ſeptimi libri Caninius in Ruthenos Aquitaniæ populos hybernatum miſſus eſſe ſcribitur. *Rhell.*

Legionemque XII, *quæ cum eo fuerat in hibernis, in Togatam Galliam mittit*] Infra extremo hoc libro hanc legionem XV fuiſſe ait traditamque ad bellum Parthicum cum legione I, quam à Cn. Pompeio ſuperioribus annis acceperat. Nam ſic ſcribit: *Cn. Pompeio legionem remiſit, & ex ſuo numero* XV, *quam in Gallia citeriore habuerat, ex S C. jubet tranſdi.* Sed has duas, *primam* & *quartam* fuiſſe ex Lucano probabimus lib. 3 belli civilis: quare hic quoque *legionem* IV, legendum videtur: & infra *legionem* IV, pro XV. *Ciaccon.*

In Togatam Galliam] Diviſio Galliæ deſumpta eſt, ut ſtatim diximus, vel à regione vel à cultu hominum. A cultu derivata eſt hoc loco, ubi *Togata* vocatur, à togis, habitu Romanorum, qui hanc Galliæ partem incolebant. Hæc vero iterum dividitur in Tranſpadanam, & Ciſpadanam regiones. Tranſpadanam occupat ducatus Mediolanenſis: Ciſpadanam Ptolemæus ſolam vocat *Togatam Galliam*, in qua ſunt Placentia, Bononia, Mutina, Parma, & aliæ quædam civitates non ignobiles. *Cis* autem & *trans*, ad urbem Romam referri debent. *Montan.*

Ad colonias civium Romanorum] Erant plura coloniarum genera: namque aliæ Latinæ, aliæ, quemadmodum hoc loco,

ne quod ſimile incommodum accideret decurſione barbarorum, ac ſuperiore æſtate Tergeſtinis accidiſſet; qui repentinô latrociniô atque impetu eorum erant oppreſſi. Ipſe ad devaſtandos depopulandoſque fines Ambiorigis pro-

loco, civium Romanorum ſunt dictæ, aliæ ex utriſque, nonnullæ ex peditibus vel equitibus, quum in agrum bello captum ſtirpis augendæ causâ demitterentur. Sic Bononia colonia Latina fuit: Mutina & Parma Civium Romanorum. Erat autem conſtitutum, ut ſingulæ coloniæ penſionem annuam Populo Romano penderent: quam ob cauſam etiam Populus Romanus eaſdem tenebatur tueri. *Alexander ab Alexandro.* Inventio & deductio coloniarum ad Romulum refertur: qui victis finitimis opidis & gentibus, partem earum ſolitus in Urbem & ad ſe traducere; partem illic relinquere, ſed ſic ut Romanos ſuos miſceret. Eos ita miſſos *Colonos* appellaverunt, & ab agrorum novæ dedicatione culturæ, ipſas *colonias.* Ratio & modus erat, ut agri dividerentur viritim: idque à Triumviris, quod graves & prudentes viros huic rei legere ſolebant; qui & ſedes agroſque, & ipſum opidum (ſi condendum eſſet) diſponebant, & jura ac formam novæ quaſi Reipublicæ dabant. Sic tamen, ut omnia Romam & Urbem matrem referrent. In pleriſque Coloniis Duumviri, quaſi duo Conſules, & Decuriones pro Senatu. *Lipſius.*

Decurſione barbarorum] Romani ceteras gentes barbaras ſolenni ritu vocabant, teſte Feſto, ut Græci omnes non Græcos. Sed quos hic Hirtius generali nomine barbaros vocat, eos propriâ appellatione Appianus in Illyrico Dalmatas nominat. Populi ſunt, teſte Floro, qui plerumque ſub ſilvis agunt: & inde in latrocinia promptiſſimi: quique armis & opibus potentes, ſitu etiam confidentiores erant. Sæpius Romanis rebelles & eorum finibus graves. Præter oppreſſionem hanc Tergeſtinorum, poſt paulo Gabinium cum quindecim cohortibus deleverunt. Eam cladem Cæſar, Pompeii Magni bello impeditus, ulciſci haud potuit: ſed victori Cæſari, ut ultionis occaſionem præverterent, Romam reverſo pacis conditiones obtulerunt, & vectigales facti ſunt. Cæſare in Senatu occiſo, iterum per decennium in Romanos pro libertate inſurgunt, & Atinium à Cæſare præfectum ejiciunt. Ad eos edomandos in Dalmatiam profectus Octavianus, tandem tributum, quod jam à Julii Cæſaris tempore debebatur, ſolvere coëgit. *Montan.*

Tergeſtinis] Strabo lib. 7, *Tergeſtam* Carnicorum pagum eſſe ſcribit: Mela *Tergeſtum* opidum in intimo Adriæ ſinu poſitum, ac Illyricum finire tradit. Plinius vero lib. 3, cap. 18. *Tergeſtinum ſinum*, & *Tergeſten* coloniam XXIII M paſſ. ab Aquileia diſtare aſſerit. Unde mirum ni horum *Tergeſtinorum* appellatio originem habet, quos Hirtius hic barbarorum incurſionibus infeſtatos commemorat. Maximè vero à *Tergeſte* colonia, quia maximè anteceſſit, Labienum ad colonias civium Romanorum tuendas miſſum eſſe. *Rhellican.*

Depopulandoſque fines Ambiorigis] De Ambiorigis fugâ dictum ſupra Commentariô ſextô ſub finem. Hic cecîderat legionem Titurii & Aurunculeii cum aliquot cohortibus, quemadmodum demonſtratum eſt Commentariô quintô. *Glandor.* Fines Ambiorigis, de quibus hic Hirtius, erant dimidia pars terræ Eburonum. Quippe Ambiorix iſtius partis Eburonum rex, quæ Moſam inter Aduaticoſque ſternebatur; alteri quæ inter Moſam & Rhenum, præerat Cativulcus. Fines itaque quos depopulabatur Cæſar, non alii quam Leodiacenſis ager, Albiæ Urtæque amnium dextris

proficiſcitur: quem perterritum, atque fugientem quum redigi poſſe in ſuam poteſtatem deſperaſſet; proximum [ſuæ dignitati] eſſe ducebat, adeo fines ejus vaſtare civibus, ædificiis, pecore, ut odiô ſuorum Ambiorix, ſi quos fortuna feciſſet reliquos, nullum reditum propter tantas calamitates haberet in civitatem. Quum in omnes partes finium Ambiorigis aut legiones, aut auxilia dimiſiſſet, atque omnia cædibus, incendiis, rapinis vaſtaſſet; magnô numerô hominum interfectô aut captô, Labienum cum II legionibus, in Treviros mittit; quorum civitas, propter Germaniæ vicinitatem, quotidianis exercitata bellis, cultu & feritate, non multum à Germanis differebat: neque imperata umquam, niſi exercitu coacta, faciebat. Interim C. Caninius legatus, quum,

dextris ripis prætextus, & Brabantiæ pars, in qua opida *Tienen*, *Hannuy*, *Landen*, *Leeuwe*, *Halen*, nec non Namurcenſis Comitatus pars, quæ inter Namurcum & Hannoiam opida. His nempe finibus hodie comprehenditur dimidia illa pars terræ Eburonum, cui Ambiorix præerat, & in quam hoc loco ad devaſtandam Cæſar effuſus eſt. *Montan.*

Vaſtare civibus] Sic omnes libri. Et poteſt eſſe ſenſus, regionem vaſtari civibus, cùm multi interficiuntur. Itaque Oroſius: *Horrendâ*, inquit, *hominum ſtrage vaſtavit.* Magis tamen placeret, *vicis*, pro *civibus*: ſi modo vetus aliquis codex adjuvaret. *Hotomann.*

Haberet in civitatem] Civitas iterum hic ſumenda eſt, pro gente, quæ iiſdem legibus eâdemque linguâ utitur. Ita ut ſenſus ſit: Cæſarem eo fine ita ſæviiſſe, ne Ambiorix in priſtinam dignitatem reſtitueretur, & ne ab Eburonibus ſuis amplius pro rege agnoſceretur. Nam *in civitatem* hic non deſignat, *in urbem*, quaſi, ne Ambiorix in opidum quoddam haberet regreſſum; Eburones enim, ceu Germanica gens, nulla antiquitus habuerunt opida; licet Hubertus Leodius, Leodici natus, contra expreſſam Cæſaris autoritatem, ex annalibus ſuæ civitatis *Eburram* proferat, Ambiorigis regiam, eo ſitu, ut Eburonum, Condruſorum, Pæmanorum, Cæræſorum, Segnorum, Tungrorumque fines pariter attigerit. *Montan.*

Propter Germaniæ vicinitatem] Sic eſt: Treviri enim ab oriente Rheno Galliæ termino, ab Ubiis Trans-Rhenana gente arcebantur: atque ita Germaniæ vicini. *Idem.*

Quotidianis exercitata bellis] Finitimi Treviris trans Rhenum Ubii; Ubiorum ergo armis quotidiè exercitati ſunt. *Idem.*

Cultu & feritate] Imo addit Tacitus lib. de Germania: *Treviri & Nervii circa affectationem Germanicæ originis ultro ambitioſi ſunt; tanquam per hanc gloriam ſanguinis, à ſimilitudine & inertia Gallorum ſeparentur.* De eorundem potentia lib. V jam ante Cæſar. *Hæc Civitas longe plurimum totius Galliæ equitatu valet: magnaſque habet copias peditum.* Et Mela: *Belgarum clariſſimi ſunt Treviri.* Sed de Treviris reſpice pag. CLIX. *Idem.*

Caninius legatus] C. Caninius Rebilus à Cæſare in Ruthenos erat miſſus: conve-

quum, magnam multitudinem conveniſſe hoſtium in fines Pictonum; literis nuntiiſque Duracii cognoviſſet, qui perpetuò in amicitiâ Romanorum permanſerat, quum pars quædam civitatis ejus defeciſſet; ad opidum Limonum contendit. Quò quum adventaret, atque ex captivis certius cognoſceret, multis hominum millibus, Dumnacô duce Andium, Duracium clauſum, Limonum oppugnari; neque infirmas legiones hoſtibus committere auderet; caſtra munitô locô poſuit. Dumnacus, quum appropinquare Caninium cognoviſſet, copiis omnibus ad legiones converſis, caſtra Romanorum oppugnare inſtituit. Quum complures dies in oppugnatione conſumpſiſſet; &, magnô ſuorum detrimentô, nullam partem munitionum convellere potuiſſet, rurſus ad obſidendum Limonum redit. Eôdem tempore C. Fabius legatus complures civitates in fidem recipit, obſidibus firmat, literiſque C. Caninii certior fit, quæ in Pictonibus gerantur. Quibus rebus cognitis, proficiſci-

venerant itaque hoſtes in fines Pictonum, vulgo *le Païs de Poictou*, dum Caninius apud Ruthenos, hodie *le Païs de Rouergue*, eſſet. *Idem.*

Literis nuntiiſque Duracii cognoviſſet] Ex *Duracio* Marlianus populum & opidum facit, hoc eſt, ex homine ſaxum. Duracius enim Lemovicum dux fuit à parte Romanorum, contra Dumnacum ducem Andium. Duracius igitur in Lemovico opido clauſus fuit & obſeſſus à Dumnaco, liberabatur autem à Caninio & Fabio. Cæterùm Lemovicum non erat ad Ligerim, quod Marliano tamen viſum eſt. Sed Dumnacus diſcedit à Lemovico ad Ligerim, quem fluvium tranſire cupiebat, à Fabio impeditus. *Glarean.*

Ad opidum Limonum] Lemovicium, hodie *Païs ou Comté de Limoſin*, clauditur ad ſeptentrionem à Bituricenſibus, ad ortum à Borboniis, ad meridiem ab Arvernis, ad Africum & occidentem à Petrocoriis, ad caurum denique à Pictonibus. Lemovicium plerique duplex ſtatuunt, *ſuperius* & *inferius*. Superius (proprie *Limoſin*) Inferiore planius. Metropolin habet *Lemovicum*. Sic hôc locô urbem hanc vocari cenſent, quæ hodie *Limoges*: licet & nos cum Fulvio Urſino, nixi veterum codicum autoritate *Limonum* legamus. Ρατίαϛον Ptolemæo dicitur in Galliâ Aquitanicâ, ut dicit Scaliger, conſentiente ipſi Villanovano. *Ratiaſtum* tamen *Raiz* eſſe putat Bertrandus, ob ſimilitudinem nominis. At fuiſſe in Pictonibus *Limonum*, colligitur ex Antonini itinere, quod Burdigalâ ducitur Auguſtodunum; Λίμωνον Ptolemæo; In Tabulâ Itinerariâ ſcribitur *Lomounum*. Illud magni viri putant idem eſſe tranſnominatione quâdam, cum Auguſtorito, *Poictiers*. Ego nihil auſus ſum hic affirmare. Hirtius *Limoni* ter mentionem facit: ubi tamen quidam libri *Lemovicum*, quod nos cum Urſino rejicimus. *Merula.*

Et

ciſcitur ad auxilium Duracio ferendum. At Dumnacus, adventu Fabii cognitô, deſperatâ ſalute, ſi tempore eôdem coactus eſſet & Romanum externum ſuſtinere hoſtem, & reſpicere ac timere opidanos, repente eô ex locô cum copiis recedit: nec ſe ſatis tutum fore arbitratur, niſi flumen Ligerim, quod erat ponte propter magnitudinem tranſeundum, copias tranſduxiſſet. Fabius, etſi nondum in conſpectum venerat hoſtibus, neque ſe cum Caninio conjunxerat, tamen doctus ab iis, qui locorum noverant naturam, potiſſimum credidit, hoſtes perterritos eum locum, quem petebant, petituros. Itaque cum copiis ad eundem pontem contendit, equitatumque tantum procedere ante agmen imperat legionum, quantum quum proceſſiſſet, ſine defatigatione equorum in eadem ſe reciperet caſtra. Conſequuntur equites noſtri, ut erat præceptum, invaduntque Dumnaci agmen: & fugientes perterritoſque ſub ſarcinis in itinere aggreſſi, magnâ prædâ, multis interfectis, potiun-

Et Romanum externum ſuſtinere hoſtem] Beroaldi exemplar aliter, & niſi totus fallar, melius ad hunc modum legit: *& Romanum exercitum ſuſtinere hoſtem.* Nam Hirtius duobus nominibus Dumnacum ab Lemovici, ſeu Lemonis opidi oppugnatione deſtitiſſe ait. Uno quod Fabius cum exercitatis militibus adventaverat: altero quod ſibi ab opidanis periculum imminere cernebat, ſi cum Fabio congrederetur. Et ſanè prudenter Dumnacus colligebat. Quum enim antea Caninii caſtra ſola expugnare nequiviſſet: quonam pacto deinceps recentibus Fabii copiis cum illius conjunctis, & tam bene *exercitis* (ita enim participium ab *exerceor* Hirtius formavit) reſtitiſſet? Magnam vero ἐπίτασιν Hirtii ejuſdem verba habent. Siquidem per ſe arduum erat opus, *Romanum*, hoc eſt, tam celebrem, & *exercitum*, id eſt, tot bellis exercitum ſuſtinere hoſtem. Hæc Rhellicanus: mallem tamen lectionem retinere, & legere *Romanum externum ſuſtinere hoſtem.* Quid enim opus Hirtio tale participium *exercitum*, pro *exercitatum* affingere? Dum vox *externum* integerrimum & ſanum ſenſum admittit. Dicit nempe Hirtius ideo Dumnacum receſſiſſe, quia opidani interiores, & Romani exteriores ſive externi timendi erant. Ita paulo ante Cæſar *interiores* nuncupavit, qui in opido erant, & *exteriores*, qui oppugnabant, & extra illud degebant. *Montan.*

Ligerim, quod erat ponte propter magnitudinem] Ita eſt, *Ligeris*, vulgo *Loire* vel *Leire* meritò pater fluviorum Galliæ eſt, amplior reliquis omnibus, & incurſu *Elaveris*, *Meduanæ*, *Vigennæ*, *Caris* aliorumque ingentium fluminum & navigiorum patientium tumidus turgenſque. *Idem.*

Sub ſarcinis] Cùm milites arma ſola geſtant, *expediti* dicuntur: ſed cum præterea alia quædam onera, *ſub ſarcinis* impediti ſunt. *Idem.*

tiuntur. Itaque, re bene geſtâ, ſe recipiunt in caſtra. Inſequenti nocte Fabius equites præmittit, ſic paratos, ut confligerent, atque omne agmen morarentur, dum conſequeretur ipſe. Cujus præceptis ut res gereretur, Q. Atius Varus, præfectus equitum, ſingularis & animi & prudentiæ vir, ſuos hortatur, agmenque hoſtium conſecutus, turmas partim idoneis locis diſponit, partim equitum prælium committit. Conſiſtit audacius equitatus hoſtium, ſuccedentibus ſibi peditibus, qui toto agmine ſubſiſtentes, equitibus ſuis contra noſtros ferunt auxilium. Fit prælium acri certamine. Namque noſtri, contemptis pridie ſuperatis hoſtibus, quum ſubſequi legiones meminiſſent, & pudore cedendi, & cupiditate celerius per ſe conficiendi prælii, fortiſſimè contra pedites præliantur: hoſteſque nihil amplius copiarum acceſſurum credentes, ut pridie cognoverant, delendi equitatus noſtri nacti occaſionem videbantur. Quum aliquandiu ſummâ contentione dimicaretur; Dumnacus inſtruit aciem, quæ ſuis eſſet equitibus invicem præſidio. Tum repente confertæ legiones in conſpectum hoſtium veniunt. Quibus viſis, perculſæ barbarorum turmæ ac perterritæ acies hoſtium, perturbatô impedimentorum agmine, magnô clamore diſcurſuque paſſim fugæ ſe mandant. At noſtri equites, qui paullò ante cum reſiſtentibus fortiſſimè conflixerant, lætitiâ victoriæ elati, magnô undique clamore ſublatô, cedentibus circumfuſi, quantum equorum vires ad perſequendum, dextræque ad cædendum valent, tantum eô præliô interficiunt. Itaque amplius millibus XII aut armatorum, aut eorum,

Q. Atius Varus] Alii præter *Atium* etiam legunt *Titatium*, & *Accium*: ſed rectius *Q. Attius Varus*. Dio lib. XLIII teſtatur Varum quendam cum Labieno & Sexto fratre cum claſſe ad Pompeii magni filium in Hiſpaniam veniſſe. Utrum hic noſter Varus, neſcio: Magis eum credo P. Attium Varum, (ſive frater is hujus, ſive cognatus; nam ſaltem ex eadem familia fuiſſe nomina indicant) qui pro Pompeio cum Curione congreſſus, prælioque victus, omnia amiſit. *Idem.*

Dra-

eorum, qui timore arma projecerant, interfectis, omnis multitudo capitur impedimentorum. Quâ ex fugâ, quum conſtaret Drapetem Senonem (qui, ut primùm defecerat Gallia, collectis undique perditis hominibus, ſervis ad libertatem vocatis, exſulibus omnium civitatum accitis, receptis latronibus, impedimenta & commeatus Romanorum interceperat) non amplius hominum V millibus ex fugâ collectis, provinciam petere, unaque conſilium cum eô Luterium Cadurcum cepiſſe, quem in ſuperiore commentario, primâ defectione Galliæ facere in Provinciam impetum voluiſſe, cognitum eſt: Caninius legatus, cum legionibus II ad eos perſequendos contendit, ne de timore aut detrimentô provinciæ magna infamia, perditorum hominum latrociniis, caperetur. C. Fabius cum reliquô exercitu in Carnutes, reliquaſque proficiſcitur civitates, quarum eô præliô, quod cum Dumnaco fecerat, copias eſſe accitas ſciebat. Non enim dubitabat, quin recenti calamitate ſubmiſſiores eſſent futuræ; datô verò ſpatiô ac tempore, eôdem inſtante Dumnacô, poſſent concitari. Quâ in re ſumma felicitas celeritaſque in recipiendis civitatibus Fabium conſequitur. Nam Carnutes, qui ſæpe vexati nunquam pacis fecerant mentionem, datis obſidibus, veniunt in deditionem; ceteræque civitates poſitæ in ultimis Galliæ finibus, Oceano conjun-

Drapetem Senonem] Drapetis hujus nulla mentio apud Cæſarem. *Idem.*

Non amplius hominum V millibus] Stephan. & Ald. *Non amplius hominum duobus millibus ex fuga collectis.* Idem.

Facere inProvinciam impetum voluiſſe] In principio libri VII, memorat Cæſar, Lucterium ſive Luterium hunc Cadurcum, hominem ſummæ audaciæ, à Vercingetorige cum parte copiarum in Ruthenos miſſum; eundemque civitatem Arvernorum conjuratis conciliâſſe, & à Nitiobrigibus & Gabalis obſides accepiſſe, & in Provinciam Narbonem verſus eruptionem facere contendiſſe. Et hoc eſt, quod hic Hirtius dicit, *in Provinciam impetum voluiſſe facere.* Erat autem Provincia Romanis, ea pars Galliæ, quæ Rhodano, mari Ligustico, Alpibus & Allobrogibus concluſa, etiam Narbonenſis dicta, hodie in exigua ſui parte nomen retinens, *Provence.* Mont.

In Carnutes] Hodie *Carnutes*, *l'Eveſché de Chartres*, *le païs Chartrain.* Idem.

Ceteræque civitates poſitæ in ultimis] Bene dicit, Armoricas civitates in ultimis

junctæ, quæ Armoricæ appellantur, auctoritate adductæ Carnutum, adventu Fabii legionumque, imperata ſine morâ faciunt. Dumnacus ſuis finibus expulſus, errans latitanſque, ſolus extremas Galliæ regiones petere coactus eſt. At Drapes, unáque Luterius, quum legiones Caniniumque adeſſe cognoſcerent, nec ſe ſine certâ pernicie, perſequente exercitu, putarent Provinciæ fines intrare poſſe; nec jam liberam vagandi latrocinandique facultatem haberent, conſiſtunt in agris Cadurcorum. Ibi quum Luterius apud ſuos cives quondam, integris rebus, multum potuiſſet, ſemperque auctor novorum conſiliorum magnam apud barbaros auctoritatem haberet; opidum Uxellodunum, quod in clientelâ fuerat ejus, naturâ loci egregiè munitum, occupat ſuis & Drapetis copiis, opidanoſque ſibi conjungit. Quò quum confeſtim C. Caninius veniſſet, animadverteretque omnes opidi partes præruptiſſimis ſaxis eſſe munitas; quò, defendente nullô, tamen armatis adſcendere eſſet difficile; magna autem impedimenta opidanorum videret: quæ ſi clandeſtinâ fugâ ſubtrahere conarentur, effugere non modo equitatum, ſed ne legiones quidem poſſent: tripartitò cohortibus diviſis, trina excelſiſſimô locô caſtra fecit, à quibus paullatim, quantum copiæ patiebantur, vallum in opidi circuitu ducere inſtituit. Quod quum animadverterent opidani, miſerrimâque Aleſiæ memoriâ ſolliciti, ſimilem caſum obſeſſionis vererentur, maximeque ex omnibus Luterius, qui fortunæ illius periculum fecerat, moneret rationem frumenti eſſe habendam: conſtituunt omnium con-

mis Galliæ finibus eſſe. Gallia enim longo procurſu in Oceanum verſus occidentem ſe exporrigit: in quo remoto promontorio ad mare Britannicum ſitæ ſunt Civitates Armoricæ: quæ hodie inferior Britannia, ſive *la Baſſe Bretaigne*, *Armor* autem veteribus Britannis nihil aliud ſignificat, quàm *ad mare*. Montan.

In agris Cadurcorum] Habitabant Cadurci non longè à Provinciâ Romanorum. Hodie regio eorum, montibus innexa, *Querci*, vel ut aliis, *Crecy* appellatur. *Idem.*

Uxellodunum] In finibus Cadurcorum jacet opidum *Uxellodunum*, nomen retinens: vocatur enim vulgo *Uſſoldun* & *i*

conſenſu parte ibi relictâ copiarum, ipſi cum expeditis ad importandum frumentum proficiſci. Eô conſiliô probatô, proximâ nocte, II millibus armatorum relictis, reliquos ex opidô Drapes & Luterius educunt. Ii, paucos dies morati, ex finibus Cadurcorum, qui partim re frumentariâ ſublevare eos cupiebant, partim prohibere, quò minus ſumerent, non poterant; magnum numerum frumenti comparant. Nonnumquam autem expeditionibus nocturnis caſtella noſtrorum adoriuntur. Quam ob cauſſam C. Caninius totô opidô munitiones circumdare moratur; ne aut opus effectum tueri non poſſit, aut plurimis in locis infirma diſponat præſidia. Magnâ copiâ frumenti comparatâ, cônſidunt Drapes & Luterius non longius ab opidô x millibus paſſuum, unde paullatim frumentum in opidum ſupportarent. Ipſi inter ſe provincias partiuntur. Drapes caſtris præſidio cum parte copiarum reſtitit: Luterius agmen jumentorum ad opidum adducit. Diſpoſitis ibi præſidiis, horâ noctis circiter x ſilveſtribus anguſtiſque itineribus frumentum importare in opidum inſtituit. Quorum ſtrepitum vigiles caſtrorum quum ſenſiſſent; exploratoreſque miſſi, quæ agerentur, renuntiaſſent, Caninius celeriter cum cohortibus armatis ex proximis caſtellis, in frumentarios ſub ipſam lucem impetum fecit. Ii, repentinô malô perterriti, diffugiunt ad ſua præſidia: quæ noſtri ut viderunt, acrius contra armatos incitati, neminem ex eô numerô vivum capi patiuntur. Effugit inde cum paucis Luterius, nec ſe recipit in caſtra. Re bene geſtâ, Caninius ex captivis comperit, partem copiarum cum Drapete eſſe in caſtris millibus non amplius x. Quâ re ex compluribus cognitâ, quum intelligeret, fuga-

& *lo Puech d'Uſoldun*, id eſt, *Podium Uxelloduni*, quod in editiſſimo & valde præruptô locô ſitum. Horrendum eſt aſpectu præcipitium. Multæ ſunt ibi reliquiæ vetuſtatis venerandæ. Quotidie Numiſmata Romana effodiuntur. Vix reperias ruſticum, qui de loco interrogatus, non ſtatim reſpondeat Caſtrum *Uxellodunum* illud à Cæſare magnis operibus fuiſſe oppugnatum. *Merula*.

Cum

fugatô duce alterô perterritos reliquos facile opprim[i] poſſe; magnæ felicitatis eſſe arbitrabatur, neminem ex cæde refugiſſe in caſtra, qui de acceptâ calamitate nuncium Drapeti perferret. Sed, quum in experiendo periculum nullum videret, equitatum omnem, Germanoſque pedites ſummæ velocitatis omnes ad caſtra hoſtium præmittit, ipſe legionem unam in trina caſtra diſtribuit; alteram ſecum expeditam ducit. Quum propius hoſtem acceſſiſſet, ab exploratoribus, quos præmiſerat, cognoſcit, caſtra eorum, ut barbarorum fert conſuetudo, relictis locis ſuperioribus, ad ripas fluminis demiſſa, at Germanos equites imprudentibus omnibus de improvisô advolaſſe, & prælium commiſiſſe. Quâ re cognitâ, legionem armatam inſtructamque adducit. Ita, repente omnibus ex partibus ſignô datô, loca ſuperiora capiuntur. Quod ubi accidit, Germani equites, ſignis legionis viſis, vehementiſſimè præliantur. Confeſtim omnes cohortes undique impetum faciunt: omnibus aut interfectis aut captis, magnâ prædâ potiuntur. Capitur ipſe eô præliô Drapes. Caninius, feliciſſimè re geſtâ, ſine ullo pene militis vulnere, ad obſidendos opidanos revertitur; externôque hoſte deletô, cujus timore augere præſidia, & munitione opidanos circundare prohibitus erat, opera undique imperat adminiſtrari. Venit eodem cum ſuis copiis poſterô die C. Fabius, partemque opidi ſumit ad obſidendum. Cæſar interim M. Antonium quæſtorem cum cohortibus XV in Bellovacis reliquit: ne qua rurſus novorum conſiliorum capiendorum Belgis facultas daretur. Ipſe reliquas civitates adit: obſides plures imperat: timentes omnium animos conſolatione ſanat. Quum in Carnutes veniſſet, quorum conſiliô in civitate ſuperiore Commentario Cæſar expoſuit initium belli eſſe ortum;

Cum cohortibus XV] Reliquit ergo Antonio unam legionem cum dimidiâ. *Montan.*

Superiore commentario] Sic eſt: Cæſaris verba ſunt, in principio præcedentis hujus lib. VII. *Hu rebus agitatis profiten-*

ortum, quod præcipuè eos, propter conſcientiam facti timere animadvertebat; quò celerius civitatem metu liberaret, principem ſceleris ipſius, & concitatorem belli Guturvatum ad ſupplicium depoſcit. Qui etſi ne civibus quidem ſuis ſe committebat; tamen celeriter, omnium curâ quæſitus, in caſtra perducitur. Cogitur in ejus ſupplicium Cæſar contra naturam ſuam, maximô militum concurſu; qui omnia pericula & detrimenta belli à Guturvato accepta referebant; adeo ut verberibus exanimatum corpus ſecuri feriretur. Ibi crebris literis Caninii fit certior, quæ de Drapete, & Luterio geſta eſſent, quôque in conſiliô permanerent opidani: quorum etſi paucitatem contemnebat, tamen pertinaciam magnâ pœnâ eſſe afficiendam judicabat; ne univerſa Gallia non vires ſibi defuiſſe ad reſiſtendum Romanis, ſed conſtantiam, putaret; neve hôc exemplô ceteræ civitates, locorum opportunitate fretæ, ſe vindicarent in libertatem; quum omnibus Gallis notum eſſe ſciret, reliquam eſſe unam

ſitentur Carnutes, ſe nullum periculum communis ſalutis cauſa recuſare; principeſque ſe ex omnibus bellum facturos pollicentur. Et paulo poſt: *ubi illa dies advenit, Carnutes Cotuato & Conetoduno ducibus, deſperatis hominibus, Genabum ſigno dato concurrunt, civeſque Romanos interficiunt & bona eorum diripiunt.* Montan.

Propter conſcientiam facti] Cicero, *pœnam ante oculos ſemper verſari putant: qui peccaverunt.* Tertullianus: *nullum maleficium ſine formidine eſt, quia nec ſine conſcientia ſui.* Polybius: *Nullus neque teſtis tam formidabilis, neque judex tam gravis, quàm conſcientia, quæ mentibus cujuſque inſidet & inhabitat.* Diphilus: *qui ſibi conſcius eſt alicujus mali, etiamſi ſit audaciſſimus, conſcientia eum facit timidiſſimum.* Idem.

Guturvatum] Variè hoc nomen legitur. Codex Carrarienſis *Gutriatum* habet: Florentinus *Gutruatum*. Et manuſcriptus *Gutuatum*. Et fortaſſe idem hic, qui *Cotuatus*, de quo in principio lib. VII. Quippe Cotuatus ibi Dux & concitator belli iſtius Gallici dicitur. Non abſurdum, ſi aut illic etiam *Gutuatus*, aut hic *Cotuatus* legatur. Cæterum Glareanus vult Gutuatum Gallicâ linguâ dictum *Gutewath*, quo nomine ſignificatur is, *qui egregias ſuras habet*, Græci Εὐκνημίδα vocant. *Montan.*

Verberibus exanimatum] Hoc erat more majorum de damnato ſupplicium ſumere. Verbera autem infligebantur virgis & fuſtibus; præcedebatque verberatio plerumq; extremum mortis ſupplicium. Apud Romanos varia ſuppliciorum genera in uſu erant: aut enim ſecuri percutiebant: aut ex arbore infelici ſuſpendebant: utramque pœnam verberatio præceſſit: aut de robore præcipitabant; aut culleo inſuebant: aut laqueo gulam frangebant: aut etiam ad mortem uſque cædebant. *Idem.*

Reliquam eſſe unam æſtatem ſuæ provinciæ] Glareanus putat ſeſquiannum ſuperfuiſſe; ſed fallitur. Etſi enim poſt bien-

unam æſtatem ſuæ provinciæ: quam ſi ſuſtinere potuiſſent, nullum ultra periculum vererentur. Itaque Q. Calenum legatum cum legionibus II relinquit, qui juſtis itineribus ſe ſubſequeretur: ipſe cum omni equitatu, quàm poteſt celerrimè, ad Caninium contendit. Quum, contra expectationem omnium, Cæſar Uxellodunum veniſſet, opidumque operibus clauſum animadverteret; neque ab oppugnatione recedi videret ullâ conditione poſſe; magnâ autem copiâ frumenti abundare opidanos, ex perfugis cognoviſſet; aquâ prohibere hoſtem tentare cœpit. Flumen infimam vallem dividebat, quæ pene totum montem cingebat, in quo poſitum erat præruptum undique opidum Uxellodunum. Hoc avertere loci natura prohibebat. Sic enim imis radicibus montis ferebatur, ut nullam in partem, depreſſis foſſis, derivari poſſet. Erat autem opidanis difficilis, & præruptus eò deſcenſus; ut, prohibentibus noſtris, ſine vulneribus ac periculô vitæ, neque adire flumen, neque arduô ſe recipere poſſent adſcenſu. Quâ difficultate eorum cognitâ, Cæſar ſagittariis funditoribuſque diſpoſitis, tormentis etiam quibuſdam locis contra facillimos deſcenſus collocatis; aquâ fluminis prohibebat opidanos: quorum omnis poſtea multitudo aquatum unum in locum conveniebat. Sub ipſius opidi murum magnus fons prorumpebat ab ea parte, quæ fere

pe-

biennium Cæſari per leges conſulem fieri licebat, non tamen eo uſque illius imperium extendebatur. *Giandor.* Imo biennium ſupererat. Cæſari quippe, cum quatuor annos & dimidium Galliam adminiſtraſſet, imperium prorogatum eſt in quinquennium. Et jam triennium tantum iſtius quinquennii elapſum erat: reſtabat itaque biennium. *Montan.*

Itaque Q. Calenum] Alii codices legunt *C. Calenum:* Sed male. Eſt enim hic ille Q. Fuſius Calenus (ita prænomen ejus ſcribunt Appianus & Dio) qui poſtea ante pugnam Pharſalicam a Cæſare in Græciam miſſus eſt: ubi Athenas occupavit, & Megarenſes pertinaciter reſiſtentes gravi ſupplicio affecit. Quique anno eodem, quo prælium Pharſalicum commiſſum eſt, nempe ab U. C. DCCVII cum P. Vatinio conſulatu functus eſt: & pro Antonio anno ab U. C. DCCXI in Senatu adverſus Ciceronem orationem habuit. *Idem.*

Flumen infimam vallem] Flumen, cujus nomen tacet Hirtius, vulgo *Dordonia* dicitur: & non longe infra Burdigalam Garumnæ miſcetur. *Idem.*

Magnus

pedum CCC intervallô fluminis circuitu vacabat. Hôc fonte prohiberi poſſe opidanos quum optarent reliqui; Cæſar unus videret; non ſine magnô periculô; è regione ejus vineas agere adverſus montem, & aggeres ſtruere cœpit, magnô cum labore & continuâ dimicatione. Opidani enim locô ſuperiore decurrentes ſine periculô præliabantur, multoſque pertinaciter ſuccedentes vulnerabant; ut tamen non deterrerentur milites noſtri vineas proferre, & labore atque operibus locorum vincere difficultates. Eôdem tempore tectos cuniculos, crates & vineas agunt ad caput fontis. Quod genus operis ſine ullô periculô & ſine ſuſpicione hoſtium facere licebat. Exſtruitur agger in altitudinem pedum LX. Collocatur in eô turris X tabulatorum; non quidem quæ mœnibus æquaretur; (id enim nullis operibus effici poterat) ſed quæ ſuperaret fontis faſtigium. Ex eâ quum tela tormentis jacerentur ad fontis aditus; nec ſine periculô poſſent adaquari opidani; non tantùm pecora atque jumenta, ſed etiam magna hominum multitudo ſiti conſumebatur. Quô malô perterriti opidani cupas ſevô, pice,

Magnus fons prorumpebat] Fontem hunc, cujus uſum obſeſſis intercluſiſſe ſcribuntur Romani, hodieque oſtendunt accolæ. *Merula.*

Agger in altitudinem pedum LX] Manuſc. *Extruitur agger in altitudinem pedes ſex.* Venet. & Beroald. *in altitudinem pedum ſex.* Alii etiam legunt; *in altitudinem pedum novem.* Quod veriſimilius videtur Hotomanno. Nam Oroſius ſcribit aggerem & turrim pedum LX fuiſſe. Cum autem tabulata X eſſent, oportet ſingula quinque pedes alta fuiſſe. *Montan.*

Magna hominum multitudo ſiti conſumebatur] Siti Cæſar etiam Afranii & Petreii copias domuit in Hiſpania tempore belli civilis, quemadmodum habet Commentarius ſequens. Sed & ſiti potitus eſt Iſauris P. Servilius, quemadmodum tradit Frontinus ſtratagematum lib. 3, cap. ſeptimo. *Glanderpius.*

Cupas ſevo] Cupæ, Græcis σκευή, vaſa ſunt vinaria majora, quæ vulgo *Vegetes* appellantur. Lucanus:

Namque ratem vacuæ ſuſtentant undique cupæ.

Cupis enim naves in mari ſuſtinentur, cum earum latera carinæque reſarciuntur. At *ſevum*, quod & *ſebum* & *ſepum* dicitur, pinguedo eſt, ex quâ fiunt candelæ. Plin. lib. III: *Sevum ex omento pecudis.* Serenus: *Parva ſabucus ineſt hircino collita ſevo.* Et eſt cornigerorum duntaxat, quæ in una parte dentata ſunt, & quæ in pedibus talos habent. Biſulca vero, & quæ pedes ſciſſos in digitos habent, & carent cornibus, non ſevum, ſed adipem habent, qui concretus eſt, & cum refrixit, facile frangitur, ſemperque eſt in fine carnis ſine ſenſu, quia nec arterias habet nec venas.

pice, ſcandulis complent. Eas ardentes in opera provolvunt. Eôdem tempore acerrimè præliantur, ut ab incendiô reſtinguendô dimicatione & periculô deterreant Romanos. Magna repente in ipſis operibus flamma exiſtit. Quæcunque enim per locum præcipitem miſſa erant, ea vineis & aggere ſuppreſſa comprehendebant id ipſum, quod morabatur. Milites contra noſtri, quanquam periculosô genere prælii locôque iniquô premebantur, tamen omnia paratiſſimô ſuſtinebant animô. Res enim gerebatur & excelsô locô & in conſpectu exercitus noſtri: magnuſque utrimque clamor oriebatur: ita quàm quiſque poterat, maxime inſignis, quò notior teſtatiorque virtus ejus eſſet, telis hoſtium flammæque ſe offerebat. Cæſar, quum complures ſuos vulnerari videret, ex omnibus opidi partibus cohortes montem adſcendere, &, ſimulatione mœnium occupandorum, clamorem undique jubet tollere. Quô factô perterriti opidani, quum quid ageretur in locis reliquis, eſſent ignari, revocant ab impugnandis operibus armatos, muriſque diſponunt. Ita noſtri, ſine prælio factô, celeriter opera flammâ comprehenſa partim reſtinguunt, partim interſcindunt. Quum pertinaciter reſiſterent opidani, & jam magnâ parte ſuorum ſiti amiſsâ, in ſententiâ permanerent: ad poſtremum cuniculis venæ fontis interciſæ ſunt atque averſæ. Quô factô repente

Contra pingue inter carnem cutemque eſt, ſucco liquidum, quod etiam in aliquibus ſine ſenſu eſſe manifeſtum eſt. A *ſevo* autem derivatur verbum *ſevare*, quod eſt ſevum impono, ſeu candelas ex ſevo facio. Colu. lib. 11. *Feriis etiam ritus majorum illa permittit, far pinſere, faces incidere, candelas ſevare.* Montan.

Scandulis] Iſidorus, quod Turnebus & Ciacconius probant, non *ſcandulas*, ſed *ſcindulas* ſcribi debere ait, ita dictæ à ſcindendis aſſulatim arboribus. Sunt ſcindulæ, parvæ tabellæ, in parvas laminas ſciſſæ à ligno, quibus tecta teguntur. Fiunt ex robore, abiete & picea fiſſis, vel aſſulatim deſectis. Nepos Romam CCCCLXX annis tectam fuiſſe teſtatur *ſcindulis*: ita apud illum ut & Vegetium in ſex aut ſeptem libris exprimitur. Scindulæ autem hæ in eum finem ab Uxellodunenſibus cupis inditæ ſunt, ut ignem alerent, & ruptis cupis diſpergerent. *Montan.*

Opera] Nempe, crates, vineas, aggerem & turrem. *Idem.*

Cuniculis venæ fontis] Notandus hic uſus cuniculi, ad venas fontis intercidendas

ente fons perennis exhauſtus, tantam attulit opidanis alutis deſperationem, ut id non hominum conſiliô, ſed eorum voluntate factum putarent. Itaque neceſſitate oacti ſe tranſdiderunt. Cæſar, quum ſuam lenitatem cognitam omnibus ſciret, neque vereretur ne quid crudeitate naturæ videretur aſperius feciſſe, neque exitum coniliorum ſuorum animadverteret, ſi tali ratione diverſis in ocis plures rebellare cœpiſſent; exemplô ſupplicii deerrendos reliquos exiſtimavit. Itaque omnibus, qui arna tulerant, manus præcidit. Vitam conceſſit; quô eſtatior eſſet pœna improborum. Drapes, quem catum eſſe à Caninio docui, ſive indignatione & dolore inculorum, ſive timore gravioris ſupplicii, paucis dieus ſeſe cibo abſtinuit, atque ita interiit. Eôdem tempore Luterius, quem profugiſſe ex præliô ſcripſi, quum n poteſtatem veniſſet Epaſnacti Arverni, (crebrò enim nutandis locis, multorum fidei ſe committebat, quod uſquam diutius ſine periculô commoraturus videbatur, quum ſibi conſcius eſſet, quàm inimicum deberet Cæſaem habere) hunc Epaſnactus Arvernus, amiciſſimus populi

lendas. Feſtus cuniculum vocat *foramen ſub terra occultum*, & *aut ab animai, quod ſimile eſt lepori*, appellatum vult, *quod ſubterfoſſâ terrâ latere eſt ſolitum: ut à cuneorum ſimilitudine, qui omnem nateriam intrant findentes.* Montan.

Suam lenitatem cognitam] Idem ipſe le ſe Cæſar epiſt. famil. ad Cicero. *Rectè auguraris de me (bene enim tibi cognius ſum) nihil à me abeſſe longius crudeliate.* Confirmat Velleius lib. II: *Regreſſus*, inquit, in urbem, *quod humanam xcedit fidem, omnibus, qui contra ſe arma tulerant ignovit.* Brant.

Manus præcidit] Florus ait, *Nihil barbaris atrocius viſum eſt, quam quod abſciſſis manibus relicti, vivere ſuperſtites pœnæ ſuæ jubebantur.* Adhibet hunc locum Pet. Faber, ubi quomodo in tranſfugas olim animadverſum, & de aliis militum pœnis, fusè agit. In furto quoque comprehenſis inter commilitones dextras eſſe præciſas memoriæ prodidit apud Frontinum Cato. Et Hirtius de bello Hiſp. captos tabellarios, qui Cordubâ ad Pompeium miſſi erant, perperamque ad caſtra Cæſaris pervenerant, præciſis manibus miſſos factos ſcribit. *Brant.* Eodem genere ſupplicii uſus eſt Q. Fabius Maximus in puniendis tranſfugis, ſimiliter & C. Curio in Thracibus & Dardanis, teſte Flôro & Valerio Maximo. *Glandor.* Et apud Perſas idem pœnæ genus in uſu fuiſſe probat Curtius. De re autem ipſa ita Zeno in ſermonibus: *Incidantur ab articulis manus, à cruribus pedes: vivum ſe cadaver inſpiciat.* Gruterus.

Paucis diebus ſe cibo abſtinuit] Plinius lib. II ait, *homini non ante diem ſeptimum letalem inediam eſſe.* Marcellinus famem, *ignobile mortis genus* vocat. *Montan.*

puli Romani ſine dubitatione ullâ vinctum ad Cæſarem duxit. Labienus interim in Treviris equeſtre prælium ſecundum facit; compluribuſque Treviris interfectis, & Germanis, qui nulli adverſus Romanos auxilia denegabant, principes eorum vivos in ſuam redegit poteſtatem, atque in iis Surum Æduum, qui & virtutis, & generis ſummam nobilitatem habebat, ſoluſque ex Æduis ad id tempus permanſerat in armis. Eâ re cognitâ Cæſar quum in omnibus partibus Galliæ bene res geſta videret, judicaretque ſuperioribus æſtivis Galliam devictam & ſubactam eſſe, Aquitaniam nunquam ipſe adiſſet, ſed per P. Craſſum quâdam ex parte deviciſſet cum II legionibus in eam partem eſt profectus, ubi extremum tempus conſumeret æſtivorum. Quam rem, ſicut cetera, celeriter feliciterque confecit. Namque omnes Aquitaniæ civitates legatos ad eum miſerunt, obſideſque ei dederunt. Quibus rebus geſtis, ipſe cum equitum præſidiô Narbonem profectus eſt: exercitum

per

Aquitaniam] Auguſtus diviſit *Aquitaniam* in tres maximas provincias: *primam Aquitaniam*, cujus metropolis Avaricum Biturigum Cuborum: *ſecundam Aquitaniam*, cujus metropolis Burdigala Biturigum Vibiſcorum: *tertiam Novempopulaniam*, cujus caput Auguſta Auſciorum. Ea eſt, quam Cæſar *Aquitaniam* vocat, contenta intra Garumnam, Pyrenem & Oceanum. Hodie ab ipſis Aquitanis vocatur *Vaſconia*: quum *Aquitania* nomen latius pateat. Itaque anguſtiores fines ſunt Aquitaniæ Cæſaris, quàm ut tertiam partem Galliæ facere poſſit. *Ortelius.* Dictam volunt *Aquitaniam*, alii ab *aquis*, quibus abundare fertur; alii ab opido, *Aquis*, vulgo *Aqs*. Merula.

Nunquam ipſe adiſſet, ſed per Craſſum] Verum eſt: Cæſar nunquam Aquitanos adiit: ſed, ut lib. III teſtatur, cum vereretur communem Galliarum defectionem, conjurantibus Venetis, latius diſtribuendum exercitum putavit. Itaque Labienus in Treviros miſſus eſt: & inter alios etiam in Aquitaniam hic P. Craſſus, M. Craſſi ditiſſimi Romanorum filius, qui poſtea cum patre bello Parthico periit. Addit autem Hirtius, quod P. Craſſus *ex parte* tantum *Aquitaniam devicerit*. Imo addendum fuerat *maxima ex parte*. Verba Cæſaris ſunt lib. III: *Hac audita pugna maxima pars Aquitaniæ ſeſe Craſſo dedidit, obſideſque ultro miſit: quo in numero fuerunt Tarbelli, Bigerriones, Preciani, Vocates, Taruſates, Eluſates, Garites, Auſci, Garumni, Sibutzates, Coconſateſque. Paucæ ultimæ nationes, anni tempore confiſæ, quod hiems ſuberat, id facere neglexerunt.* Montan.

Narbonem] Urbs hæc hodieque nomen retinet, diciturque *Narbone*. Cæſar per Tiberium Claudium Neronem, poſt Licinium Craſſum oratorem, alteram coloniam eò deduxit: teſte Suetonio:

per legatos in hiberna deduxit: IV legiones in Belgiô collocavit cum M. Antonio, & C. Trebonio, & P. Vatinio, & Q. Tullio legatis. II in Æduos miſit, quarum in omni Galliâ ſummam eſſe auctoritatem ſciebat: II in Turonis ad fines Carnutum poſuit, quæ omnem regionem conjunctam Oceano continerent: II reliquas in Lemovicum fines non longè ab Arvernis, ne qua pars Galliæ vacua ab exercitu eſſet. Paucos dies ipſe in provinciâ moratus, quum celeriter omnes conventus percucurriſſet; publicas controverſias cognoviſſet; bene meritis præmia tribuiſſet: cognoſcendi enim maximam facultatem habebat, quali quiſque animô in rempublicam fuiſſet totius Galliæ defectione, quam ſuſtinuerat fidelitate atque auxiliis provinciæ illius. His rebus confectis, ad legiones in Belgium ſe recipit, hibernavitque Nemetocennæ. Ibi cognoſcit Comium Atrebatem prælio

onio: ex quo tempore vocari cœpta eſt, *Julia Paterna Narbo Martius.* Et *Julia* quidem à Caio Julio Cæſare. *Idem.*

IV *Legiones in Belgio*] Cur IV legiones in ſolo Belgio? Quia nempe Bellovaci Belgii incolæ, magnam virtutis opinionem habebant, & remotis legionibus, jam nuper ægrè domiti, facile ad arma reſilirent. *Idem.*

C. Trebonio] Idem Trebonius ante triennium cum M. Craſſo quæſtore & L. Munacio Planco legato in eodem Belgio cum tribus legionibus collocatus fuerat. *Idem.*

II *in Turonis*] Poſuit Cæſar II legiones in Turonis, *Duché de Touraine*, ad fines Carnutum, *le Païs Chartrain*: ergo poſitæ ſunt in ſeptentrionali parte Turonum, nam ibi reſpiciunt Carnutes, ſed non contiguos. Utpote cum inter ducatum *de Touraine* & *le Païs Chartrain*, interjaceat comitatus Cænomanenſis, *Comté du Maine*, & *Blaiſois.* Idem.

Lemovicum fines, *non longe ab Arvernis*] Sic eſt: Lemovicis, *Païs ou Comté de Limoſin*, ad meridiem & vulturnum adjacet Arvernia, *le Païs d'Auvergne.* Idem.

Quum celeriter omnes conventus percucurriſſet] Proconſules, Prætores & Imperatores, qui provincias cum exercitu obtinebant, æſtatem rei militari dabant, hiemem juriſdictioni & conventibus agendis tribuebant. Cæſar quotannis, legionibus in hiberna dimiſſis, hunc morem, ut ex commentariis ejus liquet, obſervavit. *Idem.*

Nemetocennæ] Ven. & Vaſco. legunt *Nemetocernæ.* De opidô verò hôc digladiantur inter ſe docti. Marlianus nihil certi ſtatuit: niſi quod in Belgio ponat, & à Nemetibus forte dictam autumet, ob nominis analogiam quandam. Ortelius plane ignorari contendit. Divæus Nemetocennam haud procul Ambianorum Metropoli abfuiſſe credit: & dubitat, num idem ſit quod Antonino Nemetacum, quod inter Cameracum & Caſtellum. Ego in his tenebris tam diu cæcutire cogor, quamdiu iſta caligo novâ luce non diſpellitur. *Idem.*

Cognoſcit Comium Atrebatem] Subjiciendum eſt ſtratagema hujus Comii, quô

lio cum equitatu ſuô contendiſſe. Nam quum Antonius in hiberna veniſſet, civitaſque Atrebatum in officiô maneret; Comius, qui poſt illam vulnerationem, quam ſupra commemoravimus, ſemper ad omnes motus paratus ſuis civibus eſſe conſuêſſet, ne conſilia belli quærentibus auctor armorum duxque deeſſet, parente Romanis civitate, cum ſuis equitibus ſe, ſuoſque latrociniis alebat, infeſtiſque itineribus commeatus complures, qui comportabantur in hiberna Romanorum, intercipiebat. Erat attributus Antonio præfectus equitum C. Voluſenus Quadratus, qui cum eô hiemaret. Hunc Antonius ad perſequendum equitatum hoſtium mittit. Voluſenus autem ad eam virtutem, quæ ſingularis in eô erat, magnum odium Comii adjungebat, quò libentius id faceret, quod imperabatur. Itaque, diſpoſitis inſidiis, ſæpius ejus equites aggreſſus, ſecunda prælia faciebat. Noviſſimè, quum vehementius contenderetur, ac Voluſenus ipſius intercipiendi Comii cupiditate pertinacius eum cum paucis inſecutus eſſet; ille autem fugâ vehementi Voluſenum longius produxiſſet; repente omnium ſuorum invocat fidem atque auxilium, ne ſua vulnera, perfidiâ interpoſitâ, paterentur inulta, converſôque equô, ſe à ceteris incautius permittit in præfectum. Faciunt idem omnes ejus equites, paucoſque noſtros convertunt atque inſequuntur. Comius incenſum calcaribus equum jungit equo Quadrati, lanceâque infeſtâ medium femur ejus magnis viribus transjicit. Præfectô vulneratô, non dubitant noſtri reſiſtere, & converſi hoſtem pellere. Quod ubi accidit, complu-

quô ad effugiendum eſt uſus. Quia nec apud Cæſarem nec apud Hirtium mentio ejus fit, memorabo ex Frontini lib. II, cap. XIII. Illius hæc ſunt verba: *Comminius Atrebas* (ſic ſcribitur loco Comii) *cum victus à D. Cæſare ex Galliâ in Britanniam fugeret, & forte ad Oceanum ſecundo vento quidem, ſed æſtu recedente veniſſet; quamvis naves in ſiccis litoribus hærerent, pandi nihilominus vela juſſit. Quæ cum perſequens eum Cæſar ex longinquo tumentia, & flatu plena vidiſſet, ratus proſpero ſibi eripi curſu, receſſit.* Idem.

Quod

plures hoſtium, magnô noſtrorum impetu pulſi, vulnerantur, & partim in fugâ proteruntur, partim intercipiuntur. Quod ubi malum dux equi velocitate evitavit; graviter vulneratus præfectus, ut vitæ periculum aditurus videretur, refertur in caſtra. Comius autem ſive expiatô ſuô dolore, ſive magnâ parte amiſsâ ſuorum, legatos ad Antonium mittit, ſeque ibi futurum, ubi præſcripſerit, & ea facturum, quæ imperaverit, obſidibus datis firmat: unum illud erat, ut timori ſuo concedatur, ne in conſpectum veniat cujuſquam Romani. Quam poſtulationem Antonius quum judicaret ab juſtô naſci timore, veniam petenti dedit; obſides accepit.

SCIO, Cæſarem ſingulorum annorum ſingulos Commentarios confeciſſe: quod ego non exiſtimavi mihi eſſe faciendum: propterea quod inſequens annus L. Paulo, C. Marcello, COSS. nullas habet Galliæ magnoperè res geſtas. Ne quis tamen ignoraret, quibus in locis Cæſar exercituſque eô tempore fuiſſent, pauca ſcribenda conjungendaque huic Commentario ſtatui.

CÆ-

Quod ubi malum Dux equi velocitate evitavit] Non aliud animal ex quo homini plus uſus aut commodi, in bello præſertim, ſive perſequi hoſtem & aſſequi, ſive fugere neceſſe ſit. Hinc equus Marti olim ſacer, cui Romæ & in Oriente paſſim immolatum. Sed & *judicium illi ineſſe plurimis documentis patefactum* oſtendit Jul. Solin. Polyhiſtor. cap. 16. Vide amplius diſſertatiunculam Juſt. Lipſii, centur. 3 ad Belgas epiſt. 56. *Brant.*

Scio, Cæſarem] Epilogus libri eſt, & incipit nunc novus annus, ſive hyems, quæ præceſſit novum annum majori ex parte. *Glarean.*

L. Paulo, C. Marcello Coſſ.] Servio Sulpicio Q. F. Rufo, & M. Claudio M. F. Marcello in conſulatu ſucceſſerunt anno ab U.C. DCCIV. L. Æmilius M. F. Paulus, & C. Claudius Marcellus. *Montau.* Gryphii autem liber *L. Lentulo, & C. Marcello Coſſ.* habet. Et hæc lectio mire à doctis probatur. Sed omnino falſa eſt, & vulgaris retinenda. Nam novus annus provinciæ Cæſaris, de quô hic agitur, conſules habuit L. Æmilium Paulum & C. Marcellum. Et quod paulo poſt ait, *Cæſaris adverſarios inſolenter gloriari, quod L. Lentulus & C. Marcellus conſules creati eſſent, qui Cæſarem omni honore & dignitate ſpoliarent*, in ſequentem annum creatos intelligendum eſt, & deſignatos eſſe tantùm, quod ex initio lib. 1, de bell. civili apparet. Id autem ita eſſe oſtenditur ex eo, quod extremo hoc libro ſcribitur, juſtam cauſam illi fuiſſe adeundi municipia & colonias, quo ſe & honorem ſuum in ſequentis anni commendaret petitione. Nam ipſe L. Lentulo & M. Marcello Coſſ. petere conſulatum debuit. *Ciaccon.*

CÆSAR, quum in Belgiô hiemaret, unum illud propoſitum habebat, continere in amicitiâ civitates, nulli ſpem aut cauſſam dare armorum. Nihil enim minus volebat, quàm ſub diſceſſum ſuum neceſſitatem ſibi aliquam imponi belli gerendi; ne, quum exercitum deducturus eſſet, bellum aliquod relinqueretur, quod omnis Gallia libenter ſine præſenti periculô ſuſciperet. Itaque, honorificè civitates appellando, principes maximis præmiis afficiendo, nulla onera nova imponendo, defeſſam tot adverſis præliis Galliam, conditione parendi meliore, facile in pace continuit. Ipſe, hibernis peractis, contra conſuetudinem in Italiam quàm maximis itineribus eſt profectus, ut municipia & colonias

Nulla onera nova imponendo] Quo nomine ut Julius noſter, ita & Juſtinianus Imp. pro merito ſatis laudari non poteſt, qui, ut ipſe de ſe ait Novel. 43: *nihil tam magno ſtudio tamque ſerio affectavit, quam ne novo quiſquam & inuſitato vectigali oneraretur.* Laudanda etiam Plotina Traiani optimi Principis, quæ aſſidue increpando effecit ut maritus exactiones nimias deteſtans fiſcum *lienem* appellarit quod eo creſcente reliqui artus tabeſcant. E contra Veſpaſianum reprehendit Suetonius in ejus vita cap. 16. quod *non contentus omiſſa ſub Galba vectigalia revocâſſe, nova & gravia addiderit.* Unde ſæpenumero turbæ & motus in Republica, ut multis exemplis oſtendit Joan. Bodinus lib. 6, de Republ. cap. 2. Ideoque prudenter Corn. Tacitus monet, ut novi populi facilius nobis aſſueſcant, & noſtrum jugum patiantur, eſſe oneribus & tributis levandos, lib. 2, ni fallor, Annal. *Brant.*

Contra conſuetudinem in Italiam] Supra lib. V in principio, *diſcedens*, inquit, *ab hibernis Cæſar in Italiam, ut quotannis facere conſueverat.* Et extremo libro VI, *ut inſtituerat, in Italiam ad conventus agendos profectus eſt.* Et initio l. VII. *Cæſar, ut conſtituerat, in Italiam ad conventus peragendos proficiſcitur.* Hic tamen *contra conſuetudinem* dicitur: nempe quia antea ſub adventum hiemis in Italiam ſolebat proficiſci, nunc vero ſub adventum veris. *Glarean.*

Municipia & colonias] Municipia ſunt duorum generum: aliis enim civitas Romana cum ſuffragio, aliis ſine ſuffragio communicata erat. Priores ſuis legibus ſpoliabantur, quia ſuffragio ornabantur, poſterioribus ſuæ leges permittebantur, quibus ſuffragia non dabantur. Quod autem diſcrimen ſit inter colonias & municipia, patet ex Agellii verbis libro XVI, qui cum dixiſſet: *Municipes eſſe cives Romanos ex Municipiis, ſuo jure, & legibus ſuis utentes, muneris tantum cum Populo Romano honorarii participes, a quo munere capeſſendo, appellatos videri, nullis aliis neceſſitatibus, neque ulla Populi Romani lege aſtrictos, cum nunquam populus eorum fundus factus eſſet.* Subjungit idem auctor tandem: *Sed Coloniarum alia neceſſitudo eſt: non enim veniunt extrinſecus in civitatem, nec ſuis radicibus nituntur, ſed ex civitate quaſi propagatæ ſunt, & jura inſtitutaque Populi Romani, non ſui arbitrii habent. Quæ tamen conditio, cum ſit magis obnoxia, minuſque libera, potior tamen & præſtabilior exiſtimatur, propter amplitudi-*

nias appellaret, quibus M. Antonii quæſtoris ſui commendaret ſacerdotii petitionem. Contendebat enim [gratia] quum libenter pro homine ſibi conjunctiſſimo, quem paullo ante præmiſerat ad petitionem; tum acriter contra factionem & potentiam paucorum, qui M. Antonii repulſa, Cæſaris decedentis convellere gratiam cupiebant. Hunc etſi augurem prius factum, quam Italiam attingeret, in itinere audierat; tamen non minus juſtam ſibi cauſſam municipia & colonias adeundi exiſtimavit; ut iis gratias ageret, quod frequentiam atque officium ſuum Antonio præſtitiſſent: ſimulque ſe & honorem ſuum in ſequentis anni commendaret petitione; propterea quod inſolenter adverſarii ſui gloriarentur, L. Lentulum & C. Marcellum Coſſ. creatos, qui omni honore & dignitate Cæſarem exſpoliarent, ereptum Sergio Galbæ conſulatum, quum is multo plus gratiâ ſuffragiiſque valuiſſet, quod ſibi conjunctus & familiaritate, & neceſſitudine legationis eſſet. Exceptus eſt Cæſaris adventus

tudinem majeſtatemque Populi Romani, cujus iſtæ coloniæ velut effigies parvæ ſimulacraque eſſe videntur, & ſimul quia obſcura obliterataque ſunt municipiorum jura, quibus uti jam per ignorantiam non queunt. Liquet autem hic obiter fuiſſe municipes cum ſuffragio, & colonos cum municipibus iſtiuſmodi in magiſtratibus creandis ſuffragiorum jus habuiſſe. *Montan.*

Sacerdotii petitionem] Auguratum intelligit, quem Antonius in Q. Hortenſii oratoris demortui locum, petere inſtituit, & obtinuit. *Glandor.*

Contendebat enim gratia] Vox *gratia* abundare videtur Ciacconio. *Montan.*

Augurem prius factum] Quanto in honore augures erant olim apud Romanos, ex eo liquet, quod, cum ceteris fere omnibus ſacerdotibus, ſimulac in judicium ducti aut damnati eſſent, alium ſubſtitui moris fuiſſet, augures hac lege immunes eſſent. Dum enim viverent, licet maximorum criminum convicti, ſacerdotio tamen potiebantur, neque unquam privari poterant. *Alexand. ab Alexandro.*

Conſules creatos, qui omni honore & dignitate Cæſarem exſpoliarent] Dixi ſupra, hos Conſules deſignatos eſſe in inſequentem annum, id eſt, decimum provinciæ Cæſaris, quo anno ipſe Cæſar conſulatum erat petiturus. Lego autem, *qui omni honore ac dignitate Cæſarem exſpoliarent*. Sic Cæſar libro ſecundo, *unum petere ac deprecari ne ſe armis diſpoliaret.* & lib. 5. *ut Gallia omni nobilitate ſpoliaretur.* Ciaccon.

Sergio Galbæ] Hic ille Sergius Galba, proavus Galbæ imperatoris, qui cum legione duodecima & parte equitatus, lib. III, à Cæſare in Nantuates, Veragros, Sedunoſque miſſus eſt. Cæſari tam diu fidus, quàm illo rerum potiente, ob repulſam conſulatus, cum Caſſio & Bruto non conjuravit. *Montanus.*

ventus ab omnibus municipiis & coloniis incredibili honore atque amore. Tum primùm enim veniebat ab illô univerſæ Galliæ bellô. Nihil relinquebatur, quod ad ornatum portarum, itinerum locorumque omnium, quà Cæſar iturus erat, excogitari poſſet. Cum liberis omnis multitudo obviam procedebat. Hoſtiæ omnibus locis immolabantur. Tricliniis ſtratis fora templaque occupabantur, ut vel exſpectatiſſimi triumphi lætitia præcipi poſſet. Tanta erat magnificentia apud opulentiores, cupiditas apud humiliores. Quum omnes regiones Galliæ Togatæ Cæſar percucurriſſet, ſummâ celeritate ad exercitum Nemetocennam rediit; legionibuſque ex omnibus hibernis ad fines Trevirorum evocatis, eò profectus eſt, ibique exercitum luſtravit. T. Labienum Galliæ Togatæ præfecit, quo majore commendatione conciliaretur ad conſulatus petitionem. Ipſe tantum itinerum faciebat, quantum ſatis eſſe ad mutationem locorum, propter ſalubritatem exiſtimabat. Ibi quanquam crebro audie-

Tricliniis] *Triclinium eſt cœnaculum, à tribus lectulis diſcumbentium dictum: apud veteres enim in loco ubi convivii apparatus exponebantur, tres lectuli ſtrati, in quibus diſcumbentes epulabantur, κλίνη enim Græcè lectus vel accubitus dicitur, ex quo confectum eſt, ut triclinium diceretur.* Iſidorus.

Ibique exercitum luſtravit] Imperatores cum ad novum exercitum veniebant, eum quibuſdam ſacrificiis luſtrare ſolebant; aliquando etiam cum de provincia decedendum illis erat, re bene geſta, ut hic; aliquando verò antequam prælium committeretur. Dio libro 47. vide infra. Erat autem *luſtrare*, expiare exercitum ſolennibus ſacrificiis. Cicero de divinatione libro primo: *Cum Imperator exercitum, Cenſor populum luſtrat, bonis nominibus qui hoſtias ducant, deliguntur.* Sacrificabant interim & ipſi milites pro ſe quiſque. Plutarchus in Bruto, *Cæſar in caſtris luſtrato exercitu paullum frumenti, & quinque drachmas viritim ad ſacrificium diſtribuerat. Brutus autem ejus egeſtate damnata, primum ſub dio, ut mos fuit, exercitum luſtravit. Deinde hoſtiis multis centuriatim, ac denariis quinquagenis diſtributis alacriores milites reddidit. Tum oſtentum Caſſio ea luſtratione eſt factum, quod coronam inverſam ei lictor porrexit.* Dio libro quadrageſimo ſeptimo, de eadem luſtratione, *Cæſar & Antonius luſtrationem exercitus, quæ antequam prælium committeretur, fieri ſolet, intra caſtra metu ſcilicet adducti fecerunt.* Hirtius de bello Alexandrino, *Cæſar interim luſtrato exercitu*, & cætera. *Ciaccon.*

Quantum ſatis eſſe ad mutationem locorum propter ſalubritatem exiſtimabat] Loci commutatio tametſi animum non mutet aut ingenium, unde illud Æſchinis in Cteſiphonte, τόπον οὐ τρόπον μετέβαλε, *locum non mores mutavit*; & M. Tul. pro Quinctio, *fit magna mutatio loci non ingenii:* ad valetudinem corporis tamen ſæpius profuiſſe auctor imprimis

audiebat, Labienum ab inimicis ſuis ſolicitari; certiorque fiebat, id agi paucorum conſiliis, ut, interpoſitâ ſenatus auctoritate aliquâ parte exercitus ſpoliaretur: tamen neque de Labieno credidit quidquam; neque contra ſenatus auctoritatem, ut aliquid faceret, potuit adduci. Judicabat enim, liberis ſententiis patrum conſcriptorum cauſſam ſuam facile obtineri. Nam C. Curio tribunus plebis quum Cæſaris cauſſam dignitatemque defendendam ſuſcepiſſet, ſæpe erat ſenatui pollicitus; ſi quem timor armorum Cæſaris læderet; & quoniam Pompeii dominatio, atque arma, non minimum terrorem foro

mis eſt Plinius libro 28, cap. quarto; & ſingulari commentario Hippocrates, & medicorum filii. Alter quoque Plinius lib. 3, epiſt. 19. *Habet*, inquit, *multum jucunditatis ſoli cœlique mutatio.* Hinc apud Tacitum lib. 12 Annal. *Claudius adverſa valetudine correptus, refovendis viribus mollicie cœli & ſalubritate aquarum, Sinueſſam pergit.* Brant.

Labienum ab inimicis ſollicitari] Et ſollicitatur hoc loco, & poſtea etiam à Cæſare ad Pompeium defecit. *Montan.*

Patrum conſcriptorum] Senatores à Romulo centum creatos fuiſſe, qui ob honorem patres, eorumque progenies patricii dicti ſunt, quorum concilio Reſpublica niteretur domi foriſque, multi prodidere. Exterminatis autem regibus, quos ætate graves ſpectatæque probitatis videbant, ſenatui tanquam graviſſimo & ſanctiſſimo concilio adſcribebant. Quos quidem, quum alii in locum decedentium ſuffecti, & in ſenatum literis aſcripti eſſent, *Patres conſcriptos* vocarunt, modo plures; modo pauciores, ita ut frequens ſenatus, & quicquid erat Patrum ex fere trecentis ſenatoribus conſtaret. *Alex. ab Alexandro.*

C. Curio Tribunus pl.] Hic eſt *C. Curio*, *Tribunorum*, ut Suetonius ſcribit, *violentiſſimus.* Qui de principio Cæſari adverſatus, poſt tamen in ejus partes tranſiit. Cœlius in epiſt. ad Cic. *Quod tibi ſupra ſcripſi, Curionem frigere: jam calet. Nam ferventiſſime concerpitur, belliſſime enim, quia de intercalando non obtinuerat, transfugit ad populum & pro Cæſare loqui cœpit.* Itaque Epit. 109. *C. Curionis*, inquit, *Tribuni pl. primum adverſus Cæſarem, deinde pro Cæſare actiones continet.* Plutarchus in Pompeio ſcribit, Curionem hunc à Cæſare magno ære alieno liberatum, aque ita in ipſius partes adductum. Hoc autem illius poſtulatum totidem prope verbis commemorat. Et in eandem ſententiam ſcribit Dio lib. 40. *Hotoman.* Cum Dione conſentit Velleius. Verba ejus ſunt: *Bello civili, & tot quæ deinde per continuos* XX *annos conſecuta ſunt, malis non alius majorem, flagrantioremque quam C. Curio tribunus plebis ſubjecit facem, vir nobilis, eloquens, audax, ſuæ alienæque & fortunæ & pudicitiæ prodigus, homo ingenioſiſſime nequam, & facundus malo publico. Hujus animo voluptatibus, vel libidinibus neque opes ullæ, neque cupiditates ſufficere poſſent. Hic primo pro Pompeii partibus, mox ſimulatione contra Pompeium, & Cæſarem, ſed animo pro Cæſare reſtitit. Id gratis, an accepto centies HS fecerit, ut accepimus, in medio relinquemus.* Montan.

Quoniam Pompeii dominatio atque arma] Pompeius armato præſidio circumvallatus, Milonis cauſam & de ambitu accuſatorum cognoſcebat. Ut Plutarchus

ſoro inferrent; diſcederet uterque ab armis, exercituſque dimitteret. Fore eo pacto liberam & ſui juris civitatem. Neque hoc tantum pollicitus eſt; ſed etiam per ſe ſenatus diſceſſionem facere cœpit. Quod ne fieret, conſules, amicique Pompeii interceſſerunt, atque, ita rem

tarchus in Pompeio, & Cicero in oratione pro Milone teſtatur. Unde & Lucanus lib. I:

Pompeiana reum clauſerunt ſigna Milonem. Rhellican.

Diſceſſionem facere] Faërn. & Urſin. & Manut. ut & noſter codex, *Per ſe Senatus.* Quibus non aſſentior: quamvis per diſceſſionem fieri SC. ſoleret. Senſus eſt: Curio diſceſſionem fecit, ut qui ſuam ſententiam ſequerentur, iidem pedibus in ſuam partem diſcederent. Plutarchus ſcribit, cum ii qui ſolum Cæſarem arma deponere, Pompeium magiſtratum retinere cenſerent, diſceſſionem feciſſent, pleroſque omnes in eorum ſententiam pedibus iiſſe. Cum iterum diſceſſio facta eſſet ab iis qui dimiſſo exercitu privatum utrumque eſſe cenſerent, pro Pompeio viginti duos ſolum, pro Curione reliquos omnes ſtetiſſe. Appianus autem lib. de bell. civil. II, in hoc numero CCCLXX poſuit. *Hotoman.* Plutarchus hiſtoriam ita narrat. *Adhæc quum Marcellus conſul latronem appellaret Cæſarem, & niſi ab armis diſcederet, hoſtem decerni juberet: Curio tamen una cum Antonio, ac Piſone ſenatum redarguere ſuſtinuit. Diſceſſionem namque eos facere juſſit, qui ſolum Cæſarem arma deponere vellent, Pompeium vero cum imperio eſſe: & diſceſſionem fecerunt plures. Rurſus vero in diſceſſionem facere juſſis, quibus utrumque ab armis diſcedere placeret, & neutrum cum imperio eſſe: Pompeio quidem duo tantum & viginti, Curioni autem reliqui omnes acceſſerunt.* Hactenus ille. Unde Hirtii verba alioquin perquam obſcura, nunc clariora facta eſſe arbitror. Quando autem hic in textu ſubjungit, *quod ne fieret, Coſſ. amicique Pompeii juſſerunt*; ſupple, *diſceſſionem fieri*: ab illo diſſentit. Ex Plutarcho namque elicitur, Curionis juſſu diſceſſionem eſſe factam: ex Hirtio autem, quod Curio quidem per ſe illam facere tentaverit, ſed tandem Conſulum juſſu factam. Cæterùm (ut hoc auctarii vice ſubnectam) ex Feneſtella patet, Romanis diverſum à noſtrate morem in Senatuſconſulto per diſceſſionem faciendo fuiſſe. *Apud illos namque*, inquit, *diſceſſio fiebat, ſi conſentiretur:* apud Tigurinos autem, & Bernates, ſi res ardua, & ambigua fuerit. Qua de re & Aul. Gellius lib. IV noctium Atticarum cap. XVIII, nonnihil ſcribit. *Rhellican.* Tentâſſe hoc aliàs tribunos plebis auctor eſt Cicero libro primo, epiſtola ſecunda, cum ſcribit, *Cum Lupus Tr. pl. quod ipſe de Pompeio retuliſſet, intercedere cœpit, ante ſe oportere diſceſſionem facere, quam Conſules ejus orationi vehementer reclamatum eſt: erat enim iniqua & nova. Conſules neque concedebant, neque valde repugnabant. Diem conſumi volébant, id quod eſt factum*, &c. *De ſenatuſconſulto* verò quod *per diſceſſionem* fiebat, vide A. Gellium libro decimo quarto, capite ſeptimo. *Ciaccon.*

Conſules amicique Pompeii interceſſerunt] Appianus lib. II hanc hiſtoriam ita narrat. *Senatus de utroque ſententiam inquirit. Claudius Marcellus Conſul aſtutè præfatus unumquemque ſigillatim, interrogare cœpit, an Cæſari ſucceſſorem dandum cenſeant, Pompeio verò magiſtratum eripi. Hoc autem plures ex ipſis abnuebant. Cæſari vero ſucceſſorem dandum cenſebant. Referente deinde Curione, an ambos arma deponere oporteret, duo duntaxat & viginti abnuerunt, trecenti & ſeptuaginta à contentione ad utilitatem verſi in Curionis ſententiam inclinarunt, idque juſſerunt. Qua de cauſa Marcellus Senatum dimiſit*

voce

rem moderando, diſceſſerunt. Magnum hoc teſtimonium ſenatus erat univerſi, convenienſque ſuperiori facto. Nam Marcellus proximo anno, quum impugnaret Cæſaris dignitatem, contra legem Pompeii & Craſſi, retulerat ante tempus ad ſenatum, de Cæſaris provinciis, ſententiiſque dictis, diſceſſionem faciente Marcello, qui ſibi omnem dignitatem ex Cæſaris invidiâ quærebat, ſenatus frequens in alia omnia tranſiit. Quibus non frangebantur animi inimicorum Cæſaris, ſed admonebantur, quò majores pararent neceſſitudines, quibus cogi poſſet ſenatus id probare, quod ipſi conſtituiſſent. Fit deinde SC. ut ad bellum Parthicum legio una à Cn.

voce intonans, vincite, qui Cæſarem dominum appetitis. Montan.

Magnum hoc teſtimonium ſenatus] *Magnum erat teſtimonium*, voluiſſe ſenatum armis Cæſarem Pompeiumque diſcedere, ſiquidem cum de eo referretur, diſceſſionem in eam partem fecerunt. *Ciaccon.*

Contra Legem Pompeii & Craſſi] Liv. Epit. 107. *Lex lata eſt, ut ratio abſentis Cæſaris in petitione conſulatus haberetur, invito & contradicente M. Catone.* Locus hic oſtendit, Cn. Pompeium, C. Licinium Craſſum Coſſ. legem hanc tuliſſe: de qua tamen operæ pretium eſt audire quod Suet. ſcribit in Jul. *Acciderat autem, ut Pompeius legem de jure Magiſtratuum ferens, eo capite quod à petitione honorum abſentes ſummovebat, ne Cæſarem quidem exciperet, per oblivionem; ac mox lege jam in æs inciſa & in ærarium condita corrigeret errorem.* Ciceronis autem lib. ad Attic. VIII, hæc verba ſunt. *Idem etiam* (de Pompeio loquitur) *contendit, ut* X *Tribuni pl. ferrent, ut abſentis ratio haberetur, quod idem ipſe ſanxit, lege quidem ſua: ac M. Marcello Coſ. ſinienti provincias Gallias Kal. Martiis reſtitit.* Hotoman.

Retulerat ante tempus ad Senatum] Id ſic narrat Suetonius. *C. Claudius Marcellus Coſ. edicto præfatus de ſumma ſe reipublicæ acturum, retulit ad ſenatum, ut ei ſuccederetur ante tempus: quoniam bello confecto pax eſſet, ac dimitti deberet victor exercitus. Retulerat* autem *ante tempus*, quoniam lege lata a Pompeio & Craſſo Coſſ. Cæſari in alterum quinquennium prorogatæ fuerant, duoque anni reliqui adhuc erant. *Ciacconius.*

Senatus frequens in alia omnia tranſiet] Cum ſenatuſconſultum per diſceſſionem fieret, Magiſtratus qui de aliqua re ad ſenatum retulerat, ita dicebat (teſte Feſto Pompeio): *Qui hoc cenſetis, illuc tranſite: qui alia omnia, in hanc partem. His verbis*, inquit Feſtus, *præit, ominis videlicet cauſa, ne dicat, qui non cenſetis.* Et Plinius lib. VIII, epiſtola ad Ariſtionem. *Quid? Lex non apertè docet dirimi oportere ſententias occidentis & relegantis, cum ita diſceſſionem fieri jubet? qui hæc ſentitis, in hanc partem: qui alia omnia, in illam partem ite, quam ſentitis.* Cicero lib. I, Epiſt. II, *De tribus legatis frequentes ierunt in alia omnia.* Ciaccon.

Fit deinde SC. ad bellum Parthicum] Hoc à Pompeio paratum fuiſſe, ut duabus legionibus Cæſarem exſpoliaret, tradit Dio lib. XL. Utebaturque ea cauſa, quaſi Marco Bibulo, qui Syriam provinciam proconſul obtinebat, à Parthis obſeſſo, eæ legiones mitterentur. *Idem.*

Uni

Cn. Pompeio, altera à C. Cæſare mitterentur. Neque obſcure hæ duæ legiones uni Cæſari detrahuntur. Nam Cn. Pompeius legionem primam, quam ad Cæſarem miſerat, confectam ex delectu provinciæ, Cæſari eam tanquam ex ſuô numerô dedit. Cæſar autem, quum de voluntate adverſariorum nemini dubium eſſet, Cn. Pompeio legionem remiſit, & ex ſuo numero XV, quam in Galliâ Citeriore habuerat, ex SC. jubet tranſdi. In ejus locum XIII legionem in Italiam mittit, quæ præſidia tueretur, ex quibus præſidiis XV deducebatur: ipſe exercitum diſtribuit per hiberna; C. Trebonium cum legionibus IV in Belgio collocat; C. Fabium cum totidem in Æduos deducit. Sic enim exiſtimabat tutiſſimam fore Galliam, ſi Belgæ, quorum maxima virtus; & Ædui, quorum auctoritas ſumma eſſet, exercitibus continerentur. Ipſe in Italiam profectus eſt. Quò quum veniſſet, cognoſcit, per C. Marcellum conſulem legiones II ab ſe remiſſas, quæ ex SC. deberent ad Parthicum

Uni Cæſari detrahuntur] *Pompeius*, inquit Dio, *ex his, quas ſecum habebat, nullam dedit: ſed eos, qui huic negotio præfecti erant, juſſit eam legionem à Cæſare petere, quam ei commodarat. Ita cum uterque videretur unam legionem dare, reipſa Cæſar ambas dedit.* Montan.

Cæſari eam tanquam ex ſuo numero] Verbum *Cæſari* tollendum videtur. Nam Pompeius eam legionem, quam Cæſari miſerat, Reipublicæ, quaſi de ſuo numero, ad bellum Parthicum attribuit. Plutarchus in vita Pompeii ſcribit, eum belli Parthici prætextu eos milites repetiiſſe, quos ei commodarat. Quos Cæſar, etſi cauſam non ignoraret, viritim CCL denariis donatos ei remiſit. Idem teſtatur Dio lib. XL. *Hotoman.*

Et ex ſuo numero XV, *quam in Gallia citeriore habuerat*] Supra dixit *T. Labienum* XII *legionem duxiſſe in Galliam citeriorem ad tuendas præſidiis colonias civium Romanorum.* Sed ubique legendum videri IV, pro XV, ibi diximus. Codex tamen ſcriptus & Gryphii hoc loco habet, *& ſuo nomine* XV. quæ lectio placet. *Ciaccon.*

In Italiam mittit] Id eſt, in Togatam Galliam. Modo enim dixit XV legionem ex Galliæ citerioris præſidio ductam, & nunc XIII in ejus locum miſſam eſſe narrat, quæ præſidia tueretur, ex quibus XV deducebatur. *Rhellicanus.*

Per C. Marcellum Coſſ. legiones duas,] Ejus rei cauſſam tradit Dio libro quadrageſimo. Cum Appius Claudius Cenſor Curionem, quod Cæſaris rebus favebat, tanquam contra Rempublicam agentem notare, & Senatu ejicere vellet, L. Piſo alter Conſul eam notam ſolvit. Nihilominus tamen ſuam ſententiam Appius in Senatu recitavit. Hinc occaſione arreptâ C. Marcellus Conſul ſperans Senatores odio Cæſaris & ipſius Curionis, in ipſum ambas ſententias dicturos, & Cenſoris notam approbaturos, de eâ re ad Senatum retulit, ſententiaſ-

cum bellum duci, Cn. Pompeio tranſditas, atque in Italiâ retentas eſſe. Hôc factô, quamquam nulli erat dubium, quin arma contra Cæſarem pararentur; tamen Cæſar omnia patienda eſſe ſtatuit, quoad ſibi ſpes aliqua relinqueretur jure potius diſceptandi, quàm belli gerendi.

tentiaſque exquiſivit. Cùm Curio primò repugnaret, deinde ſe in Senatus poteſtate futurum polliceretur fretus conſcientiâ recte facti, pene omnibus ſententiis abſolutus eſt. Marcellus rei indignitate commotus Senatu exceſſit, & ad Pompeium, qui ad urbem erat, rectà profectus, nullô de ea re factô Senatuſconſultô, per ſe cuſtodiam urbis mandavit, atque duas legiones à Cæſare traditas ad cuſtodiam urbis habere juſſit. Et quia hæc exitu anni agebantur, veritus ne poſtea à Senatu reſcinderentur: Conſules deſignatos ſecum ad Pompeium perduxit, atque ut eadem juberent, perfecit. Curio verò cum Conſules Pompeiumque apud populum laceraret maledictis, ad Cæſarem profectus eſt. Sed hæc eadem diligentius Appianus narrat libro ſecundo: *Rumore demum licet falſò increbeſcente, Cæſarem Alpes tranſire: exercitumque ad urbem ducere, tumultus ſtatim ac timor invaſit omnes. Claudius legiones quæ Capuæ erant Cæſari velut hoſti ejiciendas cenſet. Contradicente autem velut in re facta Curione, ſi qua Reipublicæ utilia ſint, inquit, communi voce decernere prohibeor, à me ipſo veluti Conſule decernam. Hiſque relatis cum collega urbem egreſſus eſt, enſemque Pompeio offerens, Jubeo te, inquit, & ipſe pro patria in Cæſarem inſurgere. Exercitum ad hoc, qui circa Capuam moram ducit, aut ſi quis alius in Italia nunc eſt, tibi tradimus, & quæcunque ipſe in manu conferre volueris. Ad quæ Pompeius, velut à Conſule juſſus, parere ſe dixit. Addit deinde, niſi quid melius, vel decipiens, vel ad honeſtatem potius verba componens.* Ciaccon.

EX ITINERARIO ANTONINI Auguſti, Galliarum provinciæ XVI.

Viennenſis. Narbonenſis I, Narbonenſis II.
Aquitanica I. Aquitanica II.
Novem-populania. Alpes maritimæ.
Bellica I. Bellica II, in qua tranſitus ad Britanniam, id eſt, Remus.
Germania prima ſuper Rhenum, in qua eſt Magontia.
Germania II, in qua eſt Agrippina.
Provincia maxima Sequanorum, in qua eſt Veſontiacenſis.
Provincia Alpium Graiarum & Penninarum, in qua eſt Tarantaſia.
Aquitania Viennenſis item Metropolis. Aquitania I, in qua eſt Bituricum.
Provincia II, in qua eſt Burdigala.
Novem-populania, in qua eſt Auſſua.
Narbonenſis I, in qua eſt item Metropolis.
Narbonenſis II, in qua eſt Aquenſis.
Lugdunenſis I, in qua eſt Lugdunum.
Lugdunenſis II, ſuper Oceanum, in qua eſt Rotomagus.
Lugdun. III, in qua eſt Turonis.
Lugdun. IV, in qua eſt Sennis.

METROP. PROVINC. LUGDUN. I. *Civ. Lugd. num.* IV.

Civ. Eduorum.
Civ. Lingonum.
Caſtrum Caballionenſe.

Caſt.

Caſt. Matiſconenſe.

Metrop. Provinc. Lugd. II. Civi. *numero* VII.

Civ. Rotomago.
Civ. Baiocaſſium.
Civ. Abricantum.
Civ. Ebroicorum.
Civ. Salarum, id eſt, Saiorum.
Civ. Lexoviorum.
Civ. Conſtantia.

Provinc. Lugd. III. Civi. *num.* IX.

Metrop. Civ. Turonum.
Civ. Cennomannorum.
Civ. Redonum.
Civ. Andicavorum.
Civ. Namnetum.
Civ. Cotriſopitum.
Civ. Cianctium, id eſt, Venetum.
Civ. Oſiſmorum.
Civ. Diablintum.

Provinc. Lugd. IV. Civi. *num.* VII.

Metr. Civ. Senonum.
Civ. Carnorum.
Civ. Antiſioderum.
Civ. Tricaſſium.
Civ. Aurelianorum.
Civ. Pariſiorum.
Civ. Melduorum.

Bellica I. Civi. *num.* IV.

Metr. Civ. Treverorum.
Civ. Mediomatricorum, id eſt, Metis.
Civ. Leucorum, id eſt, Tullo.
Civ. Veredonenſium.

Bellica II. Civi. *num.* XII.

Metr. Civ. Remorum.
Civ. Sueſſionum.
Civ. Catalaunorum.
Civ. Veromannorum.
Civ. Atravatum.
Civ. Camaracenſium.
Civ. Turnacenſium.
Civ. Silvanectum.
Civ. Bellovacorum.
Civ. Ambianenſis.
Civ. Morinum, id eſt, Ponticum.
Civ. Bononenſium.

Provinc. Germ. I. Civi. *num.* IV.

Metr. Civ. Magontiacenſis.
Civ. Argentoracenſium.
Civ. Nemetum, id eſt, Spira.
Civ. Vangionen, id eſt, Vuormen.

Provinc. Germ. II. Civi. *num.* II.

Metr. Civ. Agrippinenſis, id eſt, Colonia.
Civ. Tungrorum.

Provinc. Maxima Sequanorum. Civi. *num.* IX.

Metr. Civ. Veſontienſis.
Civ. Equeſtrium, id eſt, Neviduno.
Civ. Eluntiorum, id eſt, Aventicum.
Civ. Noidenolex Aventicus.
Civ. Baſilienſium, id eſt, Baſilia.
Caſt. Vindoniſe.
Caſt. Ebrodunenſe.
Caſt. Argentarienſe.
Caſt. Rauracienſe, id eſt, portus Abucina.

Provinc. Alpium Graiarum, et Penninarum. Civi. *num.* II.

Metr. Civ. Centronium, id eſt, Tarantaſia.
Civ. Valenſium, id eſt, Octodorus.

Item In Provincia. Provinc. Viennenſis. Civi. *num.* XV.

Metr. Civ. Viennenſium.
Civ. Gennavenſium.
Civ. Gratianopolitano.
Civ. Albenſium.
Civ. Vivario.
Civ. Decenſium.
Civ. Valentinorum.
Civ. Avenicorum.
Civ. Arelatenſium.
Civit. Carpentoratenſis, numer. VI, Ndauſca.
Civ. Maſſilienſium.
Civ. Ricaitinorum.

Civ.

Civ. Vaſionenſium.
Civ. Arauſinorum.
Civ. Cabellicorum.

PROVINC. AQUITANICA I.
CIVI. *num.* VIII.

Metr. Civ. Bituricum.
Civ. Arvernorum.
Civ. Rotenorum.
Civ. Albigenſium.
Civ. Cadorcorum.
Civ. Lemavicum.
Civ. Gabalum.
Civ. Vellavorum.

PROVINC. AQUITANICA II.
CIVI. *num.* VI.

Metr. Civ. Burdegalenſium.
Civ. Agennenſium.
Civ. Etoliſnenſium.
Civ. Santonum.
Civ. Pictavorum.
Civ. Petrogoriorum.

PROVINC. NOVEMPOPULANIA. CIVI. *num.* XII.

Metr. Civ. Auſciorum.
Civ. Aquenſium.
Civ. Laſtoracium.
Civ. Convenarum.
Civ. Conſantanorum.
Civ. Boarum, quod eſt Bor.
Civ. Beranenſium, id eſt, Benainas.
Civ. Aturenſium.
Civ. Vaſatica.
Civ. Turſaubica, Tralugorra.
Civ. Elioronenſium.
Civ. Elioſaticum.

PROV. NARBONENSIS I.
CIVI. *num.* VIII.

Metr. Civ. Narbonenſium.
Civ. Toloſatum, id eſt, Toloſa.
Civ. Beterrenſium,
Civ. Agatenſium.
Civ. Nemauſenſium.
Civ. Magalonenſium.
Civ. Lutuenſium, id eſt, Lutava Caſtrum.
Caſt. Ucetienſe.

PROV. NARBONENSIS II.
CIVI. *num.* VII.

Metr. Civ. Aquenſium.
Civ. Abtenſium.
Civ. Retenſium, id eſt, Reias.
Civ. Foro Julienſium.
Civ. Appencenſium.
Civ. Segeſterorum.
Civ. Antipolitana.

PROV. ALPIUM MARITIMARUM. CIVI. *num.* VIII.

Metr. Civ. Ebreduno.
Civ. Dinienſium, id eſt, Dina.
Civ. Rigomagenſium.
Civ. Sollinienſium.
Civ. Sanicienſium, id eſt, Saniciſio.
Civ. Glannatenna.
Civ. Cemelanenſium.
Civ. Venſicienſium, id eſt, Ventio.

Non inconcinnum judico Itinerario Antonini ſubjungere

Notitiam Provinciarum Galliæ.

PROV. LUGDUNENSIS I.

Metr. Civitas Lugdunenſium, *l'Archeveſché de Lion.*
Civitas Eduorum; hoc eſt, Auguſtodunum, *l'eveſché d'Auſtun.*
Civ. Lingonum, *l'eveſché de Langres.*
Caſt. Matiſconenſe, *l'eveſché de Maſcon.*
Caſt. Caballionenſe, *l'eveſché de Challon ſur Saoſne.*

PROV. LUGDUNENSIS II.

Metr. Civ. Rotomagenſium, *l'Archeveſché de Rouen.*
Civ. Baiocaſſium, *l'eveſché de Baieux.*
Civ. Abrincantorum, *l'eveſché d'Avranches.*
Civ. Ebroïcorum, *l'eveſché d'Evreux.*
Civ. Saiorum, *l'eveſché de Sés, ou Saiz.*
Civ. Lexoviorum, *l'eveſché de Liſieux.*
Civ. Conſtantienſium, *l'eveſché de Coutances.*

PROV. LUGDUNENSIS III.

Metr. Civitas Turonorum, *l'Archeveſché de Tours.*

Civ. Cennomannorum, *l'eveſché du Mans.*
Civ. Redonum, *l'eveſché de Renes.*
Civ. Andegavorum, *l'eveſché d'Angiers.*
Civ. Nannetum, *l'eveſché de Nantes.*
Civ. Curoſopitorum, *l'eveſché de Cornouaille.*
Civ. Ciantium, id eſt, Venetorum, *l'eveſché de Vennes ou Vannes.*
Civ. Oſiſmiorum.
Civ. Diablintrum, id, eſt Cariſes.

PROV. LUGDUNENSIS IV.

Metr. Civitas Senonum, *l'Archeveſché de Sens.*
Civ. Carnutum, *l'eveſché de Chartres.*
Civ. Antiſiodorum, *l'eveſché d'Auxerre.*
Civ. Trecaſſium, *l'eveſché de Trois.*
Civ. Aurelianorum, *l'eveſché d'Orleans.*
Civ. Pariſiorum, *l'eveſché de Paris.*
Civ. Meldorum, *l'eveſché de Meaux.*

PROV. LUGDUNENSIS V.

Metr. Civitas Criſpolinorum, hoc eſt Veſontio, *l'Archeveſché de Beſançon.*
Civ. Equeſtrium, hoc eſt, Nevidunum. *La ville de Nion entre Geneve & Lauſanne.*
Civ. Elvicorum, hoc eſt, Aventicum, *Avanches.*
Civ. Baſilienſium.
Caſtrum Viridunenſe.
Caſtrum Ebrodunenſe.
Caſtrum Argentarienſe.
Caſtrum Rauricenſe.
Portus Abucina.

PROVINC. BELGICA I.

Metr. Civitas Trevirorum, *l'Archeveſché de Treves.*
Civ. Mediomatricum, hoc eſt, Metis, *l'eveſché de Metz.*
Civ. Leucorum, hoc eſt, Tullo, *l'eveſché de Toul.*
Civ. Verdonenſium, *l'eveſché de Verdun.*

PROVINC. BELGICA II.

Metr. Civitas Remorum, *l'Archeveſché de Reims.*
Civ. Sueſſonum, *l'eveſché de Soiſſons.*
Civ. Catalaunorum, *l'eveſché de Chaallon.*
Civ. Veromanduorum, *la Ville de Saint Quentin en Vermandois.*
Civ. Atrebatum, *l'eveſché d'Arras.*
Civ. Cameracenſium, *l'eveſché de Cambrai.*
Civ. Tornacenſium, *l'eveſché de Tournay.*
Civ. Silvanectum, *l'eveſché de Senlis.*
Civ. Bellovacorum, *l'eveſché de Beauvais.*
Civ. Ambianenſium, *l'eveſché d'Amiens.*
Civ. Morinorum, id eſt, Ponticum, *l'eveſché de Terouane.*
Civ. Bononienſium, *la Ville de Boulogne ſur mer.*

PROV. GERMANICA I.

Metr. Civitas Magotiacenſium.
Civ. Argentoracenſium, Stratiburgo.
Civ. Nemetum, hoc eſt, Spira.
Civ. Vuangionum, hoc eſt, Wormacia.

PROV. GERMANICA II.

Metr. Civitas Agrippinenſium, hoc eſt, Colonia.
Civ. Tungrorum, *la Ville de Tongres.*

PROV. VIENNENSIS I.

Metr. Civitas Viennenſium, *l'Archeveſché de Vienne.*
Civ. Genevenſium, *l'eveſché de Geneve.*
Civ. Gratianopolitanorum, *l'eveſché de Grenoble.*
Civ. Albenſium, nunc Vivario, *l'eveſché de Viviers.*
Civ. Dienſium, *l'eveſché de Die.*
Civ. Valentinorum, *l'eveſché de Valence.*
Civ. Tricaſtinorum, *l'eveſché de Saint Antonin de Tricaſtin.*
Civ. Vaſionenſium, *l'eveſché de Vaiſon.*
Civ. Arauſicorum, *l'eveſché d'Orange.*
Civitas Carpentoratenſium, nunc Vindauſica, *l'eveſché de Carpentras.*
Civ. Caballicorum, *l'eveſché de Cavaillon.*
Civ. Avennicorum, *l'Archeveſché d'Avignon.*
Civ. Arelatenſium, *l'Archeveſché d'Arles.*

PROV

PROV. VIENNENSIS II.

Metr. Civitas Narbonenſium, *l'Archeveſché de Narbone.*
Civ. Toloſatium, *l'Archeveſché de Toulouſe.*
Civ. Agathenſium, *l'eveſché d'Agde.*
Civ. Aletenſium, *l'eveſché d'Alet.*
Civ. Beterienſium, *l'eveſché de Beſiers.*
Civ. Magalonenſium, *l'eveſché de Magalone, ou Monpelier.*
Civ. Nemauſenſium, *l'eveſché de Nimes.*
Caſtrum Luteva, *l'eveſché de Lodeve.*
Caſtrum Uticenſe, *l'eveſché d'Vſetz.*

PROV. VIENNENSIS III.

Metr. Civitas Aquenſium, *l'Archeveſché d'Aix.*
Civ. Reienſium, id eſt, Reiıis, *l'eveſché de Ries.*
Civ. Aptenſium, *l'eveſché d'Apt.*
Civ. Forojulienſium, *l'eveſché de Frejuls.*
Civ. Wapincenſium. *l'eveſché de Gap.*
Civ. Segeſtorium, *l'eveſché de Siſteron.*
Civ. Antipolitana, *la Ville d'Antibe, ou Antibol.*

PROV. VIENNENSIS IV.
in Alpibus Maritimis.

Metr. Civitas Ebrodunenſium, *l'Archeveſché d'Ambrun.*
Civ. Dinienſium, *l'eveſché de Dine.*
Civ. Rigomagenſium.
Civ. Sollinienſium.
Civ. Sanicienſium, id eſt, Sanici, *l'eveſché de Senas.*
Civ. Glannatena, *l'eveſché de Glandeves.*
Civ. Cemelevenſium.
Civ. Vencienſium, *l'eveſché de Saint Paul de Vences.*

PROVINC. VIENNENSIS V.
Alpium Graiarum Penninarum.

Metr. Civitas Centronum, hoc eſt, Tarantaſia, *l'Archeveſché de Tarantaiſe.*
Civ. Vallenſium, hoc eſt, Octodurum, *Saint Mauris.*

PROVINC. AQUITANICA I.
Sexta Viennenſis.

Metrop. Civitas Bituricum, vel Betorigorum, *l'Archeveſché de Bourges.*
Civ. Arvernorum, *l'eveſché de Clermont en Auvergne.*
Civ. Rutenorum, *l'eveſché de Rodês ou Rodais.*
Civ. Albigenſium, *l'eveſché d'Albi.*
Civ. Cadurcorum, *l'eveſché de Caors.*
Civ. Lemovicum, *l'eveſché de Limoges.*
Civ. Gabalorum, *l'Eveſché de Givauldan.*
Civ. Velaunorum, *le païs de Velai.*

PROVINC. AQUITANICA II.
Septima Viennenſis.

Metr. Civitas Burdegalenſium, *l'Archeveſché de Bordeaux.*
Civ. Agennenſium, *l'eveſché d'Agen.*
Civ. Encoliſmenſium, *l'eveſché d'Engouleſme.*
Civ. Sanctonum, *l'eveſché de Saintes.*
Civ. Pictavorum vel Pectavorum, *l'eveſché de Poitiers.*
Civ. Petrogoriorum, *l'eveſché de Perigueux.*

PROVINC. AQUITANICA III.
Novempopulania, octava Viennenſis.

Metr. Civitas Auſciorum. *l'Archeveſché d'Auche.*
Civ. Aquenſium, *l'eveſché d'Aqs.*
Civ. Lacturatium vel Laſtoracium, *l'eveſché de Laictoure.*
Civ. Convenas, *l'eveſché de Cominges.*
Civ. Conſaranorum vel Conſorannorum, *l'eveſché de Conſerans.*
Civ. Boatum, id eſt, Borus, *le Païs de Buchs.*
Civ. Benearnenſium, id eſt, Benaanus, *le Païs de Bearn.*
Civ. Aturenſium, *l'eveſché d'Aire.*
Civ. Vaſatica, *l'eveſché de Baſats.*
Civ. Tarba, vel Caſtrum Begorra, *l'eveſché de Bigorre.*
Civ. Elonorenſium, *l'eveſché d'Oleron en Bearn.*
Civ. Eluſatium, *la Ville & Païs d'Euſe en Gaſcogne.*

NOMINA REGUM ET PRINCIPUM BARBARORUM.

A*Dcantuannus*, Aquitanus, bello Sontiatum ſummam imperii tenebat, & opidum à Cæſare oppugnatum defendebat. lib. 3.

Ægus & *Roſcillus*, Allobroges, duo fratres, Abducilli filii, qui principatum in civitate multis annis obtinuerat, ſingulari virtute homines, quorum opera Cæſar omnibus Gallicis bellis optima fortiſſimaque uſus erat, à Cæſare ad Pompeium defecerunt. lib. civil. 3.

Ambiorix, Rex dimidiæ partis Eburonum. lib. 5, & lib. 6. Imperia erant ejuſmodi, ut non minus haberet in ſe juris multitudo, quam ipſe in multitudinem. lib. 5.

Antebrogius, Rhemus, primus ſuæ civitatis, legatus ad Cæſarem à ſuis miſſus. lib. 2.

Arioviſtus, Rex Germanorum, à Sequanis mercede conductus adverſus Æduos, in illorum finibus annos quatuordecim conſederat. lib. 1. Rex atque amicus à Senatu appellatus fuerat Cæſare Conſule. Galliæ civitates, quæ adverſus ipſum conjurarant, uno prælio fuderat, ſtipendiariaſque ſibi reddiderat. libro 1.

B*Ellovesus*, Tarquinio regnante ab avunculo Ambigato Celtarum Rege delectus, qui Italiam occuparet. A Cæſare non nominatur: ſed à Livio lib. 5.

Boduognatus, dux Nerviorum, qui ſummam imperii tenebat, cum illi adverſus Cæſarem pugnarent. lib. 2.

C*Aburus*, princeps civitatis Helviorum, cujus filius C. Valerius Donotaurus anno belli Gallici ſeptimo interfectus eſt. lib. 7.

Camulogenus, Aulercus, ſingulari ſcientia rei militaris, ad eum eſt honorem evocatus, ut Pariſii & finitimæ civitates ei ſummam Imperii deferrent, anno belli ſeptimo. lib. 7.

Caſſivellaunus, Britannus, cui, cum Cæſar in Britanniam exercitum traduxiſſet, ſumma imperii bellique adminiſtrandi communi Britannorum conſilio permiſſa eſt. lib. 5.

Carvillius, rex in ea parte Britanniæ quæ eſt ad Cantium, & tota maritima eſt. Caſſivellauni imperio caſtra navalia Cæſaris improviſo adoritur. lib. 5.

Caſticus, Catamanteledis filius, Sequanus. lib. 1.

Catamanteles, regnum in Sequanis multos annos obtinuerat, & à Senatu, populoque R. amicus appellatus erat. lib. 1.

Cativulcus, rex dimidiæ partis Eburonum, frater Ambiorigis. lib. 5, & libro 6.

Cavarillus, Æduus, pedeſtribus illorum copiis, quæ ad Cæſarem miſſæ fuerant, præfectus. lib. 7.

Cavarinus, Seno, quem Cæſar apud Senonas regem conſtituerat, Regno domoque à ſuis expulſus, ad Cæſarem confugit. lib. 5. Eum Cæſar Senonum equitatui præfecit. lib. 6.

Cimberius, dux Suevorum, frater Naſuæ, qui centum Suevorum pagos primo Gallici belli anno ad Rheni ripas ſubſidio Sequanis adduxerat, Rhenumque tranſire conabatur. lib. 1.

Cingetorix, de Trevirorum principatu contendebat cum Induciomaro. lib. 5. Cujus erat gener, manſitque in fide Cæſaris. lib. 5. Alter fuit Britannus, rex in ea parte quæ eſt ad Cantium, qui Caſſivellauni imperio caſtra Cæſaris improviſo adortus eſt. lib. 5.

Comius, Atrebas, quem Cæſar Atrebatibus regem conſtituerat. lib. 4.

Conetodunus, & *Cotuatus*, Carnutes, deſperati homines, quibus ducibus Carnutes anno ſeptimo arma ſumpſerunt. lib. 7.

Convictolitanis, Æduus, florens & illuſtris adoleſcens, qui ſummum magiſtratum, quem illi *Vergobretum* appellant,

lant, in ſua civitate obtinebat. lib. 7.

Corbeus, Bellovacus, dux ſuæ gentis in bello adverſus Romanos, anno octavo, una cum Comio Atrebate. Ei populi Romani nomen odio ſummo erat. lib. 8.

Cotus, Æduus, antiquiſſima familia natus, homo ſummæ potentiæ & magnæ cognationis. Vergobretus in ſua civitate renuntiatus. lib. 7.

Critognatus, ſummo in Arvernis natus loco & magnæ habitus auctoritatis, Aleſiæ ſummam imperii tenebat. Suaſit, ut qui ad bellum inutiles eſſent, eorum corporibus opidani vitam tolerarent. lib. 7.

D*Ivico*, Helvetius, princeps legationis ad Cæſarem miſſus. lib. 1.

Divitiacus, Æduus, principatum in civitate ſua obtinebat, cui Cæſar ex aliis Gallis maximam fidem habebat; Romanorum adventu in antiquum locum gratiæ atque honoris reſtitutus eſt. Ejus ſummum erat in Populum Romanum ſtudium. Itaque ipſius ſuaſu Cæſar de Gallia occupanda conſilium ſumpſit. lib. 1.

Drapes, Seno, ut primum Gallia defecit, collectis undique perditis hominibus, impedimenta & commeatus Romanorum intercepit. lib. 8. Captus à Caninio, paucis diebus ſeſe cibo abſtinuit atque ita interiit. lib. 8.

Dumnacus, Dux Andium, anno octavo Lemovicum oppugnavit. lib. 8.

Dumnorix, Æduus, frater Divitiaci Æduorum Principis, gratia & largitione apud Sequanos plurimum poterat. lib. 1. Equitatui Æduorum præerat. In Cæſarem perfidus, ob rebellionem interfectus. lib. 5.

Duracius, Picto, qui perpetuo in amicitia R. permanſit. lib. 8.

E*Paſnactus*, Arvernus, amiciſſimus Populi Romani qui Lucterium Cadurcum cepit, & vinctum ad Cæſarem adduxit. lib. 8.

Eporedorix, Æduus, ſummo loco natus adoleſcens, & ſummæ domi potentiæ, qui de principatu cum Viridomaro contendebat. lib. 7. Quo duce ante adventum Cæſaris Ædui cum Sequanis bello contenderant. lib. 7.

G*Alba*, rex Sueſſionum, XII opidorum dominus, ad quem Belgæ anno belli Gallici ſecundo propter juſtitiam prudentiamque ſummam totius belli detulerant, & ad id bellum millia armata quinquaginta pollicebatur. lib. 2. Ejus duo filii Novioduno capto Cæſari obſides dati ſunt. lib. 2.

Gobanitio, Arvernus, Vercingetorigis patruus, Arvernorum princeps. lib. 7.

Guturnatus, princeps Carnutum, rebellione & bello concitato, captus & verberibus exanimatus ſecuri percuſſus eſt. lib. 8.

I*Ccius*, Rhemus, primus ſuæ civitatis, legatus ad Cæſarem à ſuis miſſus. lib. 2.

Immanuentius, Britannus, qui in civitate Trinobantium regnum obtinuerat. lib. 5.

Induciomarus de Trevirorum principatu cum Cingetorige contendebat. lib. 5.

L*Iſcus*, Æduus, ſummo magiſtratui in ſua civitate præerat. lib. 1.

Litavicus, Æduus, ampliſſima familia natus, præfectus decem millium militum, quæ Cæſari ad bellum ab Æduis miſſa ſunt. lib. 7.

Lucterius Cadurcus, homo ſummæ audaciæ, à Vercingetorige imperatore in Ruthenos miſſus. lib. 7. Eam civitatem Arvernis conciliavit. lib. 7.

M*Andubratius*, Britannus adoleſcens, qui Cæſaris fidem ſecutus, ad eum in continentem Galliam venerat: cujus pater Immanuentius regnum in Trinobantium civitate obtinuerat, interfectuſque erat à Caſſivellauno. lib. 5.

Moritaſgus adventu in Galliam Cæſaris regnum in Senonibus obtinebat: hujus fratrem Cavarinum Cæſar, illo, ut credi par eſt, mortuo, regem conſtituerat. lib. 5.

N*Aſua*, dux Suevorum, frater Cimberii: qui primo belli Gallici anno centum Suevorum pagos ad Rheni ripas Sequanorum ſubſidio adduxerat: & Rhenum tranſire conabatur. lib. 1.

Numeius Helvetius, nobiliſſimus ſuæ civitatis, princeps ejus legationis quam primam Helvetii ad Cæſarem miſerunt. lib. 1.

O*Llovico*, rex Nitiobrigum qui à Senatu R. amicus erat appellatus. l. 7.

Orgetorix, apud Helvetios longe nobiliſſimus, & ditiſſimus fuit, regni cupiditate inductus, conjurationem nobilitatis fecit de Gallia occupanda. Cujus rei accuſatus mortem ſibi conſcivit. l. 1.

P*Iſo*, Aquitanus, ampliſſimo genere ortus, cujus avus in civitate ſua regnum obtinuerat, amicus ab Senatu appellatus. lib. 4.

S*Egonax*, rex in ea Britanniæ parte, quæ tota maritima eſt, & Galliam ſpectat: qui à Caſſivellauno caſtra Cæſaris adoriri juſſus eſt. lib. 5.

Sedulius, dux & Princeps Lemovicum, poſtremo Galliæ motu. lib. 7.

Sigoveſus, Tarquinio regnante, ab avunculo ſuo Ambigato Celtarum Rege miſſus, qui agros ad Hercinium ſaltum occuparet. Liv. lib. 5.

Surus, Æduus, qui virtutis & generis ſummam nobilitatem habebat: ſoluſque ex Æduis uſque ad annum octavum in armis permanſit, captus in Treviris à Labieno. lib. 8.

T*Aſgetius*, Carnutus, cujus majores in ſua civitate regnum obtinuerant. Hunc Cæſar in majorum locum reſtituerat. lib. 5.

Taximagulus, rex in ea Britanniæ parte, quæ eſt ad Cantium, quæ tota maritima eſt, lib. 5.

Teutomatus, rex Nitiobrigum, cujus pater ab Senatu R. amicus appellatus erat. lib. 7.

V*Ercingetorix*, Celtilli filius, Arvernus, ſummæ potentiæ adoleſcens, cujus pater principatum Galliæ totius obtinuerat. Auctor defectionis & belli contra Cæſarem gerendi. Rex à ſuis appellatus. lib. 7.

Verodoctius, Helvetius, nobiliſſimus ſuæ civitatis, princeps ejus legationis, quam Helvetii primam ad Cæſarem miſerunt. lib. 1.

Vedeliacus, Æduus, qui Vergobretus in ſua civitate fuerat. lib. 7.

Vergaſillaunus, Arvernus, Vercingetorigis conſobrinus, poſtremo Galliæ motu unus è quatuor ſummis ducibus deligitur, quibus ſumma imperii tradita eſt. lib. 7.

Vertiſcus, Rhemus, ſuæ civitatis princeps, & præfectus eorum equitum, quos Rhemi Cæſari auxilio miſerunt anno belli octavo. lib. 8.

Viridovix, præerat Unellis, ac ſummam imperii tenebat earum omnium civitatum quæ defecerant. lib. 3.

Viridomarus, Æduus, adoleſcens ſummæ domi potentiæ, quem Cæſar ex humili loco ad ſummam dignitatem perduxerat: & cum Eporedorige de principatu contendebat. libro 7. Poſtremo Galliæ motu unus è quatuor ducibus fuit adverſus Cæſarem. lib. 7.

Vocio, Germaniæ rex, cujus ſororem Arioviſtus ab ipſo in Galliam miſſam, uxorem duxerat. Eaque in Arioviſti fuga periit.

C. Ju-

C. JULII CÆSARIS COMMENTARIORUM DE BELLO CIVILI,

LIBER I.

LITERIS [à Fabio C.] Cæſaris conſulibus redditis, ægrè ab iis impetratum eſt, ſummâ tribunorum plebis contentione, ut in ſenatu recitarentur. Ut verò ex literis ad ſenatum refer-

Literis à Fabio C.] Admodum variant hoc loco libri: Venet. Beroal. & Baſil. *Literis à Fabio C. Cæſaris.* Manuſ. *Literis C. Cæſaris à Fabio Conſulibus redditis.* Vaſc. *Literis à C. Fabio Cæſaris conſulibus redditis.* Ciacconius autem acutiſſimè pro *Fabio* ſubſtituit *Curionis* nomen. Rationem correctionis dat his verbis. Cum hæc in Italiâ gerebantur, C. Fabius cum quatuor legionibus in Æduis hiemabat, ut ſuperiore Commentario demonſtratum eſt, neque eum ante Cæſar ex hibernis revocavit, quàm relicta Italia, cum iter in Hiſpaniam haberet, & Maſſilia, quæ portas clauſerat, eum ab incepto itinere moraretur, Fabium cum his legionibus, quibus præerat, in Hiſpaniam præmittendum judicavit. Sic infra hoc libro: *Dum quæ ad oppugnationem Maſſiliæ opus ſunt, parat atque adminiſtrat, C. Fabium legatum cum legionibus* III, *quas Narbone circumque ea loca hiemandi cauſa diſpoſuerat, in Hiſpaniam præmittit.* Quibus rebus adducor, ut credam Cæſarem has literas per C. Fabium ad Senatum non miſiſſe, ſed per C. Curionem Tribunum plebis, ut tradit Dio, qui Cæſaris Commentariorum pene breviarium confecit. Is igitur extremo libro quadrageſimo ſic ſcribit: *Curio cum multus apud populum in Conſulibus ac Pompeio accuſandis fuiſſet, poſtquam ſatis ſibi id feciſſe arbitratus eſt, recta ad Cæſarem contendit.* Et in initio libri quadrageſimi primi: *Secundum hæc Curio literis à Cæſare ad Senatum acceptis Romam venit ad ipſas Kalendas, quibus Cornelius Lentulus & C. Claudius Conſulatum inibant. Eas ne foris acceptas ſupprimerent Conſules, non ante ipſis exhibuit, quam in Senatum ventum eſt. Nihilominus diu cunctatos, demum Q. Caſſius Longinus & M. Antonius Tribuni plebis, ut publicè recitarent eas, adegerunt.* Et Appianus libro ſecundo belli Civilis: *Cæſar ad Senatum literas mittere ſtatuit. C.*

referretur, impetrari non potuit. Referunt conſules de Re-

Curio epiſtolam ejus defert, quam tribus continuis diebus per trecenta & tria millia paſſuum profectus novis Conſulibus anni principio Senatum ingredientibus reddidit. Legendum itaque videtur: *Literis Cæſaris à C. Curione Conſulibus redditis.* Quamquam vix mihi perſuadeo Cæſarem hoc principio uſum: cum quædam quæ ad ordinem ipſum hiſtoriæ faciunt, deeſſe videri poſſint. Veroſimilius eſt ab eo tempore exorſum, quo C. Curio Tribunus plebis ad eum venit, eumque docuit de inimicorum injuriis, conſilioque ejus opprimendi. Scripſiſſe deinde ut ſuaſerit Curio, ut ſe vi & armis ab inimicorum injuriis vindicaret, utque ipſe prætulerit Curionem ipſum cum literis & mandatis ad Senatum mittere, ſi poſſet res Senatus æquitate convenire; ut Curio maximâ uſus velocitate & diligentiâ Romam ante ipſas Kal. Januarias pervenerit, ne novi Conſules aliquid de Cæſaris imperio ante decernerent; ut literas reddere noluerit, niſi in Senatu præſentibus Tribunis plebis, ne eas Conſules ſupprimerent. Erat ſcriptum fortaſſe poſt hæc: *Literis Conſulibus redditis, ægre ab iis impetratum eſt ſummâ Tribunorum pl. contentione.* Sed cum ſuperiora temporum injuriâ deeſſent, ut cujus eſſent literæ & à quo redditæ, cognoſci poſſet, aliquis addidit, *à Fabio C. Cæſaris.* Cum Fabius eo tempore in Gallia hiemaret, & Cæſar in his Commentariis *Caii* prænomine nuſquam, cum de ſe loquitur, utatur. Huc uſque Ciacconius. Orditur vero Cæſar à commemoratione odii ac inimicorum ſuorum, qui privatis affectibus & commodis ſervientes, quò res ad arma deduceretur, nullas Cæſaris quamlibet æquas conditiones admitterent: ut oſtendat non voluntate, nec dominandi libidine, id ſe bellum ſuſcepiſſe, ſed neceſſitate compulſum, ut ad dignitatem & ſalutem defendendam auxilium ab exercitu peteret. Mirum autem cum tanti belli res geſtas deſcripturus eſſet, non uſum pleniore exordio. Neque enim ſic auſpicatur bellum Gallicum, niſi forte hic liber ἀκέφαλος eſt, quomodo & vita Cæſaris apud Suetonium. Certè in ſequentibus Commentariis quædam deſiderari, ne quid nunc de ſexto dicamus, certis & evidentibus argumentis doceri poteſt. Cæterùm de literis hiſce arbitramur loqui Ciceronem in epiſtolis ad Tironem, quas *minaces & acerbas fuiſſe* ſcribit, & Cæſarem *impudentem* vocat, qui exercitum & provincias invito Senatu teneat, ſed incitatum à Curione. *Gland.* Literarum Cæſaris argumentum tale fuit: aſſcribam ex Plutarcho & Suetonio. Prior ita habet: *Omiſſis cæteris omnibus hoc tantum peto, ut Ciſalpina Gallia, Illyricumque cum duabus legionibus, uſque ad ſecundi conſulatus petitionem mihi concedatur.* Suetonius autem in Julio eandem ita deſcribit; *Sed cum omnia obſtinatius agi videret, & deſignatos etiam conſules è parte diverſa, Senatum literis deprecatus eſt, ne ſibi beneficium populi Romani adimeretur; aut ut cæteri quoque imperatores ab exercitu diſcederent. Confiſus (ut putant) facilius ſe ſimul ad quæ libuiſſet veteranos convocaturum, quàm Pompeium novos milites. Cum adverſariis autem pepigit, ut dimiſſis octo legionibus, Tranſalpinaque Gallia, duæ ſibi legiones, & Ciſalpina provincia, vel etiam una legio cum Illyrico concederetur, quoad conſul fieret.* Teſtatur eadem fere Dio, Appianus & Oroſius. Sed de his Cæſaris poſtulatis, ita ſcribit Cicero, ut facile perturbatæ mentis judicia exprimat. *De Republ.* (inquit) *valde timeo. Nec adhuc fere inveni, qui non concedendum putarit Cæſari, quod poſtularet, potius quam depugnandum. Cur autem nunc primum ei reſiſtam, quam cum quinquennium prorogabamus? aut cum ut abſentis ratio haberetur, ferebamus?* Contra tamen epiſt. 8. *Nam quid impudentius? tenuiſti provinciam per decem annos, non tibi à Senatu, ſed à te ipſo per vim & per factionem datos. Præteriit tempus, non legis, ſed libidinis tuæ. Fac tamen legis.* Ut

Republicâ (in civitate,) L. Lentulus Conſul Senatu Rei-

Ut ſuccedatur, decernitur. Impedis, & ais: Habe mei rationem. Habe tu noſtrûm. Exercitum tu habeas diutius, quàm populus juſſit, invito Senatu? Montan.

Conſulibus] Conſules hujus anni DCCV, ab U.C. erant L. Cornelius P. F. Lentulus, & C. Claudius M. F. Marcellus. *Idem.*

Tribunorum pl.] Tribunos Dio nominat, M. Antonium, Q. Caſſium, quos Cæſaris partium ſtudioſos fuiſſe conſtat. C. tamen Caſſium, & M. Lepidum. & L. Torquatum Pompeianos Cicero nominat, ad Att. lib. 7, epiſt. 21. Plutarch. in Pomp. Metellum Cæſarianis adjungit. At ipſe Cæſar paulo poſt aperte L. Metellum in ſuis adverſariis numerat. *Hotoman.* Sed de hoc negotio ita Plutarchus in Cæſare. *Cum enim Curio rerum ſuarum pro Cæſare ſatageret, poſtea ſuper iiſdem rebus literæ deferuntur à Cæſare: quas Tribunus plebis Antonius ad populum extulit, & apud conſules recitavit.* Et in Pompeio huic Cæſaris ſententiæ adhuc clarius accedit, dicens: *Antonius Cæſaris epiſtolam invito ſenatu apud plebem recitavit, affectus populari gratiæ accommodatos continentem.* Quia autem poſthac aliquoties mentio fiet Tribunorum plebis, non incongruum erit eorum munus deſcribere. Tribunatus, ait Boxhornius in commentatione ad Florum, eſt Plebeius Magiſtratus in Republ. Romana, quovis alio major & ſacroſanctus, eum in finem inſtitutus, ut plebs tutior eſſet contra vim & injurias conſulum & ſenatorum. Horum decretis, legibus & conſultis intercedendi, ac injuriam plebi inferentes prehendendi inque carcerem mittendi, invictam habens auctoritatem. *Montan.*

Referunt Conſules de Republica in civitate] Varro apud Gellium libro decimo quarto, capite ſeptimo tradit *ad Senatum referri oportere aut infinitè de Republica, aut de ſingulis rebus finitè.* Nam quoties res gravior inciderat, Conſules Senatum conſulebant, & quid quiſque de Republica ſentiret, ſententiis exquirebant. Ita Dio, M. Tullius, Livius. Si nulla res hujuſmodi inciderat, tamen ſolenne erat Kalend. Januar. aut quô die Conſules magiſtratum inibant, de Republicâ tantum indefinite referre. Livius initio libri vigeſimi ſecundi: *Cn. Servilius Romæ Idibus Martiis magiſtratum iniit, ibi cum de Republ. retuliſſet,* &c. Referebant autem tum de Republica, tum de provinciis Conſularibus. Livius libro vigeſimo octavo: *In Liguribus magni belli & gliſcentis in dies magis fama erat. Itaque Conſulibus novis, quo die de provinciis & de Republica retulerunt.* Et libro trigeſimo: *Conſules cum de Republica belloque & provinciis ad Senatum retuliſſent.* Et libro trigeſimo primo: *Anni principio, ſecundum rem divinam precationemque, ut de Republica deque provinciis Senatum conſulerent.* Noluerunt igitur Conſules Lentulus & Marcellus finitè initio anni de literis Cæſaris referre, ſed de Republica indefinitè, ut moris erat. *Ciaccon.*

In Civitate] Magnopere aſſentior Faerno & Urſino, verba duo hæc abundare. Nam in urbe quidem id factum eſſe, mox dicetur. Sed *In civitate*, pro *Intra mœnia urbis*, durius videtur. Et cum ita loquebantur, velut in Quintiana: *Quæ res in civitate*, &c. Hoc ſignificabant, id eſt, In populo Romano. & ſic paulo infra: *Civitatem eſſe in armis.* Et apud Liv. libr. 21. *Civitatem omnem in expectationem belli erectam invenerunt.* Item lib. de Legib. 3: *Qui illa urbe pulſi, carere ingrata civitate, quàm manere in improba, maluerunt.* Durius tamen videtur id gloſſæ attribui. Quod ſi vetus aliquis Codex haberet *Infinite*, valdè arrideret. Ac plane mihi perſuadeo, id ex gloſſa ſumptum: cum eruditus aliquis veterem formulam eſſe ſciret, *Referre de Republ.* pro, *Referre de ſumma Reipubl.* infinite, non de ſingulari aliquo negotio. Cicer. Philip. 3: *Quamobrem Tribuni pl. quanquam vos*

Dd 5 *nihil*

Reique publicæ ſe non defuturum pollicetur; ſi audacter ac fortiter ſententias dicere velint: ſin Cæſarem reſpiciant atque ejus gratiam ſequantur, ut ſuperioribus fecerint temporibus, ſe ſibi conſilium capturum, neque ſenatus auctoritati obtemperaturum: habere ſe quoque ad Cæſaris gratiam atque amicitiam receptum. In eandem ſententiam loquitur Scipio: Pompeio eſſe in

nihil aliud niſi de præſidio retuliſtis, tamen mihi videmini magno conſilio poteſtatem nobis de tota Republ. feciſſe dicendi. Item Catil. 3: *Senatum conſului de ſumma Reipubl. quid fieri placeret.* Suet. in Jul. *M. Marcellus Coſſ. edicto præfatus, de ſumma ſe Reipubl. acturum, retulit ad Senatum, ut ei ſuccederetur.* Liv. lib. 40: *Secundum rem divinam, ut de Republ. Senatum conſulerent.* Et lib. 26: *De Republ. tamen primum, ac de provinciis ambo Coſſ. ad Senatum retulêre.* Hotoman. Sed Doctiſſimus Fulvius Urſinus ita ad hunc locum commentatur. *Conſules* deſignat *L. Cornelium Lentulum*, ut diximus, & *C. Claudium Marcellum*, qui in veteribus denariis ſunt: L. Lent. C. Marc. Cos. Verba verò, *in civitate*, adjecta videntur, tum ob ea quæ ſtatim ſequuntur (*Hæc Scipionis oratio, quod Senatus in urbe habebatur,* &c.) tum ob id quod paulo poſt dicitur: *proximis diebus habetur Senatus extra urbem*, &c. Adjecta autem ſunt, ut iis indicaretur Senatum in urbe habitum fuiſſe tunc, cùm novi Conſules Cæſaris literis in Senatu recitatis de Republ. retulerunt. Neque verò neceſſe eſt illud, *in civitate*, mutare in, *indefinite*, ut quidam fecerunt, quod ſcilicet ſolenne eſſet, ut ex Varrone notat Agellius lib. 14, cap. 7, Kal. Januariis per novos Conſules ad Senatum referri indefinite de Republ. Nam id verbum licet à ſententiâ Cæſaris non ſit alienum, eſt tamen ſubdititium, & ad loci intelligentiam minus neceſſarium. Quod enim *indefinite* novi Conſules de Republ. ſolerent referre, ſatis intelligitur ex verbis illis: *Referunt Conſules de Republica.* Quod autem *finite* item referrent, hoc eſt, de rebus ſingulis, ut ex eodem Varrone notat idem Agellius, oſtendunt illa: *ut verò ex literis ad Senatum referretur, impetrari non potuit.* Montan.

Senatu] Superius lib. 1. de bello Gallico eodem modo dativum inflexit, ubi ait: *nam equitatu Dumnorix præerat.* Et bene quidem ibi *equitatu* & hic *ſenatu*, pro *equitatui* & *ſenatui*. Nam *I* illud (teſte Gellio) *in caſu dandi ſuperfluum eſt.* Sic Cæſar in Anticatone, *unius ſuperbiæ dominatuque:* & Virgilius:

—— *Teque aſpectu ne ſubtrahe noſtro;* *non aſpectui.* Montan.

Sibi conſilium capturum] *Conſilium ſibi capere* dicebantur honeſto verbo, qui ab aliis diſceſſionem faciebant, ſibique ſeparatim conſulebant. Sic hoc ipſo libro: *ut jurent omnes ſe exercitum ducesque non deſerturos, neque ſibi ſeparatim à reliquis conſilium capturos.* Et lib. 11: *Si id non feciſſent, ſibi conſilium capturos.* Hotoman.

Habere ſe quoque ad Cæſaris gratiam] Hæc initio ſententiæ à Lentulo dicta fortaſſe fuêre. Præfatus enim videtur, habere ſe quoque, ut hi qui rebus Cæſaris nimium faverent, aditum & cauſam gratiæ & amicitiæ cum Cæſare, tamen Reipublicæ cauſam apud ſe multo eſſe potiorem. Itaque ſe illi non defuturum, ſi audacter & fortiter Senatores ſententias dicere velint. Sin Cæſarem potius, quàm Pompeium ſequerentur & reſpicerent, ſe eorum ſententiis non obtemperaturum, ſed ſibi conſilium capturum, & per ſe Rempubl. adminiſtraturum. *Ciaccon.*

Scipio] Q. Cæcilius Metellus Pius Sci-

in animo, Reipublicæ non deeſſe, ſi ſenatus ſequatur: ſin cunctetur atque agat lenius, nequidquam ejus auxilium, ſi poſtea velit, imploraturum. Hæc Scipionis oratio, quod ſenatus in urbe habebatur, Pompeiuſque aderat, ex ipſius ore Pompeii mitti videbatur. Dixerat ali-

Scipio: qui triennio ante Conſul fuerat cum Pompeio: cujus filiam morte P. Craſſi viduam uxorem duxerat Pompeius. Plutarch. in Pompeio. Ubi tamen legitur, *Corneliam*. Hotoman. Sed Scipio hic in veteribus monumentis dicitur Q. METELLUS PIUS SCIPIO IMP. quod Naſicæ filius cum eſſet, teſtamento in genus hereditatemque Metelli Pii adoptatus, inde cognomentum Metelli tulerit. Is autem filiam Pompeio in matrimonium dederat, & ab eo contra Conſulatum, ac ne cauſam diceret, acceperat. Dio lib. 41. Πομπήϊος δὲ Κύϊντον Σκιπίωνα πενθερόν τε οἱ ὄντα, καὶ δεκασμοῦ αἰτίαν ἔχοντα, προσείλετο. οὗτος γὰρ γόνῳ μὲν υἱὸς τοῦ Νασικοῦ ὤν, ἐκ δὲ κλήρου διαδοχῆς εἰς τὸ τοῦ Μετέλλου τοῦ Εὐσεβοῦς γένος ποιηθεὶς, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὴν ἐπίκλησιν αὐτοῦ φέρων, τὴν δὲ θυγατέρα τῷ Πομπηίῳ ἐξεδώκει, καὶ παρ' αὐτοῦ τὴν δὲ ὑπατείαν καὶ τὸ μὴ κατηγορηθῆναι ἀντέλαβεν. *Ful. Urſinus.*

Hæc Scipionis oratio, quod ſenatus in urbe habebatur] Quandoquidem Scipio (ut idem Plutarchus ſcribit) Pompeii ſocer fuit, vero ſimile eſt, prædictam ſententiam magis ex affinitatis affectu, quàm æquitatis, & reip. amore profectam. Deinde eam ob cauſam *ſenatum in urbe habitum* dicit; ut innuat Pompeium quidem ſenatui non interfuiſſe: ſed Scipionis vocem perinde acceptam, ac ſi ex ipſius Pompeii ore emiſſa eſſet. Quod vero Pompeius in ſenatu tunc temporis non fuerit, Plutarchus in ejus vita liquidò commonſtrat, dicens exercituum ducibus urbem ingredi non fuiſſe licitum. *Rhellican.*

Senatus in urbe habebatur] Hæc non cohærent: *Senatum in urbe habitum & Pompeium adfuiſſe*. Nam Pompeio, cui Proconſuli decreta Hiſpania fuerat, in urbe adeſſe jus non erat. Qui enim cum imperio erant, iis intra urbem eſſe non licebat. Eoque Senatus eis extra urbem dabatur in æde Bellonæ. Itaque ſub finem hujus lib. *Ut idem*, inquit, *ad portas urbanis præſideat rebus, & duas bellicoſiſſimas Provincias abſens tot annos obtineat*. Itaque lib. 8: *Proximis*, inquit, *diebus habetur Senatus extra urbem*. Et Dio lib. 41: *Tum*, inquit, *Pompeius in ſuburbio cum exercitu erat*. Quæ cum ita ſint, P. Victorius diſputabat legendum eſſe, *Aberat*. Quod Faërnus & Urſinus rectiſſimè improbarunt. Nam quo ſenſu dixiſſet, *quod Senatus in urbe habebatur, Pompeiuſque aberat, Scipionis orationem ex ore Pompeii mitti viſam fuiſſe?* Rurſus autem abſurdum videtur, admoneri Senatum in urbe habitum. Itaque non dubito, ſcriptum à Cæſare fuiſſe, *Ad urbem*: & ab imperito quopiam vel in gloſſa, vel in textu repoſitum, *In urbe*. Aderat ergo Pompeius in Bellonæ templo, ſingulorumque ſententias notabat, ut mox intelligetur, cum dicet, quoſdam laudatos, quoſdam reprehenſos. Et hanc meam interpretationem & correctionem adjuvat vir quidam Doctiſſimus, qui in libro manuſcripto reperit, *Pompeiuſque ad urbem erat:* quod ſine controverſia probandum puto. *Hotomannus.*

Pompeiuſque aderat] Sic & Manuſcr. & excuſi. Sed quia perſpicuum erat Pompeium tunc præſentem in Senatu non adfuiſſe; iccirco Petr. Victorius libr. 3 Var. lect. legendum cenſuit *aberat*. Verum quod in notis ſuis teſtatus eſt Pet. Ciaccon. idipſum quoque M. Ant. Muretus de ſe affirmat lib. 10 Var. lect. cap. 20. veterem nimirum librum ſe habere, in quo neque *aderat*, neque

aliquis leniorem ſententiam, ut primò M. Marcellus ingreſſus in eam orationem, non oportere ante de Republicâ ad ſenatum referri, quàm delectus totâ Italia habiti, & exercitus conſcripti eſſent; quô præſidiô, tutò & liberè, ſenatus, quæ vellet, decernere auderet: ut M. Calidius, qui cenſebat, ut Pompeius in ſuas provincias proficiſceretur, ne qua eſſet armorum cauſſa timere Cæſarem, abreptis ab eo II legionibus, ne ad ejus periculum reſervare & retinere eas ad urbem Pompeius videretur: ut M. Rufus, qui ſententiam Calidii, pau-

neque *aberat*, ſed *auerat* legitur. Unde idem Muret. legendum putat, *A. V. erat*, iiſque notis ſignificari, *ad urbem erat*. Etenim tunc Pompeium ad urbem fuiſſe nemini eſſe obſcurum poteſt. *Brant.*

Primo M. Marcellus ingreſſus in eam orationem] *M.* hic *Marcellus* habetur in veteribus denariis, in quibus ejus Ædilitas ſpicæ ſigno expreſſa eſt, cum inſcriptione, M. MARC. Itemque *M. Calidius*, qui paulo poſt à Cæſare nominatur, & Triumvir monetæ cudendæ cum Cn. Fulvio, & Q. Metello, in denariis argenteis ita deſcriptus eſt, M. CALID. Q. MET. CN. FOUL. *Ful. Urſinus.*

Tuto & liberè] Nam eo præſidio tutus Senatus adverſus Cæſaris & Pompeii exercitus fuiſſet.

Ut M. Calidius] Scilicet, *leniorem ſententiam dixerat*, ut Pompeius in ſuas provincias proficiſceretur, videlicet *Africam* & *Hiſpaniam*. Rhellic. Hujus ut præſtantis oratoris meminit Cicero in Bruto, atque aliis locis, qui ut conjecturâ aſſequor, ſuperiore anno cum L. Paulo, & M. Marcello conſulatum petiit, & dolore repulſæ Marcellis inimicus, Cæſaris partes ſequutus eſt. *Ciaccon.* Obiit autem hic M. Calidius orator & vir prætorius, Q. Calidii filius, in hoc ipſo bello civili. *Gland.*

Qui cenſebat] *Cenſeo* in ſententiis dicendis uſurpatum. Qui autem alterius ſententiam ſequebantur, (ut paulo poſt, *Rufus ſententiam Calidii paucis fere mutatis verbis ſequebatur*) unico verbo *illi aſſentiri* dicuntur. *Brant.*

Abreptis duabus legionibus] Vetus, & alii nonnulli, *Correptis.* Vitioſe. Nam primam & decimam quintam legionem Cæſari Pompeius abripuerat: ut dictum eſt ſuperiore lib. extremo. Neque hanc legionum duarum abductionem videtur Cicero probaſſe, ſcribens ad Att. lib. 7, Epiſt. 12. *Spes omnis* (de Pompeianis loquitur) *in duabus invidioſe retentis pene alienis legionibus.* Hotoman.

M. Rufus] Hic eſt M. Cælius Rufus, cujus epiſtolæ ad Ciceronem leguntur lib. VIII, & Ciceronis ad illum lib. II. Multa ſcribit de eo Cicero in Bruto, & in oratione quam pro eo habuit. Apud Dionem lib. XLI, & Appianum lib. II, corruptè legitur *M. Cæcilius*, cum ait: *Cæſarem verò univerſum exercitum dimittere juſſerunt, præter M. quendam Cæcilium & Curionem, qui literas attulerat.* & paulo poſt: *Tribuni verò plebis multis verbis factis, obteſtatique cum Curione & Cæcilio ad Cæſarem abiêre.* Apud Oroſium verò rectè: *M. Antonius & Q. Caſſius Tribuni plebis ad Cæſarem profecti ſunt, Curione Cælioque ſimul comitantibus.* In epitome Livianâ adhuc corruptius vocatur *C. Cæcilius.* Ciaccon. Sed Cælius hic biennio poſt, anno nempe ab U.C. DCCVII ægrè ferens præturam urbanam collegæ Trebonio obtigiſſe, Cæſari ſe in omnibus rebus oppoſuit, & multitudine debitorum, quibus auxilium adverſus creditores pollicebatur, in Trebonium

paucis fere mutatis verbis, ſequebatur. Ii omnes convicio L. Lentuli conſulis correpti exagitabantur. Lentulus ſententiam Calidii pronuntiaturum ſe omnino negavit. Marcellus perterritus conviciis à ſuâ ſententiâ diſceſſit. Sic vocibus conſulis, terrore præſentis exercitus, minis amicorum Pompeii, plerique compulſi, inviti & coacti, Scipionis ſententiam ſequuntur; Uti ante certam diem Cæſar exercitum dimittat: ſi non faciat, eum adverſus rempublicam facturum videri. Intercedit M.

bonium impetum fecit. Eô autem mutatâ veſte elapsô, tandem à conſule omni dignitate ſpoliatus eſt, ob tumultus, quos identidem excitabat. Inde in Campaniam ſe recepit, Milonique etiam novas res molienti, operam addixit. Poſtea, Milone Campaniâ ejectô atque in Apuliâ interemptô, in Brutios, ſpe concitandi novos tumultus, abiit: At coitione Cæſarianorum factâ conatus ejus cum vita extinctus eſt. *Montan.*

Pronuntiaturum] Moris erat, dictis ſententiis, ut eas Conſul pronuntiaret, id eſt, commemoraret: ut, ſi videretur, diſceſſio fieret: cujus rei exemplum eſt in epiſt. Cicer. ad Lentul. lib. 1. *Hotoman. Pronuntiabatur* etiam *ſententia*, cum in ſententiarum varietate, conſul earum autores & principes edebat. *Brant.*

Terrore præſentis exercitus] Appianus lib. 2: *Confugêre cum Antonio Curio & Caſſius, jam enim exercitus quidam Pompeii Senatui aſſidebat.* Et Dio lib. 41: *ibi qui Pompeium ab armis diſcedere juberet (hic enim in ſuburbano cum exercitu erat) repertus eſt nemo.*

Adverſus Rempubl. facturum videri] In ænea tabula apud me Serviliæ legis judiciariæ ſic eſt: DE CONSILII SENTENTIA ITA PRONUNTIATO, FECISSE VIDERI. *Ful. Urſinus.* Obſervandum obiter antiquorum Romanorum conſideratiſſimum illud verbum, *arbitror*, aut *videtur*: Quo etiam in iis rebus utebantur, quas compertas habebant, aut ipſi viderant. Cicero in Oratione pro Fonteio; & lib. IV Academ. quæſtionum; *tum qui teſtimonium diceret, ut arbitrari ſe diceret, etiam quod ipſe vidiſſet; quæque jurati judices cognoviſſent, ut ea non eſſe facta, ſed ut videri pronuntiarentur.* Itemq; in Senatuſconſultis idem verbum uſurpabant. Cicero, ſive is Cornificius, ad Herennium lib. 1: *Senatus decrevit, ſi eam legem ad populum ferat, adverſus Rempubl. videri eum facere.* Et ideo ſenatusconſulta à Græcis δόγματα dicuntur, ἀπὸ τοῦ δοκεῖν, quod *videri* ſignificat. *Ciaccon.*

Intercedit] *Intercedere* hoc loco impedire ſignificat, ne quod ſenatus decreverat, ratum eſſet. Etenim Feneſtella docet, tantam olim Tribunis plebis auctoritatem fuiſſe, ut quicquid ſenatus ſtatuiſſet, ita demum firmum haberetur, ſi Tribuni plebis approbâſſent. *Rhellican.* Imo & illud memorabile eſt, quod ſi unus è Tribunis cæterorum rogationibus refragaretur, impedire poterat omnia. Magna itaque illorum poteſtas: utpote quibus licuerit, quibuſvis decretis, quæ improbabant, intercedere. Si qui naturâ inquieti, aut Patribus iniqui eſſent, valdè abuſi ſunt ſuâ poteſtate, & paulatim latius progrediendo, & multo plus juris ſibi vendicando, quàm principio fuerat indultum, non leviter auctoritati conſulum & ſenatus detraxerunt, & ſæpe non exiguorum tumultuum incentores & turbines fuêre. *Montanus.*

M. An-

M. Antonius, Q. Caſſius, tribuni pl. Refertur confeſtim de interceſſione tribunorum. Dicuntur ſententiæ graves, ut quiſque acerbiſſimè crudeliſſiméque dixit, ita quàm maximè ab inimicis Cæſaris collaudatur. Miſsô ad veſperum ſenatu, omnes, qui ſunt ejus ordinis, à Pompeio evocantur. Laudat promptos, atque in poſterum confirmat, ſegniores caſtigat, atque incitat. Multi undique ex veteribus Pompeii exercitibus, ſpe præmiorum atque ordinum, evocantur. Multi ex duabus legionibus, quæ ſunt traditæ à Cæſare, accerſuntur. Com-

M. Antonius & Q. Caſſius] Eſt hic ille M. Antonius, qui poſtea toto anno Magiſter equitum fuit, & Flamen Dialis Cæſaris: in quem Ciceronis invectivæ orationes exſtant. Quique cum Lepido & Cæſare Octaviano Rempublicam Romanam invaſit, & tandem poſt varios tumultus & bella, Cleopatræ amore captus, & à Cæſare prælio victus, propriâ manu vulnere inflicto in uxoris gremio exſpiravit. Caſſium autem hunc Dio Q. Caſſium Longinum nominat, & à Cæſare Hiſpaniæ præfectum dicit: ubi cum in pace provinciam divexaret, pauci quidam impetum in eum fecerunt: quorum manus cum non ſine vulnere effugiſſet, longè deinde majoribus injuriis atrocioribuſque exactionibus Hiſpanos exercuit. Tandem autem à legatis Hiſpanorum delatus, magiſtratu ſuo ſpoliatus eſt, & demum remeans in oſtio Iberi fluminis periit. *Montan.*

Ad veſperum] Signate dicit *ad veſperum*, ut intelligas, nihil eo die peractum in Senatu. Nam poſt ſolis occaſum nullum unquam fiebat ſenatusconſultum. *Glandor.*

Evocantur] Supple *ex urbe*. Nam ei, ut exercitus Duci, urbem ingredi (ut ſtatim annotatum) non licebat. *Mont.*

Ad jus comitiorum] Poſtulat, ut jus comitiorum ſervetur, diebus autem comitialibus Senatum haberi non licebat ex lege Pupia: ut poſterius dicetur. Curio ſuperiore proximo Decembri menſe Tribunatu abierat, quem anno proximo geſſerat. Dio lib. 40 ſcribit, eum Pontificem fuiſſe, & poſtulâſſe, ut menſis unius intercalatio fieret, nequid novi in Rep. decerneretur. *Hotoman.* Sed Ciacconius hunc locum ita corrigit. Cum nulla eo tempore eſſent creandis magiſtratibus futura comitia, quod hæc habita eſſent ipſo anni principio, comminiſci non poſſum, ad quæ comitia obeunda urbs compleretur. Exiſtimo hæc ſeparatim eſſe legenda, *completur urbs*, nempe evocatis & iis qui à Pompeio accerſebantur. Deinde, *ad jus comitiorum tribunos plebis C. Curio evocat.* Nam cum proximis comitiis populus juſſiſſet, ut Cæſaris abſentis ratio haberetur, atque item antea, ut in quinquennium illi imperium prorogaretur, hoc ſenatuſconſulto utrumque beneficium populi Cæſari per vim extorquebatur. Nam erepto ſemeſtri imperio in urbem retrahebatur. Ergo Curio incitabat Tribunos ad retinendum jus, quod proximis comitiis Cæſari per populum erat delatum. Nam voluiſſe Tribunos plebis de ea re apud populum agere, videtur colligi ex eo quod Cicero ſcribit ad Atticum lib. 7, epiſt. 8. ubi ait: *ire autem ad arma, aut hanc unam ob cauſam, quod ratio habeatur, aut addita cauſa, ſi forte Tribunus plebis ſenatum impediens, aut populum incitans notatus.* Montan.

C. Cu-

Completur urbs ad jus comitiorum. Tribunos pl. C. Curio evocat. Omnes amici conſulum, neceſſarii Pompeii, atque eorum, qui veteres inimicitias cum Cæſare gerebant, coguntur in Senatum: quorum vocibus & concurſu terrentur infirmiores, dubii confirmantur; pleriſque verò liberè poteſtas decernendi eripitur. Pollicetur L. Piſo Cenſor, ſeſe iturum ad Cæſarem; item L. Roſcius prætor, qui de his rebus eum doceant. VI Dies ad

C. Curio] De hoc diximus lib. ſuperiore. *Bello civili* (inquit Velleius lib. 2.) *non alius majorem flagrantioremque quam C. Curio Tribunus pl. ſubjecit facem: vir nobilis, eloquens, audax, ſuæ alienæque & fortunæ & pudicitiæ prodigus, homo, ingenioſiſſime nequam, & facundus malo publico.*

L. Piſo Cenſor] L. Piſo Cæſonius hoc anno cenſuram geſſit, cum Appio Claudio: & ſe Pompeio apertè jam exaſperato, & omnia palam contra Cæſarem auſo, oppoſuit cum L. Paulo. Cumque collega Claudius multos equites Senatoreſque ipſo invito notaret: effecit ut illi omnes Cæſarianas partes ſequerentur. Pollicetur autem ſe ad Cæſarem iturum Piſo: nempe ſocer ad generum: duxerat enim Cæſar Piſonis filiam in uxorem. *Montan.* Cenſores autem populi cenſendi, & luſtri faciendi cauſa ab initio creati, eò proceſſere, ut maximarum minimarumque rerum, præcipuè circa morum diſciplinam, cognitionem animadverſionemq; haberent. Nam de juramento cognoſcere, & in perjuros animadvertere, epularum ſumptus cohibere, ſenatores legere & cooptare, ſummotis indigniſſimis, & honeſtiſſimis allectis: principem ſenatus conſtituere, immeritoſque propter turpitudinem ſordeſque vitæ, ſenatu vel tribu amovere, notiſque & ignominiis afficere, aut in Ceritum tabulas referre, etiam ædilem quæſtoremque: tum illos qui agrum male colerent: aut incurioſè haberent, perditoſque & profuſos nepotes, parumque honeſtis moribus viventes, aut verbis incivilibus loquentes, ærarios facere, cenſoriæ poteſtatis erat. In quo id fuit ſervatum, ut motis è ſenatu notas aſcriberent, & demerita notarent, quod lege Cenſoriâ cavebatur, cujus verba ſunt: *Cenſores populi ſoboles familiaſque cenſento, pecuniaſque urbis, templa, vias, ærarium, vectigalia tuentor: populique partes in tribus diſtribuunto, equitum peditumque prolem diſtribuunto, cælibes eſſe prohibento, mores populi regunto, probrum in ſenatu ne relinquunto, bini ſunto, magiſtratum quinquennium habento, reliqui magiſtratus annui ſunto, eaque poteſtas ſemper eſto.* Alexander ab Alexandro.

Item L. Roſcius Prætor] Hic ut opinor in veteribus denariis L. ROSCIUS FABATUS dicitur, qui quod Lanuvio oriundus eſſet, Junonis Soſpitæ ſimulacro, quæ Lanuvii colebatur, & Lanuvini ſerpentis nota nummos ſignavit. *Ful. Urſinus.* Idem etiam eſt, qui anno ab U. C. DCLXXXVII tribunatum plebis geſſit, & ſe cum L. Trebellio, ſenatu è curia dilapſo, propter plebis tumultum, A. Gabinio oppoſuit: qui ſententiam ferebat, ut unus Imperator cum plena poteſtate in triennium contra piratas crearetur. *Montan.* Prætoris autem officium erat; bonorum poſſeſſionem dare, & ad defuncti bona hæredem admittere; nonnunquam jus conſtituere, & vetus abrogare poterat, ſervos manumittere, judices delegare, tutores pupillis minime inviſos conſtituere: dolo vel metu lapſis, aut vi dejectis ſubvenire: de fide, deque juran-

ad eam rem conficiendam ſpatii poſtulant. Dicuntur etiam à nonnullis ſententiæ, ut legati ad Cæſarem mittantur, qui voluntatem ſenatus ei proponant. Omnibus his reſiſtitur; omnibuſque oratio conſulis, Scipionis, Catonis opponitur. Catonem veteres inimicitiæ Cæſaris incitant, & dolor repulſæ. Lentulus æris alieni magnitudine, & ſpe exercitus, ac provinciarum, & regum appellandorum largitionibus movetur: ſéque alterum

jurando: tutelæ, mandati, pro ſocio, fiduciæ: deque empto, vendito, locato, conducto jus dicere. Abſentibus etiam conſulibus aut in provinciam profectis habendi ſenatus prætori jus erat, comitiiſque præſidendi, de rebus, quæ ad Rempub. pertinent, conſultandi; urbi præeſſendi. *Alexander ab Alexandro.*

Et dolor repulſæ] Supple *quam paſſus eſt in conſulatu petendo.* Cæterum quod Cæſar perhibet Catoni repulſam doluiſſe: invidiâ motus haud dubiè hoc de eo prodidit. Nam Plutarchus in vita Uticenſis refert, Catonem conſulatus repulſam adeo æquô tuliſſe animô; ut quum amicis familiaribuſque ſuis ea rubori eſſet, triſtitiam atque calamitatem per multos dies afferret: ipſe ignominiam ita negligenter tulerit, ut poſtero die unctus in campum deſcenderet, & poſt prandium rurſus (ut ſolebat) ſine calceis, & tunica in forum veniens, una cum familiaribus deambularet. Unde jam conſtat verum eſſe, quod Aſinius Pollio (teſte Tranquillo) exiſtimavit; nempe parum diligenter, parumque integra veritate Commentarios hos à Cæſare compoſitos eſſe; quippe qui pleraque & quæ per alios erant geſta, temere crediderit, & quæ per ſe, vel conſulto, vel etiam memoriâ lapſus ediderit: putantque ideo reſcripturum, ac correcturum fuiſſe. *Rhellican.* Neſcio autem quid Glandorpio in mentem venerit, qui per *repulſam* hanc, quam Cato paſſus eſt, non *repulſam conſulatus* intelligit, ſed *præturæ.* Imo, bone Glandorpi, *repulſam* Cato tulit, & *prætura* & *conſulatus.* Citatus à te ad probationem Plutarchus, qui totus contra te. Ille enim in Catone minore ita rem narrat. Poſtquam Pompeius & Craſſus cum Cæſare convenerant: ut ipſi conſulatum ſecundum peterent, illumque adepti, Cæſari in aliud quinquennium imperium prorogarent. Deterruerunt hi, inter competitores conſpecti, multos præclaros viros, qui petere conſulatum intendiſſent. Iſta intuens Cato, perſuaſit Domitio, ut ad conſulatum aſpiraret. Sed inſidiis Pompeii, Catone vulnerato, reliquiſque cum Domitio diffugientibus, Pompeius & Craſſus conſules ſunt creati. Sed ne ſic quidem defatigatus Cato, præturam ſtatim petiit, ut ex hac arce pro patriæ libertate adverſus oppreſſores ejus depugnaret. Id animadvertentes conſules, ſubito & multis inſciis ſenatum congregant, & Vatinio præturam decernunt. Geſta ſunt hæc anno ab U. C. DCXCIX. Sed quadriennio poſt, nempe anno ab U. C. DCCIII, Cato, ut potentiam Cæſaris & Pompeii deſtrueret, conſulatum petiit: quod ubi utriuſque fautoribus cognitum, ſumma vi annixi ſunt, ut M. Marcello & Sulpicio Rufo conſulatus demandaretur, alteri ob legis peritiam, alteri ob eloquentiam. Repulſa itaque tam conſulatus quam præturæ ſubintelligenda eſt. *Montanus.*

Regum appellandorum largitionibus] Satis oſtendit, Reges exteros, qui à Senatu amici & Reges appellabantur, magnis

rum fore Syllam, inter ſuos gloriatur, ad quem ſumma imperii redeat. Scipionem eadem ſpes provinciæ atque exercituum impellit, quos ſe pro neceſſitudine partiturum cum Pompeio arbitratur: ſimul judiciorum metus, adulatio, atque oſtentatio ſui potentium, qui in Republicâ judiciiſque tum plurimum pollebant. Ipſe Pompeius ab inimicis Cæſaris incitatus, & quod neminem dignitate ſecum exæquari volebat, totum ſe ab ejus amicitiâ averterat, & cum communibus inimicis in gratiam redierat; quorum ipſe maximam partem illo affinitatis tempore adjunxerat Cæſari. Simul infamiâ II legionum permotus, quas ab itinere Aſiæ Syriæque ad ſuam

gnis id largitionibus ab ejus anni Conſulibus redemiſſe. Quâ ex re vel exterarum gentium ſtultitia, vel Romani nominis terror cognoſci poteſt. *Hotom.*

Seque alterum fore Syllam] Hic eſt ille L. Cornelius Sylla, qui bello civili Rempubl. Romanam turbavit, & oppreſsâ libertate ad monarchiæ faſtigium enixus eſt. Sicut autem Sylla, tuendo nobilium partes, ſummam imperii ad ſe traxit: ita etiam Lentulus inter ſuos gloriabatur, iiſdem gradibus & mediis aſcenſurum ſe ad illud dignitatis culmen. *Montan.*

Quos ſe pro neceſſitudine partiturum cum Pompeio arbitratur] Scipio hic Corneliæ Pompeii uxoris pater erat, & propter eam neceſſitudinem ſperabat Pompeium, qui provinciam & exercitum habebat, ſecum ea eſſe partiturum. *Ciacconius.*

Simul judiciorum metus adulatio atq; oſt. ſui & potentium] Cæſar ſi privatus Romam rediiſſet, judicia metuebat. Cato enim identidem, nec ſine jurejurando denuntiabat, delaturum ſe nomen ejus, ſimul ac primum exercitum dimiſiſſet. Auctor Suetonius in Julio cap. 30, & Aſinius Pollio refert Cæſarem cum Pharſalica acie cæſos profligatoſque adverſarios vidiſſet, hæc ad verbum dixiſſe: *Hae voluerunt; tantis rebus geſtis, C. Cæſar condemnatus eſſem, niſi ab exercitu auxilium petiiſſem.* Quod & Plutarchus quoque ſcribit. Ergo ſi legamus, *judiciorum metu*, locus fortaſſe reſtitutus erit. Sperabat enim Scipio Cæſarem; ſi dimiſſo exercitu Romam privatus veniſſet, judiciorum metu ſibi adulaturum; & ſe tunc illi maxime oſtentaturum cum potentibus quibuſdam, qui eo tempore plurimum Romæ in Republ. judiciiſque pollebant. Sic Cicero in Piſonem lætatur vidiſſe ſe eum *judiciorum metu horrentem, trementem, adulantem omnibus.* Idem.

Quod neminem dignitate ſecum exæquari volebat] Hoc eſt quod Lucanus ait lib. I.

> *Nec quemquam jam ferre poteſt Cæſarve priorem,*
> *Pompeiuſve parem.* ——

Et Velleius Paterculus libr. II hiſtor. *Nam neque Pompeius, ut primum ad Rempubl. aggreſſus eſt, quemquam animo parem tulit, & in quibus rebus primus eſſe debebat, ſolus eſſe cupiebat.* Montan.

Illo affinitatis tempore] *Ad retinendam Pompeii neceſſitudinem ac voluntatem, Octaviam ſororis ſuæ neptem, quæ C. Marcello nupta erat, conditione ei detulit: ſibique filiam ejus in matrimonium petiit, Fauſto Sylla deſtinatam.* Sueton.

ſuam potentiam dominatumque converterat, rem ad arma deduci ſtudebat. His de cauſis aguntur omnia ruptim atque turbatè; neque docendi Cæſaris propinquis ejus ſpatium datur, nec tribunis plebis ſui periculi deprecandi, neque etiam extremi juris interceſſione retinendi, quod L. Sylla reliquerat, facultas tribuitur; ſed de ſua ſalute die VII cogitare coguntur; quod illi turbulentiſſimi ſuperioribus temporibus tribuni pl. VIII denique menſe ſuarum actionum reſpicere, ac timere conſueverant. Decurritur ad illud extremum atque ultimum SC. quo, niſi pene in ipsô urbis incendiô atque deſpe-

Quod L. Sylla reliquerat] L. Cornelius Sylla Tribunitiam poteſtatem, quod diſſenſioni civili cauſam præbuiſſet, propemodum diſſolvit, jure ferendarum legum ademptô, & ne alios magiſtratus Tribunis gerere liceret. Autores ſunt Livius lib. 89, & Appianus I. *Glandor.* Licet autem Tribuniciam poteſtatem pene deleviſſet Sylla, jus tamen intercedendi reliquerat, ut ſtatim poſt Cæſar apud milites conqueritur. De hoc negotio ita habet Epitome Liviana lib. 89: *Syllà*, inquit, *Dictator factus Tribunorum pl. poteſtatem minuit, & omne jus legum ferendarum ademit.* Et ex Cicerone lib. 3, de legib. *Quamobrem in iſta quidem re Syllam vehementer probo, qui Tribunis plebis ſua lege injuriam faciendi poteſtatem ademerit, auxilium ferendi reliquerit: Pompeiumque noſtrum ceteris rebus omnibus ſemper ampliſſimis ſummiſque effero laudibus: de Tribunitia poteſtate taceo, nec enim reprehendere libet, nec laudare poſſum.* Montan.

Sed de ſua ſalute die VII *cogitare coguntur*] Hæc geſta ſunt Kal. Januar. ante diem VII Idus ejuſdem, ſeptimo item die ex quo magiſtratum inierant Tribuni pl. Porro Antonium propterea quod huic Senatuſconſulto interceſſerat, neque interceſſionem remittere voluit, hoſtem eſſe à Senatu judicatum refert Cicero in 2 Phil. prohibitum foro & Curia Appianus; Senatu motum, & à Lentulo Conſule impulſum, ut antequam de eo in Senatu ſententiæ perferrentur, inde perfugeret, Dio. Ergo die ſeptimo coacti ſunt M. Antonius, & Q. Caſſius Longinus Tribuni pl. (nam hi duo interceſſerant) *de ſalute ſua cogitare*, id eſt, fugâ ſalutem petere. *Ciaconius.*

VIII *Denique menſe*] Locus mihi obſcurus. Niſi forte Saturninum, Gracchos, & ſimiles intelligat, atque ita rem exponamus: Tribuni magiſtratum nonis Decembris inibant. Octavo poſt menſe Conſularia comitia habebantur. Tum igitur novis Conſulibus deſignatis, de ſuis ſuperiorum octo menſium actionibus cogitare conſueverant, quomodo accuſationem anni inſequentis effugerent. *Hotoman.*

Decurritur ad illud extremum atque ultimum SC.] Salluſtius in Catilinæ bello: *Itaque quod plerumque in atroci negotio ſolet, ſenatus decrevit, Ut darent operam Conſules, ne quid Reſp. detrimenti caperet. Ea poteſtas per Senatum more Romano magiſtratui maxima permittitur, exercitum parare, bellum gerere, coërcere omnibus modis ſocios, atque cives, domi militiaque imperium atque judicium ſummum habere. Aliter ſine populi juſſu nulli earum rerum Conſuli fas eſt.* Permittebatur Reſpublica Conſulibus, cum decernebatur, ut viderent, *ne quid detrimenti caperet.* Montan.

In

deſperatione omnium ſalutis, latorum audacia, numquam ante diſceſſum eſt: Dent operam conſules, prætores, tribuni pl., quíque pro conſulibus ſunt ad urbem, ne quid reſp. detrimenti capiat. Hæc SC. perſcribuntur a. d. VII Id. Januarii. Itaque V primis diebus, quibus haberi ſenatus potuit, quâ ex die conſulatum iniit Lentulus, biduô exceptô comitiali, & de imperio Cæſaris, & de ampliſſimis viris tribunis plebis graviſſimè acerbiſſiméque decernitur. Profugiunt ſtatim ex urbe tribuni plebis ſeſeque ad Cæſarem conferunt. Is eô tempore erat

In deſperatione omnium ſalutis] Poſt *deſperatione omnium*, diſtinguendum puto: nam hoc ipſo libro Cæſar ſic habet, *Caſtrorum autem mutatio quid habet niſi turpem fugam, & deſperationem omnium & alienationem exercitus?* Ergo legendum, *in deſperatione omnium, nunquam ante diſceſſum eſt.* Nam hæc verba, *latorum audacia*, non ſunt in antiquo Pinelli libro, & vox *audacia*, deſideratur in Viterbienſi codice. Alii legunt *civium perditorum audacia*, ut ad Catilinam reſpiciat, in cujus conjuratione hujuſmodi SC. factum fuit; aut ad Milonem. Nam in Clodii cæde biennio ante ad id SC. quoque diſceſſum fuit propter perditorum audaciam. In ſcripto libro eſt, *latronum audacia.* Cicero pro P. Seſtio: *Nam ex pertinacia aut conſtantia interceſſoris oritur ſæpe ſeditio, culpa atque improbitate latoris, commodo aliquo imperitis, aut largitione propoſita.* Ciaccon.

Quique pro conſulibus] *Proconſules* legendum eſſe non dubium eſt. Significat autem Pompeium Hiſpaniæ Proconſ. item Scipionem, cui Syria, L. Domitium, cui Gallia, decretæ fuerant. Ciceronem quoque qui è Cilicia reverſus ad urbem erat. *Hotomannus.* Et probat hanc lectionem ex Ciceronis duobus locis Manutius: epiſtola ad Tironem: *Poſtea quam Senatus Conſulibus, Prætoribus, Tribunis pl. & nobis, qui proconſules ſumus, negotium dederat, ut curaremus, ne quid Reſp. detrimenti caperet.* Et in oratione pro Deiotaro: *Cum audiſſet, Senatus conſentientis auctoritate arma ſumpta, conſulibus, prætoribus, tribunis pl. nobis imperatoribus rempubl. defendendam datam.* Montan.

Ad urbem] *Ad urbem, dici ſolet de his, qui poteſtate Proconſulari, aut nuper è Provinciâ reverſi eſſent, aut nondum in provinciam profecti eſſent.* Pædianus.

Hæc SC. perſcribuntur ad VII *Id. Januar.*] Cum per dies Comitiales Senatus haberi non poſſet, & VII *Id. Januarii* in Kalendario veteri C litera ſit notatus; magis probo lectionem veterum Codicum, in quibus eſt, VIII *Id.* præcipue cum ſcribat Cæſar *quinque primis diebus, quibus haberi Senatus potuit, actum eſſe de imperio Cæſaris*, tot enim ſunt à Kal. Januar. ad VIII Id. neque intelligo omnibus his diebus de ea re in Senatu actum eſſe; ſed tribus tantum. comitiales enim duo interceſſerant, ut ex Kalendario veteri, quod in margine appoſui, ſatis aperte demonſtratur. Igitur ex primis quinque diebus qui anteceſſerunt diem VIII Id. tribus, quibus haberi Senatus potuit, ſumma contentione & de imperio Cæſaris, & de Trib. pl. actum eſt. *Ciaccon.*

Biduo excepto comitiali] Lege Pupia cavebatur, Ne diebus comitialibus Senatum haberi liceret. Sic in epiſt. ad Q. Fratrem. *Conſecuti ſunt dies comitiales, per quos Senatus haberi non poterat.* Et ad Lentul. *Senatus haberi ante Kal. Febr. per legem Pupiam (id quod ſcis) non poteſt.* Hotoman.

erat Ravennæ, exſpectabatque ſuis leniſſimis poſtulatis reſponſa: ſi quâ hominum æquitate res ad otium deduci poſſet. Proximis diebus habetur ſenatus extra urbem. Pompeius eadem illa, quæ per Scipionem oſtenderat, agit; ſenatus virtutem conſtantiamque collaudat; copias ſuas exponit; legiones habere ſeſe paratas x. Præterea cognitum compertumque ſibi, alienô eſſe animô in Cæſarem milites, neque iis poſſe perſuaderi, ut eum defendant, aut ſequantur. De reliquis rebus ad ſenatum refertur. Totâ ut Italiâ delectus habeatur;

Erat Ravennæ] Sic Sueton. *Tranſiit*, inquit, *in citeriorem Galliam, conventibuſque peractis Ravennæ ſubſtitit, bello vindicaturus, ſi quid de Tribunis pl. intercedentibus pro ſe gravius à Senatu conſtitutum eſſet.* Ravenna autem adjacet mari Adriatico, opidum Sabinorum, in octavâ parte Italiæ, teſte Plinio, lib. IX. Silio *paludoſa* dicitur, quod mare in eam reſtagnet. *Glandor.*

Leniſſimis poſtulatis] Erant nempe iſta poſtulata; (quemadmodum ex Suetonio & Plutarcho paulo ante annotavimus) ut CisAlpinam Galliam Illyricumque cum duabus legionibus retineret, uſque ad ſecundi conſulatus petitionem. Obiter obſervandum *otium* hic pro quiete ſumi & negotio Bellico opponi. Verba Donati ſunt: *Otium pro tranquillitate & quiete, negotium enim ſollicitudo eſt.* Montan.

Proximis diebus habetur Senatus extra urbem] Extra urbem Senatus habebatur vel in æde Bellonæ, ut tradit Liv. lib. 28, vel in æde Apollinis ad portam Capenam, ut idem Livius ſcribit l. 37. cujus verba ſunt hæc ex libro vigeſimo octavo. *Inde præmiſſo edicto, ut triduo poſt frequens Senatus ad ædem Bellonæ adeſſet*, &c. Et poſt: *In Senatu cum more omnium Imperatorum expoſitis rebus ab ſe geſtis poſtulâſſent, ut pro Republ. fortiter feliciterque adminiſtrata & Diis immortalibus haberetur honos, & ipſis triumphantibus urbem inire liceret.* Ex lib. 37, hæc: *Per eoſdem dies L. Æmilio Regillo, qui claſſe præfectum Antiochi Regis devicerat, extra urbem in æde Apollinis cum Senatus datus eſſet: auditis rebus geſtis*, &c. *Magno conſenſu patrum triumphus navalis eſt decretus*, &c. Dabatur autem Senatus extra urbem aut petentibus triumphum, quibus, quod cum imperio eſſent, urbem ingredi non licebat, aut legatis exterarum nationum. Feſtus Pompeius: *Senacula*, inquit, *tria fuiſſe Romæ, in quibus Senatus haberi ſolitus ſit*, &c. *Unum ubi nunc eſt ædes Concordiæ Capitolium*, &c. *Alterum ad portam Capenam. Tertium citra ædem Bellonæ, in quâ exterarum nationum legatis, quos in urbem admittere nolebant, Senatus dabatur.* Idem Feſtus ſcribit, Religioni fuiſſe extra portam Carmentalem in templo Jani Senatum habere, quia in eo SC. factum eſt, ut Fabii ad bellum proficiſcerentur. *Ful. Urſinus.*

Alieno eſſe animo in Cæſarem milites] Hunc vaniſſimum rumorem Pompeius ex Appio didicerat, qui legiones Cæſari conceſſas (ut inquit Plutarchus) è Gallia reduxerat. Is enim maximè res Gallicas Cæſaris extenuavit, & in Cæſarem male dicacem exercuit linguam: ipſumque Pompeium dicebat ſuarum virium nominiſque ignarum eſſe, qui aliis armis in Cæſarem muniretur, quem iiſdem Cæſaris copiis perditurus eſſet, cùm primùm inſpiceretur: tantum eſſe odium aiebat, quod milites in Cæſa-

tur; Fauſtus Sylla Proprætor in Mauritaniam mittatur: pecunia uti ex ærario Pompeio detur. Refertur etiam de rege Juba, ut ſocius ſit atque amicus. Marcellus verò paſſurum ſe in præſentiâ negat. De Fauſto impedit Philippus tribunus plebis. De reliquis rebus SC. perſcribuntur. Provinciæ privatis decernuntur; duæ conſulares, reliquæ prætoriæ. Scipioni obvenit Syria; L. Domitio Gallia: Philippus & Marcellus privatô conſiliô

Cæſarem ſervabant; tantumque eſſe deſiderium, quod adverſus Pompeium tenerent. *Rhellican.*

Fauſtus Sylla Proprat.] Eſt hic ille Fauſtus Sylla, gener Pompeii, filius L. Cornelii Syllæ, qui poſtea cum Afranio in Mauritaniâ à Sittio comprehenſus eſt, & juſſu Cæſaris indictâ causâ occiſus. Quod verò ad Proprætores attinet, Roſinus quatuor eorum genera enumerat. Nam primò Prætores provinciales, qui imperio prorogato in provinciis ultra legitimum tempus manſerunt, Proprætores ſunt dicti: tum etiam illi, qui ex privatis, ad bellum gerendum, non autem ad gubernandam provinciam, miſſi ſunt: tertiò Proprætores appellati ſunt, qui præturâ in Urbe geſtâ, ſub finem anni in provincias profecti iis præfuerunt. Quarto Proprætores etiam, quos Auguſtus & poſt eum reliqui imperatores in provincias, quas ſibi reſervabant, misêre. *Montan.*

In Mauritaniam] Mauritania duplex eſt, vel Cæſarienſis, hodie *regnum Tremiſſenum*, vel Tingitana, vulgo *regnum Marocci*; Utraque cum Africa Minore, hodie *Barbaria* appellatur. *Idem.*

SC. perſcribuntur] *Perſcribi SC.* dicebantur, quæ quapiam de cauſſa rata non erant: veluti cum aut Tribuni interceſſerant, aut non legitimo loco habitus Senatus fuerat. Ea *Auctoritas* dicebatur. Dio lib. 55. *Hotoman.*

Provincia privatis decernuntur[Hoc eſt quod in hujus libri fine queritur, *in ſe jura magiſtratuum commutari, ne ex pratura & conſulatu, ut ſemper, per paucos probati & electi in provincias mittantur.* Plutarchus in Pompeio ſcribit, Catonem in Siciliam abiiſſe, quæ provincia ei obvenerat. *Idem.*

Scipioni obvenit Syria] Plutarchus ſcribit, Pompeium miſiſſe Scipionem ſuum ſocerum, & Cn. filium ſuum in Syriam, claſſis parandæ cauſſa. *Idem.* Sed Syria Ciliciæ ab ortu jungitur; quondam terrarum maxima, & pluribus diſtincta nominibus: namque Aſſyria, & Meſopotamia, & Babylonia, & Phœnice & Palæſtina, partes ejus fuerunt. Olim ac diu potens; ſed cum eam regno Semiramis tenuit, longè potentiſſima. At poſtmodo Aſſyria, Babylonia & Meſopotamia avulſis, Syriæ fines à Septentrione fuerunt Amanus mons, quo & Cappadocia & Armenia ſeparatur: ab ortu Euphrates amnis, quo diſcernitur à Meſopotamia, uſque ad Thapſacum opidum; atque inde Arabia deſerta: à Meridie Arabia Petræa: ab occaſu ejuſdem Arabiæ Petrææ partes, & mari Syriaco, Amanoque monte quo à Cilicia ſubmovetur. Dividitur Syria in Palæſtinam, Phœnicem, Antiochenen, Comagenen & Cœlen. *Cluver.*

L. Domitio Gallia] *Vlterior* ſcilicet; nam *citerior* Conſidio Noniano obtigerat, ut ſcribit Cicero libr. 16, epiſtola undecima his verbis: *Se ulteriorem Galliam Domitio, citeriorem Conſidio Noniano, his enim obtigerunt, traditurum.* Qui quidem *Conſidius* is eſt, qui in veteribus denariis, quos cuſit nota templi Veneris Erucinæ, deſcriptus eſt, addita inſcriptione, C. CONSIDI NONIA-

 NI.

liô prætereuntur, neque eorum ſortes dejiciuntur. In reliquas provincias prætores mittuntur, neque exſpectant, quod ſuperioribus annis acciderat, ut de eorum imperiô ad populum referatur, Paludatique, votis nuncupa-

ni. Eruc. *Ful. Urſinus*. Scribit autem Suetonius de L. hoc Domitio, qui apud Dionem cognomento Ænobarbus appellatur, illum per tumultum in ulteriori Galliâ Cæſari ſucceſſorem deſignatum. Idem eſt, qui in petitione conſulatus, anno ab U.C. DCXCIX. à Craſſo & Pompeio prope occiſus eſt: quippe poſtea Corfinii à Cæſare interceptus, & ab eodem verbis increpitus quod ſe illi oppoſuiſſet, dimiſſus, & ad Pompeium Brunduſium profectus eſt. *Montan.*

Philippus & Marcellus privato conſilio prætereuntur] Octavius Pantagathus legit *Paulus*, pro *Philippus*. Nam cum ſuperioris anni Conſules fuiſſent Æmilius Paulus, & C. Marcellus, hoc anno in conſulares provincias mitti debuerunt. Refert tamen Dio l.40. Pompeium tertio ſuo conſulatu, hoc eſt, ante tres annos, antequam hæc geſta ſunt, legem tuliſſe, Ne urbani magiſtratus ante quinquennium exactum exteras provincias cum imperio habere poſſent; & tamen Scipio, qui eo ipſo anno Pompeii in conſulatu collega fuerat, nunc in Syriam mittitur, contra legem Pompeiam. Miror ejus rei Cæſarem non meminiſſe. De eo Cæſar ſic queritur hoc libr. I de bello civili in fine, *in ſe jura magiſtratuum commutari, ne ex Prætura & Conſulatu, ut ſemper, ſed per paucos probati & electi in provincias mittantur*. Ergo non publico conſilio & per Senatum, ſed *privato & per paucos* id actum fuit, fortaſſe quod Paulum Cæſaris rebus faviſſe cognoverant. Et ita eſt in impreſſis quibuſdam libris inſcriptum, *Philippus & Cotta*. Hæc Ciacconius: quem imprudenter ſatis in Pantagathi ſententiam abire miror. Quiſnam enim ſcrupulus hæret, quod pro *Philippo* ſubſtituendus *Paulus* ſine veteris alicujus codicis autoritate? imo retinenda lectio. Philippus hic Atiam, Juliâ ſorore Cæſaris natam, & Marcellus Octaviam Atiæ filiam, in matrimonio habebant. Et hæc eſt cauſa, quod nullæ illis provinciæ decretæ, quia nempe affines Cæſaris erant. *Montan.*

Neque eorum ſortes dejiciuntur] Magiſtratus Romani aliquando provincias inter ſe comparabant; frequentius tamen ſortiebantur. Sed horum tunc ſortes in urnam dejectæ non ſunt. *Conjiciuntur*, uſitatius erat. Nam ita Livius lib.30: *Tunc Prætorum provinciæ in ſortem conjectæ*. Et Cicero Verrina 4: *Numquid igitur oportet, niſi tres ſortes conjici, unam educi? nihil*, &c. Et pro Q. Ligario: *Tuberonis ſors conjecta eſt ex SC. cum ipſe non adeſſet*. Ciaccon. Sed de hac provinciarum ſortitione ſic Feſtus: *Parare inter ſe munus dicebantur, cum ſortitio fiebat à magiſtratibus P. R. uter magiſtratus utram rem agere deberet: aut inter ſe comparabant de rebus lege mandatis. Itaque in Senatu, & in comitio quoque ſortiri, aut inter ſe parare ſolebant, utrum exire, utrum domi manere oporteret. Nam Conſulibus æque ac Prætoribus novis in provinciam ire, atque ex eâ rem gerere: contra abire, anni prioris magiſtratibus opus erat. Lege etiam cavebatur, ut certos intra dies deſignati magiſtratus provincias inter ſe pararent*. Montan.

Paludatique votis nuncupatis exeant] Ita V. C. non, *exeunt*. Vota vero in Capitolio nuncupabantur, & in Capitolio item immolatis victimis perſolvebantur, ut ex Livio, & aliis, itemque ex veteribus monumentis Fratrum Arvalium intelligimus. Ex quibus inſcriptionibus formula etiam nuncupandorum votorum his verbis concepta fuiſſe apparet: *Quod ſi Juppiter faxis, tunc tibi bove aurato vovemus eſſe futurum*. Livius lib.

cupatis, exeant. Conſules, quod ante id tempus acciderat numquam, ex urbe proficiſcuntur: lictoreſque habent in urbe & Capitolio privati, contra omnia vetuſtatis exempla. Totâ Italiâ delectus habetur, arma imperantur, pecuniæ à municipiis exiguntur, & è fanis tolluntur: omnia divina, & humana jura permiſcentur. Quibus rebus cognitis, Cæſar apud milites concionatur;

lib. trigeſimo ſexto. *Id votum in hæc verba praeunte P. Licinio Pont. Max. Conſul nuncupavit, Si duellum*, &c. *id ex ſententia Senatus populique Romani confectum erit, tunc tibi Juppiter populus Romanus ludos magnos in dies* X *continuos faciet.* Et libr. 41, & 42. Rurſus libro vigeſimo primo: *Conſul profectus in Capitolium ad vota nuncupanda, paludatus inde ad provinciam iret.* Et lib. 22: *Votis rite in Capitolio nuncupatis.* Cicero in Verrem lib. ſeptimo: *Quod cum paludatus exiſſet, votaque pro imperio ſuo, communique P. R. nuncupaſſet.* Suetonius in Caio cap. 6: *Paſſim cum luminibus & victimis in Capitolium concurſum eſt.* Sed alibi quoque nuncupari vota ſolita fuiſſe apparet ex Livio, qui lib. 41 ita ſcribit: *Populus in foro votum nuncupavit, Marcio Philippo verba praeunte:* Ful. Urſinus. Sed de Paludatis ita Lipſius. Imperatoris inſignia fuêre lictores cum faſcibus, atque ii paludati. Ita enim ad bellum egredi ſolebant: quin & ipſe dux paludatus. *Paludamentum* Varro dixit inſignia & ornamenta militaria. Dictum etiam *Sagum* & *Sagulum*; in ipſo imperatore etiam *chlamys.* Nec ſolum imperatorum erat paludamentum, ſed etiam tribuitur aliis militibus: hinc apud Lucilium *Rorarius paludatus* legitur. Forma paludamentu erat, ut extrema longitudinis eſſent utrimque anguſta, imis latioribus. Color ejus eximius & quidem ex cocco. Ab hoc colore *puniceum* dixerunt, ſive *punicum*, pro *paludamento*. Erat etiam album, quo interdum uſi, ſed crebrius cocceo. Imperatores inter vota & immolationes exibant, & tunc veſtem hanc capiebant; quæ profectio etiam celebris eſſe ſolebat frequentiâ deducentium. *Montan.*

Quod acciderat nunquam, ex urbe] Subintelligendum hic, *ſine populi imperio & nuncupatione votorum.* Nam alias non erat novum, quod conſules ex urbe proficiſcerentur. *Montan.*

Lictoreſque habent in Urbe & Capitolio privati] Erat hoc contra conſuetudinem & inſtitutum Romanorum: nam extra urbem conſules tantum lictoribus cum ſecuribus utebantur, intra urbem vero faſcibus: nec ambo ſimul, ſed alternis menſibus, ut inquit Livius lib. II: *ne ſi ambo faſces haberent, duplicatus terror videretur.* Ful. Urſinus. Arnobius ex monumentis vetuſtiorum libr. 6, contra gentes refert *Capitolium* ita dictum à *capite Toli* cujuſdam, quod à molientibus ædem in fundamentis repertum eſt. Caput autem illud hominis imperium orbis præſagiit Romanis: omnia enim homo regit, & hominem caput. Condidit Capitolium, teſte Floro, Tarquinius Superbus, ex ſpoliis plurimarum urbium, ut prædictus auctor innuit, vel ut Tacitus, ex unius Sueſſæ Pometiæ, vel ut Plinius, ex manubiis Apiolarum; ut perſolveret avi ſui vota: qui cum Sabinis prælium committens, poſt victoriam Jovi, Junoni, Minervæque templa voverat. *Montan.*

E Fanis tolluntur] De hoc more commendandarum fanis pecuniarum, Cicero de leg. II. *Idem.*

Cæſar apud milites concionatur, &c.] Cæſar Commentariorum legi inſerviens ſumma duntaxat orationis ſuæ capi-

natur; omnium temporum injurias inimicorum in ſe commemorat, à quibus diductum & depravatum Pompeium queritur, invidiâ atque obtrectatione laudis ſuæ, cujus ipſe honori, & dignitati ſemper faverit, adjutorque fuerit. Novum in Republicâ introductum exemplum queritur, ut tribunicia interceſſio armis notaretur atque

capita perſtrinxit. Lucanus autem illam lib. I Pharſaliæ, Rhetoricis coloribus expreſſit, ubi ejuſmodi exordium ponit:

Bellorum ô ſocii, qui mille pericula Martis
Mecum, ait, experti, decimo jam vincitis anno.

Suetonii etiam verba ſunt: *Atque ita trajecto Rubiconem exercitu, adhibitis Tribunis plebis, qui pulſi ſupervenerant, pro concione fidem militum flens, ac veſte à pectore diſciſſa invocavit.* Non poſſum autem non apponere edictum, quo Cæſari diſceſſio ab armis injungebatur. Ita illud habent Georgius Fabricius in Monumentis ſuis antiquitatis, Aldus Manutius, qui in Rubiconis ripa anno CIƆ IƆLXV, quum Venetiis Romam rediret, à ſe conſpectum & diligenter exſcriptum teſtatur.

JUSSU. MANDATUVE. P. R. COS. IMPER. MILI. TYRO. COMMILITO. MANIPULARISVE. CENT. TURMÆVE. LEGIONARIÆ. ARMAT. QUISQUIS. ES. HIC. SISTITO. VEXILLUM. SINITO. NEC. CITRA. HUNC. AMNEM. RUBICONEM. SIGNA. ARMA. DUCTUM. COMEATUM. EXERCITUMQUE. TRADUCITO. SIQUIS. HUJUSCE. JUSSIONIS. ERGO. ADVERSUS. IERIT. FECERITVE. ADJUDICATUS. ESTO. HOSTIS. P.R. AC. SI. CONTRA. PATRIAM. ARMA. TULERIT. SACROSQUE. PENATES. E. PENETRALIBUS. ASPORTAVERIT. SANTIO. PLEBISCI, SENATUSVE. CONSULTI. ULTRA. HOS. FINES. ARMA. PROFERRE. LICEAT, NEMINI.

S. P. Q. R. *Montanus.*

Ut tribunicia interceſſio] Tribunitia interceſſio, ut ſupra demonſtratum eſt, nunquam amiſſa fuit, quin potius Sylla nudatâ omnibus rebus Tribunitiâ poteſtate, tamen interceſſionem liberam reliquit. Itaque *reſtitui* non potuit, quæ amiſſa non fuit. Quapropter videndum an legi debeat, *ut Tribunitia poteſtas ab iis notaretur atque opprimeretur, à quibus ſuperioribus annis eſſet reſtituta.* Ut Pompeium levitatis arguat, qui Tribunitiam poteſtatem à Sylla imminutam ſecundo ſuo conſulatu in priſtinam dignitatem reſtituit, ut legitur in epitome Liviana libr. 97: *M. Craſſus & Cn. Pompeius conſules facti ſunt, ut Craſſus ex prætura, ſic Pompeius antequam quæſturam gereret, ex equite Romano, Tribunitiam poteſtatem reſtituerunt*, & apud Aſconium in Verr. 2: *Pompeius autem Proconſul de Hiſpania Sertorio victo nuper venerat, & ſtatim habuerat concionem de reſtituenda Tribunitia poteſtate Palikano Trib. pl.* Quod verò ait *notaretur*, eôdem in re eâdem verbò uſus eſt Cicero ad Atticum lib. 7, epiſt. 8: *Si forte Tribunus plebis Senatum impediens, aut populum incitans notatus, aut SC. circumſcriptus, aut ſublatus aut expulſus ſit, dicens vi ſe expulſum, ad illum confugerit.* Salluſtius in oratione M. Lepidi: *niſi forte Tribunitiam poteſtatem everſum profecti ſunt, per arma conditam à majoribus ſuis.* De Sulla loquens. *Ciaccon.*

Pom-

atque opprimeretur; quæ ſuperioribus annis eſſet reſtituta. Syllam, nudatâ omnibus rebus tribuniciâ poteſtate, tamen interceſſionem liberam reliquiſſe. Pompeium, qui amiſſam reſtituiſſe videatur; dona etiam, quæ ante habuerat, ademiſſe: quotieſcunque ſit decretum, *Darent magiſtratus operam, ne quid reſp. detrimenti caperet*; quâ voce & quô Senatuſconſultô Populus Romanus ad arma ſit vocatus; factum in pernicioſis legibus, in vi Tribuniciâ, in ſeceſſione populi, templis locisque editioribus occupatis: atque hæc ſuperioris ætatis exempla expiata Saturnini atque Gracchorum caſibus docet: qua-

Pompeium qui amiſſam reſtituiſſe videbatur] De Tribunitia poteſtate à Pompeio reſtituta ita ſcribit Aſconius in divinatione: *Primus Sicinius Trib. pl. nec multo poſt Quinctius, & poſtremo Palikanus perfecerunt, ut tribunitiam poteſtatem populo darent, Conſules Cn. Pompeius, & M. Licinius Craſſus.* Salluſtius in Catilina: *Nam poſtquam Cn. Pompeio & M. Craſſo Coſſ. tribunitia poteſtas reſtituta eſt.* Annus autem eſt . is urbis conditæ DCLXXXI, quo tribunus pl. M.Lollius Palikanus (ſive *Atilius* is ex Salluſtii fragmento nominandus ſit) auctor fuit Pompeio reſtituendæ Tribunitiæ poteſtatis, quam rem ut indicaret, roſtra libertati ſacra in denariis ſignavit, & ex altera parte ipſius libertatis caput, cum inſcriptione, LIBERTATIS, &, PALIKANUS. *Ful. Urſinus.*

Ad arma ſit vocatus] Sic apud Salluſt. in Catil. & Cicer. in Mil. *Videret, ne quid Reſp detrimenti caperet: quo uno verſiculo ſatis armati ſemper Conſules fuerunt, etiam nullis armis datis.* Montan.

Factum in pernicioſis legibus] Nempe, *agrariis.*

In vi tribunitia] Id eſt, quum tribuni per vim aliquid à Senatu extorquere vellent. Ejus rei exemplum habes apud Livium l. 6, ab urbe condita ſub finem, de Licinio, & L.Sextio, qui leges omneis adverſus opes patriciorum, & pro commodis plebis, unam de ære alieno, ut deducto eo de capite quod uſuris pernumeratum eſſet, id quod ſupereſſet, triennio æquis portionibus perſolveretur: alteram de modo agrorum, ne quis plus quingenta jugera agri poſſideret, &c. *Rhellican.*

In ſeceſſione populi] Supple *ex urbe in ſacrum montem, qui trans Anienem fluvium tria millia paſſuum ab ea diſtabat.* Cæterùm talem ſeceſſionem bis factam eſſe apud Livium legitur: primùm Volcis devictis, quum M. Valerius Dictator pro victore populo Romano ad ſenatum referret, ut nexi ſolverentur, neque id à patribus impetrari poſſet. Secundò, quum plebs Appii decemviri ſtuprô cum Verginii filia commiſsô mota, cogebat omneis Decemviros ut ſe magiſtratu abdicarent. *Idem.*

Templis, locisque editioribus occupatis] Tiberius Gracchus Capitolium occupavit, ibique non procul à templi foribus per tumultum occiſus eſt: ut teſtatur Appianus lib. I bellorum civilium. *Id.*

Expiata Saturnini & Gracchorum] Cæſar L.Apuleium Saturninum præponit Gracchis: cum Gracchus uterque Tiberius & Caius ante hunc ſeditionem moverint: Hic enim Saturninus, à Q. Metello Numidico cenſore ob vitæ dedecora ſenatu motus, tribunatum plebis Mario V conſule ſecundâ vice petiit, & eo annitente obtinuit. Tribunus Gracchanas leges aſſeruit tanto

 impe-

quarum rerum illo tempore nihil factum, ne cogitatum quidem; nulla lex promulgata, non cum populô agi cœptum, nulla ſeceſſio facta. Hortatur, cujus Imperatoris ductu IX annis Rempublicam feliciſſimè geſſerint, plurimaque prælia ſecunda fecerint, omnem Galliam Germaniamque pacaverint; ut ejus exiſtimationem dignitatemque ab inimicis defendant. Conclamant legionis XIII, quæ aderat, milites, (hanc enim initiô tumultus evocaverat: reliquæ nondum convenerant,) ſeſe paratos eſſe Imperatoris ſui Tribunorumque plebis injurias defendere. Cognitâ militum voluntate, Ariminum cum eâ legione proficiſcitur, ibique Tribunos plebis qui ad

impetu: ut non leviter Romanæ Reipublicæ quietem concuſſerit. Tandem, ubi per triennium Senatui inſultâſſet, ab hôc directâ in foro acie, in Capitolium compulſus eſt: ibi abruptis fiſtulis obſeſſus, & inde in Curiam receptus, à populo fuſtibus ſaxiſque in ipsâ quoque morte laceratus eſt. Et hic eſt caſus Saturnini, de quo Cæſar. Gracchorum iſte exitus fuit. Tiberius Gracchus, genere, formâ & eloquentiâ inſignis, Triumvir dividendis plebi agris creatus, obviâ nobilium manu in foro hoſtiliter exceptus, ad Capitolium profugit: ibi manu caput tangens, ad defenſionem ſui plebem hortatus eſt: quo facto ſpeciem diadema poſcentis exhibuit: & hinc concitatô populô à Scipione Naſica quaſi jure interfectus eſt. Sed ſurrexit ſtatim ab hoc funere C. Gracchus frater, & pares tumultus ob leges Agrarias movit, & pari fato in Aventino monte ab Opimio Conſule interfectus eſt. *Montan.*

Quarum rerum illo tempore] Rectius legas: *hoc tempore*. Loquitur enim Cæſar de præſenti tempore, quo ante paucos dies ſua dignitas per Tribunos in Senatu defenſa, ipſe ab inimicis & adverſariis hoſtis judicatus ſit, Tribunis ejectis. Intelligit itaque de ſuo tempore, quo decretum erat, ut magiſtratus operam daret, ne quid Reſpubl. detrimenti caperet. *Montan.*

Hanc enim initio tumultus evocaverat] At Hirtius libro octavo ab ipſo Cæſare, dum in Gallia eſſet, XIII *legionem in Italiam miſſam* ſcribit, ut *præſidia tueretur*, ex quibus deducta legione XV, quam ex SC. ad bellum Parthicum miſerat, XIII hanc in ejus locum ibi ſuffecerat. ergo *evocaverat* non ex Gallia, ſed ex præſidiis Italiæ, in quæ deducta fuerat. *Ciaccon.*

Reliquæ nondum convenerant, &c.] Plutarchus in Pompeii vita refert Cæſarem non majorem manum ſecum in Togata habuiſſe Gallia, quam trecentorum equitum, & quinque millium peditum: alias enim copias trans Alpes relictas.

Ariminum] Italiæ opidum, quod quum teſte Strabone Umbrorum colonia primum eſſet, tandem Romanos inquilinos accepit. Quod ſanè opidum, teſte Lucano, Cæſar ſuperato Rubicone amne primum invaſit. Sic enim l. I Pharſaliæ ſcribit: *Vicinumque minax invadit Ariminum, & ignes*, &c. *Rhellic.* Sed de hoc opido ſtatim latius.

Ibique Tribunos plebis] Hi fuerunt M. Antonius & Q. Caſſius, adjunctis Curione & M. Cœlio, qui ſuperiore anno conſulatum geſſerant. *Glandor.*

L. Cæ-

ad eum confugerant, convenit: reliquas legiones ex hibernis evocat, & ſubſequi jubet. Eò L. Cæſar adoleſcens venit: cujus pater Cæſaris erat legatus. Is, reliquô ſermone confectô, cujus rei cauſsâ venerat, habere ſe à Pompeio ad eum privati officii mandata demonſtrat: velle Pompeium ſe Cæſari purgatum; ne ea, quæ Reipublicæ cauſsâ egerit, in ſuam contumeliam vertat: ſemper ſe Reipublicæ commoda privatis neceſſitatibus habuiſſe potiora: Cæſarem quoque pro ſuâ dignitate debere & ſtudium & iracundiam ſuam Reipublicæ dimittere, neque adeo graviter iraſci inimicis; ne, quum illis nocere ſe ſperet, Reipublicæ noceat. Pauca ejuſdem generis addit, cum excuſatione Pompeii conjuncta. Eadem fere, atque eiſdem de rebus prætor Roſcius agit cum Cæſare, ſibique Pompeium commemorâſſe demonſtrat. Quæ res etſi nihil ad levandas injurias pertinere videbantur: tamen idoneos nactus homines, per quos ea, quæ vellet, ad eum perferrentur, petit ab utrôque, quoniam Pompeii mandata ad ſe detulerint, ne graventur ſua quoque ad eum poſtulata deferre; ſi parvô labore magnas controverſias tollere, atque omnem Italiam metu liberare poſſent. Sibi ſemper Reipublicæ primam fuiſſe dignitatem, vitâque potiorem: doluiſſe ſe, quod Populi Romani beneficium ſibi

L. Cæſar] Cicero ad Att. lib.7, epiſt. 12: *L. Cæſarem vidi Minturnis ad* VIII *Kal. Februar. mane cum abſurdiſſimis mandatis, non hominem, ſed ſcopas ſolutas: ut idipſum mihi ille videatur irridentis cauſſa feciſſe, qui tantis de rebus huic mandata dederit: niſi forte non dedit, & hic ſermone aliquo arrepto pro mandatis abuſus eſt.* At epiſt. ſeq. *L. Cæſar mandata Cæſaris ad Pompeium detulit ad* VIII *Kal. cum is eſſet cum Coſſ. Theani. Probata conditio eſt, ſed ita, ut ille de his opidis quæ extra ſuam provinciam occupaviſſet, præſidia deduceret. Id ſi feciſſet, reſponſum eſt, ad urbem nos redituros eſſe, & rem per Senatum confecturos. Spero etiam in præſentia pacem nos habere: nam & illum furoris, & hunc noſtrum copiarum ſuppœnitet.* Eundem L. Cæſarem poſtea à C. Cæſare interfectum teſtatur Suetonius: *Nec ulli*, ait, *periiſſe, niſi in prælio reperientur, exceptis duntaxat Afranio & Fauſto, & L. Cæſare juvene, ac ne hos quidem voluntate ejus interfectos putant.* Montan.

Populi Romani beneficium] *Beneficium* intelligit, ut ejus abſentis ratio in conſulatus petitione habeatur. Populi autem beneficium intelligit, quia lege id ſancitum fuerat: pugnante Cn. Pompeio

ſibi per contumeliam ab inimicis extorqueretur, ereptôque ſemeſtri imperiô, in urbem retraheretur; cujus abſentis rationem haberi proximis comitiis populus juſſiſſet: tamen hanc honoris jacturam ſui Reipublicæ cauſsâ æquô animô tuliſſe: quum literas ad ſenatum miſerit, ut omnes ab exercitibus diſcederent; ne id quidem impetraviſſe: totâ Italiâ delectus haberi, retineri legiones II, quæ ab ſe ſimulatione Parthici belli ſint abductæ: civitatem eſſe in armis. Quonam hæc omnia, niſi ad ſuam perniciem, pertinere: ſed tamen ad omnia ſe deſcendere paratum, atque omnia pati Reipublicæ cauſsâ. Proficiſcatur Pompeius in ſuas provincias: ipſi exercitus dimittant: diſcedant in Italia omnes ab armis: metus è civitate tollatur: libera comitia, atque omnis Reſpublica Senatui Populoque Romano permittatur. Hæc quò facilius, certiſque conditionibus fiant, & jurejurando ſanciantur; aut ipſe propius accedat, aut ſe patiatur accedere. Fore, uti per colloquia omnes controverſiæ componantur. Acceptis mandatis Roſcius cum L. Cæſare Capuam pervenit, ibique conſules Pompeiumque

peio III Cos. Epiſt. III, lib. VIII ad Attic. & famil. lib. VI, epiſt. VI. *Hotomannus.*

Semeſtri imperio] Tantum enim reſtabat adhuc Cæſari. *Montan.*

Simulatione belli Parthici] Harum legionum cauſſa invidiam conflatam eſſe Pompeio, Cicero videtur oſtendere ad Atticum lib. 7, epiſt. 2: *Spes omnis in duabus invidioſè retentis pene alienis legionibus.* Et Cæſar ſupra in principio hujus libri primi, *Pompeius infamia duarum legionum permotus, quas ab itinere Aſiæ Syriæque ad ſuam potentiam dominatumque converterat.* Montan.

Ipſi exercitus dimittant] Cælius Fam. 8, epiſt. 14: *Cn. Pompeius conſtituit non pati C. Cæſarem Conſulem aliter fieri, niſi exercitum & provincias tradiderit: Cæſari autem perſuaſum eſt, ſe ſalvum eſſe non poſſe, ſi ab exercitu receſſerit: fert illam tamen conditionem, ut ambo exercitus tradant.*

Roſcius cum L. Cæſare Capuam pervenit] Cicero libro 7, epiſt. 13, ad Atticum, Theani Pompeium & Conſules à L. Cæſare conventos ſcribit, idque ad VIII Calend. Februarias. Conditiones ibidem eaſdem quas hic Cæſar commemorat. *Glandor.* Capuam vel à Capy Æneæ ſocio, ut cenſet Virgilius & Lucanus, vel teſte Livio, ab *agro campeſtri*, ſic dictam, Florus *caput urbium* nominat *& quondam inter tres maximas Romam Karthaginemque numeratam.* Cicero eam appellat *Domicilium ſuperbiæ & ſedem luxuriæ.* C. Julius Cæſar, conſul cum M. Bibulo, anno ab U. C. DCXCV, coloniam eo deduxit, ut videre eſt, præter alios, apud Frontinum, cui *Capua Julia felix* dicitur. Diu autem potens & ſuperba, à Genſerico demum Vandalorum

que invenit. Poſtulata Cæſaris renuntiat. Illi re deliberatâ reſpondent, ſcriptáque ad eum mandata per eos remittunt: quorum hæc erat ſumma: Cæſar in Galliam reverteretur, Arimino excederet, exercitus dimitteret. Quæ ſi feciſſet, Pompeium in Hiſpanias iturum. Interea, quoad fides eſſet data, Cæſarem facturum, quæ polliceretur, non intermiſſuros Conſules Pompeiumque delectus. Erat iniqua conditio, poſtulare, ut Cæſar Arimino excederet, atque in provinciam reverteretur; ipſum & provincias & legiones alienas tenere: Exercitum Cæſaris velle dimitti, delectus habere: polliceri, ſe in provinciam iturum; neque, ante quem diem iturus ſit, definire: ut, ſi peractô Cæſaris conſulatu Pompeius profectus non eſſet, nulla tamen mendacii religione obſtrictus videretur. Tempus verò colloquio non dare, neque acceſſurum polliceri, magnam pacis

rum rege capta & ſubverſa eſt: & poſt Vandalos Oſtrogothis ceſſit. His à Narſete pulſis, Capua iterum è cineribus caput erexit, ut iterum periret. Reſtaurationi enim ſuæ centum annos impenderat: cum Longobardorum furore ita exciſa eſt: ut hodie altero milliari à *Nova Capua* juxta templum *D. Mariæ Gratiarum* peringentes ruinæ veterem ampliſſimæ urbis magnitudinem ſatis indicent. *Montan.*

Arimino] Ariminum, hodie truncato capite *Rimeni* incolis, *Rumelen* Germanis, nomen invenit ab amne, quo alluitur. Urbs eſt in planicie ſita imminentibus à meridie collibus amœnis & frugiferis; ab ortu occaſuque latiſſimi lætiſſimique ſe pandunt campi, frumenti feraces: pulſatur qua ſeptentrio eſt Adriâ. Rerum omnium copiâ ſupra modum abundat. In foro oſtenduntur lapides, quo in loco concionem habuiſſe dicitur Cæſar, cum exercitum victorem è Galliis reduceret. Audivit quidem primum belli Civilis claſſicum; ſed rebus compoſitis, magnis operibus exornatum eſt ab Octaviano Auguſto. *Merula.*

Erat iniqua conditio] Plutarchus huic Cæſaris loco conſentanea in ejuſdem vita ſcribit. *Verum enim verò*, inquit, *Cæſaris poſtulatio clariſſimam præ ſe ferebat æquitatem. Se enim arma depoſiturum pollicebatur, idem faciente Pompeio: utrumque privatum boni quippiam à civibus conſequuturum. At indignum eſſe, ut detractis ſibi copiis, Pompeio vires confirmentur: quumque alterum tyrannidis inſimulent, alterum tyrannum inſtruant.* Montan.

Peracto conſulatu] De proconſulatu nimirum ſuo loquitur. Nam quum modo per Pompeii conditiones in Gallicam provinciam redire juberetur, ſi pacem fieri inter ipſos vellet, nullum Romæ conſulatum gerere tunc temporis potuit. Huc accedit, quod ipſe quoque Cæſar paulò ante ſcribit, ſemeſtre tempus gerendi adhuc proconſulatus in Gallia per ſuos inimicos ſibi præreptum eſſe. *Rhellican.*

Ita-

pacis deſperationem afferebat. Itaque ab Arimino M. Antonium cum cohortibus v Arretium mittit: ipſe Arimini cum II legionibus ſubſiſtit, ibique delectum habere inſtituit. Piſaurum, Fanum, Anconam ſingulis cohor-

Itaque ab Arimino M. Antonium mittit] Non ſolet Cæſar urbium nominibus præpoſitiones addere, & quia ejus nomen deſiderari videtur, ſcriberet aliquis forte, *Itaque Cæſar Arimino*. Ciacconius.

Arretium] Ἀῤῥήτιον Ptolemæo, Straboni & Polybio, *Adretium* mendosè in Itinerariâ Tabulâ, *Aretium* Livio Plinioque, ſed optime hic *Arretium*: ita enim ſcribitur in Arâ marmoreâ prægrandi, quæ Tiferni in Umbriâ viſitur:

C. ANINIUS. C. F. POM. GALLUS. DOMO. ARRETIO. E. LEG. IV. SCYTH. MILITAVIT. IN PR. AN. XVII.

Dictam volunt variè varii ab *Aris*, *Aratura*, *Ariditate*: Annius Viterbienſis à *Veſtâ Aretiâ*, Jani conjuge. Urbs hodie jucundis amœniſque in campis ſita; agro, qui frumenti, vini cæterarùmque frugum abundè fertilis. Vulgo *Arezzo* vocatur. *Merula*.

Ipſe Arimini cum duabus legionibus ſubſiſtit] Unam tantùm legionem habuiſſe tunc Cæſarem, hoc eſt XIII, ſupra dixit. Et paulo poſt: *Interea legio* XII *Cæſarem eò ſequitur: cum his duabus Aſculum Picenum proficiſcitur*. Et inferius: *Cæſaremque adeſſe cum duabus legionibus*. Ergo legendum aut, *cum reliquis cohortibus*, aut quoniam in legione ſunt cohortes decem, & M. Antonium cum quinque cohortibus ex XII legione Arretium miſerit, Germana lectio erit, *ipſe Arimini cum* V, ex quo effectum eſt II *legion*. quam lectionem Livius apud Oroſium maxime confirmat. qui lib. 6, cap. 15 ſcribit: *Cæſar Rubicone flumine tranſmeato, mox ut Ariminum venit, quinque cohortes, quas tunc ſolas habebat, cum quibus, ut ait Livius, orbem terrarum adortus eſt, quid facto opus eſſet, edocuit*. In antiquo libro pro *ſubſiſtit*, eſt *ſubſtitit*. Ciaccon.

Piſaurum] Πισαῦρον Ptolemæo & Agathiæ: hodie *Peſaro*. Sic, quod prope Iſaurum, vocatum videtur. Plinius tamen fluvium ipſum etiam *Piſaurum* appellat: ut alteri ab altero forte nomen. Servius ab auro, quod Galli Senones Camillo appenderunt, nuncupatum autumat. Ptolemæo eſt in Senonibus, Plinio in Umbris; VII regione. Emporium Italiæ celebre, mercimoniis dives, ſplendidum ædificiis, plateis perelegans, ſitu peramœno maximeque fertili. Condita eſt in longitudinem, eum in modum, ut ex foro ad quatuor opidi vias proſpectus pateat. Portus ejus propter vada arenaſque majora navigia non admittit. Coloniam eò deductam, præter Liv. lib. XXXIX teſtatur Ortelius ex lapide antiquo COLONIA. JUL. FELIX. PISAURUM. Paulo ante bellum Actiacum, quum eo M. Antonius IIIvir colonos rurſum deduxiſſet, terræ hiatu abſorptam prodit Plutarchus. Poſtmodo etiam à Totila diruta eſt, & à Beliſario refecta; mutato ſæpius Domino, à Pontificibus Romanis, Mariis eſt tradita. *Merula*.

Fanum] Φᾶνα Stephano; φᾶνον φορτῦναι Ptolemæo, Fanum Fortunæ Tacito Plinioque, ut & in tabellâ marmoreâ:

L. TITULENUS. L. F.
TERTIUS. ORIUNDUS.
COLONIA. JULIA. FANO.
FORTUNÆ. SEX. VIR.

Fuit procul dubio inter XXVIII Colonias, quas Auguſtum duxiſſe auctor eſt Tranquillus. *Fani*, quod ibi Fortunæ ſumptuoſiſſimum olim ædificatum, adhuc magna monſtrantur veſtigia. A Totila Gothorum Rege cum Piſauro everſum

hortibus occupat. Interea certior factus, Iguvium Thermum prætorem cohortibus V tenere, opidum munire, omniumque eſſe Iguvinorum optimam erga ſe voluntatem: Curionem cum III cohortibus, quas Piſauri & Arimini habebat, mittit. Cujus adventu cognitô, diffiſus municipii voluntati Thermus cohortes ex urbe educit & profugit: milites in itinere ab eô diſcedunt, ac domum revertuntur. Curio, omnium ſummâ voluntate, Iguvium recipit. Quibus rebus cognitis, confiſus municipiorum voluntatibus Cæſar, cohortes legionis XIII ex

ſum & à Beliſario reſtitutum tradit Blondus. Hodie opidum eſt in monte ſitum non magnum, & vulgo *Fano* vocatur. *Idem.*

Anconam] Sub Cumero promontorio, qua ſe ad mare torquet, jacet Epiſcopalis urbs *Ancona*; quæ Ἀγκὼν Ptolemæo. Nomen hodie retinet: quod impoſitum urbi ab oræ ibi flexu, cubitu formam, ut Strabo, Plinius & Mela teſtantur, efficiente. Nam is Ἀγκὼν Græcis dicitur. Oppoſita promontorio Cumero, mari ſuoque portu clauditur à ſeptentrione. Portis porro, propugnaculis, muriſque undique munitiſſima, Pontificum præſertim Romanorum induſtriâ. Priſcum fuit Italis Galliſque diſcrimen: Nam, ut Mela tradit, Italia hic quondam finiebatur: incipiebantque Galli Senones cum Galliâ Togatâ. Condita memoratur à Syracuſanis, Dionyſii tyrannidem fugientibus. Mediô ſeculô Gothorum victrix, tandem tamen Longobardorum Dominatum ſuſtinuit: quibus deletis in fidem Germanicorum Cæſarum ſe dedit. Ab Saracenis hinc incenſa, at non ita multo poſt, inſtaurata, populo opibuſque aucta, ſuæ facta eſt poteſtatis, ſalvo nihilominus Clientelari jure Pontifici Romano: ſub cujus imperio omnino eſſe cœpit, arte Bernardini Barbæ. *Idem.*

Iguvium] Varie nomen hujus urbis ſcriptum invenitur. Ἰγούϊον Ptolemæo, Straboni τὸ Γυγῦϊνον ὄρος, aliis *Eugubium*, & in Cæſaris quibuſdam exemplaribus *Lignium*. Aldus autem Manutius ex antiquo lapide *Iguvium* probat. Verba ſic ſe habent.

P. ÆLIO P.F. PAPIR
MARCELLO. CENT.

& poſt lineas aliquot

PATRONO
CIVITAT. FOROFLA. FULGINIA. ITEMQUE. IGUVINORUM. SPLENDIDISSIMUS. ORDO.

Merula opidum hoc ad Apennini radices poſitum tradit, aditum præſtante amœnâ pulchrâque planitie. Vetuſtatem ejus multa teſtantur monumenta. *Montan.*

Thermum prætorem] *Q. Minucius Thermus* habetur in veteribus denariis familiæ Minuciæ cum inſcriptione, Q. THERM. qui fortaſſe is eſt, quem Cæſar hic nominat. *Urſinus.* De Thermo hoc ita Lucanus.

Juſque ſui pulſo jam perdidit Umbria Thermo.

Quas Piſauri & Arimini habebat] Ex quinque cohortibus quas Arimini habebat tres ad occupandum Piſaurum, Fanum & Anconam miſerat; Poſtea duas reliquas, & eam quæ erat Piſauri, cum Curione ad recipiendum Iguvium miſit. Sed mirum eſt eum tunc ſine ullo præſidio Arimini remanſiſſe. Quare de hujus loci integritate nonnihil dubito. *Ciaccon.*

Auxi-

ex præſidiis deducit, Auximumque proficiſcitur: quod opidum Attius cohortibus introductis tenebat, delectumque totô Picenô, circummiſſis ſenatoribus, habebat. Adventu Cæſaris cognito, Decuriones Auximi ad Attium Varum frequentes conveniunt: docent ſui judicii rem non eſſe; neque reliquos municipes pati poſſe; C. Cæſarem imperatorem bene de Republica meritum, tantis rebus geſtis, opidô mœnibuſque prohiberi: proinde habeat rationem poſteritatis & periculi ſui. Quorum oratione permotus Attius Varus, præſidium, quod introduxerat, ex opidô educit, & profugit. Hunc ex pri-

Auximum] Viſitur antiqua & Epiſcopalis urbs *Auximum*, quæ vulgo *Oſmo*, in colle, cujus radices alluit Amnis, decem à mari milliaribus. Tabulæ itinerariæ *Auſimum* dicitur; Αὔξιμον Plutarcho; Αὔξυμον Straboni; *Oximum* Livio; *Auſimas* apud Baldum de Limitibus. Scribit Procopius Metropolim etiam Romanis dici ſolitam, & ab Iconico xxc diſtare ſtadiis. Accenſetur coloniis apud Paterculum. Meminerunt, ut *coloniæ*, multæ quæ ibi inſcriptiones; inter eas hæc quoque eſt:

M. OPPIO. CAPITONI
& poſt intervallum aliquod
PATRONO
COL. AUXIM. ET. COL. ÆSIS ET MUNIC.

Summam loci antiquitatem teſtantur paſſim plurima nuper inventa hic Epitaphia & Elogia. *Merula.*

Piceno] Picenum, ut apud Strabonem alioſque legere eſt, dictum ab auſpicato *Pici Martii* omine, qui in vexillis *Picenorum*, quum ex Sabinis, à quibus orti ſunt, Aſculum commigrarent, conſediſſe dicitur. Alii à *Pico*, Saturni filio, gentis Duce & auctore, derivant. Nonnulli à *Piceno*, urbe hic olim circa Aſcontis fluvii oſtium primariâ, regionem volunt denominatam; Pelaſgis antea cultam & habitatam, uti Silio placet. Poſtea à Longobardis *Marka Anconitanæ* nomen accepit, ab *Ancone* Emporio celeberrimo, quod ſedem & domicilium dabat Marchionibus univerſæ regionis; uti & *Firmianæ*, à *Firmo*, quod totius Piceni caput. Clauditur ad meridiem à Sabinis Vilumbris, Umbris & Apennino monte; ad occidentem Gallis CisAlpinis cum Iſauro fluvio: ad Septentrionem ſinu Adriatico: in Orientali limite ſtatuendo variatur; alii Æternum amnem & Anconem; alii Matrimum fluvium; alii etiam Truentum. *Merula.*

Decuriones Auximi, &c.] *Decuriones* hic non pro iis accipiendi qui turmis præſunt: ſed pro iis, qui Senatui, & conſiliis reip. municipalis intererant. Nam & hi *Decuriones* teſte Laur. Valla dicebantur. Et (ut Pomponius Jureconſultus ait) ideo ſic vocabantur, *quod initio quum coloniæ deducerentur, decima eorum pars conſilii publici gratiâ conſcribi ſolita ſit.* Rhellican.

Attius Varus] Reſpice paulo ſuperius de Attio Varo. Hiſtoriam autem hanc ita dinarrat Lucanus;

Varus ut admotæ pulſarunt Auximon alæ,
Per diverſa ruens, neglecto mœnia tergo,
Qua ſylvæ, qua ſaxa, fugit.

Ex fuga verò hac protinus in Africam contendit, quam provinciam Præto antea poſſedit, & eam à Cæſare avertit. *Montan.*

San-

primo ordine pauci Cæſaris conſecuti milites, conſiſtere cogunt: commiſsôque præliô deſeritur à ſuis Varus: nonnulla pars militum domum diſcedit: reliqui ad Cæſarem perveniunt: atque unà cum iis deprehenſus L. Pupius primipili centurio adducitur, qui hunc eundem ordinem in exercitu Cn. Pompeii antea duxerat. At Cæſar milites Attianos collaudat, Pupium dimittit, Auximatibus agit gratias, ſeque eorum facti memorem fore pollicetur. Quibus rebus Romam nuntiatis, tantus repente terror invaſit; ut, quum Lentulus conſul ad aperiendum ærarium veniſſet, ad pecuniam Pompeio ex Senatuſconſultô proferendam, protinus, apertô ſanctiore ærariô, ex urbe profugeret. Cæſar enim adventare, jam jamque adeſſe ejus equites falsò nuntiabantur. Hunc Marcellus collega & plerique magiſtratus conſecuti ſunt. Cn. Pompeius pridie ejus diei ex urbe profectus iter ad legiones habe-

Sanctiore ærario] Tria Romæ æraria erant: unum in quo civium tributa ac ſociorum vectigalia; & præda imperatorum aſſervabatur, quo ſumptus bellorum ordinarii ſuſtinebantur. Alterum *Sanctius* ærarium appellabatur, in quo aurum viceſimarum cuſtodiebatur: cujus meminit Livius bello Punico, Fabio quintum & Flacco quartum Coſſ. *Cætera*, inquit, *expedientibus, quæ ad bellum opus erant, conſulibus aurum viceſimarum, quod in ſanctiore ærario ad ultimos caſus ſervabatur, promi placuit.* Tertium, in quo pecunia Gallici belli cauſa ſervabatur: quam Gallico bello collatam refert Appianus lib. II, cum execrationibus publicis eam motum non iri, niſi bellum Gallicum impenderet. Sicut autem hoc loco Lentulus ſanctius ærarium refregit, ita poſtea ipſe Cæſar Gallicum: dicebat enim nihil eſſe, quod amplius de Gallis metueretur, quos ipſe funditus ſuſtuliſſet. Plinius Cæſarem ex ærario protuliſſe ait laterum aureorum XXVI millia, & in numerato pondo CCC. Liquet ex hoc doctiſſimi Sigonii teſtimonio (verba enim ejus hactenus ſunt ex I libr. de antiquo jure Civium Roma. cap. XVI) non levis Rhellicani error, qui *ſanctius* hoc *ærarium* planè ignoràſſe videtur: dum verba de refractione ſanctioris ærarii in hunc abſurdum ſenſum detorquet, quaſi Cæſar κατὰ σχηματισμὸν loqueretur: Lentulum nempe juſſu Pompeii ad aperiendum ſanctum ærarium acceſſiſſe; qui ubi ſanctius ærarium apertum audiviſſet, hoc eſt, (ut noſter inſulſiſſimè explicat) nuntiatum eſſet Cæſarem adventare, ex urbe profugiſſe. Nugæ. Non debuiſſet tanta hallucinatio in tantum virum cadere. *Montanus.*

Cn. Pompeius pridie ejus diei ex urbe profectus, iter ad legiones habebat] Merito viri quidam docti mendum hic eſſe putant; ſed utrum hiſtoriæ, an ſcripturæ, mihi eſt incertum. Nam Pompeium urbe exiſſe, iterque in Campaniam habuiſſe, oppoſito edicto ut ſe omnes ſequerentur, ac Conſules & reliquos magiſtratus maximamque Senatus partem poſte-

habebat, quas à Cæſare acceptas in Apulia hibernorum cauſſa diſpoſuerat. Delectus intra urbem intermittuntur. Nihil citra Capuam tutum eſſe omnibus videtur. Ca-

poſtero die eum ſecutos fuiſſe, Dio lib. 41, & Appian. lib. 2, tradunt. Huc uſque igitur Cæſari fides conſtat. Sed quod *Pompeius ex urbe* ſit *profectus pridie ejus diei*, quo Lentulus Conſul ærario ſanctiore aperto pecuniam protulit, id non conſtat. Nam Pompeium urbem reliquiſſe a. d. XVII Kal. Februar. aut ſummum XV: Lentulum vero pecuniam ex ærario abſtuliſſe a. d. IV, aut III Id. Februar. ex locis aliquot Ciceronis oſtendemus: Is igitur ad Atticum, qui Romæ manſerat, ſcribens lib. 7, epiſt. 11 ait; *Unam adhuc à te epiſtolam acceperam datam* XII *Kal. Febr.* (alii *Junii* edunt) &c. *Nam quod rogas, curem ut ſcias, quid Pompeius agat: id ipſum quidem ſcire puto: noſtrum quidem nemo. Vidi Lentulum Coſ. Formiis* X *Kal. Vidi Libonem: plena timoris & terroris omnia.* Et lib. 9, epiſt. 12: *Vidi hominem* (ſcilicet *Pompeium*) XIV *Kal. Febr. plenum formidinis, illo ipſo die ſenſi quid ageret, nunquam mihi poſtea placuit.* Et paulo poſt: *erat igitur in ea quam* X *Kal. Febr.* (ſed legendum forte XII Kal. ex epiſt. 11, l. 7:) *dederas, hoc modo, ſed videamus & Cneus quid agat, & illius rationes, quorſum fluant. Hoc ſcribis poſt diem quartum, quam ab urbe diſceſſimus.* Diſceſſerant igitur Conſules & reliqui magiſtratus XVI Kal. Febr. Pompeius vero XVII, aut ſi verè legitur apud Ciceronem (*in ea quam* X *Kal. dederas*) XV. Videamus nunc quo tempore Lentulus ærarium aperuerit, ex Cicerone ipſo ad Atticum lib. 7, epiſt. 19. VII *Id. Februar. Capuam C. Caſſius Tribun. pleb. venit, attulit mandata ad conſules, ut Romam venirent, pecuniam de ſanctiore ærario auferrent, ſtatim exirent urbe relicta.* Tantum Cicero. Ergo ut id celeriter fuerit adminiſtratum à Conſulibus, IV aut III Id. Febr. factum fuiſſe oportuit. Ex quibus conſtat Pompeium non eſſe ex urbe profectum ante diem II, quam Lentulus ærarium aperuit, Præterea cum ipſe Cæſar ſuperius ſcribit: *Acceptis mandatis Roſcius cum L. Cæſare Capuam pervenit, ibique conſules Pompeiumque invenit*; Et hoc ipſo loco, *cum Lentulus conſul ad aperiendum ærarium veniſſet*; declarat conſules Capuâ, quo jam diu ſe contulerant, Romam veniſſe. Quid ergo eſt? minus integra fide Cæſar hæc ſcripſerit, an mendum librarii fuerit? & pro, Pr. *ejus diei.* Prid. Eid. hoc eſt, *poſtridie ejus.* Nam meminiſſe debemus ante emendationem anni à Cæſare in tertio ſuo Conſulatu factam, ex ordinatione Numæ XXIX tantum dies Januario fuiſſe, & *poſtridie Iduum*, XVII Kal. Febr. fuiſſe, quo die Pompeium urbe egreſſum oſtendi. Quam lectionem ſi probamus, legendum inferius, *iter ad legiones habuerat.* Sed judicent doctiores. *Ciaccon.*

In Apulia] Apuliam nugatores dictam volunt, ab *A* privativa particula & *pluvia*, tanquam *Apluvia*, quia in eâ rariſſimè pluat. Alii nomen ab *Apulo* rege deducunt. Diaconus ait, *Apulia à perditione vocatur: citius enim ibi ſolis fervoribus terra virentia perduntur.* Merula. Fuere autem Apuli juxta Frentanos, Samnites atque Hirpinos, quorum regio Apulia, longiſſimo tractu à Frentone fluvio, vulgo nunc *Fortore*, ad fauces uſque Hadriatici maris excurrens. Diviſa fuit in tres partes. Daunia dicebatur à Frentone ad Aufidum amnem, vulgo nunc *Lofanto*: inde ad Brundiſium & Tarentum, *Peucetia.* Hinc reliquum ſub peninſulæ formâ tenuerunt Meſſapii. Sed Meſſapia poſt dicta Calabria. *Cluver.* Apulia Daunia hodie *Puglia Piana*, Apulia Peucetia *terra di Barri.* Lean. Albertus.

Nihil citra Capuam] Idem Lucanus:

Mœnia Dardanii tenuit Campana coloni:
Hac placuit belli ſedes.

Capua

Capuæ primum ſeſe confirmant & colligunt, delectumque colonorum, qui lege Juliâ Capuam deducti erant, habere inſtituunt; gladiatoreſque, quos ibi Cæſar in ludô habebat, in forum productos, Lentulus libertati confirmat, atque iis equos attribuit, & ſe ſequi juſſit: quos poſtea, monitus à ſuis, quod ea res omnium judiciô reprehendebatur, circum familiares conventus Campaniæ, cuſtodiæ cauſsâ, diſtribuit. Auximo Cæſar progreſſus omnem agrum Picenum percurrit. Cunctæ earum regionum præfecturæ libentiſſimis animis eum recipiunt, exercitumque ejus omnibus rebus juvant. Etiam Cingulô, quod opidum Labienus conſtituerat, ſuâque pecuniâ exædificaverat, ad eum legati veniunt; quæque imperarit, ſeſe cupidiſſimè facturos pollicentur. Milites imperat. Mittunt. Interea legio XII Cæſarem conſequitur, cum his II Aſculum Picenum pro-

Capua verò Ciceroni procoſ. attributa fuerat, ut eam adverſus Cæſarem tueretur. Famil. XVI, Ep. 11. *Montan.*

Lege Juliâ [Cæſar hanc legem Juliam tulerat, nempe ut ager Campanus viginti millibus civium extra ſortem divideretur, Capuamque colonia deduceretur. *Montan.*

In forum productos Lentulus libertati confirmat] Mirè dictum, inquit Hotoman. pro *liberos eſſe juſſit*. J. Lipſius lib. 1. Sat. cap. 14. legit *libertate*, id eſt, firmat conciliatque ſibi data libertate, pilei impoſitione. Facit huc quod Cicero lib. 7, ad Attic. ſcribit. *Gladiatores Cæſaris qui Capuæ ſunt, ſanè commodè Pompeius diſtribuit, binos ſingulis patribus familiarum. Secutorum in ludo* 100 *fuerunt, eruptionem facturi fuiſſe videbantur. Sanè multùm in eo Reipubl. proviſum eſt.* Brant.

Campaniæ] Campania ita dicta vel à Metropoli Capua, vel quod Campeſtribus ſe pandat locis; Plinio felix nuncupatur, à felice beataque regionis amœnitate: de qua ita Florus: *Omnium non modo Italia, ſed toto orbe terrarum pulcherrima Campaniæ plaga eſt. Nil mollius cælo, nil uberius ſolo, nil hoſpitalius mari. Denique bis floribus vernat: ideo Liberi Cereriſque certamen dicitur. Hic illi nobiles portus, Caieta, Miſenus, & tepentes fontibus Baiæ.* Clauditur Campania ab occaſu Liri, Latium ad alteram relinquens oram: ad ſeptentrionem Samnitium montibus: ad ortum Silaro fluvio: ad meridiem Mari Tyrrheno. Hodie *Terra di Lavoro* dicitur. *Merula.*

Cingulo] Sub Apennini collibus, in monte tamen, offert ſe Cingulum ad Muſonem. Hodie *Cingulo* nomen retinens. Conditor, ut hic Cæſar innuit, Labienus, qui Cæſaris in Galliis legatus longo bello tantum ſibi corraſerat ex prædiis divitiarum, ut privata impenſâ tam grande opus exſequutus fuerit. Imaginem ejus nummis argenteis expreſſam vidi apud Gorlæum. *Idem.*

Aſculum Picenum] *Aſculum*, antiquiſſimam civitatem & epiſcopatu nobilem, Strabo, Plinius, Ptolemæus unanimiter cum Cæſare in Piceno collocant:

proficiſcitur. Id opidum Lentulus Spinther x cohortibus tenebat: qui Cæſaris adventu cognitô profugit ex opidô, cohorteſque ſecum abducere conatus, à magnâ parte militum deſeritur. Relictus in itinere cum paucis incidit in Vibullium Rufum, miſſum à Pompeiô in agrum Picenum, confirmandorum hominum cauſsâ. A quô factus Vibullius certior, quæ res in Picenô gererentur, milites ab eô accipit, ipſum dimittit. Item ex finitimis regionibus, quas poteſt, contrahit cohortes ex delectibus Pompeianis. In iis Camerino fugientem Ulcillem Hirum, cum VI cohortibus, quas ibi in præ-

locant, ſed quia ad auſtraliorem Aterni ripam eſt poſitum, Picenum autem ad borealiorem initium capit, malui Samnitibus concenſere. Sed variè etiam apud varios nomen opidi ſcribitur. Cum Cæſare convenit in ſcriptione Livius & Silius; ἄσκυλον Ptolemæo; Ἄσκλος Stephano; *Aſclum*, Antonino. *Aſculus*, Diacono; *Aſculum Picenum*, ut & hôc locô, in Itinerariâ Tabulâ, Plinius nobiliſſimam Piceni coloniam appellat. Jacet plano patuloque campo, munitiſſimo in loco, mœnibus firmis. Ab una parte mons ſublimis, cui arx impoſita; ab altera Truentus ripis præaltis munit. *Idem.*

Lentulus Spinther] Lentulus hic Spinther in argenteis denariis à ſe in Hiſpania cuſis expreſſit tum Pontificatus inſignia, tum quæſturam Hiſpanienſem cum notis: P. LENT. P. F. L. N. Q. S. C. nam hunc denarium cuſit, ut ex ejus forma apparet, Quæſtor cum eſſet in Hiſpania. *F. Urſinus.* Eundem etiam eſſe credo, qui, à Dione P. Cornelius P. F. Lentulus Spinther nominatus, cum Q. Cæcilio Q. F. Metello Nepote conſulatum geſſit, anno ab U.C. DCXCVII: quique contra collegam Metellum reditum Ciceronis ab exilio urſit & obtinuit. *Montan.*

Vibullius Rufus] Vibullio huic prænomen Lucius fuit. Res geſtæ ejus à Pompeio pro maximis judicatæ, teſte Cicerone ad Attic. libr. VIII. *Idem.*

Camerino] Camerinum, Ptolemæo καμαρῖνον· Tacito & Plinio *Camerium*; *Cameria* Livio & Dionyſio; Straboni Καμέρτη· hodie *Camerino*: ſita eſt munitiſſimo loco in Apennini jugo, urbs Epiſcopalis, & diu ſub Ducatus titulo obtenta à Familia Varranenſi. Panvinius coloniam Romanam factam aſſerit jam tum à Romulo Tatioque regibus. Cives hujus loci Plinio *Camertes* vocantur, ut & in inſcriptione, quæ ibi ad fores templi, in baſi ſtatuæ. Sic habet:

IMP. CÆSARI
L. SEPTIMIO SEVERO.

Et tandem in fine

IN ÆTERNAM
SECURITATEM. ADQUE
GLORIAM. JURE. ÆQUO
FÆDERIS SIBI CONFIRMATO CAMERTE IIII. *Merula.*

Ulcillem Hirrum] Liber meus corruptè habet, *Ucillum Hirrum*. Faërnus autem pro *Ulcillem* ſubſtituit *Luceium*. Quam conjecturam videtur non parum adjuvare Cæſaris locus ex lib. 3, in quo *Hirrus* hic prænomine, quo *Luceii* utuntur, affectus eſt. Pantagathus *Ædilem* corrigebat. Itaque magis placet, ut *Ædilem C. Hirrium* legamus. Quod *Hirria* familia nota ſit, tum ex Varrone, apud quem lib. 3 de re ruſtica c. 17, men-

præſidiô habuerat, excipit. Quibus coactis, XIII efficit. Cum iis ad Domitium Ahenobarbum Corfinium magnis itineribus pervenit; Cæſaremque adeſſe cum legionibus II nuntiat. Domitius per ſe circiter XX cohortes Albâ, ex Marſis & Pelignis & finitimis ab regionibus coëgerat. Receptô Aſculô, expulsôque Lentulô, Cæſar conquiri milites, qui ab eô diſceſſerant, delectumque inſtitui jubet. Ipſe, unum diem ibi, rei frumentariæ cauſsâ, moratus, Corfinium contendit. Eò quum

mentio eſt *C. Hirrii* hujus: tum ex Plinio, qui lib. 9, cap. 55, ita de eo ſcribit: *Muranarum vivarium privatim excogitavit C. Hirrius ante alios, qui cœnis triumphalibus Cæſaris dictatoris ſex millia numero muranarum mutuo appendit. Nam permutare quidem pretio noluit aliâve merce.* Hujus autem *Hirrii villam*, inquit Macrobius lib. 2, cap. 11: *Quamvis non amplam aut latam, conſtat propter vivaria, quæ habuit, quadragies ſeſtertium venundatam.* Itaque tum in epiſtolis M. Cælii ad Ciceronem lib. VIII, epiſt. familiar. tum item in epiſtola Cn. Pompeii ad eundem Cicer. lib. VIII, ad Atticum *C. Hirrius* ſcribendum erit. *F. Urſinus.*

Alba] Duplex erat *Alba*, vel ea quæ cognomento *Longa* dicta eſt, hodieque *Savello*, aut ut aliis, *Gandolfi*: vel *Alba* etiam, quæ Soſipatro *Fucentis*, à Fucino lacu, opidum in Marſis. Agrum ejus deſcribit Silius lib. VIII:

—— interiorque per udos
Alba ſedet campos, pomiſque rependit ariſtas.

Strabo, quod permunita undique eſſet, Romanos iis, qui cuſtodiendi erant, tanquam carcerem aſſignare conſueviſſe tradit. Unde Perſeum regem cum Alexandro filio juſſu Senatus eo à Q. Caſſio deductum, lib. XLV, Bithuntem autem Arvernorum regem ibidem ſervatum, lib. LXI tradit Livius. Ruinis nunc tota fere collapſa jacet. Quædam veterum mœniorum ex quadrato lapide partes, quanta fuerit urbs, facile loquuntur. *Merula.* Nomen hoc tempore retinet, & vulgo *Albo* vel *Albi* vocatur. *Cluver.*

Marſis & Pelignis] Marſi Italiæ populi, apud Geographos & Hiſtoriographos notiſſimi. Auctor gentis Marſus putatur, Ulyſſis & Circes filius. Ferociſſimos fuiſſe, docent res ab ipſis geſtæ: ut & bellum illud Sociale, quod ab Marſis *Marſicum* dictum. Peligni autem Straboni & Ptolemæo πελιγνοί. Leander notat *Valvenſes* huc quondam profectos ex Illyrico, ductu Volſinii Regis Luculli: ei duos fuiſſe nepotes *Pacinum* & *Pelinum*. Ab hoc *Pelignos*, ab illo nomen accepiſſe *Pacinates*. Pelignorum appellatio latet in quibuſdam hujus regionis locis, *Paleno*, *Forca di Paleno*, *Leto di Paleno*: quin totus ager *Pelignorum* hodie corruptè *Palena* dici perhibetur. Pelignis ab oriente flumen eſt Sarus: à meridie Veſtini: ab occidente amnis Aternus cum Marrucinis: à ſeptentrione ſinus Adriaticus. *Merula.*

Corfinium] Finium Pelignorum caput *Corfinium*, bello ſociali omnibus Italis communis civitas appellata eſt, *Italicaque* novo nomine dicta, ubi arx & propugnaculum adverſus Romanos eſſet. Hodie Cittadinus *Corfinii* nihil remanere ait quam vicum cum eccleſia, & paucis domibus, vulgoque vocari *S. Petino.* Ingentium ædificiorum ruinas paſſim ibi cerni, addit Leander. *Idem.*

quum veniſſet, cohortes v præmiſſæ à Domitiô ex opidô pontem fluminis interrumpebant, qui erat ab opidô millia paſſuum circiter III. Ibi cum antecurſoribus Cæſaris præliô commiſsô, celeriter Domitiani à ponte repulſi ſe in opidum receperunt. Cæſar, legionibus tranſductis, ad opidum conſtitit, juxtaque murum caſtra poſuit. Re cognitâ, Domitius ad Pompeium in Apuliam peritos regionum magnô propoſitô præmiô cum literis mittit; qui petant atque orent, ut ſibi ſubveniat: Cæſarem duobus exercitibus, & locorum anguſtiis facile intercludi poſſe, frumentoque prohiberi. Quod niſi fecerit, ſe, cohorteſque amplius xxx, magnumque numerum ſenatorum, atque equitum Romanorum in periculum eſſe venturum. Interim ſuos cohortatus tormenta in muris diſponit: certaſque cuique partes ad cuſtodiam urbis attribuit: militibus in concione agros ex ſuis poſſeſſionibus pollicetur, quaterna in ſingulos jugera, & pro ratâ parte centurionibus evocatiſ-

Ex opido pontem fluminis interrumpebant] In quem finem hæc à Domitio facta ſint, Lucanus lib. 2, hiſce verſibus oſtendit:

> —— *hoc limite bellum*
> *Hæreat, hâc hoſtis lentus terat otia ripâ:*
> *Præcipitem cohibete ducem, victoria nobis*
> *Hic primùm ſtans Cæſar erit.*

Quaterna in ſingulos jugera] Primus hunc locum correxit Manutius: ante enim codices legebant XL *in ſingulos jugera*. Habebat Domitius xxx cohortes, id eſt militum xv millia: quadraginta igitur in ſingulos jugera ſi dividantur, jugerum erunt ſexcenta millia. Eſt autem jugeri longitudo, pedes CCXL, latitudo CXX. Immanis eſt hic jugerum numerus: cum præſertim dicat, *ex ſuis poſſeſſionibus*. Montan.

Pro rata parte] Quæ ſit hæc *rata pars*, quæritur. Sciendum eſt Centurionis ſtipendium duplo majus peditis ſtipendiô fuiſſe: equitis, triplo. id quod Polyb. lib. 6: & Livius multis locis demonſtrant. Quæ autem in ſtipendio proportio ſervabatur, eandem in donatione quoque ſervari ſolitam, cum ex hoc loco, tum ex quamplurimis & Livii, & Plutarchi, & Appiani locis facile intelligitur. *Hotoman.*

Centurionibus evocatiſque] *Evocati* dicebantur, qui legitimo militiæ tempore perfuncti, cum emeritis & confectis ſtipendiis eſſent, tamen propter rei militaris ſcientiam, & quod plerique beneficiis affecti fuerant, nominatim literis ac nuntiis ab Imperatore, magis officii & amicitiæ cauſsâ, quàm pro imperio evocabantur: iiſque plerumque præfectus aliquis attribuebatur. Cæſar ſupra ait: *Erat Craſtinus evocatus in exercitu Cæſaris, qui apud eum primum pilum in legione decima duxerat. Hic ſigno dato, Sequimini me, inquit, manipulares mei qui fuiſtis.* Cicero in epiſt. ad Appium: *Antonium præfectum evocatorum miſi ad te, sui*

catiſque. Interim Cæſari nuntiatur Sulmonenſes, quod opidum à Corfinio VII millium intervallo abeſt, cupere ea facere, quæ vellet, ſed à Q. Lucretiô ſenatore, & Attiô Pelignô prohiberi, qui id opidum VII cohortium præſidiô tenebant. Mittit eò M. Antonium cum legionis VIII cohortibus V. Sulmonenſes, ſimul atque noſtra ſigna viderunt, portas aperuerunt; univerſique & opidani, & milites obviam gratulantes Antonio exierunt. Lucretius & Attius de murô ſe dejecerunt. Attius ad Antonium deductus petit, ut ad Cæſarem mitteretur. Antonius cum cohortibus & Attiô, eôdem die, quô profectus erat, revertitur. Cæſar eas cohortes cum exercitu ſuo conjunxit, Attiumque incolumem dimiſit. Cæſar tribus primis diebus caſtra magnis operibus munire, & ex finitimis municipiis frumentum comportare, reliquaſque copias exſpectare, inſtituit. Eò triduô legio

cui ſi videbitur, cohortes traderes. Salluſt. in Jugurth. *Præterea ex Latio fortiſſimum quemque, pleroſque militiâ, paucos famâ cognitos accire, & ambiendo cogere homines emeritis ſtipendiis ſecum proficiſci.* Hinc etiam in exteros tranſlatum. Cæſar Gall. 3: *Multis præterea viris fortibus Toloſâ, Carcaſone, & Narbone nominatim evocatis,* &c. Evocati autem modo peditibus, modo equitibus admiſcebantur. De peditibus, Craſtinus, de quo modo diximus, teſtimonio eſt. De equitibus, Cæſar lib. 7: *Eorum adventu,* de Germanis loquitur, *quod minus idoneis equis utebantur, à Tribunis militum, reliquiſque equitibus Romanis atque evocatis equos ſumit, Germaniſque diſtribuit.* Idem. Obſervandum obiter non ſine ratione Cæſarem ubique evocatos centurionibus ſubjungere. Sic etiam lib. 3 bell. civil. *Ex Pompeianis cecidiſſe reperiebamus centuriones & evocatos complures.* Singuli enim evocati velut centuriones erant, & iſto honore & inſignibus affecti. *Montan.*

Sulmonenſes] Sunt hi cives ſive incolæ *Sulmonis.* Quod opidum appellationis originem habet à *Solymo* Phrygio, Æneæ comite. Ovid. lib. IV Faſtor.

Hujus erat Solymus, Phrygiâ comes unus ab Idâ;
A quo Sulmonis mœnia nomen habent;
Sulmonis gelidi patriæ, Germanice, noſtræ:
Me miſerum Scythico quam procul illa ſolo eſt.

Hodie *Sulmona* eſt, teſte Leandro: aliquibus male *Sermona*, notante Ciofano. Urbs eſt pulchritudine loci, frequentiâ populi, aquarum abundantiâ in primis nobilis. Patria Ovidii Poëtæ. Ipſe de ſe lib. IV Triſt. Eleg. X.

Sulmo mihi patria eſt gelidis uberrimus undis,
Millia qui novies diſtat ab urbe decem. Merula.

Q. Lucretio] Hujus Lucretii crebra mentio apud Cicer. in Epiſtol. ad Atticum. Dio ſub Auguſto, anno ab U.C. DCCXXXV, L. Lucretium Viſpalionem cum C. Sentio Saturnino conſulem conſtituit; qui forte filius hujus Lucretii: nam Quinti filius vocatur. *Montan.*

 A re-

gio VIII ad eum venit, cohorteſque ex novis Galliæ delectibus XXII, equiteſque à rege Norico circiter CCC. Quorum adventu altera caſtra ad alteram opidi partem ponit. Iis caſtris Curionem præfecit: reliquis diebus opidum vallô caſtelliſque circummunire inſtituit. Cujus operis maximâ parte effectâ; eôdem fere tempore miſſi ad Pompeium revertuntur. Literis perlectis Domitius diſſimulans in conſiliô pronuntiat Pompeium celeriter ſubſidio venturum; hortaturque eos, ne animo deficiant, quæque uſui ad defendendum opidum ſint, parent. Ipſe arcana cum paucis familiaribus ſuis colloquitur, conſiliumqne fugæ capere conſtituit. Quum vultus Domitii cum oratione non conſentiret, atque omnia

A rege Norico] Scilicet *Vocione*. Sic enim Cæſar ſupra ſub ipſum finem lib. I, de Gallico bello Noricum regem vocat uxoris Arioviſti fratrem. Unde mea conjectura eſt, eum hic de eodem loqui. *Rhellican.* Sed *Noricus ager*, trans Rhenum non longè à Danubiô & Atheſi, Germaniæ fluminibus, intra Tridentinam, ac Conſtantienſem, & Curienſem diœceſes, ſatis proximus Bavaris, ac Suevis, qui *Vallis Norica* appellatur, in quem Boii oppugnatâ Noricâ tranſierant. Inde Tacitus affirmat, quod Noricos, Rhetoſque Rhenus fluvius interfluit, quibus Rhetis Lepontii fuere proximi. *Marlian.*

Domitius diſſimulans] Hanc autem Pompeii deſertionem Cicero mirificè exagitat, Att. 8, epiſt. 7, & 8. Culpam tamen omnem Pompeius in Domitium conferebat. Quod ipſius literis cognoſci poteſt, quarum exemplum extat eôdem libr. epiſt. 17, 18, 19, 20. Summa autem hæc erat, ſe neque pares cum Cæſare copias habere, neque iis duabus quas habebat, legionibus ſatis confidere, ut iis Reipublicæ fortunas committeret. Itaque cenſere, ut Domitius opidô relictô ſuas copias cum ipſius copiis conjungeret. *Hotoman.*

Quum vultus Domitii cum oratione non conſentiret, &c.] Hiſtorici in hâc hiſtoriâ deſcribendâ mirè variant. Appianus enim Alexandrinus, ſeu lectis hiſce Cæſareanis Commentariis, ſeu rumore cognitis, cum hoc Cæſaris loco in hæc verba ſentit: *Caſar interea L. Domitium imperii ejus ſucceſſorem à ſenatu deſtinatum; cæteroſque qui cum illo venerant, ad quatuor millium numerum Corfinii obſedit. Qua ex cauſa moti illi, qui urbem incolebant, Domitium fugam præparantem ad portas urbis conſequuntur, eumque ad Cæſarem adducunt.* Hæc ille. Plutarchus autem & Lucanus fugæ Domitianæ non meminerunt: nec interim ipſi quoque inter ſe conſentiunt. Ille namque Domitium adeo deſperabundum, puſillanimem & varium in iſtâ obſidione deſcribit, ut quum deſperatis rebus à ſuo medico ſervo quidem venenum popoſciſſet, datum illico tanquam moriturus hauſerit. Paulo poſt ut mirabilem Cæſaris humanitatem, quâ erga captos utebatur, audiverit, ſeipſum lugere, & conſilii celeritatem improbare cœpiſſe. Eum verò conſolante medico, quoniam non mortiferam, ſed ſomniferam potionem hauſiſſet, alacriter ad Cæſarem contendiſſe. Cujus ubi dexteram amplexatus, denuo ſe contulit ad Pompeium, &c. Hic

omnia trepidantius timidiuſque ageret, quàm ſuperioribus diebus conſuêſſet, multumque cum ſuis conſiliandi cauſsâ ſecreto, præter conſuetudinem, colloqueretur; concilia conventuſque hominum fugeret; res diutius tegi diſſimularique non potuit. Pompeius enim reſcripſerat ſeſe rem in ſummum periculum deducturum non eſſe; neque ſuô conſiliô aut voluntate Domitium ſe in opidum Corfinium contuliſſe. Proinde, ſi qua facultas fuiſſet, ad ſe cum omnibus copiis veniret. Id ne fieri poſſet, obſidione atque opidi circummunitione fiebat. Divulgatô Domitii conſiliô, milites, qui erant Corfinii, primâ veſperâ ſeceſſionem faciunt: atque ita inter ſe per tribunos militum centurioneſque, atque honeſtiſſimos ſui generis, colloquuntur; obſideri ſe à Cæſare; opera munitioneſque prope eſſe perfectas; ducem ſuum Domitium, cujus ſpe atque fiduciâ permanſerint, projectis omnibus, fugæ conſilium capere: debere ſe ſuæ ſalutis rationem habere. Ab his primo Marſi diſſentire incipiunt, eamque opidi partem, quæ munitiſſima videretur, occupant: tantaque inter eos diſſenſio exſtitit, ut manum conſerere atque armis dimicare conarentur. Poſt paulo tamen, internuntiis ultro citroque miſſis, quæ ignorabant, de L. Domitii fugâ cognoſcunt. Itaque omnes unô conſiliô Domitium productum in publicum circumſiſtunt, & cuſtodiunt; legatoſque ex ſuô numerô ad Cæſarem mittunt: ſeſe paratos eſſe portas

Hic vero virum fortem, conſtantem, & mortis pro patriâ obeundæ cupidum, ita Domitium deſcribit:

Ecce nefas belli reſeratis agmina portis
Captivum traxere ducem, civiſque ſuperbi
Conſtitit ante pedes, vultu tamen alta minaci
Nobilitas rectâ ferrum cervice popoſcit.
Scit Cæſar pœnamque peti, veniamque timeri,
Vive licet nolis, & noſtro munere, dixit,
Cerne diem. victis jam ſpes bona partibus eſto
Exemplumque mei: vel ſi libet arma retenta,
Et nihil hâc veniâ, ſi viceris ipſe, paciſcor. Rhellican.

Omnia trepidantius] Memorabile eſt quod de hoc Domii terrore Seneca ſcribit libr. de benef. 3: *Corfinium*, inquit, *Cæſar obſidebat. Tenebatur incluſus*

tas aperire, quæque imperaverit facere, & L. Domitium vivum in ejus poteſtatem tranſdere. Quibus rebus cognitis Cæſar, etſi magni intereſſe arbitrabatur quamprimùm opido potiri, cohorteſque ad ſe in caſtra tranſducere, ne qua aut largitionibus, aut animi confirmatione, aut falſis nunciis commutatio fieret voluntatis, quod ſæpe in bello parvis momentis magni caſus intercederent; tamen veritus, ne militum introitu, & nocturni temporis licentia opidum diriperetur, eos, qui venerant, collaudat, atque in opidum dimittit; portas muroſque aſſervari jubet. Ipſe iis operibus, quæ facere inſtituerat, milites diſponit, non certis ſpatiis intermiſſis, ut erat ſuperiorum dierum conſuetudo, ſed perpetuis vigiliis ſtationibuſque, ut contingant inter ſe, atque omnem munitionem expleant: tribunos militum & præfectos circummittit; atque hortatur, non ſolùm ab eruptionibus caveant; ſed etiam ſingulorum hominum occultos exitus aſſervent. Neque verò tam remiſsô ac languidô animô quiſquam omnium fuit, qui eâ nocte conquieverit. Tanta erat ſumma rerum exſpectatio, ut alius in aliam partem mente atque animo traheretur, quid ipſis Corfinienſibus, quid Domitio, quid Lentulo, quid reliquis accideret, qui quoſque eventus exciperet. Quartâ vigiliâ circiter Lentulus Spinther de murô cum vigiliis cuſtodibuſque noſtris colloquitur; velle, ſi ſibi fiat poteſtas, Cæſarem convenire. Factâ poteſtate, ex opidô mittitur, neque ab eô prius Domitiani milites diſcedunt, quàm in conſpectum Cæſaris deducatur. Cum eô de ſalute ſua agit, atque obſecrat, ſibi ut parcat; veteremque amicitiam com-

ſus Domitius. Imperavit medico, eidemque ſervo ſuo, ut ſibi venenum daret. Cum tergiverſantem videret; Quid cunctaris, inquit, *tanquam in tuâ poteſtate totum iſtud ſit? mortem rogo armatus. Tum ille promiſit; & medicamentum innoxium bibendum illi dedit: quô cum ſopitus eſſet, acceſſit ad filium ejus. Jube me,* inquit, *adſervari, dum ex eventu intelligis, an venenum patri tuo dederim. Vixit Domitius; & ſervatus à Cæſare eſt: prior tamen illum ſervus ſervaverat.* Montan.

Colle-

commemorat; Cæſariſque in ſe beneficia exponit; quæ erant maxima; quod per eum in collegium pontificum venerat; quod provinciam Hiſpaniam ex prætura habuerat; quod in petitione conſulatus ab eo erat ſublevatus. Cujus orationem Cæſar interpellat: ſe, non maleficii cauſâ ex provinciâ egreſſum, ſed uti ſe à contumeliis inimicorum defenderet; ut tribunos plebis ea re ex civitate expulſos, in ſuam dignitatem reſtitueret; ut ſe, & populum Romanum, paucorum factione oppreſſum, in libertatem vindicaret. Cujus oratione confirmatus Lentulus, ut in opidum reverti liceat, petit: quod de ſua ſalute impetraverit, fore etiam reliquis ad ſuampſe ſolatio. Adeo eſſe perterritos nonnullos, ut ſuæ vitæ durius conſulere cogantur. Facta poteſtate, diſcedit. Cæſar, ubi illuxit, omnes ſenatores ſenatorumque liberos, tribunos militum equiteſque Romanos ad ſe produci jubet. Erant ſenatorii ordinis L. Domitius & P. Lentulus Spinther, L. Vibullius Rufus, Sex. Quinctilius Varus quæſtor, L. Rubrius; præterea filius Domitii aliique com-

Collegium pontificum] Collegium pon- ficum, à Numa rege inſtitutnm, con- itit ex quatuor viris, iiſque Patriciis, ſque ad annum urbis CDLIV. Tum nim Q. & Cn. Ogulnii Trib. Pleb. le- em tulerunt, ut numerus Pontificum ageretur. Rogatio promulgata eſt, & d priores quatuor totidem allecti. Et a octo conſtituebant collegium Ponti- cum. At Sylla Dictator ſeptem addidit, ut tum quindecim eſſent, & diſtin- i inter ſe: alii enim majores, alii mi- ores Pontifices dicti. Manſit hoc Col- gium uſque ad tempora Theodoſii: iô Chriſtianis ſacris initiatô, & omnia otinente, Ethnicæ ſuperſtitionis my- e hi præcipui, cum reliquis expulſi & xterminati ſunt. Munus autem Ponti- cum erat, de cauſis ad ſacra pertinen- bus judicare, religionibus Deorum mmortalium præeſſe, novas leges de cris condere. Dicti ſunt Pontifices à faciendo ponte ſublicio. *Montanus.*

Quod de ſua ſalute impetraverit, fore etiam reliquis ad ſuampſe ſolatio] Non magna mutatione facta reponerem *fore etiam reliquis ad ſuam ſpei & ſolatio.* Hoc eſt, cùm viderint me qui tantis tuis beneficiis obſtrictus contra te arma tulerim, tamen de ſalute mea facile impetrare, ſolabuntur, & de ſua quoque ſalute bene ſperare incipient. *Ciaccon.*

Adeo eſſe perterritos nonnullos, ut ſuæ vitæ durius cònſulere cogantur] Libentius legerem, *durius conſulere cogitent.* Cogitabant enim nonnulli ſibi ipſis manus inferre, ne in Cæſaris poteſtatem venirent. Et ipſe L. Domitius venenum à medico familiari ſuo precibus impetratum ſub Lentuli diſceſſum biberat. *Id.*

L. Rubrius] Hunc opinor eſſe *L. Rubrium*, qui in argenteis denariis ab eo cuſis dicitur L. RUBRIUS. DOSSEN. *Ful. Urſinus.*

Seſter-

complures adoleſcentes, & magnus numerus equitui Romanorum & Decurionum, quos ex municipiis Dc mitius evocaverat. Hos omnes productos à contume liis militum conviciiſque prohibet: pauca apud eos lo quitur, quod ſibi à parte eorum gratia relata non ſi pro ſuis in eos maximis beneficiis; dimittit omnes in columes. Seſtertium ſexagies, quod aurum adduxera Domitius, atque in publicum depoſuerat, allatum a ſe ab II-viris Corfinienſibus Domitio reddit, ne conti nentior in vitâ hominum, quàm in pecuniâ fuiſſe videa tur; etſi eam pecuniam publicam eſſe conſtabat, datam que à Pompeiô in ſtipendium. Milites Domitianos ſa cramentum apud ſe dicere jubet: atque eô die caſtr movet: juſtumque iter conficit. VII omnino dies a Corfinium commoratus, & per fines Marrucinorum Frentanorum, Larinatium in Apuliam pervenit. Pom peius

Seſtertium ſexagies] Bene hic *ſexagies:* & non *ſexaginta*; (ſic quidam ex arithmetico numero HS LX, qui in pleriſque exemplaribus expreſſus, legunt) nam ſexaginta ſeſtertia efficiunt, teſte Budæo, mille & quingentos aureos. Et illane tam grandis pecunia, cujus Cicero meminit ad Attic. lib. VIII, Epiſtol. XXII? Verba ejus ſunt: *Addit illud ſane moleſtum, pecuniam Domitio ſatis grandem, quam is Corfinii habuerit, non fuiſſe redditam.* Ergo legendum *ſexagies ſeſtertium:* quæ ſumma efficit centena & quinquaginta millia coronatorum monetæ Franciæ, & magis fidem rei, & laudem continentiæ Cæſaris exprimit. *Montan.*

Ab Duumviris, &c.] Feneſtella *Duumviros* ſacrorum cauſsâ creatos eſſe tradit, & tandem quum ea dignitas etiam ad plebem tranſlata eſſet, ex Duumviris Decemviros eſſe factos. Pomponius autem Lætus refert, Tullum Hoſtilium regem Duumviris poteſtatem judicandi feciſſe de capite M. Oratii. *Rhellican.* Duumviri Romæ à Tarquinio inſtituti ſunt: quibus carmi na Sibyllæ concredebantur, quoſqu adire ſolebant, ubi prodigia annuntia bantur. Sed in coloniis, ut hôc locô Duumviratus annuus magiſtratus erat propemodum poteſtati conſulari, au ſaltem prætoriæ, apud Romanos æqua lis. *Montan.*

Juſtumque iter conficit] Hirtius de bel Afr. in princ. *Cæſar itineribus juſtis con fectis*, ſcilicet quantum militari grad vulgo ſolet. Veget. lib. I, cap. IX: *Mili tari gradu viginti millia paſſuum, hor quinque duntaxat æſtivis conficienda ſunt* Idem.

Septem omnino dies ad Corfinium com moratus] Cæſarem à Corfinio profe ctum Feralibus poſt meridiem, ſcribi Cicero ad Attic. lib. VIII. Porro Fera lia celebrabantur Romanis duodecim Calend. Mart. *Idem.*

Marrucinorum, Frentanorum, Lari natium] *Marrucini* Plinio & Cæſari, a pud quem in aliquibus codicibus cun Livio & Statio etiam *Marucini:* Stra boni Μαρϰῦνοι. Iis ab ortu confinale Peli-

peius, iis rebus cognitis, quæ erant ad Corfinium geſtæ, Luceriâ proficiſcitur Canuſium, atque inde Brundiſium. copias undique omnes ex novis delectibus ad ſe cogi jubet. Servos, paſtores armat; atque his equos attribuit. Ex iis circiter CCC equites conficit. L. Manlius prætor Albâ cum cohortibus VI profugit: Rutilus Lupus prætor Tarracinâ cum III: quæ, procul equitatum

'eligni cum Aterno; à Meridie Veſtini & Præcutini; ab occaſu Piceni cum Truento; à ſeptentrione Adriâ concluſi. Frentani Straboni φρεντανοὶ, Σαμνιτικὸν ἔθνος addenti, his limitibus circumſcripti ſunt. Ab oriente Phiternô luviô vel Apuliâ Dauniâ; ab occidente aarô amne, & Pelignis; à Septentrione ſinu Adriaticô; à meridie denique Apenninô. Eleganter & doctè ita de ilis Celſus Cittadinus: Similitudo nominis inter *Frentanos* ſeu *Ferentanos* & *Ferentinates* & *Ferentinos*, anſam præbuit ibrariis errandi in ſcriptura, & hæc nomina confundendi. *Frentani* itaque ſeu *Ferentani* ſunt populi Samnitium, vulgo uno communi nomine *Abruzzez*, appellati, inter Hirpinos & Marrucinos. De Larinatibus ita Silius:

> *Quaque jacet ſuperi Larinas accola ponti.*

orum opidum *Larinum*, hodie *Larino*, ſita à veteri Larino (deſtructum enim illud opidum) ſpatio duorum milliarium. *Merula.*

Luceria] Λουκερία Straboni, Λουκερία Polybio, hodie in exiguo colle opium epiſcopale eſt. Quidam Luceriam ictam volunt à *Lucendo:* quod editiore loco ſita lux quaſi & fax eſſet totius Apuliæ. Strabonis temporibus jam diuta jacebat, poſt ex veteribus ruinis eſtituta à Conſtantino II, Orientis imperatore. Denuo exciſa, rurſus poſt hanc ladem reſtaurata, Saracenis ex Africa eductis conceſſa eſt; unde vulgo *Luria de i Saraceni* cognominata. Quibus indem à Karolo II expulſis *D. Mariæ vitas* dicta. Sed priſtinum nomen Luceriæ in hunc uſque diem prævaluit. *Id.*

Canuſium] Diſtat à Cannarum vico clade Romanorum nobiliſſimo XXV ſtadiis Canuſium; Κανύσιον Ptolemæo & Stephano, cui Μεγίστη πόλις τῶν Ἰταλιωτίδων. Et addit, Στράβων ἔπη. Quod verum: Scribit enim ille, quod non procul à mari in planicie duæ ſint urbes, quæ, ut ambitus earum docent, quondam Ἰταλιωτίδων fuere maximæ, Κανύσιον & Ἀργυριππών. Haud ita procul mari, πρὸς τὸ πελαγιὸν Αὐφίδιον, ut idem Strabo dicit. Apuliæ Dauniæ adſcribit Ptolemæus; male, quum omnis ultra Aufidum ripa, in quâ Canuſium, Peuceriis ab omnibus attribuatur. Nomen *Ganola* quidam retinere notat. Nonnulli circa *Barlettam* fuiſſe cenſent. *Idem.*

Brundiſium] Non tantum in manuſcriptis autorum commentariis Brundiſium legitur, (pro quo vulgo Brunduſium) ſed etiam in termino vitæ qui Aſculi deſcriptus legitur apud Panuinium.

IMP. CÆSAR
DIVI. NERVÆ. F.
NERVA. TRAJANUS.
AUG. GERM. DACICO.
PONT. MAXIM. TR. POT.
XIII. IMP. VI. COS. V.
P. P.
VIAM. A. BENEVENTO.
BRUNDISIUM. PECUN.
SUA FECIT.

Veteribus nummis *Bryndiſium:* Βρενδέσιον Ptolemæo: Βρεντήσιον Stephano: *Barnedis* Benjamino in itinerario: hodie *Brindiſi.* Sed de hac urbe ſtatim fuſius. *Merula.*

Tarracina] Plinio *Taracina*, ſine gemi-

tum Cæſaris conſpicatæ, cui præerat Bivius Curius, relicto prætore, ſigna ad Curium transferunt, atque ad eum tranſeunt. Item reliquis itineribus nonnullæ cohortes in agmen Cæſaris, aliæ in equites incidunt. Reducitur ad eum deprehenſus ex itinere Cn. Magius Cremona præfectus fabrûm Cn. Pompeii: quem Cæſar ad eum remittit cum mandatis: quoniam ad id tempus facultas colloquendi non fuerit, atque ad ſe Brundiſium ſit venturus, intereſſe Reipublicæ & communis ſalutis ſe cum Pompeio colloqui: neque verò idem perfici longô

geminatione caninæ; Ταρακίνα Straboni; Ταῤῥακίναι Ptolemæo; Antonino, Terracina. Olim Τραχίνη, teſte Strabone. In aſpero namque & ſaxoſo monte fuit locata. Trachas etiam vocatur Ovidio. Volſcorum (quorum erat in Latio caput, teſte Diodoro) linguâ *Anxur*, appellatur, ut notat Plinius & Feſtus, cujus hæc verba: *Anxur vocabatur quæ nunc Tarracina dicitur, Volſcæ gentis, ſicut ait Ennius:*

Volſculi perdidit Anxur.

Hodie Tarracinæ nomenclaturam retinet, loco nonnihil mutato. Olim enim in monticulo ſita fuit, mari circumfuſa. Ad ſitum pertinent illa Lucani & Horatii. Iſte canit:

Jamque & præcipites ſuperaverat Anxuris arces.

At hic:

—— ſubimus
Impoſitum ſaxis late candentibus Anxur.

Ager autem *Tarracinenſis* fœcundiſſimus & amœniſſimus eſt, vitibus, aurantiis, citriis, limonibus, aliiſque id genus arboribus abundans. *Idem.*

Bivius Curius] Glandorpius pro *Bivio* ſubſtituit *Vivium*, & rationem addit, quia ſic apud Fabium lib.6, cap.4, invenitur. Urſino nomen hoc *Bivii* planè ſuſpectum: nam de Curio, ait, non dubito, quin rectum ſit. Ita enim nominatur in libris veteribus apud Ciceronem, lib.9, epiſt.6, ad Atticum: in quâ ſic ſcribit: *Cohortes ſex quæ Albæ fuiſſent ad Curium transiiſſe.* Sed hôc loco Ciacconius, neſcio quâ auctoritate legit, *ad Curtium*. Et hinc vix dubitat, quin in Cæſare reponat *M. Curtius*: præcipuè quia Cicero ad Q. fratrem mentionem facit M. cujuſdam Curtii Tribuni mil. Cæſariani. Quicquid ſit, timidius ego interpungerem & mutarem, ubi nec veteri codice nec probabilitate aliqua adjuvari contingit. *Montanus.*

Reducitur ad eum deprehenſus ex itinere] Cæſar ipſe in epiſt. ad Atticum lib.9, epiſt.8: *Cn. Magium Pompeii præfectum deprehendi: ſcilicet meo inſtituto uſus ſum, & eum ſtatim miſſum feci. Jam duo præfecti fabrûm Pompeii in meam poteſtatem venerunt, & à me miſſi ſunt.* Id.

Cn. Magius Cremona] Hunc *Magium* Velleius Paterculus teſtatur avum ſib[i] fuiſſe, cumque poſt mortem Pompei[i] Bruto adhæſiſſet, illius quoque præfectus fabrûm, eô victô in Italiam rediiſſe, ac demum bello Peruſino ſibi manum attuliſſe. *Glandor.* Ita aliquando patriæ nomen addebant priſci, &, u[t] hîc obiter notes, iſto loquendi genere Sic alibi etiam Cæſar, *C. Felginatem Placentia.* Montanus.

Præfectus fabrûm] In legionibus quidem olim fabri ſeorſim non erant, ſed milites ipſi, aut aliqui inter eos, longo uſu docti, & fortaſſis mixti quidam ex profeſſo tales; qui his præerat & dirigebat præfectus fabrûm dicebatur. *Lipſius.*

Vete-

gô itineris ſpatiô, quum per alios conditiones ferantur, aç ſi coram de omnibus conditionibus diſceptetur. His datis mandatis, Brundiſium cum legionibus VI pervenit, veteranis IV: reliquis, quas ex novo delectu confecerat, atque in itinere compleverat. Domitianas enim cohortes protinus à Corfinio in Siciliam miſerat. Reperit conſules Dyrrhachium profectos cum magnâ parte exercitus, Pompeium remanere Brundiſii cum cohortibus XX. Neque certum inveniri poterat, obtinendine cauſsâ Brundiſii ibi remanſiſſet, quò facilius omne Hadriaticum mare, extremis Italiæ partibus regionibuſque

Veteranis IV] Carrarienſis codex & lii *veteranis* III. &, ut videtur, rectius. Nam Cæſar, ut ex iis quæ ſupra habentur, conſtat, habuit legionem XIII, XII, & VIII. Cæſar autem Brundiſium pervenit a. d. VII Id. Mart. ut ipſe ſcribit ad Oppium Cornelium, in epiſtolis ad Atticum lib. 9, epiſt. 16. *A. d.* VII *Id. Mart. Brundiſium veni, ad murum caſtra poſui.* Ciaccon.

Reperit conſules Dyrrhachium profectos] Conſules profecti erant *a. d.* IV *Non. Mart.* Cicero ad Attic. lib. 9, epiſt. 4. Venerat autem Pompeius Brundiſium *II Kal. Mart.* eodem libro, epiſt. 12. *Ciacconius.*

Conſules Dyrrhachium profectos, &c.] Pomponius Mela libr. 2: *Dyrrhachium* ecundam Iſtriæ urbem ponit, eamque prius *Epidamnum* vocatam dicit: ſed propter malum omen à Romanis nomen poſtea immutatum eſſe. Idem teſtatur Plinius lib. 3, cap. 23. De ſitu autem & origine ejuſdem, ac nominis immutatione quum Thucydides, & Appianus clarius quiddam tradiderint: eorum verba huc apponere viſum eſt. Ille ergo libr. 1, ita ſcribit: *Epidamnus eſt urbs ad dexteram ſita navigantibus Ionium ſinum verſus. Hanc habitatum venerunt Corcyrenſes coloni à Phalio Corinthio deducti: qui erat ab Hercule oriundus, Eratoclidæ filius, ex metropoli ſecundum veterem legem acerſitus. Nonnulli etiam Corinthii, & alii præterea Doricæ nationis ex colonis fuerunt*, &c. Hic verò ad hunc modum: *Pompeius Dyrrachium tuto proficiſcitur, quod nonnulli Epidamnum eſſe putant, hujuſmodi nominis opinione ducti. Rex quippe Epidamnus urbem ſupra mare condidit, quæ ab ipſo nomen aſſumpſiſſe creditur. Hujus ex filiâ nepos Dyrrhachus ex Neptuno genitus (ut quidam perhibent) portum urbi adjecit, qui Dyrrhachium appellatur. Deinde quum fratres adverſus illum bellum gererent, Hercules ex Erythia rediens pro telluris parte in eos depugnavit. Quamobrem Dyrrhachii Herculem veluti telluris eorum ex parte incolam fuiſſe autumant; Dyrrhachum non utique inficiantes, verùm ad Herculem tanquam ad Deum propius inclinantes. Ferunt quoque eâ in pugnâ Ionium Dyrrhachi filium ab Hercule per errorem interfectum fuiſſe, Herculem corpus tumulantem in mare projeciſſe, ut cognomen illi imponeret*, &c. *Rhellican.* Dyrrhachium autem opidum Illyrici ducentis & viginti millibus paſſuum à portu Brundiſino diſtat, teſte Plinio. *Montan.*

Hadriaticum mare] Oceanus Atlanticus ab occaſu ſolis per fretum Gaditanum inter Calpem & Abilam irrumpit, & vaſtis ſinubus Aſiam, Africam & Europam lambit. Internum ſive mediterraneum hoc mare diverſis nominibus appellatur, pro diverſitate regionum, quas alluit. Ubi Siciliam & Italiæ

que Græciæ, in poteſtatem haberet, atque ex utrâque parte bellum adminiſtrare poſſet, an inopiâ navium ibi reſtitiſſet. Verituſque, ne Italiam ille dimittendam non exiſtimaret, exitus adminiſtrationeſque Brundiſini portus impedire inſtituit: quorum operum hæc erat ratio. Qua fauces erant anguſtiſſimæ portus, molem atque aggerem ab utrâque parte litoris jaciebat, quod his locis erat mare vadoſum. Longius progreſſus, quum agger altio-

liæ promontorium præterlabitur, directo curſu in occidentem æſtivum, hinc ab Italia, inde ab Illyrico coarctatur, & ab Adriâ, urbe quondam ſic dictâ, mare Adriaticum, ſive ſuperum reſpectu inferi ſeu Tyrrheni maris, audit. Sed poſtea etiam totum hoc æquor, quod inter Italiam, Illyricum, Græciam & Siciliam ſe diffundit, Adriaticum eſt dictum. *Montan.*

Extremis Italiæ partibus] Brundiſium enim mari Adriatico adjacet, in extremâ parte Italiæ; quam è regione Græcia, Macedonia, Illyricumque aſpiciunt. *Idem.*

Verituſque ne Italiam eſſe dimittendam non exiſtimaret] Voluiſſe Cæſarem Pompeium in Italia opprimere, antequam accerſitis externis auxiliis confirmare ſe poſſet, atque eâ ratione exitus Brundiſini portus impedire inſtituiſſe, omnes tradunt. Cicero ad Attic. lib. 9, epiſt. 16: *Pop. Romani exercitus Cn. Pompeium circumſidet: foſſa & vallo ſeptum tenet, fuga prohibet.* Tamen ſuum conſilium ipſe Cæſar exponit in epiſtola ad Q. Pedium lib. 9, epiſt. 17: *Pompeius*, inquit, *ſe oppido tenet: nos ad portas caſtra habemus; conamur opus magnum & multorum dierum, propter altitudinem maris. Sed tamen nihil eſt, quod potius faciamus. ab utroque portus cornu moles jacimus, ut aut illum quàm primum trajicere quod habet Brundiſii copiarum cogamus, aut exitu prohibeamus.* Ciaccon.

Adminiſtrationeſque] Id eſt, vias, commeatum, itiones & reditiones. Qua de re ſcribit Cicero ad Att. 9, epiſt. 14: *Epiſtola mihi affertur à Lepta, circumvallatum eſſe Pompeium, ratibus etiam exitus portus teneri.* Sed & ipſe Cæſar epiſt. 17, jam jam citatâ. *Montan.*

Brundiſini portus] Graphicè hunc portum ita Lucanus deſcribit:

Urbs eſt Dictæis olim poſſeſſa colonis,
Quos profugos Cretâ vexere per æquora puppes
Cecropiæ victum mentitis Theſea velis.
Hanc latus anguſtum jam ſe cogentis in arctum
Heſperiæ, tenuem producit in æquora linguam:
Adriacas flexis claudit quæ cornibus undas.
Nec tamen hoc arctis immiſſum faucibus æquor
Portus erat: ſi non violentos inſula Coros
Exciperet ſaxis, lapſaſque refundere undas.
Hinc, illinc montes ſcopuloſæ rupis aperti
Oppoſuit natura mari, flatuſque removit:
Ut tremulo ſtarent contentæ fune carinæ. Montan.

Hodie celebris hic portus repletus eſt adeo ut vix triremibus per eum currere liceat. Obturaſſe dicitur Joannes Antoninus princeps Tarentinus, bellô quod inter Alfonſum & Venetos geſtum eſt onerariâ nave ingentibus onuſtâ lapidibus in ipſo ore demersâ; timens ne urbs in Venetorum aut Alfonſi poteſtatem redigeretur. Ferdinandus & Alfonſus conati ſæpe ſunt demerſa effodere, ſed fruſtra. *Merula.*

altiore aqua contineri non poſſet, rates duplices, quoquo verſus pedum xxx è regione molis collocabat. Has quaternis anchoris ex quatuor angulis deſtinabat, ne fluctibus moverentur. His perfectis collocatiſque, alias deinceps pari magnitudine rates jungebat. Has terrâ atque aggere contegebat, ne aditus atque incurſus ad defendendum impediretur: à fronte atque ab utrôque latere cratibus ac pluteis protegebat. In quartâ quâque earum turres binorum tabulatorum excitabat; quò commodius ab impetu navium incendiiſque defenderet. Contra hæc Pompeius naves magnas onerarias, quas in portu Brundiſino deprehenderat, adornabat. Ibi turres cum ternis tabulatis erigebat, eaſque multis tormentis & omni genere telorum completas, ad opera Cæſaris appellebat; ut rates perrumperet, atque opera diſturbaret: ſic quotidie utrimque eminus fundis, ſagittis reliquiſque telis, pugnabatur. Atque hæc ita Cæſar adminiſtrabat, ut conditiones pacis dimittendas non exiſtimaret: ac tametſi magnopere admirabatur, Magium, quem ad Pompeium cum mandatis miſerat, ad ſe non remitti: atque ea res ſæpe tentata, etſi impetus ejus conſiliaque tardabat, tamen omnibus rebus in eô perſeverandum putabat. Itaque Caninium Rebilum legatum, familiarem neceſſariumque Scribonii Libonis, mittit ad eum

Naves magnas onerarias] Onerariæ naves Græcis φορτηγοὶ νῆες ϗ νῆες ὁλκάδες, tranſportandis oneribus aptæ ſunt. *Camerar.* Fuerunt autem iſtiuſmodi naves vel majores vel minores: iſtæ; de quibus hoc loco, nulla niſi ventorum vi impelli poterant: hæ & remis & velis; ut navigandi ratio atque uſus exigebat, maria ſulcabant. *Magius.*

Cum mandatis ad Pompeium miſerat, ad ſe non remitti] Contra ipſe Cæſar in epiſtola ad Oppium Cornelium, quæ eſt inter epiſtolas Ciceronis ad Atticum libr. 9, epiſt. 16. *A. d.* VII *Id. Mart. Brundiſium veni: ad murum caſtra poſui; Pompeius eſt Brundiſii. miſit ad me Cn. Magium de pace. Quæ viſa ſunt, reſpondi.* Et Cicero eod. lib. epiſt. 15: *Pompeius Numantium Magium de pace miſit. Et tamen oppugnatur; quod ego non credebam.* Ut propemodum videatur verum eſſe, quod de his Commentariis Aſinius Pollio ſcriptum reliquit, eos *parum integrâ veritate compoſitos.* Niſi dicamus Magium poſtquam Pompeio mandata retulit, non remiſſum. *Ciaccon.*

Scribonii Libonis] Hic eſt ille L. Scribonius L. F. Libo, affinis Cæſaris, & Conſocer Pompeii; (Sexto enim Pompeio Magni filio in uxorem filiam dederat)

eum colloquii cauſâ. Mandat, ut Libonem de conciliandâ pace hortetur; in primis, ut ipſe cum Pompeio colloqueretur, poſtulat. Magnopere ſeſe confidere demonſtrat, ſi ejus rei ſit poteſtas facta, fore, ut æquis conditionibus ab armis diſcedatur: cujus rei magnam partem laudis atque exiſtimationis ad Libonem perventuram, ſi illô auctore atq; agente, ab armis ſit diſceſſum. Libo à colloquiô Caninii digreſſus, ad Pompeium proficiſcitur. Paulò poſt renuntiat, quod conſules abſint, ſine illis de compoſitione agi non poſſe. Ita ſæpius rem fruſtra tentatam Cæſar aliquando dimittendam ſibi judicabat, & de bello agendum. Prope dimidiâ parte operis à Cæſare effectâ, diebuſque in eâ re conſumptis IX, naves à conſulibus Dyrrhachiô remiſſæ, quæ priorem partem exercitus eò deportaverant, Brundiſium revertuntur. Pompeius, ſive operibus Cæſaris permotus, ſive etiam quod ab initiô Italiâ excedere conſtituerat, adventu navium profectionem parare incipit: &, quò facilius impetum Cæſaris tardaret, ne ſub ipsâ profectione milites opidum irrumperent, portas obſtruit, vicos plateaſque inædificat, foſſas tranſverſas viis prædu-

derat) qui claſſe Pompeii Dolabellam Cæſaris adminiſtrum Dalmatiâ ejecit: quique poſt hanc victoriam quintô decimò annô, nempe ab U.C. DCCXX cum M. Antonio conſulatum geſſit. *Montan.*

Diebus novem] Cæſar VII Id. Mart. Brundiſium venit, ut ipſe ſcribit epiſt. 16. Pompeius fugit ad XVI Kal. April. uti patet ex epiſt. 18, quâ ratione numerus quadrat. *Mutius & Trebatius Ciceroni Imp. S. Cum Capua exiſſemus, ex itinere audivimus, Pompeium Brundiſio ad* XVI *Kal. April. cum omnibus copiis, quas habuerat, profectum eſſe, Cæſarem poſtero die in opidum introiiſſe, concionatum eſſe. Inde Romam contendiſſe. Velle ante Kal. eſſe ad urbem: & paucos ibi dies commorari: deinde in Hiſpanias proficiſci.*

Brundiſium] Joſ. Scaliger antiquum hujus opidi nomen Βρέντη fuiſſe autumat, quod Cretenſium idiomate *Cervus*. Trogus conditam fuiſſe ſcribit ab Ætolis, qui Diomedem ſequuti fuerant hos autem expulſos fuiſſe ab Apulis. Olim tantâ potentiâ tantiſque opibus, teſte Floro, ut Salentinorum habita fuerit caput, & frequentata ab Aſiatici Græciſque populis: nunc deſerta propemodum & collapſa jacet: odiis & diſſenſionibus labefactata civilibus. *Merula.*

Vicos plateaſque ædificat] Appoſitiv ſubjungit, quo pacto vicos, plateaſqu inædificaverit Pompeius, dum ait: *Foſſas tranſverſas viis perducit*, &c. Id quo Cæſar paulo poſt *vallum cæcum, foſſaſque* appellat. Porro quia Cæſar hic aliqui diſcri-

ducit, atque ibi ſudes ſtipiteſque præacutos defigit. Hæc levibus cratibus, terrâque inæquat. Aditus autem atque itinera duo, quæ extra murum ad portum ferebant, maximis defixis trabibus, atque eis præacutis, præſepit. His paratis rebus, milites ſilentiô naves conſcendere jubet; expeditos autem ex evocatis ſagittariis funditoribuſque, raros in murô turribuſque diſponit. Hos certô ſignô revocare conſtituit, quum omnes milites naves conſcendiſſent; atque iis expeditô locô actuaria navigia relinquit. Brundiſini Pompeianorum militum injuriis, atque ipſius Pompeii contumeliis permoti Cæſaris rebus favebant. Itaque, cognitâ Pompeii profectione, concurſantibus illis, atque in eâ re occupatis, vulgo ex tectis ſignificabant: per quos re cognitâ, Cæſar ſcalas parari, militeſque armari jubet, ne quam rei gerendæ facultatem dimittat. Pompeius ſub noctem naves ſolvit. Qui erant in murô cuſtodiæ cauſsâ collocati, eô ſignô, quod convenerat, revocantur, notiſque itineribus ad naves decurrunt. Milites poſitis ſcalis muros aſcendunt. Sed moniti à Brundiſinis, ut vallum cæcum foſſaſque caveant, ſubſiſtunt, & longô itinere ab iis circumducti ad portum perveniunt, duaſque naves cum militibus, quæ ad moles Cæſaris adhæſerant, ſcaphis lintribuſque deprehenſas excipiunt. Cæſar etſi ad ſpem conficiendi negotii maximè probabat coactis navibus mare tranſire, & Pom-

diſcriminis inter *vicum plateamque* innuere videtur, earum vocum differentiam ſcire oportet: nempe quod, teſte Laur. Valla, urbs in *Vicos* quaſi membra minora diviſa ſit apud antiquos: ut Roma olim in Suburram, Carinas, & Eſquilias. *Platea* vero (ſi vocis ἔτυμον ſpectes) ἀπὸ τοῦ πλάτυς, hoc eſt, latitudine dicta eſt; & latiorem in opido viam ſignificat, in quâ convenire populus ſolet. *Rhellican.*

Actuaria navigia] Quare *actuaria navigia* expeditis ex evocatis ſagittariis funditoribuſque reliquit? Pompeius *evocatos* ad hanc rem elegit, utpote qui ſpectatæ virtutis & audaciores erant: & hos quidem *Sagittarios funditoreſque*, ut ſi forte impetum facerent, Cæſarianis eminus mora injiceretur. Iiſdemque, re peractâ, ad actuaria navigia recurſum dedit: quia parvæ illæ celereſque naves, & quæ citiſſimè moveri & impelli poterant. Et tales ad præſentem uſum accommodatiſſimæ. *Montanus.*

 Facu-

Pompeium ſequi, prius quàm ille ſeſe tranſmarinis auxiliis confirmaret; tamen rei ejus moram temporiſque longinquitatem timebat: quod, omnibus coactis navibus, Pompeius præſentem facultatem inſequendi ſui ademerat. Relinquebatur, ut ex longinquioribus regionibus Galliæ Picenique, & à Fretô naves eſſent exſpectandæ. Sed id propter anni tempus, longum atque impeditum videbatur. Interea veterem exercitum, duas Hiſpanias confirmari; quarum altera erat maximis beneficiis Pompeii devincta; auxilia, equitatum parari; Galliam Italiamque tentari ſe abſente, nolebat. Itaque in præſentiâ Pompeii inſequendi rationem omittit: in Hiſpaniam proficiſci conſtituit: II viris municipiorum omnium imperat, ut naves conquirant, Brundiſiumque deducendas curent. Mittit in Sardiniam cum legione unâ Valerium

Facultatem inſequendi ſui ademerat] Idem ſcribit Plutarchus, Cæſarem navium penuriâ impeditum, quominus Pompeium perſequeretur. Ac memorabile eſt, quod eôdem locô ſcribit, Italiam iſtô modô à Cæſare dierum LX ſpatio in ſuam poteſtatem redactam, ſine ullo prælio & ſanguine. Atque hæc quidem Plutarchus in Cæſare. In Pompeio verò ſcribit hiſtoricos omnes hanc ex Italiâ Pompeii diſceſſionem in ſummi ſtrategematis numero poſuiſſe. Quorum quantus error ſit, licet ex Cicer. ad Attic. epiſt. cognoſcere. *Hotoman.*

Propter anni tempus] Supple, *hybernum.* Siquidem Hirtius ſupra in fine octavi libri ait, Cæſarem antequam in Italiam concederet, aliquot legiones in Belgio, & Æduis, per hyberna diſtribuiſſe: & ab initio lib. I, de bello civili aſſerit, graviſſimum Senatuſconſultum Lentuli ductu adverſus Cæſarem VII Id. Januarii eſſe factum, dum ipſe Ravennæ ageret. *Rhellican.*

Duas Hiſpanias] Præter veterem Hiſpaniæ diviſionem, in Bæticam, Luſitaniam, & Tarraconenſem, diſtincta etiam à Romanis fuit in Citeriorem & Ulteriorem. Unde Hiſpaniæ, ut hic liquet, ſæpiſſime plurali numero dicuntur. Citerior Hiſpania eadem quæ Tarraconenſis provincia: Ulterior Bæticam ac Luſitaniam complectitur. Dictæ ſunt Citerior atq; Ulterior reſpectu urbis Romæ. *Cluverius.*

II *Viris municipiorum*] In coloniis & municipiis decuriones ſenatus imaginem gerebant. Ex illis duo vel quatuor viri ſingulis annis creabantur, prout coloniæ municipii ve magnitudo poſtulabat, qui juri dicundo vacabant, eâdem fere auctoritate & poteſtate, quâ conſules, aut Prætores ſaltem Romæ. Municipia autem conſtant ex municipibus civibus Romanis, qui legibus & ſuo jure utentes, muneris tantum cum Populo Romanô participes, à quo munere capeſſendo appellati videntur, nullis aliis neceſſitatibus, neque ullâ populi Romani lege aſtricti, ni populus eorum fundus factus ſit. *Montan.*

Mittit in Sardiniam cum legione unâ Valerium legatum] Exiſtimo Cæſaris codicem hac in parte integrum non eſſe ſed deſiderari in eo, quemadmodum M. Antonium in Illyricum miſerit, claſſem

rium legatum, in Siciliam Curionem proprætorem cum legionibus III: eundem, quum Siciliam recepiſſet, protinus in Africam tranſducere exercitum jubet. Sardiniam obtinebat M. Cotta, Siciliam M. Cato: Africam ſorte Tubero obtinere debebat. Caralitani, ſimul ad ſe Valerium mitti audierunt, nondum profectô ex Italiâ, ſua ſponte ex opido Cottam ejiciunt. Ille perterritus, quod omnem provinciam conſentire intelligeret, ex Sardiniâ in Africam profugit. Cato in Siciliâ naves longas veteres reficiebat: novas civitatibus imperabat: hæc magno ſtudio agebat: in Lucanis Brutiiſque, per legatos ſuos ci-

ſemque duplicem ad tutelam Ionii maris Dolabellæ Hortenſioque attribuerit, quod narrat Appianus libr. 2, ad hunc modum: *Curionem Catonis loco Siciliæ imperare voluit Cæſar, Q. Valerium Sardiniæ. ad Illyricos, C. Antonium miſit, Licinio Craſſo Galliam tranſalpinam regendam tradidit. Claſſem quoque duplicem ſumma celeritate fieri mandavit circa Ionium & Tyrrhenum mare, claſſis præfectos jampridem ad id conſtitutos delegavit Dolabellam & Hortenſium. Eo modo Cæſar Italiam inacceſſibilem Pompeio arbitratus in Hiſpaniam deſcendit.* Ciaccon.

Valerium legatum] Hic eſt Q. Valerius Orca, ad quem ſunt epiſtolæ libr. familiarium XIII. *Montan.*

In Siciliam Curionem] Neque tamen Curio ſtatim in Siciliam legiones tranſportavit; nam cum Cæſare Romæ fuit, & à Senatu faſces accepit, indeque poſt Cæſaris diſceſſum in Galliam, apud Ciceronem in ejus villa manſit, neque ante diem VIII Kal. Maii in Siciliam profectus eſt, ut pluribus refert Cicero libro decimo ad Atticum, epiſtola quarta, & aliis locis. *Montan.*

Sardiniam M. Cotta] Fertilis hæc inſula eſt, & ſoli quàm cæli melioris, atque ut fœcunda, ſic pene peſtilens. A Sardo Herculis filio nomen ſortitam fabulantur Græci, cum ante *Sandaliotis* & *Ichnuſa*, à ſoleæ effigie ipſis diceretur. Longitudo ejus à Carali, ad fretum quod eſt inter Sardiniam & Corſicam, complectitur milliaria Germanica XLV. Latitudo à Gorditano promontorio, *Capo di monte Falcone*, & *Capo di Argentera* ad promontorium *Columbarium* juxta Olbiam, mill. Germ. XXXVI. *Cluver.*

Caralitani] Ita dicti à primariâ urbe Sardiniæ *Carali*, nunc *Cagliari* Italis, & Sardis *Caglier*. Hodieque etiam caput hujus inſulæ eſt, & portu nobilis. *Mont.*

Cato in Sicilia] Cato qui Siciliam tenere nullô negotiô potuit, Syracuſis profectus eſt ante diem octavum Calend. Maii. Cicero ad Atticum lib. 10, epiſtolâ penultimâ. Sed & Appianus & Plutarchus auctores ſunt, ſimulatque Aſinius Pollio Meſſanam appuliſſet, Catonem ſponte profugiſſe, cum jam Pompeii fugam ex Italiâ cognoviſſet. *Glandor.*

Naves longas] Naves longæ ſunt, quæ remis propelluntur, Græcis μακρὰ πλοῖα· Primi Corinthii (teſte Thucydide & Libanio) naves concinnârunt. Dictam navem volunt alii à Græco Νάω, quod eſt fluo; alii à *No*, quod nato; alii à *Navo*, quod rectorem navum navis expetat. *Montan.*

In Lucanis Brutiiſque] *Lucanos* quidam ita dictos volunt, quod *lucenti* cuidam *Stellæ* directè ſubjaceant. Alii, inter quos Strabo, à *Lucio* quodam, gentis in has oras, pulſis Poſidoniatis, ex Samnitibus ductore, nomen derivant.

Hodie

civium Romanum delectus habebat, equitum peditumque certum numerum à civitatibus Siciliæ exigebat. Quibus rebus pene perfectis, adventu Curionis cognitô, queritur in concione ſeſe projectum ac proditum à Cn. Pompeio; qui, omnibus rebus imparatiſſimus, non neceſſarium bellum ſuſcepiſſet; & ab ſe reliquiſque in Senatu interrogatus, omnia ſibi eſſe ad bellum apta ac parata confirmaſſet. Hæc in concione queſtus, ex provinciâ fugit. Nacti vacuas ab imperiis, Sardiniam Valerius, Curio Siciliam, cum exercitibus eò perveniunt. Tubero, quum in Africam veniſſet, invenit in provinciâ cum imperio Attium Varum, qui ad Auximum, ut ſupra

Hodie Lucanorum fines, à meridie mare Tyrrhenum: ab oriente Laüs cum Brutiis Magnæque Græciæ parte; à ſeptentrione Peucetii in Apulis, cum Hirpinorum portione. Hoc tempore terra eorum, quæ quondam Lucania, *Baſilicata* nominatur. Calabriæ autem inferiora verſus mare mediterraneum tenent *Brutii.* Strabo ita eos à Lucanis dictos putat, qui *Brutios* ſuâ linguâ vocabant *rebelles* & *fugitivos.* Juſtinus à Bruttia muliere quâdam, cujus proditione cum ab hoſtibus peterentur, Caſtellum quoddam expugnârant, eos derivat. Stephanus à *Bretto* Herculis filio dictos cenſet. Eorum fines olim inter Laüm & Fretum Siculum fuerunt, Stadiorum cIↃcccL, inquit Strabo. *Merula.* Sed *Cato in Lucanis Brutiiſque delectus habet.* Poterat id commode fieri. Cum quia hi à partibus ſenatus Pompeiique ſtabant, immunes à Cæſaris legionibus. Cæſar enim Italiam præcipuè ab alterâ parte Apenninorum montium verſus mare Superum pervagatus fuerat & occupaverat. Tum etiam opportunum hoc Catoni: utpote qui Siciliam obtinebat; è quâ in Lucanos Brutioſque breviſſimus trajectus. Imo non pauca opida Brutiorum à Stephano & Theocriti Scholiaſte aliiſque Siciliæ aſcribuntur. Et hodie eorundem regio *Sicilia cis Pharum*, ad diſcrimen inſulæ, quæ *Sicilia ultra Pharum.* Mont.

Per legatos] Notandum hôc locô, delectus non tantum Romæ habitos, ſed etiam in opidis coloniiſque. Et honeſtiores electos, per quos delectus habeantur. Cato hic legatis id munus injungit: ut & extra bellum civile lib. VI Gall. Cæſar: *Cæſar majorem Galliæ motum exſpectans, per M. Silanum, C. Antiſtium, T. Sextium legatos, dilectum habere inſtituit.* Aliàs etiam per ſenatores idem exſequutum: *Attius dilectum toto Piceno, circummiſſis Senatoribus, habebat.* Idem.

Ex provinciâ fugit] Cicero l. 10, ep. 16, ad Atticum: *Cato qui Siciliam tenere nullo negotio potuit, & ſi tenuiſſet, omnes boni ad eum ſe contuliſſent. Syracuſis profectus eſt, a. d.* VIII *Kalend. Maii, ut ad me Curio ſcripſit. Utinam, quod aiunt, Cotta Sardiniam teneat: eſt enim rumor. ô, ſi id fuerit, turpem Catonem.* Montan.

Invenit in provinciâ cum Imperio Attium Varum] Cicero in oratione pro Ligario: *Interim P. Attius Varus, qui prætor Africam obtinuerat, Uticam venit: ſtatim ad eum concurſum eſt: atque ille non mediocri cupiditate arripuit imperium, ſi illud imperium eſſe potuit, quod ad privatum clamore multitudinis imperitæ nullo publico conſilio deferebatur.* Idem.

Hic

ſupra demonſtravimus, amiſſis cohortibus, protinus ex fugâ in Africam pervenerat; atque eam ſua ſponte vacuam occupaverat; delectuque habitô, II legiones effecerat, hominum & locorum notitiâ & uſu ejus provinciæ, nactus aditus ad ea conanda; quod paucis ante annis ex præturâ eam provinciam obtinuerat. Hic venientem Uticam cum navibus Tuberonem portu atque opidô prohibet, neque affectum valetudine filium exponere in terram patitur, ſed ſublatis anchoris excedere eô locô cogit. His rebus confectis Cæſar, ut reliquum tempus à labore intermitteretur, milites in proxima municipia deducit. Ipſe ad urbem proficiſcitur. Coactô Senatu, injurias inimicorum commemorat: docet ſe nullum extraordinarium honorem appetîſſe; ſed, exſpectatô legitimô tempore conſulatus, eô fuiſſe contentum,

Hic venientem Uticam cum navibus Tuberonem portu atque opido prohibet] Provincia Africa Tuberoni ſorte obvenerat eô annô, ut ſupra dixit Cæſar, cum ait: *Africam ſorte Tubero obtinere debebat*. Et Cicero in Ligariana: *Tuberonis ſors conjecta eſt ex SC. cum ipſe adeſſet*. Sed quoniam morbo impediebatur, tardius iter confecit, & in Africam venit jam ab Attio Varo occupatam, à quo itemque à Q. Ligario portu fuit prohibitus, ut refert Cicero in ea oratione, & refert Pomponius in l. 2, D. de origine juris. *Ciaccon.* Tubero hic *Q. Ælius Tubero* vocatus, filium habuit qui anno ab U.C. DCCXLIII cum Fabio Maximo conſulatum geſſit. Utica autem civitas Africæ in regno Tunetano, nota morte Catonis hujus Junioris, qui & inde *Uticenſis* dictus. Hodie *Biſerta*. Montan.

Coacto Senatu] Dio lib. 41, refert M. Antonium, & Q. Caſſium Tribunos pl. qui ad Cæſarem confugerant, Senatum extra urbem coëgiſſe, ibique Cæſarem concionem humanitatis plenam habuiſſe. *Montan.*

Injurias inimicorum commemorat, &c.] Idem ferme ſcopus hujus orationis eſt, qui ſuperioris, quam ad milites habuit: Æquitatem namque ſuam, ac inimicorum iniquitatem ſenatui exponit: Ac tandem tertio poſtulat, ut Senatus legatos ad Pompeium de pace faciendâ mittat. Quis verò obſtiterit, quò minus pax iſta fieret, Velleius de Curione Tribuno plebis loquens ita ſcribit: *Ad ultimum ſaluberrimas & coaleſcentis conditiones pacis, quas & Cæſar juſtiſſimo animo poſtulabat, & Pompeius æquo recipiebat, diſcuſſit, ac rupit: unicè cavente Cicerone concordiæ publicæ.* Rhellican.

Sed exſpectato legitimo tempore Conſulatus] Legibus fuiſſe cautum ne magiſtratus idem intra decennium gereretur, dicam infra libro tertio. Ergo Cæſar tantis rebus in Gallia geſtis, nunquam petiit, ut legibus ſolveretur, & intra decennium conſul iterum crearetur. Sed decem annis confectis per populum obtinuit, ut abſens conſulatum peteret, ne ſi ad petitionem ex Gallia decederet, eam non omnino pacatam relinquere cogeretur. Et vide num vox, *Conſulatus*, abundet. *Ciaccon.*

tum, quod omnibus civibus pateret: latum ab x Tribunis plebis contradicentibus inimicis, Catone verò acerrimè repugnante, & priſtina conſuetudine dicendi morâ diem extrahente, ut ſui ratio abſentis haberetur, ipsô conſule Pompeiô: qui ſi improbâſſet, cur ferri paſſus eſſet? ſin probâſſet, cur ſe uti populi beneficiô prohibuiſſet? Patientiam proponit ſuam, quum de exercitibus dimittendis ultrò poſtulaviſſet; in quô jacturam dignitatis atque honoris ipſe facturus eſſet. Acerbitatem inimicorum docet; qui, quod ab alterô poſtularent, in ſe recuſarent; atque omnia permiſceri mallent, quàm imperium exercituſque dimittere. Injuriam in eripiendis legionibus prædicat; crudelitatem & inſolentiam in circumſcribendis Tribunis plebis, conditiones à ſe latas, & ex-

Et priſtina conſuetudine dicendi morâ dies extrahente] Conſueviſſe id facere Catonem oſtendit Cicero libro tertio de legibus, cum ait: *nec eſt unquam longa oratione utendum, niſi aut ſpectante Senatu, quod fit ambitione ſapiſſime, nullo magiſtratu adjuvante, tolli diem, utile eſt: aut cum tanta cauſſa eſt, ut opus ſit oratoris copia, vel ad hortandum, vel ad docendum, quorum generum in utroque magnus noſter Cato eſt.* Frequentius tamen *eximere diem* dicitur, quam *tollere*, aut *extrahere.* Gellius libro quarto, capite decimo: *In eodem libro Capitonis, id quoque ſcriptum eſt. Caius*, inquit, *Cæſar Conſul M. Catonem ſententiam rogavit; Cato rem, quæ conſulebatur, quoniam non è Republ. videbatur, perfici nolebat. Ejus rei gratia ducendæ, longa oratione utebatur, eximebatque dicendo diem.* Sed tunc maximè id feciſſe, cum prorogato lege lata in quinquennium Cæſari imperio, Cato & Favonius eam legem diſſuaſuri, adjuvantibus duobus Tribunis plebis, Cato duas horas, quæ ſibi ad dicendum à C. Trebonio conceſſæ ſunt, dicendi morâ extraxit, narrat Dio lib. 39. *Idem.* Plutarchus autem Catonis dicendi genus ſic expreſſit: *Sermo*, inquit, *ejus nihil juvenile, neque comptum habebat: ſed erat rectus, plenus & durus. Nam gratia quædam, & attentio inerat brevitati ſententiarum: moſque ejus orationi admiſtus, voluptatem, & riſum quendam honeſtum audientibus afferebat. Vox autem multa, & abundans, tonum habebat infractum, inexhauſtumque per univerſam ſæpe diem inceſſanter locutus, ſine laſſitudine deſinebat.* Hæc ille. Unde Cæſaris verba jam facile intelligi poſſunt, quando ait: *Catonem ſua dicendi mora dies extraxiſſe*, id eſt, prolongâſſe negotium diutius. *Montanus.*

Ipſo Conſule Pompeio, &c.] Suetonius Tranquillus in Julio refert, *accidiſſe quum Pompeius legem de jure magiſtratuum ferret, ut in eo capite, quo à petitione honorum abſenteu ſummovebat, ne Cæſarem quidem exciperet, per oblivionem; ac mox lege jam in æs inciſa, & in ærarium condita, corrigeret errorem.* Hactenus ille. Unde hoc Cæſaris dilemma planum fieri poterit. Loquitur hic Cæſar de tertio Pompeii conſulatu, qui incidit in annum ab U. C. DCCII, triennio ante bellum hoc civile. In eo iſta geſta ſunt, quæ Cæſar enumerat. Cicero iſtam ob cauſam *divinum* conſulatum vocat ironicôs. *Montan.*

In circumſcribendis Tribunis plebis] Id eſt,

& expetita colloquia & denegata, commemorat. Pro quibus rebus orat ac poſtulat, Rempublicam ſuſcipiant, atque una ſecum adminiſtrent. Sin timore defugiant, illis ſe oneri non futurum, & per ſe Rempublicam adminiſtraturum. Legatos ad Pompeium de compoſitione mitti oportere: neq; ſe reformidare, quod in ſenatu paullo ante Pompeius dixiſſet, ad quos legati mitterentur, iis auctoritatem attribui; timoremque eorum, qui mitterent, ſignificari: tenuis, atque infirmi hæc animi videri: ſe verò, ut opibus anteire ſtuduerit, ſic juſtitiâ & æquitate velle ſuperare. Probat rem Senatus de mittendis legatis: ſed qui mitterentur, non reperiebantur, maximéque timoris cauſsâ pro ſe quiſque id munus legationis recuſabat. Pompeius enim diſcedens ab urbe in Senatu dixerat, eôdem ſe habiturum locô, qui Romæ remanſiſſent, & qui in caſtris Cæſaris fuiſſent. Sic triduum diſputationibus excuſationibuſ-

Id eſt, circumveniendis: ſupple, *quum Senatusconſulto intercedere pro ſuo jure non ſinerentur*; ut ſupra initio iſtius libri cernere licet. *Rhellican.* Hanc eandem belli cauſſam Cicero Philipp. 2 commemorat. *Quam cauſſam*, inquit, de Cæſare ſignificans, *dementiſſimi ſui conſilii & facti afferebat, niſi quod interceſſio neglecta, jus tribunitium ſublatum, circumſcriptus à Senatu eſſet Antonius?* Eſt autem *Circumſcribere aliquem*, Ab Repub. removere, & curiâ forôque prohibere. Nam ſuperius hâc ipsâ de re loquens cap. 2. (5) *Nec Tribuniſpl.* inquit, *ſpatium datur ſui periculi deprecandi: ſed de ſua ſalute die ſeptimo cogitare coguntur.* Et Cicero hac ipſa de re ad Att. 7, epiſt. 9: *Si forte Tribunuſpl. Senatum impediens, aut populum incitans notatus, aut SC. circumſcriptus, aut ſublatus, aut expulſus ſit, dicenſve ſe expulſum, ad illum confugerit.* Hæc Hotomannus.

Et expetita colloquia] Supple, *duo*; quorum unum Pompeio per L. Cæſarem, ac Roſcium: alterum per Cn. Magium, oblatum eſt. *Montan.*

Legationis recuſabat] Plutarchus aliam addit cauſſam fuiſſe, cur Senatus Legationem ad Pompeium, de pace, non miſerit. Ait enim, timuiſſe Senatum, ne Cæſar aliud in pectore clauſum, aliud in ore promptum, haberet. *Idem.*

Pompeius enim diſcedens ab urbe] Sic idem Plutarchus in Pompeii vita, Cæſaris verba confirmat: *Cum ſtatuiſſet Pompeius hujuſce turbationis certior fieri, omneis jubens patres ſe ſequi, præmonito quod qui remanſiſſet, vir Cæſaris exiſtimaretur: urbem circiter diluculum liquit.* Montan.

Sic triduum diſputationibus excuſationibuſque extrahitur, &c.] Cæſar unam duntaxat cauſam ſubjungit, quare Senatus nullam legationem ad Pompeium ſuper compoſitione miſerit: quippe quod Pompeius ab urbe diſcedens, dixiſſet, ſe hoſtium loco habiturum quotquot Romæ manſiſſent. Plutarchus vero alteram adhuc ſubjungit, nempe quod exiſtimarent, Cæſarem aliud in pectore clauſum, aliud in ore promptum habere: hoc eſt, verbis duntaxat pacem poſtulare, re autem vera nihil minus velle. *Rhellican.*

nibuſque extrahitur. Subjicitur etiam L. Metellus Tribunus plebis ab inimicis Cæſaris, qui hanc rem diſtrahat, reliquaſque res, quaſcunque agere inſtituerit, impediat. Cujus cognitô conſiliô, Cæſar, fruſtra diebus aliquot conſumptis, ne reliquum tempus omittat, infectis iis, quæ agere deſtinaverat, ab urbe proficiſcitur, atque in ulteriorem Galliam pervenit. Quò quum veniſſet, cognoſcit miſſum in Hiſpaniam à Pompeiô Vibullium Rufum, quem paucis diebus ante Corfinio captum dimiſerat: profectum item Domitium ad occupandum Maſſiliam navibus actuariis VII, quas Igili, & in Coſano à privatis coactas, ſervis, libertis, colonis ſuis

Subjicitur etiam L. Metellus, &c.] Cæſar partim Commentariorum legi ſerviens, partim ſuam ignominiam ac dedecus vitans, hic paulo brevior & obſcurior eſt, quam alibi. Siquidem Plutarchus, Lucanus & Appianus impium illius factum hoc loco deſcribunt. Quorum primus in Cæſaris vitâ ad hunc ſcribit modum: *Ei poſtmodum pecunias ærario demere conanti impedimento affuit Metellus Tribunus plebis: cui leges quaſdam proferenti: Non idem armorum, ac legum tempus eſt*, inquit; *quod ſi has ipſe res æquo animo ferre non potes, in præſentia quidem procul abſcede. Nec enim hujuſmodi loquendi fiduciâ bellum indiget. At cum peractis fœderibus arma depoſuerimus; tunc rediens plebis patronum age. Hæc tibi meo decedens jure loquor. Atque hæc Metello locutus, ad ærarii ſe portas contulit. Apparentibus nuſquam clavibus, fabros accerſit: quibus portas effringere juſſis, Metellus iterum, quibuſdam laudantibus incitatus, obſtare cœpit. Cui, ſi moleſtus eſſe pergeret, necem comminatus Cæſar; Iſtud*, inquit, *nonne ſcis adoleſcentule longè mihi difficilius eſſe dicere, quam facere?* Hæc ille. Unde jam liquet: utrum Metellus compoſitionis negotium impediverit, ut Cæſar hic ait: an Cæſarem nefarias manus ſacræ pecuniæ inferentem aliquantiſper prohibuerit. *Id.*

Quas Igili & in Coſano] Cum in omnibus vulgatis libris legeretur, *quas Sicilia & Sardinia*, Petrus Victorius Var. lect. libr. 1, cap. 2, ex vetere libro & conjectura primus repoſuit, *quas Sicilia & in Coſano*. Sed in antiquo libro Fulvii Urſini eſt, *quas Sigili & in Coſano* ex quo veram lectionem, niſi fallor, elicui. Scribit enim Plinius lib. 3, cap. 6: *Item inſulæ Igilium & Dianium, quam Arteмiſiam dixere, ambæ contra Coſanum litus.* Et Martianus Capella lib. 6, eas inſulas *Igilium & Dianium* nominat. Pomponius vero Mela lib. 2, cap. 7, *Iginium & Dianium*. Sed *Igilium* eſt in lib. manuſcripto. Item in Coſano agro & litor[e] Domitium fuiſſe, non in villa ſua, intelligo. Fuit autem *Coſa*, cujus infr[a] lib. 3 Cæſar meminit, urbs Igilio & Dianio inſulis objecta, quibus in locis naves Domitius paraverat. Cicero lib. 9 ad Attic. epiſt. 4: *Domitius, ut audio, i[n] Coſano, & quidem, ut aiunt, paratus a[d] navigandum: ſi in Hiſpaniam, non prob[o].* Legendum igitur, *quas Igili*, ſive, *Igilii, & in Coſano*. Ciaccon.

Colonis] Per colonos intelligit Cæſa[r] illos, quibus Domitius agros ex ſui[s] poſſeſſionibus & latifundiis attribuerat. *Hotoman.*

Aibi-

ſuis compleverat: præmiſſos etiam legatos Maſſilienſes domi nobiles adoleſcentes; quos ab urbe diſcedens Pompeius erat adhortatus, ne nova Cæſaris officia veterem ſuorum beneficiorum in eos memoriam expellerent. Quibus mandatis acceptis Maſſilienſes portas Cæſari clauſerant: Albicos, barbaros homines, qui in eorum fide antiquitus erant, monteſque ſupra Maſſiliam incolebant, ad ſe vocaverant: frumentum ex finitimis regionibus, atque ex omnibus caſtellis in urbem convexerant; armorum officinas in urbe inſtituerant: muros, claſſem portaſque refecerant. Evocat ad ſe Cæſar Maſſilienſium XV primos: cum his agit, ne initium inferendi belli à Maſſilienſibus oriatur: debere eos Italiæ totius auctoritatem ſequi potius, quàm unius hominis voluntati obtemperare. Reliqua, quæ ad eorum ſanandas mentes pertinere arbitrabatur, commemorat. Cujus orationem domum legati referunt; atque ex auctoritate hæc Cæſari renuntiant: Intelligere ſe diviſum eſſe Populum Romanum in partes duas; neque ſui judicii, neque ſuarum eſſe virium diſcernere, utra pars juſtiorem habeat cauſſam: principes verò eſſe earum partium Cn. Pompeium & C. Cæſarem patronos civitatis, quorum alter agros Volcarum Arecomicorum & Helviorum publi-

Albicos] *Albici* non alii, quàm qui nunc Αλβιεῖς, nunc Αλβίοικοι apud Strabonem, eos poſt Salyos collocantem. *Montan.*

In eorum fide] Hæc univerſæ Galliæ fuit ratio, quemadmodum ſuperioribus lib. intellectum eſt: ut tenues aliquot vel pagi vel civitates in potentiorum fide & clientela eſſent: hoc eſt, ut & ab his illæ defenderentur, & illæ iis, cum uſus veniret, ſubſidium ferrent. *Hotoman.*

Maſſilienſium XV *primos*] *Quinque primi, decem primi, viginti primi*, magiſtratus ſunt municipales, & à Græcis dicuntur *πεντέπρωτοι*, *δεκάπρωτοι*, *εἰκοσάπρωτοι*. Cicero pro Sexto Roſcio: *Itaque*, inquit, *Decurionum decretum ſtatim fit, ut Decemprimi proficiſcantur ad L. Syllam.* Apud Maſſilienſes vero hi Τιμοῦχοι proprio vocabulo appellabantur, teſte Strabone lib. 4. *Ciaccon.*

Atque ex auctoritate hæc Cæſari renuntiant] Deëſſe videtur cujus auctoritate, populine an Senatus? Senatum vero Maſſilienſem *Sexcentos* vocatum tradit Valer. Max. lib. 2, cap. 1, ut fortaſſe legi debeat, *ex auctoritate* DC *Cæſari renuntiant*, aut, *ex auctoritate Sexc. Cæſari renuntiant.* Idem.

Volcarum Arecomicorum] Volcæ vel Tectoſages erant vel Arecomici. Hi Are-

publicè iis conceſſerit : alter bellô victas Gallias attribuerit, vectigaliaque auxerit. Quare paribus eorum beneficiis, parem ſe quoque voluntatem tribuere debere, & neutrum eorum contra alterum juvare , aut urbe aut portibus recipere. Hæc dum inter eos aguntur, Domitius navibus Maſſiliam pervenit; atque ab iis receptus urbi præficitur. Summa ei belli adminiſtrandi permittitur. Ejus imperiô claſſem quoquo verſus dimittunt : onerarias naves, quas ubique poſſunt, deprehendunt, atque in portum deducunt: earum clavis, aut materiâ, atque armamentis inſtructis ad reliquas armandas reficiendaſque utuntur: frumenti quod inventum eſt, in publicum conferunt : reliquas merces commeatuſque ad obſidionem urbis, ſi accidat, reſervant. Quibus injuriis permotus

Ἀρεκόμιοι Ptolemæo; *Ἀρεκομικοὶ* Straboni, qui eos maximum incolere ſpatium ſcribit. Olim, teſte Scaligero, illas ſedes occupârunt, ubi hodie *les Eveſchez de Nimes*, *Mompeliers*, *Beſiers*, *Uſetz*. Merula.

Helviorum] Habitârunt Helvii agrum, ubi vulgo nunc *Vivarais*. Hactenus omnes male interpretati ſunt Albigenſes *Albigeois*; eorumque urbem *Albi*. Idem.

Bello victas Gallias attribuerit] Abſurdum eſt intelligere, Gallias à Cæſare domitas & victas Maſſilienſibus attributas eſſe. Quare fortaſſis legendum eſt *victos Salyas*. Nam hi populi fuerunt Galliæ, Maſſilienſibus vicini, & ſemper infeſti, quos veriſimile eſt in gratiam Maſſilienſium à Cæſare ſubjugatos, & illis dono conceſſos. Ita immutat hunc locum Glandorpius: cui totus ſuffragarer, ſi vel codicis alicujus vetuſti auctoritate adjutus eſſet, vel alicubi Salyas à Cæſare Maſſilienſibus attributos oſtendere poſſet. Et fatendum interim vicinos Maſſilienſibus Salyas à tergo Albicorum habitare, abſurdumque eſſe, Gallias Maſſiliæ donatas. Quis credat hoc? Et quomodo tum *paria hæc beneficia* vocari poſſunt? Cum Pompeius agros tantum Volcarum Arecomicorum & Helviorum, Cæſar vero ipſas Gallias dederit. Nec locum habet, quod quidam Gallias Romanis attributas explicent. Nam quid hoc ad Maſſilienſes, quos Pompeius privato beneficio ſibi devinxerat? *Montan.*

Armamentis] Non indigebant onerariis navibus Maſſilienſes: ad tranſportandas enim merces ſolummodo inſerviunt, & ad vim inferendam aut bellum ſunt inutiles. Ex earum itaque armamentis alias refecerunt. Armamenta autem ſumuntur pro malis, antennis, velis aliiſque navis inſtrumentis. Quidam deducunt à Græcâ voce *ἁρμόζειν*. quibus Turnebus tamen haud aſſentitur: nam *armamenta* ille ab *armis* dicta vult. *Montan.*

Quibus injuriis motus Cæſar, &c.] Lucanus lib. 3 Pharſaliæ, harum injuriarum prorſus non meminit: imo poſt æquam Maſſilienſium orationem, Cæſaris potius in illos injuriam ad hunc deſcribit modum :

——Sic Graia juventus
Finierat, quum turbato jam prodita vultu
Ira ducis, tandem teſtata eſt voce dolorem.

Quam-

tus Cæſar, legiones III Maſſiliam adducit: turres vineaſque ad oppugnationem urbis agere, naves longas Arelate numero XII facere inſtituit. Quibus effectis armatiſque diebus XXX, à quâ die materia cæſa eſt, adductiſque Maſſiliam, his D. Brutum præfecit; C. Trebonium legatum ad oppugnationem Maſſiliæ relinquit. Dum hæc parat atque adminiſtrat, C. Fabium legatum cum legionibus III, quas Narbone, circumque ea loca, hiemandi cauſsâ, diſpoſuerat, in Hiſpaniam præmittit; celeriterque Pyrenæos ſaltus occupari jubet; qui

Quamvis Heſperium mundi properemus ad axem,
Maſſiliam delere vacat. &c.

Quod autem Cæſar injuriis ſe affectum dicit, hoc reſpicit, quod Maſſilienſes Pompeii partes ſecuti ſunt: quum neutrarum eſſe debuiſſent. Atqui hoc modo non Cæſari, ſed ſibimetipſis nocuerunt. Id quod & Velleius Paterculus in hæc indicat verba. *Feſtinationem itineris Cæſariani aliquandiu morata eſt Maſſilia, fide melior, quàm conſilio prudentior, intempeſtivè principalium armorum arbitria captans, quibus hi ſe debent interponere, qui non parentem coërcere poſſunt.* Rhellican.

Maſſiliam] Μασσαλία Straboni, Μασσαλία Ptolemæo, hodie *Marſeille*, colonia eſt Phocenſium Græcorum in Aſia minore. Mela libr. II: *Hæc*, ait, *à Phocais oriunda, & olim inter aſperas poſita, nunc ut pacatis, ita diſſimillimis tamen vicina gentibus.* Condita Olympiade XLV, ſcribente Solino; tempore Tarquinii regis, ut notat Juſtinus libr. 43, qui totam Juventutis Phocæenſis navigationem, Perſicam ſervitutem fugientis, ejuſque cauſam & effecta pluribus commemorat. Plutarchus conditam ſcribit à *Proto*, qui *Protis* aliis dicitur. Strabo petroſo in loco ſitam indicat: Juſtinus prope oſtia Rhodani amnis, in remoto ſinu velut in angulo maris. Sed de hac urbe ſuo loco fuſius. *Merula.*

Arelate] Hodie *les Archeveſchez d'Aix* & *d'Arles*, quondam, teſte Avieno, *Theline* dicta:

Arelatus illic civitas attollitur,
Theline vocata ſub priore ſæculo
Graio incolente.

Etiam Mamiliaria cognominata eſt. In fine veteris inſcriptionis, quæ ibidem in columna legitur, ſic habetur.

DE. ARELATE. MA-
MILIARIA. PONI. S.
M. P. I.

Caſſiodorus ita deſcribit: *Arelate eſt civitas ſupra undas Rhodani conſtituta: quæ in orientis proſpectum, tabulatum pontem, per nuncupati fluminis dorſa tranſmittit.* Hodie, mutata ibi rerum facie, ſimplex eſt, tota in ripa Rhodani; quæ Italiam reſpicit, poſita: ſepta undique paludibus, in quibus præferoces aluntur boves. *Idem.*

Narbone] Provinciæ Romanorum urbs: à qua & Gallia Narbonenſis nomen invenit. Hodie nihil mutatâ appellatione itidem *Narbone.* Ortel. De eâdem jam ante fuſius.

Pyrenæos ſaltus] *Saltus Pyrenæi* appellantur etiam Livio, Suetonio & Æmilio Probo: qui Ptolemæo πυρήναια. Stephano πυρήνη, & Hiſpanis *los Pireneos* univerſim: nam pro ratione locorum varia ſortitur nomina. Nec tantum Hiſpanos à Gallis dividit, ſed etiam ab ortu in occaſum ad promontorium uſque Celticum prolatatus Hiſpanos dividit in Ciſmontanos & Ultramontanos, aliumque ad Iberi fontes montem protrudit verſus meridiem per Hiſpaniæ

qui eô tempore ab L. Afraniô legatô præſidiis tenebantur. Legiones reliquas, quæ longius hiemabant, ſubſequi jubet. Fabius, ut erat imperatum, adhibitâ celeritate, præſidium ex ſaltu dejecit, magniſque itineribus ad exercitum Afranii contendit. Adventu Vibullii Rufi, quem à Pompeio miſſum in Hiſpaniam demonſtratum eſt, Afranius & Petreius & Varro legati Pompeii, quorum unus III legionibus Hiſpaniam citeriorem; alter à ſaltu Caſtulonenſi, ad Anam, II legionibus; tertius ab Ana, Vettonum agrum Luſitaniamque pari numerô legio-

ſpaniæ latitudinem. *Idem.* Occupabantur autem præſidiis Pyrenæi ſaltus ab Afranio, ut Fabius tranſitu è Gallis in Hiſpaniam prohiberetur. Et hoc Afranio neceſſarium, utpote cum in Hiſpaniam, quæ nullibi continenti adhæret, quam ab hâc parte terreſtri itinere aditus non ſit, niſi per prædictos ſaltus. Quibus præſidio munitis haud facilis, propter anfractuoſa & difficilia itinera, irruptio & penetratio dabatur. *Montan.*

L. Afranio] Eſt hic idem ille L. Afranius, L. F. qui legatus Pompeii Corduenem regionem Phraati eripuit, & eôdem Pompeiô procurante conſulatum geſſit cum Q. Cæcilio Metello Celere, anno ab U.C. DCXCIV. Res ejus geſtas & obitum in ſequentibus Cæſar narrat. *Idem.*

Petreius] Facinorum Petreii hujus Cæſar jam porro mentionem facturus eſt. Eſt autem ille, qui poſtea in Africa, fusô exercitu rebuſque deſperatis, cum Rege Jubâ ſingulari certamine congreſſus eſt, & cum eôdem periit; quia utrique nulla ſpes veniæ erat. *Idem.*

Varro] Tres apud Dionem Varrones invenio, Viſellinum, Alfenum & M. hunc Terentium Varronem. De quo, quia notiſſimus, nihil dicam. *Idem.*

Hiſpaniam Citeriorem] Hiſpaniam à ſe debellatam Romani primò, anno ab U.C. IↃLVI, C. Cornelio Cethego & Q. Minutio Rufo Coſſ. diviſerunt in *Citeriorem*, & *Ulteriorem.* Citeriorem dicebant, quæ principi urbi imperiique teris proximior erat, inter Iberum ſita & Pyrenæos montes. Poſtea tamen in tres partiti ſunt partes, citeriorem, multo amplioribus dotatam ultra Iberum finibus, appellantes Tarraconenſem: ulteriorem autem in Bæticam & Luſitaniam diſtinguentes. *Merula.*

A ſaltu Caſtulonenſi] Saltus Caſtulonenſis, hodie nonnullis *Portus S. Stephani*, *Santiſtevan*, nomen invenit ab urbe Caſtulone, quæ Καςυλῶν Appiano & Ptolemæo, Καςάλων Polybio, Floriano & Morali hodie *Caſlona la Veia*; civitas Caſtellæ Novæ. *Idem.*

Ad Anam] Anas Latinis Græciſque ſcriptoribus ſatis notus, originem habet ex vaſtis ſtagnis, in Laminitano agro, teſte Plinio: qui hodie *Campo de Montiel*, circa opidum, quod Hiſpanis *Cagnamares* vocatur. Oretanos præterlapſus ad Metallinam terræ ſe penetralibus condere putatur (nam ex vulgi hoc magis opinione eſſe, quàm veritate, docet oculatus teſtis Georgius ab Auſtria) mox poſt aliquot leucas, quaſi ſæpius naſci gaudens, ad Villartam eruptione factâ Auguſtam Emeritam, aliaſque urbes prætergreſſus ad Caſtrum Marinum in Oceanum evolvitur. Hiſpanis hodie *Rio Guadiana*, receptâ ab Arabibus voce. Iis enim *Guad* fluvius. *Idem.*

Vettonum agrum] Hiſpaniæ partem, ubi hodie *Legio*, olim habitarunt *Vettones*, ſic Plinio & Cæſari dicuntur, & Ptolemæo, Straboni & Appiano Οὐέττονες· *Vergones* male in Latinis exemplaribus.

legionum obtinebat, officia inter ſe partiuntur: ut Petreius ex Luſitaniâ per Vettones cum omnibus copiis ad Afranium proficiſcatur; Varro cum iis, quas habebat, legionibus omnem ulteriorem Hiſpaniam tueatur. His rebus conſtitutis, equites auxiliaque toti Luſitaniæ à Petreiô, Celtiberis, Cantabris barbariſque omnibus, qui ad Oceanum pertinent, ab Afranio, imperantur. Quibus coactis, celeriter Petreius per Vettones ad Afranium pervenit. Conſtituunt communi conſiliô, bellum ad Ilerdam, propter ipſius loci opportunitatem, gerere.

ribus. Populi hi, quô tempore primum in Romanorum venerant poteſtatem, quum quoſdam Centuriones viderent deambulandi causâ ſe huc illuc flectere, opinati eos (magnum hoc ſimplicitatis indicium) inſanire, duces ſe teſte Æliano lib. 2, cap. 5, ad tabernacula eis præbuêre: putabant enim aut in tabernaculo quietè ſedendum, aut pugnandum eſſe. *Idem.*

Luſitaniamque] Luſitaniæ, quæ Ptolemæo Λουσιτανία, Appiano Λυσιτανία, nomen impoſitum tradunt à *Lyſo* Liberi filio, *Lyſâque* cum eo bacchante: *Luſitaniam* enim dici tanquam *Luſi* regionem, quum Τανία nihil aliud ſit, quàm regio. Hodie *Portugallia* dicitur: ſed ſi terræ latitudinem à meridie ſeptentrionem verſus ſpectemus, major eſt quàm vetus *Luſitania*; ſin ab occaſu in ortum, longitudinem, minor. Luſitania olim ad boream terminabatur Durio, ductâque ad faciendum limitem orientalem, à Thormis fonte, per Solerium montem ſaltumq; Manlianum ad Anam, lineâ; Anæque porro progreſſu per Emeritam Auguſtam ad Mare. *Idem.* Vettonum autem agrum Luſitani ad ortum attingebant. *Montanus.*

Ulteriorem Hiſpaniam] Ulterior Hiſpania eſt, quæ remotior reſpectu urbis Romæ, ultra Iberum ad Oceanum uſque extenſa. Relinquebatur verò Varro cum duabus legionibus ad tuendos tam vaſtos & ſpatioſos fines: quia nullus in eâ parte hoſtis: Cæſar enim per Pyrenæos montes in Citeriorem Hiſpaniam, quæ tranſeunda priuſquam ad ulteriorem aditus datur, ſe cum legionibus & auxiliis effundebat. *Montan.*

Celtiberis, Cantabris] Celtiberos quidam *Caſtellæ veteri* aſcribunt, plerique *Valentiæ*. Illud ſatis conſtat Celtiberorum pomœria huc illuc longè latéque ſe extendiſſe. Clunia Celtiberiæ finis Plinio vocatur. Poſidonius autor eſt M. Claudium Marcellum tributum ex Celtiberiâ exegiſſe talentûm DC: ex quo conjicere licet, quod Celtiberorum natio frequentiſſima fuerit, & auri atque argenti copiâ excellens, tametſi agrum incolerent ſterilem. nomen compoſitum ex *Celtis* & *Iberis*. Lucan. lib. IV.

—— *Profugique à gente vetuſtâ*
Gallorum Celtæ, miſcentes nomen Iberis.

Cantabri autem habitârunt olim latius, quàm nunc ipſa Biſcaia patet, occupatis etiam locis illis, ubi nunc *Guipuſcoa* & *Navarra*. Idem.

Barbariſque omnibus qui ad Oceanum] Excultum eſt non tantum prope Cantabros, ſed etiam totum illud Hiſpaniæ litus Oceano objectum à variis plurimiſque gentibus. Inter alias non infimi nominis ſunt, Concani, Saleni, Peſici, Aſtures tranſmontani, Callaici, Amphilogi, Turdures, Cyneſii & Nerii. *Montan.*

Ad Ilerdam] Cæſaris & Ptolemæi Ἰλέρδα, Ilergetum eſt urbs. Ejus ſitum ita Lucanus depingit:

Colle

re. Erant, ut ſupra demonſtratum eſt, legiones Afranii III, Petreii II. Præterea ſcutati citerioris provinciæ, & cetratæ ulterioris Hiſpaniæ cohortes circiter xxc, equitum utriuſque provinciæ circiter v millia. Cæſar legiones in Hiſpaniam præmiſerat, ad VI millia auxilia peditum, equitum III millia, quæ omnibus ſuperioribus bellis habuerat, & parem ex Galliâ numerum, quem ipſe paraverat, nominatim ex omnibus civitatibus, nobi-

Colle tumet modico; leniter exrevit in altum
Pingue ſolum tumulo: ſuper hanc fundata vetuſtâ
Surgit Ilerda manu; placidis prælabitur undis
Heſperios inter Sicoris non ultimus amnes:
Saxeus ingenti quem pons amplectitur arcu,
Hibernas paſſurus aquas.

Hodie tranſmutatione primarum literarum *Lerida*. Merula.

Scutati citerioris provinciæ & Cetratæ ulterioris] Quemadmodum à *ſcutis ſcutatæ* cohortes dicuntur, teſte Vegetio, quæ plumbatis & miſſilibus armabantur, ita à *Cetrâ* ſcuti genere *cetratæ*. *Glandor.* Cæſar hic teſtatur Hiſpanos cetris uſos, nec tamen omnes: nam Citerioris provinciæ Hiſpanis, & qui Gallis viciniores erant, ſcuta aſſignat: & iſta eâdem facie, quâ Gallicana; teſte Livio lib. 22: *Gallis Hiſpaniſque ſcuta ejuſdem formæ fere erant, diſpares gladii.* Idem Polybius lib. 3: *Hiſpanorum & Gallorum ſcutum quidem adſimile.* At Ulteriores, quippe Africæ propinquiores, cetris pugnabant. Cetra vel Citra, definiente Iſidoro, eſt *ſcutum loreum ſine ligno, quo utuntur Afri & Mauri.* Scholiaſtes Juvenalis, *Oryx animal minus, quam bubalus, quem Mauri uncem vocant, cujus pellis ad citras proficit, ſcuta Maurorum minora.* Et hinc eſt fortaſſe quod ulterioris Hiſpaniæ incolæ cetris uſi ſunt, utpote quas, Maurorum propinquitate, ab iis mutuati ſunt. Hodie vero Mauri lorea hæc ſcuta habent, ſed majuſcula, & formata fere in cor humanum: atque ea cælare aut pingere variè ſolent. Quod etiam olim factitatum Silius indicat lib. 3:

Verſicolor contra cetra, & falcatus ab arte
Enſis Adyrmachidæ.

Idem etiam Poeta teſtatur Hiſpanos, qui cetris uſi ſunt, pulſaſſe eos rythmice, & cum cantu ſaltuque hoſtes invaſiſſe. lib. 3:

—— *Miſit dives Gallæcia pubem,*
Barbara nunc patriis ululantem carmina linguis,
Nunc pedis alterno percuſſa verbere terra,
Ad numerum reſonas gaudentem plaudere cetras.

Tacitus eadem ſcuta attribuit Britannis, & pugnare eos facit, *ingentibus gladiis, brevibus cetris.* Lipſius.

Præmiſerat, ad VI *millia auxilia*] Locus eſt perturbatus, ſed qui facile reſtitui poſſit, ſi legamus: *Cæſar legiones in Hiſpaniam præmiſerat* VI, *auxilia peditum equitumque tria millia.* Nam ſex legiones habuiſſe eum videtur cognoſci poſſe ex illo loco infra, *Singulaque latera caſtrorum ſingulis attribuit munienda, reliquas legiones in armis expeditas, contra hoſtem conſtituit.* Cum tres legiones tria latera caſtrorum munirent, reliquæ tres in armis contra hoſtem eſſent. Et vox, *ad*, ex duobus ultimis elementis præcedentis dictionis, ut ſæpe fit, à librario addita eſt. In libro Achillis eſt: *auxilia peditum nulla: equitum tria millia*, ut *nulla*, pro *millia* poſitum, & numerus defuiſſe videatur. *Ciaccon.*

Aqui-

biliſſimô & fortiſſimô quoque evocatô. Hinc optimi generis hominum ex Aquitanis montaniſque, qui Galliam provinciam attingunt. Audierat Pompeium per Mauritaniam cum legionibus iter in Hiſpaniam facere, confeſtimque eſſe venturum: ſimul à tribunis militum centurionibuſque mutuas pecunias ſumpſit. Has exercitui diſtribuit. Quô factô, duas res conſecutus eſt: quod pignore animos centurionum devinxit, & largitione redemit militum voluntates. Fabius finitimarum civitatum animos literis nuntiiſque tentabat. In Sicore flumine pontes effecerat duos, inter ſe diſtantes millia paſſuum IV. His pontibus pabulatum mittebat: quod ea, quæ citra flumen fuerant, ſuperioribus diebus conſumpſerat. Hoc idem fere, atque eâdem de cauſâ Pompeiani exercitus duces faciebant; crebroque inter ſe equeſtribus præliis contendebant. Huc quum quotidianâ conſuetudine [congreſſæ] pabulatoribus præſidio [proprio]

Aquitanis montaniſque, qui Galliam provinciam] Aquitaniam Auguſtus diviſit in tres provincias, *Primam*, *Secundam*, *& tertiam Novempopulaniam.* Et hæc eſt, quam Cæſar Aquitaniam nominat: quamque hodie ipſi Aquitani *Vaſconiam*, à devictis Vaſconibus, parte Cantabrorum, & in illam regionem è Pyrenæis ſaltibus demiſſis. Addit Cæſar præter Aquitanos evocatos eſſe Montanos, Galliam provinciam attingentes. Hi non alii, quam montis Gebennæ, *Montaigne de Cebenes* & *Cevenes* habitatores. Ille enim mons inter Arvernos & Helvios vaſto tractu procurrit, & ingentibus jugis in orientem verſus Rhodanum aſſurgit: ubi Montani hi Galliam provinciam Romanorum attingunt: ſicut Aquitani ad Garumnam. *Montanus.*

Per Mauritaniam] Mauritania hodie continet tria regna, *Darenſe*, *Fezenſe*, & *Maurocitanum*. Dividebatur olim in Cæſarienſem, quæ Numidiam attingit, & Tingitanam, quæ Oceano perfunditur. Cæſarienſis provincia nunc totum *Daræ* regnum obſidet. Tingitana duo regna, *Fez* & *Marocco*. Cluver. Commodè autem potuiſſet Pompeius per Mauritaniam in Hiſpaniam trajicere. Cum quia à ſeptentrione altera ab alterâ breviſſimo freto, & quod vix ſeptem millia paſſuum obtinet, disjungitur: ſic ut facilis trajectus fuiſſet. Tum quod nullus ibi metus aut hoſtis. Cæſar enim cum Pompeii legatis in ſeptentrionaliori parte Hiſpaniæ degebat; cum objectum Africæ litus, ubi trajiciendum, meridionalior portio ſit. *Montan.*

Quod pignore animos] Nam Centurionum pecunia, quaſi pro pignore tenebatur à Cæſare, ne ab illo ad Pompeium propinquantem deficerent. Prudens ſane ac politicum ſtratagema. *Hotoman.*

In Sicore] Sicoris Ibero ſe commiſcet. Aureas defert arenas. Potus valde ſalubris. Σικορις Græcis. Hodie *Segre.* Notat Beuterus Catalonicâ linguâ vocari *Agua Naval.* Merula.

prio] legiones Fabianæ II flumen tranſiſſent; impedimentáque & omnis equitatus ſequeretur; ſubitò, vi jumentorum & aquæ magnitudine, pons eſt interruptus, & reliqua multitudo equitum intercluſa. Quô cognitô [à Petreiô, & Afraniô] ex aggere atque cratibus, quæ flumine ferebantur, celeriter ponte Afranius, quem oppido caſtriſque conjunctum habebat, legiones IV equitatumque omnem transjecit, duabuſque Fabianis occurrit legionibus: cujus adventu nuntiatô, L. Plancus, qui legionibus præerat, neceſſariâ re coactus, locum capit ſuperiorem; diverſamque aciem in duas partes conſtituit; ne ab equitatu circumveniri poſſet. Ita, congreſſus impari numero, magnos impetus legionum equitatuſque ſuſtinet. Commiſsô ab equitibus præliô, ſigna II legionum procul ab utriſque conſpiciuntur, quas C. Fabius ulteriore ponte ſubſidio noſtris miſerat; ſuſpicatus fore id quod accidit, ut duces adverſariorum occaſione & beneficiô fortunæ ad noſtros opprimendos uterentur: quarum adventu prælium dirimitur, ac ſuas uterque legiones reducit in caſtra. Eo biduo Cæſar cum equitibus DCCCC, quos ſibi præſidio reliquerat, in caſtra pervenit. Pons, qui fuerat tempeſtate interruptus, neque erat refectus, hunc noctu perfici juſſit. Ipſe cognitâ locorum naturâ, ponti caſtriſque præſidio VI cohor-

tes

Subitò vi jumentorum & aquæ magnitudine] Sic infra: *tum ipſius fluminis* (ſcilicet *Sicoris*) *natura atque aquæ magnitudine.* Oroſius tamen Hiſpanus legit, *ſubita vi ventorum.* Cicero pro Cluentio: *Ut mare, quod ſua natura tranquillum ſit, ventorum vi agitari ſolet.* Octavius Pantagathus ſive ex antiquo libro, ſive ex conjectura protulit: *Subitò vi ventorum & aquæ.* Nam vi tempeſtatis interruptum fuiſſe pontem, non autem jumentorum pondere, demonſtrat ipſe Cæſar paulo poſt; *Pons*, inquit, *qui fuerat tempeſtate interruptus, pene erat refectus. Hunc noctu perfici juſſit.* Et Dio lib. 41: *Interim tempeſtas vehemens coorta, pontem, quo utebatur, interruperat.* Ciaccon.

Ex aggere] Agger hoc loco perſpicuè pro trabibus & longuriis, quibus pons conſtabat. *Hotoman.*

L. Plancus] Eſt idem ille L. Munatius Plancus: qui lib. V Gall. à Cæſare legatus vocatur, cum Craſſo & Trebonio in Belgio tribus legionibus præfectus. Nec alius quam hic noſter eſt, qui anno ab U. C. DCCXII, ſeptennium poſt hanc pugnam, cum M. Æmilio Lepido conſul deſignatus eſt. *Montanus.*

Et

tes reliquit, atque omnia impedimenta: & poſtero die omnibus copiis, triplici inſtructâ acie, ad Ilerdam proficiſcitur, & ſub caſtris Afranii conſtitit: & ibi paulliſper ſub armis moratus, facit æquô locô pugnandi poteſtatem. Poteſtate factâ, Afranius copias educit, & in medio colle ſub caſtris conſtitit. Cæſar, ubi cognovit per Afranium ſtare, quò minus prælio dimicaretur, ab infimis radicibus montis, intermiſſis circiter paſſibus CD, caſtra facere conſtituit: &, ne in opere faciendo milites repentinô hoſtium incurſu exterrerentur, atque opere prohiberentur, vallô muniri vetuit, quod eminere, & procul videri neceſſe erat. Sed à fronte contra hoſtem pedum XV foſſam fieri juſſit. Prima & ſecunda acies in armis, ut ab initiô conſtituta erat, permanebat. Poſt hos opus in occultô acies tertia faciebat. Sic omne prius eſt perfectum, quàm intelligeretur ab Afranio caſtra muniri. Sub veſperum Cæſar intra hanc foſſam legiones reducit, atque ibi ſub armis proximâ nocte conquieſcit. Poſtero die omnem exercitum intra foſſam continet: &, quod longius erat agger petendus, in præſentia ſimilem rationem operis inſtituit: ſinguláque latera caſtrorum ſingulis attribuit legionibus munienda: foſ-

Et poſtero die omnibus copiis, &c.] Hoc in loco Cæſar videtur tranſiſſe Sicorim, quamvis loca ſuperiora cum hoc non admodum quadrent. Tota enim hujus hiſtoriæ difficultas inde pendet, quod ubi Afranii caſtra, citrane Sicorim fuerint, an ultra, ſcire planè non poſſumus. Ex ſuperioribus citra flumen fuiſſe videtur, ſed ex ſequentibus, ultra. Lucanus tamen dicit Sicorim medium fuiſſe intra caſtra Cæſaris & Afranii:

—— *Medius dirimit tentoria gurges.* Glarean.

Prima & ſecunda acies] Hoc Cæſaris facinus retulit Vegetius in numerum ſtrategematum: ſed tamen, non ſatis, ut videtur, intellectum. *C. Cæſar*, inquit, *cum adverſus Afranium copias educeret, & recipiendi ſe ſine periculo facultatem non haberet, ſicut conſtituerat, prima & ſecunda acie furtim à tergo ad opus applicata*, XV *pedum foſſam fecit, intra quam ſub occaſum Solis armati ſe milites ejus receperunt.* Lucanus hæc nocti fuiſſe munita teſtatur:

—— *prono tum Cæſar Olympo*
In noctem ſubita circumdedit agmina foſſa,
Dum primæ præſtant acies, hoſtemque fefellit,
Et prope conſertis obduxit caſtra maniplis.

Longius agger petendus] *Aggeris* nomine materiem, & vimina, & faſces virgultorum nunc intelligit; ut & ante, loco jamjam citato.

foſſáſque ad eandem magnitudinem perfici jubet. Reliquas legiones in armis expeditas contra hoſtem conſtituit. Afranius Petreiuſque, terrendi cauſsâ, atque operis impediendi, copias ſuas ad infimas montis radices producunt, & prælio laceſſunt. Neque idcirco Cæſar opus intermittit, confiſus præſidio legionum III, & munitione foſſæ: illi non diu commorati, nec longius ab infimô colle progreſſi, copias in caſtra reducunt. III die Cæſar vallô caſtra communit: reliquas cohortes, quas in ſuperioribus caſtris reliquerat, impedimentáque ad ſe tranſduci jubet. Erat inter opidum Ilerdam, & proximum collem, ubi caſtra Petreius atque Afranius habebant, planicia circiter paſſuum CCC: atque in hôc fere mediô ſpatiô tumulus erat paullo editior: quem ſi occupaſſet Cæſar, & communiſſet, ab opido, & ponte, & commeatu omni, quem in opidum contulerant, ſe intercluſurum adverſarios confidebat. Hoc ſperans, legiones III ex caſtris educit: acieque in locis idoneis inſtructâ, unius legionis anteſignanos præcurrere, atque occupare eum tumulum jubet. Quâ re cognitâ, celeriter, quæ in ſtatione pro caſtris erant Afranii cohortes, breviore itinere ad eundem occupandum locum mittuntur. Contenditur præliô, &, quod prius in tumulum Afraniani venerant, noſtri repelluntur, atque, aliis ſummiſſis ſubſidiis, terga vertere, ſeque ad ſigna legionum recipere coguntur. Genus erat pugnæ militum illorum, ut magno impetu primo procurrerent, audacter

Quas in ſuperioribus caſtris reliquerat, &c.] Supra dixit Cæſar ſe biduo in C. Fabii caſtra veniſſe, & poſtea intermiſſis circiter quadringentis paſſibus, nova caſtra in radicibus montis fixiſſe: ideoque hic per *ſuperiora caſtra* haud dubiè Fabiana intelligit. *Rhellican.*

Planicia] *Planitia* ſcribebant antiqui, pro *planities*, ut *mollitia*, pro *mollities*, & hic eſt in vetuſtiſſima inſcriptione proximis diebus extra portam Capenam reperta. Cujus exemplum ſubjiciam:

SENATUS
POPULUSQUE
ROMANUS
CLIVOM
MARTIS
PECUNIA. PUBLICA
IN. PLANITIAM
REDIGENDUM
CURAVIT.

ćter locum caperent, ordines ſuos non magnopere ſervarent, rari diſperſique pugnarent: ſi premerentur, pedem referre, & loco excedere non turpe exiſtimarent, cum Luſitanis reliquiſque barbaris genere quôdam pugnæ aſſuefacti: quod fere fit, quibus quiſque in locis miles inveteraverit, uti multum earum regionum conſuetudine moveatur. Hæc tamen ratio noſtros perturbat, inſuetos hujus generis pugnæ. Circumiri enim ſeſe ab apertô latere, procurrentibus ſingulis, arbitrabantur. Ipſi autem ſuos ordines ſervare, neque ab ſignis diſcedere, neque ſine gravi cauſsâ eum locum, quem ceperant, dimitti conſuerant oportere. Itaque, perturbatis anteſignanis, legio, quæ in eo cornu conſtiterat, locum non tenuit, atque in proximum collem ſeſe recepit. Cæſar pene omni acie perterritâ, quod præter opinionem conſuetudinemque acciderat, cohortatus ſuos, legionem IX ſubſidio ducit: hoſtem inſolenter atque acriter noſtros inſequentem ſupprimit, rurſuſque terga vertere, ſeque ad opidum Ilerdam recipere, & ſub muro conſiſtere cogit. Sed IX legionis milites elati ſtudiô, dum ſarcire acceptum detrimentum volunt, teme-

Hæc tamen ratio noſtros perturbat] Ita pertinaciter Romani ſuos ordines ſervabant. Cæſar in ſimili genere pugnæ (apud Hirtium) *edicit per ordines, ne quis miles à ſignis, quatuor pedes longius procederet*. Id eſt, ne quis vel paſſum unum progrederetur extra lineam ubi ſigna. Tanta cautio erat. Imo & mors pœna, ſi qui reliquiſſent. Joſephus: *leges Romanæ ſemper eum qui vel leviter ordine exceſſerit, morte puniunt*. Tacitus: *qui ſigna reliquerat, ſtatim capite pœnas luebat*. Livius de Scipione: *quem militem extra ordinem deprehendiſſet, ſi Romanus erat, vitibus; ſi extraneus, fuſtibus cecidit*. Quod intelligendum, ubi minor exceſſus & aberratio. Quod ſi major, profecto deſertionis pœna mors erat. O priſci, ô noſtri mores, quam diſſidetis! Hodie nihil tam impune quam vagari, prædari, rapere. *Lipſius*.

Anteſignanis] Signa manipulorum, ſparſa & diſpoſita per manipulos: ſed an in fronte aut medio manipuli, ambiguum credo utrumque. At vallum aliquot virorum objectum erat, ne ſic nuda oſtenſa & oblata hoſti. Atque ii ſunt quos *Anteſignanos* appellarunt: quæ vox tamen communiter de toto primo agmine invaluit, & ipſi haſtati videntur ſic dicti, non quia ante omnia ſigna (ſua enim habebant), ſed quia ante præcipua eſſent, Aquilam & Triariorum, quæ Legionis & cohortium prima erant. Hos Græci *προμάχους τῶν σημείων* vertunt, *Propugnatores* ſignorum: ſive & *προτάκτους*, *Præpoſitos*, à loco. *Poſtſignani*, qui erant in extrema acie. *Idem*.

temere inſecuti fugientes in locum iniquum progrediuntur, & ſub montem, in quô erat opidum poſitum, ſuccedunt. Hinc ſe recipere quum vellent, rurſus illi ex loco ſuperiore noſtros premebant. Præruptus locus erat; utrâque ex parte directus, ac tantùm in latitudinem patebat, ut tres inſtructæ cohortes eum locum explerent, & neque ſubſidia à lateribus ſummitti, neque equites laborantibus uſui eſſe poſſent. Ab opido autem declivis locus tenui faſtigio vergebat, in longitudinem paſſuum circiter CD. Hac noſtris erat receptus; quod eò, incitati ſtudiô, inconſultius proceſſerant. Hôc pugnabatur locô & propter anguſtias iniquô, & quod ſub ipſis radicibus montis conſtiterant, ut nullum fruſtra telum in eos mitteretur: tamen virtute & patientiâ nitebantur, atque omnia vulnera ſuſtinebant. Augebantur illis copiæ, atque ex caſtris cohortes per opidum crebrò ſubmittebantur; ut integri defeſſis ſuccederent. Hoc idem Cæſar facere cogebatur: ut, ſummiſſis in eundem locum cohortibus, defeſſos reciperet. Hôc quum eſſet modô pugnatum continenter horis V, noſtrique gravius à multitudine premerentur; conſumptis omnibus telis, gladiis diſtrictis, impetum adverſus montem in cohortes faciunt; pauciſque dejectis, reliquos ſeſe convertere cogunt. Summotis ſub murum cohortibus, ac nonnullâ parte propter terrorem in opidum compulſis, facilis eſt noſtris receptus datus. Equitatus autem noſter ab utrôque latere, etſi dejectis aut inferioribus locis conſtiterat, tamen in ſummum jugum virtute connititur, atque inter duas acies perequitans commodiorem ac tutiorem noſtris receptum dat. Ita variô certamine pugnatum eſt. Noſtri in primô congreſſu circiter LXX ceciderunt, in his Q. Fulginius ex primô haſtatô legionis XIV, qui propter exi-

In his Q. Fulginius ex primo haſtato legionis XIV] Vaſcoſ. *in his Q. Fulginius primus haſtatus legionis quartæ decimæ.* Quod placet. *Primus haſtatus* dicebatur primi haſtati centurio (Turnebum adi lib. 30 adverſar. cap. 32.) qualis fuit ipſe Q. Fulginius. Tangit J. Lipſius in militia ſua lib. 2, Dial. 8. Qui in Cæſare divi-

eximiam virtutem, ex inferioribus ordinibus in eum locum pervenerat. Vulnerantur amplius DC. Ex Afranianis interficiuntur T. Cæcilius, primi pili centurio, &, præter eum, centuriones IV, milites amplius CC. Sed hæc ejus diëi præfertur opinio, ut ſe utrique ſuperiores diſceſſiſſe exiſtimarent: Afraniani, quod, quum eſſe omnium judiciô inferiores viderentur, cominus tam diu ſtetiſſent & noſtrorum impetum ſuſtinuiſſent, & initio locum tumulumque tenuiſſent; quæ cauſſa pugnandi fuerat; & noſtros primô congreſſu terga vertere coëgiſſent: noſtri autem, quod iniquô locô atque impari congreſſi numerô, V horis prælium ſuſtinuiſſent; quod montem gladiis diſtrictis adſcendiſſent; quod ex locô ſuperiore terga vertere adverſarios coëgiſſent: atque in opidum compuliſſent. Illi eum tumulum, pro quo pugnatum eſt, magnis operibus munierunt, præſidiumque ibi poſuerunt. Accidit etiam repentinum incommodum biduo, quo hæc geſta ſunt. Tanta enim tempeſtas cooritur, ut numquam illis locis majores aquas fuiſſe conſta-

divinat ſcriptum fuiſſe *Q. Fulginius Centurio primi haſtati*; cauſſamque corruptioni dediſſe notam, qua ſculpi & ſcribi Centuriones vulgo ſolent. Millies in lapidibus eſſe, & curvari in modum vitei flagelli. Nam vitis ſcilicet inſigne Centurionum: eoque hac forma illum notabant. Id in X literam, aut *ex* propoſitiunculam, tranſiſſe, non novum. Digna tanto viro conjectura. *Brant.* Haſtati autem dicti, quod primo haſtis pugnarent. Id olim; & poſtea mutatum, manente nomine; atque pilis & gladiis pugnabant, haſtæ jaculatoriæ apud ſolos velites remansêre. Sunt & alii haſtati, qui ſtabilibus haſtis & contis pugnabant: quod ævo ſequenti factum. Haſtati juvenes erant & adoleſcentes; ut Principes viri, aut viris proximi; & Triarii grandes & maturi. *Lipſius.* Sed *primus haſtatus* (ut Veget. lib. 2, cap. 8 docet) *duas centurias*, id eſt, *ducentos milites ducebat in acie ſecunda, quem nunc Ducenarium vocant.* Porro *Haſtati* in genere ii (teſte Æliano de inſtruendis aciebus) dicuntur, qui manus conſerunt & cominus haſta decertant. *Montanus.*

Tanta enim tempeſtas cooritur] Lucanus in lib. jam ſæpe citato hanc tempeſtatem ex hybernis nivibus verno tempore ortam eſſe dicit: atque ejus occaſionem & cauſam efficientem ad hunc attingit modum:

Fata dedit varius incertus motibus aër
Pigro bruma gelu, ſiccisque Aquilonibus hærens,
Æthere conſtricto pluvias in nube tenebat.
Vrebant montana nives, campoſque jacentes
Non duratura conſpecto ſole pruinæ:
Atque omnis propior mergenti ſydera cælo

 Arue-

ſtaret. Tum autem ex omnibus montibus nives proluit, ac ſummas ripas fluminis ſuperavit; ponteſque ambos, quos C. Fabius fecerat, unô die interrupit. Quæ res magnas difficultates exercitui Cæſaris attulit. Caſtra enim, ut ſupra demonſtratum eſt, quum eſſent inter flumina duo, Sicorim & Cingam, ſpatio millium XXX, neutrum horum tranſiri poterat; neceſſarioque omnes his anguſtiis continebantur, neque civitates, quæ ad Cæſaris amicitiam acceſſerant, frumentum ſupportare; neque ii, qui pabulatum longius progreſſi erant, intercluſi fluminibus, reverti; neque maximi comitatus, qui ex Italiâ Galliâque veniebant, in caſtra pervenire poterant. Tempus autem erat anni difficillimum, quô neque frumenta in herbis erant, neque multum à maturitate aberant: ac civitates exinanitæ, quod Afranius pene omne frumentum ante Cæſaris adventum Ilerdam convexerat:

Aruerat tellus hyberno dura ſereno.
Sed poſtquam vernus calidum Titana recepit,
Sydera reſpiciens dilapſæ portitor Helles,
Atque iterum æquatis ad juſtæ pondera libræ
Temporibus vicere dies, &c. *Montan.*

Tum autem ex omnibus montibus, &c.] Idem paulo poſt hæc Cæſaris verba confirmat, dum inquit:

Jamque Pyrenææ, quas nunquam ſolvere Titan
Evaluit, fluxere nives: fractoque madeſcunt
Saxa gelu, tum quæ ſolitis è fontibus exit
Non habet unda vias, tam largas alveus omnis
A ripis excepit aquas, &c. *Montan.*

Ut ſupra demonſtratum eſt, &c.] Supra quidem Sicoris fluvii meminit, at Cingæ & caſtrorum inter duo flumina ſitorum non item. Lucanus autem (ut jam ante allegavimus) caſtra Cæſareana, & Pompeiana Sicore tantum diſcreta fuiſſe perhibet. Rem ita narrat idem Poëta:

——— *at proxima rupes*
Signa tenet Magni, nec Cæſar colle minore
Caſtra levat, medius dirimit tentoria gurges.
Explicat hinc tellus campos effuſa patentes,
Vix oculo prendente modum, campoſque coërcet
Cinga rapax, vetitus fluctus & litora curſu
Oceani pepuliſſe ſuo: nam gurgite miſto
Qui præſtat terris, aufert tibi nomen Iberus. Montan.

Cingam] De Sicori paulo ante diximus. Cinga autem, hodie *Senga*, Cataloniæ fluvius eſt. Oritur prope radices Pyrenæorum montium, & haud procul Carthagine veteri Sicori miſcetur: quicum ad Octogeſam in Iberum influit. Inter utriuſque hujus fluminis brachia Ilerda, vulgo *Lerida*, proxima tamen Sicori, ſita eſt. *Montan.*

xerat: reliqui ſi quid fuerat, Cæſar ſuperioribus diebus conſumpſerat: pecora, quod ſecundum poterat eſſe inopiæ ſubſidium, propter bellum finitimæ civitates longius removerant: qui erant pabulandi aut frumentandi cauſsâ progreſſi, hos levis armaturæ Luſitani, peritique earum regionum cetrati citerioris Hiſpaniæ conſectabantur, quibus erat proclive tranſnare flumen; quod conſuetudo eorum omnium eſt, ut ſine utribus ad exercitum non eant. At exercitus Afranii omnium rerum abundabat copiâ. Multum erat frumentum proviſum, & convectum ſuperioribus temporibus: multum ex omni provinciâ comportabatur: magna copia pabuli ſuppetebat. Harum rerum omnium facultates ſine ullo periculo pons Ilerdæ præbebat, & loca trans flumen integra, quò omnino Cæſar adire non poterat. Eæ permanſerunt aquæ dies complures. Conatus eſt Cæſar reficere pontes: ſed nec magnitudo fluminis permittebat; neque ad ripam diſpoſitæ cohortes adverſariorum perfici patiebantur: quod illis prohibere erat facile, tum ipſius fluminis naturâ, atque aquæ magnitudine, tum quod ex totis ripis in unum atque anguſtum locum tela jaciebantur: atque erat difficile, eôdem tempore rapidiſſimô flumine opera perficere, & tela vitare. Nuntiatur Afranio, magnos comitatus, qui iter habebant ad Cæſarem, ad flumen conſtitiſſe. Venerant eò ſagittarii ex Ruthenis; equites ex Galliâ cum multis carris magniſ-

Sine utribus] Hi utres vel inflabantur follibus, ut Suetonius indicat & Xenophon, & Livius & Florus aliique ex Latinis: vel ſtramentis infercicbantur; ut apud Curtium lib. VII. Poſtea inventi ſunt à Romanis Aſcogephyri, hoc eſt, pontes utribus junctis conſtantes: quorum deſcriptionem habemus in libro Notitiæ Imperii. Meminit Zoſimus lib. III, ſic junctum Tigrim à Joviano in reditu è Perſide. *Caſaubonus.* Idem teſtatur Livius Decadis 3 libr. I, de Hannibale, Rhodanum trajiciente, loquens: *Hiſpani*, inquit, *ſine ulla mora in utres veſtimentis conjectis, ipſi cetris ſuperpoſitis incumbentes flumen tranſnatavere.* Et aliquanto poſt de tranſmiſſione Padi agens: *Ut jam*, inquit, *Hiſpanos omnes inflati tranſvexerint utres.* Montan.

Carris] *Carra neutrius generis eſſe conſuetudine perſuaſum eſt. Siſenna, Cæſar aliique maſcul. genere efferunt.* Nonius. Dicta ita ſunt à cardine quatuor rotarum, vel quod currendo ſonent. Apud

magniſque impedimentis, ut fert Gallica conſuetudo. Erant præterea cujuſque generis hominum millia circiter VI cum ſervis liberiſque: ſed nullus ordo, nullum imperium certum, quum ſuô quiſque conſiliô uteretur, atque omnes ſine timore iter facerent, uſi ſuperiorum temporum atque itinerum licentiâ. Erant complures honeſti adoleſcentes, ſenatorum filii, & equeſtris ordinis: erant legationes civitatum: erant legati Cæſaris. Hos omnes flumina continebant. Ad hos opprimendos cum omni equitatu, tribuſque legionibus Afranius de nocte proficiſcitur, imprudenteſque antemiſſis equitibus aggreditur. Celeriter tamen ſeſe Galli equites expediunt, prælium que committunt. Hi, dum pari certamine res geri potuit, magnum hoſtium numerum pauci ſuſtinuere: ſed, ubi ſigna legionum appropinquare cœperunt, paucis amiſſis, ſeſe in montes proximos conferunt. Hoc pugnæ tempus magnum attulit noſtris ad ſalutem momentum. Nacti enim ſpatium ſe in loca ſuperiora receperunt. Deſiderati ſunt eô die ſagittarii circiter CC, equites pauci: calonum atq; impedimentorum non magnus numerus. His tamen omnibus annona crevit: quæ fere res inopiâ non ſolùm præſentis, ſed etiam futuri temporis timore ingraveſcere conſuevit. Jamque ad denarios L in ſingulos modios annona pervenerat, & militum vires inopia

Belgas hodie vehiculi quoddam genus duabus rotis *een Carre* vocatur. *Montan.*

Millia ſex cum ſervis liberiſque] Legendum arbitror; *Libertis.* Nam hæc uſitata locutio eſt, pro In his ſervi libertique. Quod vulgo dicitur, *Computando ſervos libertoſque.* Sic paulo poſt: *Eo die naves Maſſilienſium, cum iis quæ ſunt capta, intereunt novem.* Hotoman.

Annona crevit] Id eſt, pretium annonæ auctum eſt. *Montan.*

Quæ fere res] Nempe annonæ caritas, *ingraveſcere conſuevit inopia*, id eſt, per inopiam, *non ſolum præſentis, ſed etiam futuri temporis timore.* Idem.

Jamque ad denarios quinquaginta in ſingulos, &c.] Ex Budæi obſervatione conſtat *Drachmam* apud Græcos, & *Denarium* apud Romanos ejuſdem fuiſſe ponderis & valoris: & *octo denarios* uno aureo Rhenenſi valuiſſe, ex ejuſdem computatione obſervatum eſt. Quæ ratio ſi admittitur, ſinguli modii annonæ plus minus ſex noſtris aureis Rhenenſibus in caſtris Cæſarianis venibant. Porro ne quid diſſimulem, Beroaldi exemplar à reliquis diſcrepat. Pro *quinquaginta* enim *quadraginta* legit, & *denariorum* non meminit. *Rhellicanus.* Porro modius, vel etiam modium (teſte Pli-

inopia frumenti diminuerat, atq; incommoda in dies augebantur, & tam paucis diebus magna erat rerum facta commutatio, ac ſe fortuna inclinaverat; ut noſtri magnâ inopiâ neceſſariarum rerum conflictarentur; illi omnibus abundarent rebus ſuperioreſque haberentur. Cæſar iis civitatibus, quæ ad ejus amicitiam acceſſerant, quò minor erat frumenti copia, pecus imperabat; calones ad longinquiores civitates dimittebat. Ipſe præſentem inopiam, quibus poterat ſubſidiis tutabatur. Hæc Afranius Petreiuſque & eorum amici, pleniora etiam atque uberiora Romam ad ſuos perſcribebant. Multa rumor fingebat: ut pene bellum confectum videretur. Quibus literis nuntiiſque Romam perlatis, magni domum concurſus ad Afranium, magnæ gratulationes fiebant, multi ex Italiâ ad Cn. Pompeium proficiſcebantur; alii, ut principes talem nuntium attuliſſe, alii,

Plinio) ſexta pars medimni, menſuræ genus eſt continens ſedecim ſextarios. *Quadrantal*, quod nunc plerique amphoram vocant, *habet urnas duas, modios tres, ſemimodios ſex, congios octo, ſextarios octo & quadraginta, heminas ſex & nonaginta duas, cyathos quingentos ſeptuaginta ſex.* Hæc Voluſius: ex cujus verbis facillimè colligi poteſt capacitas modii. Nam cum dicit amphoram, quam antiqui Romani quadrantal vocabant, continere tres modios, ſextarios autem octo & quadraginta, ſequitur neceſſario modium tertiam partem eſſe XLVIII ſextariorum, quæ eſt ſedecim ſextariorum. Lapſus eſt itaque Calepinus, & ante eum Perottus, qui modium eſſe putaverunt duorum & viginti ſextariorum. Modius vini Pariſinus, teſte Budæo, tricenos ſenos ſextarios noſtros capit: ſextarius autem octonas eas, quas *Pintas* dicimus. Modius tritici Pariſinus, quatuor & viginti medimnos Atticos capit. Modius agri, actus quadratus, qui latus eſt pedes centum, & longus totidem: Mina etiam Latine dicitur teſte Varrone. *Geſnerus.*

Magni domum concurſus ad Afranium] *Domum ad Afranium* dixit, pro ad domum Afranii; quomodo Terentius in Eunucho, *Eamus ad me.* i. in domum meam. *Glandor.* Faërnus autem pro *domum* ſubſtituit *demum*: quod etiam Hotomannus in antiquo codice deprehendit. Quæ licet ita ſint: non temere tamen veterem lectionem rejiciendam arbitror: præſertim cum ſenſus, probatâ modo lectione ex Terentio, melius ſibi conſtet. *Montan.*

Talem nuntium, &c.] Hic manifeſtum exemplum habemus, *nuntium* in maſculino genere cum pro eo qui nuntiat, tum pro eo quod nuntiatur, apud oratores & hiſtoricos poni: ſicut Feſtus Pompeius & poſt eum Laur. Valla docet. Nihil enim Mancinellus in Lima ſua, Servio docto alioquin Grammatico patrocinans, efficit; dum multa exempla contra Vallam ex poëtis citat. Poëtis namque metri cauſſa liberior dicendi campus eſt, quàm oratoribus & hiſtoriographis. *Rhellican.*

Vt

alii, ne eventum belli exſpectâſſe, aut ex omnibus noviſſimi veniſſe viderentur. Quum in his anguſtiis res eſſet; atque omnes viæ ab Afranianis militibus equitibuſque obſiderentur; nec pontes perfici poſſent: imperat militibus Cæſar, ut naves faciant, cujus generis eum ſuperioribus annis uſus Britanniæ docuerat. Carinæ primùm ac ſtatumina ex levi materiâ fiebant: reliquum corpus navium, viminibus contextum, coriis integebatur. Has

Ut naveis faciant, cujus generis eum ſuperioribus annis uſus Britanniæ docuerat] Supra libro quinto de bello Gallico ait, Britannicas naveis paulo humiliores fuiſſe, quàm quibus in noſtro mari utebantur: idque propter celeritatem onerandi ſubductionelque. *Idem.*

Carinæ primum ac ſtatumina ex levi materia fiebant, &c.] Exemplaria Florentina, quæ à Beroaldo correcta eſſe dicuntur, ſic legunt ac diſtinguunt hunc textum: *Carinæ primum ſtramine & levi materia fiebant.* Sed nimirum corruptiſſimè. Quo enim pacto veriſimile eſſet, navium carinas ex ſtramine contextas, quum Cæſar ipſe ſubjungat, reliquum navium corpus viminibus compactum, coriis inductum eſſe? Nullo modo. Straminea namque carina ſolida fieri non potuiſſet. Itaque Aldini, Gryphiani & Wolffiani exemplaris lectiò hâc ſaltem in parte melior eſſe videtur: ut ſit ſenſus, *Carinæ primum ac ſtatumina*, id eſt, ſtationes earundem, *ex levi materia*, id eſt, ligno levi *fiebant*. Cur autem ſic & legam & interpreter, Volaterranus libr. φιλολογίας 27, occaſionem præbuit. Is namque ex Vitruvii ſententiâ dicit, Statumen vocari quicquid ſtrato adjiciatur: unde *ſtatuminare*, ſtipare, & infercire. Huc etiam facit, quod Lucanus in præcitato libro naveis non ex ſtramine, ſed ex ſalignis viminibus contextas, & corio inductas eſſe, hiſce verſibus docet:

Utque habuit ripas Sicoris, campoſque reliquit,
Primum cana ſalix, madefacto vimine parvam
Texitur in puppim: cæſoque induta juvenco,
Vectoris patiens tumidum ſuperemicat amnem,
Sic Venetus ſtagnante Pado, fuſoque Britannus
Navigat Oceano. ſic cùm tenet omnia Nilus
Conſeritur bibula Memphitis cymba Papyro.

Denique ab hac navium forma non multum & Babylonicæ naviculæ abludunt; quas Herodotus in Clio in hæc verba deſcribit: *Navigia illorum, quæ per flumen commeant Babylonem, omnia ſunt orbiculata atque coriacea; quæ pecuarii Armenii, qui ſupra Aſſyrios incolunt, ex cæſis ſalicibus faciunt, inſtruuntque pellibus, nudo illarum extrinſecus poſito in modum ſoli: neque puppe diſcreta, neque prora acuminata, ſed in ſpeciem clypei magis orbiculata. Tale navigium ſtramentis ſtipatum, fluvio deferendum permittunt*, &c. Cæterum ne quid diſſimulem, ſi cui Florentina lectio magis proba videtur, hunc ſenſum habere poterit: ut intelligamus *carinas ex levi materia*, hoc eſt, vel ſalicibus, vel arundinibus, *contextas & ſtramine infertas*, perinde, ut apud Agatium de Gothico & aliis peregrinis bellis libro quinto legimus, arundineas ab Hunnis Cherſoneſum obſidentibus naves factas, & paleis earundem commiſſuras obſtructas eſſe. Sed (ut antea ſcripſi) altera & lectio & expoſitio mihi magis arridet, & ſanior eſt. *Idem.* Sed tranſvectio hæc Cæſaris nec tuta ſatis, nec ex dignitate: ideo & nocte patrata. *Lipſius.*

Dum

Has perfectas carris junctis devehit noctu millia paſſuum à caſtris XXII: militeſque his navibus flumen tranſportat; continentemque ripæ collem improvisò occupat. Hunc celeriter, prius quàm ab adverſariis ſentiatur, communit. Huc legionem poſtea tranſducit; atque ex utrâque parte pontem inſtitutum perficit biduo. Ita comitatus, & qui frumenti cauſsâ proceſſerant, tutò ad ſe recipit; & rem frumentariam expedire incipit. Eôdem die equitum magnam partem flumen transjecit: qui inopinantes pabulatores, & ſine ullo diſſipatos timore aggreſſi, quàm maximum numerum jumentorum atque hominum intercipiunt: cohortibuſq; cetratis ſubſidio miſſis, ſcienter in duas partes ſeſe diſtribuunt; alii, ut prædæ ſubſidio ſint; alii, ut venientibus reſiſtant, atque eos propellant: unamque cohortem, quæ temere ante ceteras extra aciem procurrerat, ſecluſam à reliquis circumveniunt atque interficiunt; incolumeſque cum magnâ prædâ eôdem ponte in caſtra revertuntur. Dum hæc ad Ilerdam geruntur, Maſſilienſes uſi L. Domitii conſiliô naves longas expediunt, numerô XVII: quarum erant XI tectæ. multa huc minora navigia addunt: ut ipsâ multitudine noſtra claſſis terreatur: magnum numerum ſagittariorum, magnum Albicorum, de quibus ſupra demonſtratum eſt, imponunt: atque hos præmiis pollicitationibuſque incitant. Certas ſibi depoſcit naves Domitius, atque has colonis paſtoribuſque, quos ſecum adduxerat, complet. Sic omnibus rebus inſtructâ claſſe, ma-

Dum hæc ad Ilerdam geruntur, &c.] Nunc demum ad Maſſiliæ obſidionem, & oppugnationem redit; quam ante aliquot paginas deſcribere inceperat.

Quarum erant XI *tectæ*] Alibi Cæſar *conſtratas naves* appellat. His opponuntur *apertæ*, quæ ſcilicet cataſtromata non habebant, quibus tecti milites pugnarent. Livius lib. 36: *Biduum in apparatu morati, tertio die centum navibus, quarum* LXX *tectæ erant, ceteræ apertæ, Phocæam petiverunt*. Et Hirtius de bello Alexand. *Magnoque impetu quatuor ad eam conſtratæ naves, & complures apertæ, contenderunt*. Græce *κατάφρακτοι*, ut à Polybio & *ἄφρακτα* dicuntur. Infrà libr. 2, in principio: *naves piſcatorias contexerant, ut eſſent ab ictu telorum remiges tuti*. Ciaccon. De navibus autem longis, ut & actuariis & onerariis, reſpice paulo ſuperius.

magnâ fiduciâ ad noſtras naves procedunt, quibus præerat D. Brutus. Hæ ad inſulam, quæ eſt contra Maſſiliam, ſtationes obtinebant. Erat multò inferior numerô navium Brutus: ſed delectos ex omnibus legionibus fortiſſimos viros anteſignanos, centuriones Cæſar ei claſſi attribuerat, qui ſibi id muneris depopoſcerant. Ii manus ferreas atque harpagones paraverant; magnôque numerô pilorum, tragularum reliquorumque telorum ſe inſtruxerant: ita, cognitô hoſtium adventu, ſuas naves ex portu educunt, cum Maſſilienſibus confligunt. Pugnatum utrimque eſt fortiſſimè atque acerrimè, neque

Hæ ad inſulam, quæ eſt contra Maſſiliam] Nimirum unam ex Stœchadibus inſulam intelligit, quarum, teſte Strabone libro quarto, tres juſtæ, & duæ perexiguæ quantitatis ſunt. Juxta Plinii verò ſententiam librô tertiô tres duntaxat ſunt, quæ à vicinis Maſſilienſibus propter ſitus ordinem ſic appellatæ, quas & ſingulis vocabulis nominabant, *Prote, Meſe* & *Hypæa*. Hæ namque (ſi pictura Ptolemaica non fallit) Maſſiliæ magis oppoſitæ ſunt, quam Metina & Blaſcon; quarum Plinius inibi in Gallicæ oræ deſcriptione meminit. Nam in tertiâ Europæ tabulâ Blaſcon longius à Maſſilia & à latere ſita eſt. *Rhellicanus.* Maſſilia ſitu operéque præpotens, theatralem nunc ferè ſervat formam; ſed ita ut in ſeptentrionaliore Cornu potior ſit civitas; in auſtraliore collis, in quo munimenta, quæ vulgo *le Fort de Noſtre Dame de la Garde, & de Saint Nicolas.* Inter utrumque cornu *portus* eſt; cui præjacent inſulæ, vulgo *les Pomegues*; in quarum unâ ſtationem habuit hic D. Brutus. *Merula.* Hodie ob inteſtinos tumultus regi Ludovico decimo quarto exoſa, gravi pecuniæ ſummâ mulctata eſt, & arce ad rebellionem inhibendam coërcita. *Montan.*

Ii manus ferreas] Sic ferramenta ea vocat Cæſar, quæ in proximam navem retinendi cauſsâ injiciuntur, ut & Livius appellat libr. 26, & 37. ab U. C. Plinius lib. 7, cap. 56. ubi inventorem Anacharſim philoſophum laudat. Frontinus lib. 2, cap. 3 Strateg. *C. Duillius*, inquit, *cum videret graves ſuas naves mobilitate Punicæ claſſis eludi, irritamque virtutem militum fieri, excogitavit manus ferreas, quæ ubi hoſtilem apprehenderent navem, ſuperjecto ponte tranſgrediebatur Romanus, & in ipſorum ratibus cominus eos trucidabat.* Brant.

Harpagones, &c] Harpagonum præcipuus quidem uſus in præliis navalibus: quamquam etiam in ſubitâ oppugnatione adhibitæ ad loricam & vallum reſcindendum pinnaſque detrahendas; quemadmodum lib. VII apparet, ubi Galli in Cæſariana ante Aleſiam caſtra impetum faciebant. Sed pilum (ejus vocis uſus etiam apud Belgas perſeverat eâdem fere ſignificatione; telum enim miſſile illi *een Pyl* vocant) Romanorum proprium, haſtile & ferro pedali, & trigono cum ſtylo acuto, metuendum erat: quod ſtupâ colligatum emittebatur in hoſtes. *Tragula* autem, teſte Feſto, *genus etiam teli, ita dicta eſt, quod ſcutis infixa trahatur.* Nonius tamen haſtam eſſe tradit, auctoritate Salluſtii nixus. Sed Turnebus duplicem facit, vel enim illi è tormentis mittitur, vel levior, manu. Et hâc leviori Brutus in oppugnatione claſſis Maſſilienſium uſus eſt. *Montan.*

No-

que multum Albici noſtris virtute cedebant, homines aſperi & montani, exercitati in armis: atque ii modo digreſſi à Maſſilienſibus recentem eorum pollicitationem animis continebant; paſtoreſque indomiti, ſpe libertatis excitati, ſub oculis domini ſuam probare operam ſtudebant. Ipſi Maſſilienſes, & celeritate navium, & ſcientiâ gubernatorum confiſi noſtros eludebant, impetuſque eorum excipiebant: &, quoad licebat latiore ſpatiô, productâ longius acie, circumvenire noſtros, aut pluribus navibus adoriri ſingulas, aut remos tranſcurrentes detergere, ſi poſſent, contendebant; quum propius erat neceſſariò ventum, ab ſcientiâ gubernatorum atque artificiis, ad virtutem montanorum confugiebant. Noſtri, quod minus exercitatis remigibus, minuſque peritis gubernatoribus utebantur; qui repente ex onerariis navibus erant producti; neque dum etiam vocabulis armamentorum cognitis, tum etiam gravitate & tarditate navium impediebantur. Factæ enim ſubito ex humidâ materiâ, non eundem uſum celeritatis habebant.

Noſtros eludebant] Donatus ad illud Terentii in Eunucho: *Eludet, ubi te victum ſenſerit. Eludere*, inquit, *propriè gladiatorum eſt, cum vicerint. Cicero: quamdiu etiam furor iſte tuus eludet? Eludere eſt finem ludo imponere.* Idem.

Remos tranſcurrentes detergere] *Detergere remos* dicebant veteres, cum objecta navis tranſverſæ hoſtili, ejus remos impetu ſuo perfringeret. Ridiculo fortaſſe nautico: quaſi tranſcurrentibus remis fœdaretur. Itaque navem *remis detergi* dicebant. Hirt. de bell. Alex. *Ac tantum doctrina potuit, ut in diſpari numero nulla tranſverſa hoſti objiceretur, nullaque remis detergerentur: ſed ſemper venientibus adverſæ occurrerent.* Livius lib. 36: *Duæ regiæ unam circumſiſtunt, & ab utroque latere remos detergunt.* Hinc *Detergere pinnas muri* apud eundem libro trigeſimo octavo: *Aſſeribus falcatis detergebat pinnas.* Idem libro trigeſimo ſeptimo: *Si quâ concurrerat roſtro cum hoſtium navi, aut proram lacerabat, aut remos detergebat.* Hotoman.

Vocabulis armamentorum cognitis] Principium artis nauticæ eſt cognitio inſtrumentorum, quibus navis regitur, & ex quibus conſtat. Varia ea inſtrumenta ſunt (ſumuntur armamenta, pro ejuſmodi inſtrumentis, ut inter alia, pro velis, antennis, malis & ſimilibus), quorum nomina ubi ignorantur, difficilis & periculoſa navium gubernatio eſt. *Montan.*

Factæ enim ſubito] Ita eſt: paulo enim ante Cæſar eſt teſtatus duodecim naves longas Arelate (opidum id ad Rhodanum haud procul Maſſiliâ eſt) & factas & armatas, triginta dierum ſpatio, intra quod tempus materia cæſa eſt, & claſſis parata. Et hinc eſt quod dicat, Bruti naves *ſubito factas ex humidâ materiâ.* Idem.

Diverſi

bant. Itaque, dum locus cominus pugnandi daretur, æquô animô ſingulas binis navibus objiciebant: atque injectâ manu ferreâ, & retentâ utrâque nave, diverſi pugnabant, atque in hoſtium naves tranſcendebant; & magnô numerô Albicorum & paſtorum interfectô, partem navium deprimunt; nonnullas cum hominibus capiunt, reliquas in portum compellunt. Eô die naves Maſſilienſium, cum iis, quæ ſunt captæ, intereunt IX. Hôc Cæſari ad Ilerdam nuntiatô, ſimul perfectô ponte, celeriter fortuna mutatur. Illi perterriti virtute equitum, minus liberè, minus audacter vagabantur: aliàs non longô ab caſtris progreſſi ſpatiô, ut celerem receptum haberent, anguſtius pabulabantur: aliàs, longiore circuitu, cuſtodias ſtationeſque equitum vitabant; aut, aliquô acceptô detrimentô, aut procul equitatu viſô, ex mediô itinere, projectis ſarcinis, fugiebant; poſtremò & plures intermittere dies, &, præter conſuetudinem omnium, noctu conſtituerant pabulari. Interim Oſcenſes & Calagurritani, qui erant cum Oſcenſibus contributi, mittunt ad eum legatos, ſeſéque imperata facturos pollicentur. Hos Tarraconenſes & Jacetani

Diverſi pugnabant] Unâ nave inter duas interpoſitâ. *Idem.*

Oſcenſes] Oſcenſes ita dicti ſunt ab urbe Ilergetum Oſca, ſita in Catalonia, C. Cluſio *Hueſca* hodie dicta. *Montan.*

Calagurritani] Ut Oſcenſes ab Oſca, ita Calagurritani à Calagurri. Urbs hæc in ripa Iberi ſita, Straboni Καλάγουρις. Ptolemæo Καλαγορίνα. Et hodie Ambroſio Morali, Varrerio & Marineo *Calaborra.* Plinio duplices ſunt Calagurritani, vel Fibularenſes vel Naſſici. Hi ad Ilergetes pertinent, illi ad Vaſcones & Navarram. Utra autem Calagurris patria Quintiliani oratoris cenſenda, non facile quis definierit. *Merula.* Sed quod hoc loco Calagurritani Naſſici ſint intelligendi, ex eo patet, quod Cæſar ſubjungat, *qui erant cum Oſcenſibus contributi.* Pertinebant enim Ilergetes, quorum opidum Oſca, ad Calagurritanos Naſſicos. *Montan.*

Tarraconenſes] Dicti ita ſunt à Tarracone. Urbs hæc Ptolemæo Ταῤῥακὼν, ut & Straboni; Tacito *Colonia Tarraconenſis*; Et in antiquo lapide COL. I.V. TARRAC. forſitan, COLONIA. JULIA. VICTRIX. TARRACO. Hodie *Tarragona.* Opus exiſtimatur Scipionum. Olim tam celebris urbs, ut potiori Hiſpaniæ parti nomen dederit Melæ maritimarum opulentiſſima Multa hic antiquitatum veſtigia; innumeri quotidie reperiuntur nummi in agris & vinetis; unde conjicere licet olim multo fuiſſe majorem. *Merula* Cluſio *Tarraco* Coſitanorum in Hiſpania Tarraconenſi urbs vocatur. *Montan.*

Jace

tani & Auſetani, & paucis poſt diebus Illurgavonenſes, qui flumen Iberum attingunt, inſequuntur. Petit ab his omnibus, ut ſe frumento juvent. Pollicentur, atque, omnibus undique conquiſitis jumentis, in caſtra deportant. Tranſit etiam cohors Illurgavonenſis ad eum, cognitô civitatis conſiliô; & ſigna ex ſtatione transfert. Magna celeriter fit commutatio rerum. Perfecto ponte, magnis v civitatibus ad amicitiam adjunctis, expeditâ re frumentariâ, exſtinctis rumoribus de auxiliis legionum, quæ cum Pompeio per Mauritaniam venire dicebantur, multæ longinquiores civitates ab Afranio deſciſcunt, & Cæſaris amicitiam ſequuntur. Quibus rebus perterritis animis adverſariorum, Cæſar, ne ſemper magno circuitu per pontem equitatus eſſet mittendus, nactus idoneum locum, foſſas pedum xxx in altitudinem complures facere inſtituit, quibus partem aliquam Sicoris averteret, vadumque in eo flumine efficeret. His pene effectis,

Iacetani & Auſetani] Habuerunt ſeles ſuas Jacetani ſive Jaccetani, Ptolenæo Ἰακκετανοὶ, in Aragoniâ. Ab iis iodie *Iacca* urbs. Corruptè in quibuſlam Cæſaris exemplaribus, apud Liium & Plinium *Lacetani* dicti, niſi illi lii populi ſint: nec minus forſitan enendatè apud Macrobium *Acitani* vel *Accitani*, qui eos Martis ſimulacrum, adiis ornatum, maximâ religione core ſcribit, *Necynque* nominatum. *Auſetani*, Plinio, Livio & Cæſari, Ptolenæo autem corruptè Αὐδιτάνοι, partem uondam Cataloniæ incoluerunt. *Mela.*

Illurgavonenſes] Variè nomen hujus opuli in auctoribus ſcriptum invenitur. Ptolemæo Ἰλερκαόνες, apud quos Dertoſa urbs; Livio *Iiercoanenſes*; & idem forte Cæſari *Illurgavonenſes*. Qui roprie ſint, Glandorpius ignorari ait, & ego nullibi certas eorum ſedes apud uctores invenio. Credibile eſt in Catalonia, aut prope Aragoniam habitaſſe. Plinius hic *Illuronem*, opidum Civium Romanorum ponit. *Montan.*

Flumen Iberum] Iberus Hiſpaniæ fluvius, inter Idubedam & Pyrenæos montes, æquo fere disjunctus ſpatio fluit. Hodie *Ebro*. Tarapha.

Conquiſitis jumentis] Primum commeatus genus erat frumentum: alterum, pecuarium. Sic paulo ante; *pecora ſecundum ſubſidium:* & paulo poſt: *Cæſar civitatibus, quo minor erat frumenti copia, pecus imperabat.* Montan.

Magno circuitu] Caſtra Cæſaris prope Ilerdam erant: à quibus pons, per quem equitatus trans Sicorim pabulatum proficiſcebatur, aberat quinque millia-ria communia cum dimidio. Et hoc eſt quod dicit *magno circuitu*. Idem.

Pedum XXX *in altitudinem*] Vetus codex & Aldinus, ut & multi impreſſi habent *in latitudinem*. Quam lectionem Hotomannus approbat: quia in avertendo flumine major ratio latitudinis, quàm altitudinis habenda eſt. *Idem.*

Vadumque in eo flumine efficeret] Quod Cæſar compendii gratiâ fecit in exte-

fectis, magnum in timorem Afranius Petreiuſque perveniunt, ne omnino frumento pabuloque intercluderentur: quod multum Cæſar equitatu valebat: itaque conſtituunt ipſis locis excedere, & in Celtiberiam bellum transferre. Huic conſilio ſuffragabatur etiam illa res, quod ex duobus contrariis generibus, quæ ſuperiore bello cum L. Sertorio ſteterant, civitates victæ nomen atque imperium abſentis timebant: quæ in amicitiâ manſerant, Pompeii magnis affectæ beneficiis eum diligebant: Cæſaris autem in barbaris erat nomen obſcurius. Hinc magnos equitatus magnaque auxilia exſpectabant; & ſuis locis bellum in hiemem ducere cogitabant.

nuando Sicori; idem fecit Cyrus rex Perſarum in Gynde fluvio, commotus irâ, eumque ob abreptum ſacrum equum in trecentos ſexaginta rivos diduxit. *Glandor.*

Celtiberiam] Celtiberiæ fines quidam in Caſtella veteri, plerique in Valentia fuiſſe contendunt. Certum eſt regionis hujus pomœria huc illuc longè lateque ſe extendiſſe. Ejus amplitudo ex eô aliquó modô colligitur, quod Cl. Marcellus tributum ab ea exegit Talentûm 10c. *Merula.* De origine autem vocis Celtiberiæ ſeu Celtiberorum reſpice paulo ſuperius.

Duobus contrariis generibus] Conſtituunt Afranius Petreiuſque bellum in Celtiberiam transferre, quia, præter alias rationes, civitates & urbes iſtæ firmius illis adhærerent, nec tam facile ad Cæſarem transfugerent. In Celtiberiâ enim duorum generum homines erant: vel qui pro Pompeio contra Sertorium, vel qui pro Sertorio contra Pompeium ſtetiſſent. Iſti, ut Cæſar narrat, Pompeium diligebant: utpote per quem, præter alia beneficia, difficili & gravi illo bello Sertoriano liberati videbantur. Hi à Pompeio victi nomen atque imperium ejus timebant. Nam quando Sylla, Mariô pulsô & interfectô, cum Dictaturâ orbis imperium tyrannicè Romæ invaſiſſet; Sertorius Marianarum partium in Hiſpaniam profugit: ut eâ obtentâ hominibus adhuc cum Mario ſtantibus aſylum & confugium eſſet. Sed inde ejectus, in Mauruſiam trajicit, & paulo poſt revertitur, junctis ſibi Afris & aliquot Romanis, & præcipuè Luſitanis. Hâc manu, non ita magnâ, Cottam naumachiâ, Didium, Domitium, Luſium Toraniumque Romanos imperatores profligavit. Imo & ipſum Metellum, quo inter Romanos major tum nullus, tot cladibus affecit, ut Lollius ex Narbonenſi Galliâ ſubſidio veniret, & Pompeius ingentibus copiis adverſus eundem Romá mitteretur. Multæ iſto tempore urbes pro Sertorio ſtabant: quæ tamen, Sertoriô à Perpenna interfectô, poſtea iterum in P. R. poteſtatem redactæ à Pompeio ſunt. Et hinc eſt quod abſentis nomen atque imperium timebant: quia nempe ille ſolus magni, imo maximi, iſtius imperatoris illuſtribus victoriis obicem victor objecerat. *Montan.*

Nomen obſcurius] Nec mirum: Cæſari enim præclara facinora trans Pyrenæos montes Gallis Germaniſque notiora erant: apud quos à Celtiberis remotiores, per decennium ingenti cum laude, ſemper præliis ſuperior, bella geſſerat. *Idem.*

Octo-

bant. Hôc initô conſiliô, totô flumine Iberô naves conquirere, & Octogeſam adduci jubent. Id erat opidum poſitum ad Iberum, milliaque paſſuum à caſtris aberat XX. Ad eum locum fluminis, navibus junctis, pontem imperant fieri: legioneſque II flumen Sicorim tranſducunt. caſtraque muniunt vallô pedum XII. Quâ re per exploratores cognitâ, ſummô labore militum Cæſar continuatô diem noctemque opere in flumine avertendô, huc jam rem deduxerat; ut equites, etſi difficulter, atque ægrè fiebat, poſſent tamen, atque auderent flumen tranſire; pedites verò tantummodo humeris ac ſummo pectore exſtare; & quum altitudine aquæ, tum etiam rapiditate fluminis ad tranſeundum non impedirentur. Sed tamen eôdem fere tempore pons in Iberô prope effectus nuntiabatur; & in Sicori vadum reperiebatur. Jam verò eò magis illi maturandum iter exiſtimabant. Itaque II auxiliaribus cohortibus Ilerdæ præſidio relictis, omnibus copiis Sicorim tranſeunt, & cum II legionibus, quas ſuperioribus diebus tranſduxerant, caſtra conjungunt. Relinquebatur Cæſari nihil, niſi uti equitatu agmen adverſariorum male haberet & carperet, Pons enim ipſius magnum circuitum habebat; ut multo breviore itinere illi ad Iberum pervenire poſſent. Equites ab eo miſſi flumen tranſeunt; & quum de tertiâ vigiliâ Petreius atque Afranius caſtra moviſſent, repente ſeſe ad noviſſimum agmen oſtendunt; &, magnâ multitudine circumclusâ, morari atque iter impedire incipiunt. Primâ luce ex ſuperioribus locis, quæ Cæſaris caſtris erant conjuncta, cernebatur equitatus noſtri prælio noviſſimos illorum premi

Octogeſam] Vetus codex corruptè hoc loco habet *octogeſima:* propius tamen ad vulgatam lectionem quàm Plinius, apud quem *Etouiſa*. Hodie Epiſcopo Gerundenſi *Hitona* dicitur. *Idem.*

Cernebatur equitatus noſtri] Afranii copiæ Sicorim ad Ilerdam trajecerant: quorum noviſſimum agmen ut carperet, miſſus eſt equitatus à Cæſare. Videbatur autem iſte equitatus è ſuperioribus locis, nempe in ulteriori ripâ trans Sicorim. *Idem.*

mi vehementer, ac nonnunquam ſuſtinere extremum agmen atque interrumpi: aliàs inferri ſigna, & univerſarum cohortium impetu noſtros propelli, deinde rurſus converſos inſequi: totis verò caſtris milites circulari & dolere, hoſtem ex manibus dimitti, bellum neceſſariò longius duci: centuriones tribunoſque militum adire, atque obſecrare, ut per eos Cæſar certior fieret, ne labori ſuo nec periculo parceret: paratos eſſe, ſeſe poſſe & audere eà tranſire flumen, quà tranſductus eſſet equitatus. Quorum ſtudio & vocibus excitatus Cæſar, etſi timebat tantæ magnitudinis flumini exercitum objicere, conandum tamen atque experiendum judicat. Itaque infirmiores milites ex omnibus centuriis deligi jubet, quorum aut animus aut vires videbantur ſuſtinere non poſſe. Hos cum legione unâ præſidio caſtris relinquit: reliquas legiones expeditas educit: magnôque numerô jumentorum in flumine ſupra atque infra conſtituto, tranſducit exercitum. Pauci ex his militibus vi fluminis abrepti ab equitatu excipiuntur ac ſublevantur, interiit tamen nemo. Tranſducto incolumi exercitu, copias inſtruit; triplicemque aciem ducere incipit. Ac tan-

Ac nonnunquam ſuſtinere extremum agmen,&c.] Ordo conſtructionis ſic habet: *Ac extremum agmen*, ſupple, *hoſtium cernebatur*, *nonnunquam ſuſtinere*; ſcilicet *Cæſareanorum impetum ac impreſſionem.* Idem.

Ac interrumpi] Supple, *cernebatur agmen hoſtium.* Idem.

Totis verò caſtris milites circulari] *Conturbari* Venet. Beroal. Baſil. & Vaſcoſ. Longè rectius Manuſc. *circulari*, quam veram eſſe lectionem affirmat & confirmat Petr. Victorius libro octavo Variar. cap. 13, ubi ejus verbi vim atque uſum explicat ex Euripide in Andromacha, Cicerone in Bruto, & epiſtola ad Q. fratrem. *Circulus* populi corona eſt, à quo circulo *Circulari* & *Circulator* Plinio lib. 4, epiſt. 7: *Agyrtæ* Græcis, qui circulos hominum congregant & faciunt. *Brant.* Et rectè quidem *circulari*: nam cum palam de Cæſare quen non auderent, in circulis querebantur. *Hotoman.*

Centuriis] *Ordo* eſt dimidiata pars manipuli: nam duo centuriones erant in manipulo, & unicuiq; ſua pars aſſignata, quam duceret; quæ vocata *centuria*, ſive *ordo*. Is in veteri legione fuit LX militum. *Lipſius.*

Magnoque numero jumentorum in flumine] Non diſſimili modo exercitum antea per Ligerim trajecit. Nam quum *militum brachia* (inquit lib. 7 de bello Gallico) *tantummodo*, *atque humeri ad ſuſtinenda arma liberi ab aqua eſſe poſſent equitatum diſpoſuerat*, *qui vim fluminis refringeret.* Montan.

Triplicem aciem] Acies vel duplex vel triplex. Duplex, cum tota in duo cor-

tantum fuit in militibus ſtudium, ut millium VI addito circuitu, magnâque ad vadum fluminis morâ interpoſitâ, eos qui de tertiâ vigiliâ exiſſent, ante horam diëi IX conſequerentur. Quos ubi Afranius procul [viſos] cum Petreio conſpexit, novâ re perterritus, locis ſuperioribus conſiſtit, aciemque inſtruit. Cæſar in campis exercitum reficit; ne defeſſum prælio objiciat. Rurſus conantes progredi inſequitur & moratur. Illi neceſſariò maturius, quàm conſtituerant, caſtra ponunt. Suberant enim montes, atque à millibus paſſuum V itinera difficilia atque anguſta excipiebant. Hos intra montes ſe recipiebant, ut equitatum effugerent Cæſaris; præſidiiſque in anguſtiis collocatis, exercitum itinere prohiberent; ipſi ſine periculo ac timore, Iberum copias tranſducerent: quod fuit illis conandum, atque omni ratione efficiendum: ſed totius diëi pugnâ atque itineris labore defeſſi rem in poſterum diem diſtulerunt. Cæſar quoque in proximo colle caſtra ponit. Mediâ circiter nocte iis, qui adaquandi cauſâ longius à caſtris proceſſerant, ab equitibus correptis, fit ab his certior Cæſar, duces adverſariorum ſilentiô copias caſtris educere. Quô cognitô, ſignum dari jubet, & vaſa militari more conclamari. Illi exauditô clamore veriti, ne noctu

cornua ſecta, dextrum ac lævum. Triplex eſt, cum præter cornua, alia etiam media exſurgit: & id crebrum, non ſolum ubi plures legiones, ſed etiam cum duæ; iſtis ſcilicet in medio poſitis, ſociis ad utrumque cornu. Sed alia etiam ratio triplicis aciei eſt, cum præter ſimplicem illam diviſionem, à tergo ſectio fit & diſcrimen: ut ſi quatuor legiones ſint, duas in fronte cum ſociis ſuis pono, totidem à tergo velut in ſubſidiis ſuppono. *Lipſius.*

Viſos] Vox *Viſos* ſuperflua videtur: & tamen omnes libri ita habent. *Montan.*

Et vaſa militari more conclamari]Mos fuit veteribus ut moturi caſtra clamorem tolli juberent, quo milites admoniti ſuas res in ſarcinas colligerent, mox educendi. Id ſcriptores hiſtoriæ *vaſa colligere*, & *vaſa conclamare*, & ſimpliter quoque *conclamare* vocant. Cæſar commentario hujus belli tertio: *Parveque ſpatio intermiſſo, ut militare inſtitutum ſervaretur, & ne citiſſima ejus profectio cognoſceretur, conclamari juſſit.* T. Livius lib. 21: *Proxima nocte juſſis militibus vaſa ſilentio colligere, mota caſtra.* Et lib.27: *Vigilia prima dato ſigno, ut taciti vaſa colligerent, ſigna ferri juſſit.* Gland. Frontinus autem in ſtratagematis loco hoc numerat lib. 1: *C. Cæſar*, inquit, *per exceptum quendam aquatorem*

noctu impediti ſub onere confligere cogerentur, aut ne ab equitatu Cæſaris in anguſtiis tenerentur, iter ſupprimunt, copiaſque in caſtris continent. Poſtero die Petreius cum paucis equitibus occultè ad exploranda loca proficiſcitur. Hoc idem fit ex caſtris Cæſaris. Mittitur L. Decidius Saxa cum paucis, qui loci naturam perſpiciat. Uterque idem ſuis renuntiat, V millia paſſuum proxima intercedere itineris campeſtris: inde excipere loca aſpera & montuoſa. Qui prior has anguſtias occupaverit, ab hoc hoſtem prohiberi nihil eſſe negotii. Diſputatur in conciliô à Petreiô & Afraniô, & tempus profectionis quæritur. Plerique cenſebant, ut noctu iter facerent: poſſe prius ad anguſtias veniri, quàm ſentirentur. Alii, quod pridie noctu conclamatum eſſet in caſtris Cæſaris, argumenti ſumebant loco, non poſſe clam exiri; circumfundi noctu equitatum Cæſaris, atque omnia loca atque itinera obſideri: nocturnaque prælia eſſe vitanda, quod perterritus miles in civili diſſenſione timori magis quàm religioni conſulere conſueverit: at lucem

rem. cum comperiſſet Afranium Petreiumque caſtra noctu moturos, ut citra vexationem ſuorum, hoſtilia impediret conſilia, in initio ſtatim noctis, vaſa conclamare milites, & præter adverſariorum caſtra agi mulos cum fremitu & ſonum juſſit continuare, quos retentos volebat, & arbitrari caſtra Cæſarem movere. Montan.

L. Decidius Saxa] Veteres libri, *Saua:* at oratione 13 in Antonium: *Cum Antoniis pax poteſt eſſe? cum Cenſorino, Ventidio, Trebellio, Beſtia, Nucula, Munatio, Lentone, Saxa?* Ibidem infra: *Saxam verò Decidium præterire quî poſſum, hominem deductum ex ultimis gentibus; ut eum tribunum plebis videremus, quem civem numquam videramus.* Et in eundem 8: *Omnes Caſones, omnes Saxæ, ceteræque peſtes, quæ ſequuntur Antonium.* Idem *Saxa*, ut opinor, nominatur epitome Liviana 127, ubi *Didio*, pro *Decidio*, legitur: aut in Cicerone, *Decidium*, pro *Didium*. Manutius. Saxa autem hic ex ultima Celtiberia prognatus, Cæſaris caſtrorum metator fuit: & ejuſdem beneficio Tribunus plebis factus eſt. Altero autem bello civili, Antonii legatus, cum C. Norbano, ante adventum Bruti Caſſiique in Macedoniam, Ionium mare tranſmiſit, & omni illa regione occupata apud Philippos caſtra poſuit. *Montan.*

Timori magis quàm religioni] Majorem ſui timoris quàm ſacramenti rationem ducere. Cauſſam autem eſſe arbitror, animorum ardorem, qui in civili diſſenſione multo majore odio inflammantur: ut nulla ſalutis ſpes ſit. Niſi hæc ſit potius, quod in bellis civilibus remiſſior eſſe militaris diſciplina ſolet, ne milites abalienati in adverſariorum partem diſcedant. Id enim proximè ſignificare videtur. *Hotoman.*

At-

lucem multum per ſe pudorem omnium oculis, multum etiam tribunorum militum & centurionum præſentiam afferre, quibus rebus coërceri milites, & in officio contineri ſoleant. Quare omni ratione eſſe interdiu perrumpendum. Etſi aliquô acceptô detrimentô; tamen, ſummâ exercitus ſalvâ, locum, quem petant, capi poſſe. Hæc vicit in concilio ſententia; & primâ luce poſtridie conſtituunt proficiſci. Cæſar, exploratis regionibus, albente cælo, omnes copias caſtris educit; magnôque circuitu, nullô certô itinere exercitum ducit. Namque itinera, quæ ad Iberum atque Octogeſam pertinebant, caſtris hoſtium oppoſitis tenebantur. Ipſi erant tranſſcendendæ valles maximæ, ac difficillimæ: ſaxa multis locis prærupta, iter impediebant: ut arma per manus neceſſario tranſderentur, militeſque inermes ſublevatique alii ab aliis magnam partem itineris conficerent. Sed hunc laborem recuſabat nemo, quod eum omnium laborum finem fore exiſtimabant, ſi hoſtem Ibero intercludere & frumento prohibere potuiſſent. Ac primò Afraniani milites, viſendi cauſsâ, læti ex caſtris procurrebant, contumelioſiſque vocibus proſequebantur, neceſſarii victus inopiâ coactos fugere, atque ad Ilerdam reverti. Erat enim iter à propoſito diverſum; con-

Atque ad Ilerdam reverti] Et hic Cæſar non ſecundum Grammaticorum noſtrorum præceptiones loquitur. Præpoſitionem namque Græca dicendi forma nomini minoris loci proprii addit. Quemadmodum namq; Græci dicunt, πορεύομαι εἰς τὴν Ῥώμην, id eſt, *proficiſcor ad Romam*, ſic Cæſar hoc loci ait, *ad Ilerdam reverti*. Rhellican. Niſi forte ad Ilerdam, id eſt, ſub ipſa urbe; præpoſitio enim *ad* addi ſolet nominibus propriis opidorum, cum non ingreſſum, ſed appropinquationem urbi proximam deſignamus. *Montan.*

A propoſito diverſum] Frontinus lib. II idem hoc modo inter ſtratagemata dinarrat: *C. Cæſar*, inquit, *ſuis & Afranianis caſtris contrarias tenentibus planicies, cum utriuſque partis plurimum intereſſet, colles proximos occupare; idque propter ſaxorum aſperitatem eſſet difficile, tanquam Ilerdam repetiturum, retro agmen ordinavit, faciente inopiâ fidem deſtinationi. Intra breviſſimum deinde ſpatium, exiguo circuitu flexit repente ad montes occupandos. Quo viſu perturbati Afraniani, velut captis caſtris, & ipſi effuſo curſu eoſdem montes petivere: quod futurum cum prædivinaſſet Cæſar, partim peditatu, quem præmiſerat, partim à tergo ſubmiſſis equitibus inordinatos eſt aggreſſus.* Montan.

contrariamque in partem iri videbatur. Duces verò eorum ſuum conſilium laudibus ferebant, quod ſe caſtris tenuiſſent: multumque eorum opinionem adjuvabat, quod ſine jumentis impedimentiſque ad iter profectos videbant; ut, non poſſe diutius inopiam ſuſtinere, confiderent. Sed, ubi paullatim retorqueri agmen ad dextram conſpexerunt; jamque primos ſuperare regionem caſtrorum animadverterunt; nemo erat adeo tardus aut fugiens laboris, quin ſtatim caſtris exeundum atque occurrendum putaret. Conclamatur ad arma; atque omnes copiæ, paucis præſidio relictis cohortibus, exeunt, rectoque ad Iberum itinere contendunt. Erat in celeritate omne poſitum certamen, utri prius anguſtias monteſque occuparent: ſed exercitum Cæſaris viarum difficultates tardabant; Afranii copias equitatus Cæſaris inſequens morabatur. Res tamen ab Afranianis huc erat neceſſariò deducta; ut, ſi priores montes, quos petebant, attigiſſent, ipſi periculum vitarent, impedimenta totius exercitus cohorteſque in caſtris relictas ſervare non poſſent, quibus interclusis exercitu Cæſaris, auxilium ferri nullâ ratione poterat. Confecit prior iter Cæſar; atque ex magnis rupibus nactus planiciem, in hâc contra hoſtem aciem inſtruit. Afranius, quum ab equitatu noviſſimum agmen premeretur, & ante ſe hoſtem videret, collem quendam nactus ibi conſtitit. Ex eô locô IV cetratorum cohortes in montem, qui erat in conſpectu omnium excelſiſſimus, mittit. Hunc magno curſu concitatos jubet occupare, eô conſiliô, uti ipſe eodem omnibus copiis contenderet, & mutato itinere,

Sine impedimentis ad iter] Reliquerant enim legionem unam præſidio caſtris, apud Ilerdam, ut ſupra dixit. *Glarean.*

Cetratorum cohortes] De Cetratis paulo ante dictum. Cohors autem vox Græcanica eſt, quod clauſum vel ſeptum in anteriore domo vel villa χόρτον illi dixerunt. In juſta autem & legionaria cohorte homines erant 420. Et unaquæque legio decem cohortes, manipulos triginta, centurias ſexaginta habebat. *Lipſius.*

Iugis

nere, jugis Octogeſam perveniret. Hunc quum obliquo itinere cetrati peterent; conſpicatus equitatus Cæſaris, in cohortes impetum facit: nec minimam partem temporis equitum vim cetrati ſuſtinere potuerunt; omneſque ab his circumventi, in conſpectu utriuſque exercitus interficiuntur. Erat occaſio bene gerendæ rei. Neque verò id Cæſarem fugiebat, tantô ſub oculis acceptô detrimentô, perterritum exercitum ſuſtinere non poſſe, præſertim circumdatum undique equitatu, quum in locô æquô atque apertô confligeretur: idque ex omnibus partibus ab eô flagitabatur. Concurrebant legati, centuriones, tribunique militum, ne dubitaret prælium committere: omnium eſſe militum paratiſſimos animos: Afranianos contra multis rebus ſui timoris ſigna miſiſſe, quod ſuis non ſubveniſſent, quod de colle non decederent, quod vix equitum incurſus ſuſtinerent; collatiſque in unum locum ſignis conferti neque ordines neque ſigna ſervarent. Quod ſi iniquitatem loci timeret, datum iri tamen aliquô locô pugnandi facultatem; quod certè inde decedendum eſſet Afranio, nec ſine aquâ permanere poſſet. Cæſar in eam ſpem venerat, ſe, ſine pugnâ & ſine vulnere ſuorum, rem conficere poſſe; quod re frumentariâ adverſarios interclusiſſet. Cur, etiam ſecundô præliô, aliquos ex ſuis amitteret? Cur vul-

Iugis Octogeſam] Id eſt, per juga montium. *Montan.*

Cæſar in eam ſpem venerat] Front. lib. Strateg. 1, factum Cæſaris aliter interpretatur. *Cæſar* (inquit) *cum exercitum Afranii & Petreii circumvallatum ſiti angeret, iſque ob hoc exaſperatus, interfectis omnibus impedimentis ad pugnam deſcendiſſet, continuit ſuos, arbitratus alienum dimicationi tempus: quod adverſarios & ira & deſperatio incenderat.* Montan.

Sine pugna & ſine vulnere] Tacitus libro tertio hiſtor. *Majora*, inquit, *illis præmia, & multo maximum decus, ſi incolumitatem Senatui populoque Romano ſine ſanguine quæſiſſent.* Quo pertinet quod Veget. ſcribit lib. 3 de re milit. cap. 26: *Magna diſpoſitio eſt hoſtem fame magis urgere quam ferro. Nam fames,* ut idem ait cap. 9, *intrinſecus pugnat, & vincit ſæpius quam ferrum.* Sic Hamilcar apud Cornel. Nepot. *Hoſtes ſuos eò compulit, ut locorum anguſtiis clauſi plures fame quàm ferro interirent.* Et Cæſar noſter, ut auctor eſt Jul. Frontinus, libr. 4 Strategem. cap. 7, dicere ſolitus: *Idem eſſe ſibi conſilium adverſus hoſtem, quod pleriſque medicis contra vitia corporum, fame potius quam ferro ſuperandi.* Montanus.

vulnerari pateretur optimè meritos de ſe milites? Cur denique fortunam periclitaretur? Præſertim quum non minus eſſet imperatoris, conſiliô ſuperare, quàm gladiô. Movebatur etiam miſericordiâ civium, quos interficiendos videbat; quibus ſalvis atque incolumibus rem obtinere malebat. Hoc conſilium Cæſaris à pleriſque non probabatur. Milites verò palam inter ſe loquebantur; quoniam talis occaſio victoriæ dimitteretur, etiam quum vellet Cæſar, ſeſe non eſſe pugnaturos. Ille in ſuâ ſententiâ perſeverat; & paullum ex eô locô digreditur, ut timorem adverſariis minuat. Petreius atque Afranius, oblatâ facultate, in caſtra ſeſe referunt. Cæſar præſidiis montibus diſpoſitis, omni ad Iberum intercluſo itinere, quàm proximè poteſt hoſtium caſtris caſtra communit. Poſtero die duces adverſariorum perturbati, quod omnem rei frumentariæ fluminiſque Iberi ſpem amiſerant, de reliquis rebus conſultabant. Erat unum iter, Ilerdam ſi reverti vellent; alterum, ſi Tarraconem peterent. Hæc conſiliantibus eis, nunciatur, aquatores ab equitatu premi noſtro: quâ re cognitâ, crebras ſtationes diſponunt equitum & cohortium alariarum; legionariaſque interjiciunt cohortes, vallumque ex caſtris ad aquam ducere incipiunt; ut intra munitionem & ſine tempore & ſine ſtationibus aquari poſſent. Id opus inter ſe Petreius atque Afranius partiuntur: ipſique, perficiendi operis cauſsâ, longius progrediuntur. Quorum diſceſſu libe-

Alterum ſi Tarraconem peterent] Vel hoc ſuſpectum eſt nomen, vel Afranius ac Petreius ignorabant Tarraconenſes ad Cæſarem defeciſſe, quod ipſe tamen Cæſar ſuperius ſcripſit. *Glarean.* Bene autem duo itinera modo reſtare dicunt. Nam à fronte Cæſar aditum ad Iberum intercludebat: ab uno latere Sicoris, qui eo loco Cingæ commixtione tumidus, trajectionem negabat. A tergo receptus Ilerdam ſolummodo relinquebatur, & ab altero latere, verſus mare Mediterraneum, Tarraconem. Cujus urbis defectionem ignoraſſe tum temporis Afranium Petreiumque veriſimile eſt. *Montan.*

Et cohortium alariarum] *Cohortes alarias* vocat, quæ legioni à lateribus, quomodo & *Equites alarii*, adjungerentur, non ſecus atque in avium & volatilium corporibus alæ. *Idem.*

Quorum diſceſſu] Aliter paulo hanc rem narrat Appianus. Adſcribam ipſiſſima illius verba: *Cæſar non mediocriter labo-*

liberam nacti milites colloquiorum facultatem, vulgò procedunt: & quem pleriſque in caſtris notum aut municipem habebat, conquirit atque vocat. Primùm agunt gratias omnes omnibus, quod ſibi perterritis pridie pepercissent: eorum ſe beneficio vivere: dein de imperatoris fide quærunt, rectene ſe illi ſint commiſſuri; &, quod non ab initio fecerint, armaque cum hominibus ne-

laboravit cum reliquo exercitu, cum fame conflictando, hiberniſque tempeſtatibus atque hoſtibus; ita ut nihil ab obſeſſo differret, donec æſtas ſupervenit. Tum verò Afranius unà cum Petreio in ulteriorem ſe recipiebat Hiſpaniam, ad alium recens collectum exercitum. (id non tangit Cæſar,) *Cæſar verò ſemper itinera præoccupans munitionibus intercidebat*, (Et hic iterum diſſentit Appianus; non enim ſemper itinera præoccupata ſunt, ſed ſemel tantum hoc loco:) *quo minus ulterius procederent: atque etiam partem quandam ad locum caſtris capiendum præmiſſam circumvenit.* (procul dubio cetratorum IV cohortes deſignantur, ad montem excelſiſſimum occupandum miſſæ, & ab equitatu Cæſariano in conſpectu utriuſque exercitus conciſæ) *Illi ſublatis in capita ſcutis deditionem ſignificabant. Cæſar gratiam adverſariorum captans, nec comprehenſos, nec telis appetitos permiſit ad Afranium redire incolumes. Quo factum eſt ut ex utriſque caſtris* (Cæſar tantummodo ait diſceſſu Afranii Petreiique milites liberam nactos colloquiorum facultatem ultro citroque in caſtra utraque commeaſſe) *ultro citroque commearetur continuè, & ſermones in circulis de concordiâ fierent.* Montan.

Vulgo procedunt] Libet egregios & huic loco convenientiſſimos Lucani verſus, licet prolixiores, aſcribere. Ita ille canit:

——— *Poſtquam ſpatio languentia nullo*
Mutua conſpicuos habuerunt lumina vultus,
Et fratres natoſque ſuos videre patreſque:
Deprehenſum eſt civile nefas, tenuêre parumper
Ora metu, tantum nutu motoque ſalutant
Enſe ſuos; mox ut ſtimulis majoribus ardens
Rupit amor leges, audet tranſcendere vallum
Miles, in amplexus effuſas tendere palmas:
Hoſpitis ille ciet nomen, vocat ille propinquum,
Admonet hunc ſtudiis conſors puerilibus ætas,
Nec Romanus erat, qui non agnoverat hoſtem.

Et paulo poſt:

——— *Pro numine fata ſiniſtro*
Exiguâ requie tantas augentia clades!
Pax erat, & miles caſtris permiſtus utriſque
Errabat, duro concordes ceſpite menſas
Inſtituunt, & permiſto libamina Baccho.
Graminei luxêre foci, junctoque cubili
Extrahit inſomneis bellorum fabula noctes.

Municipem] Municipia ſunt civitates ſuo jure & legibus utentes: quorum incolæ municipes. Ulpianus ait: *municipem facit aut civitas aut manumiſſio aut adoptio: quoniam municeps, & qui liber in municipio natus eſt, & qui in municipio à ſervitute ſe liberavit, & qui civitatem quamcumque adeptus eſt.* Proprie tamen municipes dicuntur, qui in civitatem Romanam recepti, munerumq; participes fiunt. Abuſivè etiam ſumuntur pro ſuæ cujuſque civitatis civibus. *Calepinus.* Et ita hôc locô.

Pri-

neceſſariis & conſanguineis contulerint, conqueruntur. His provocati ſermonibus, fidem ab imperatore de Petreii & Afranii vitâ petunt; ne quod in ſe ſcelus concepiſſe, neu ſuos prodidiſſe videantur. Quibus confirmatis rebus, ſe ſtatim ſigna tranſlaturos confirmant; legatoſque de pace primorum ordinum centuriones ad Cæſarem mittunt. Interim alii ſuos in caſtra, invitandi cauſsâ, adducunt; alii ab ſuis abducuntur; adeo ut una caſtra jam facta ex binis viderentur. Compluresque tribuni militum & centuriones ad Cæſarem veniunt, ſeque ei commendant. Hoc idem fit à principibus Hiſpaniæ; quos illi evocaverant, & ſecum in caſtris habebant obſidum loco. Ii ſuos notos hoſpiteſque quærebant, per quem quiſque eorum aditum commendationis haberet ad Cæſarem. Afranii etiam filius adoleſcens, de ſuâ & parentis ſui ſalute, cum Cæſare per Sulpicium legatum, agebat. Erant plena lætitia & gratulatione omnia, eorum, qui tanta pericula vitaſſe, & eorum, qui

Primorum ordinum Centuriones] Hi ſunt Centurio Primi Pili, Primus Princeps, Primus haſtatus, quorum maxima dignitas erat in legione. *Hotoman.* Promovebantur centuriones, non ſaltulento pede ad primos. Et hæc promotio per cohortes, infima decima, & in ea tres manipuli, in quoque horum duo centuriones. Iſti omnes numero pares, genere impares; ideoque prima promotio in eodem numero & cohorte, à manipulo ad manipulum, ſive à genere ad genus; puta à decimo Haſtato ad decimum Principem, ab iſto ad decimum Pilum. Tum expletâ eâ cohorte, numero aſcendebant fiebantque noni, mox octavi, & denique primi. Cum jam illi à primô Haſtatô ad primum Principem, à primo Principe ad primum pilum ibant. Primi ergo ordines ſunt, Centuriones illi in prima cohorte: Primus Haſtatus, primus Princeps, primus Pilus. Nec aliter intelligendum, ubi legitur *Centuriones primorum ordinum*, vel compendio quodam *primi ordines*, pro ipſis Centurionibus talium ordinum. *Lipſ.*

Per Sulpicium] Hic eſt ille Sergius Sulpicius Galba, proavus Galbæ imperatoris, Cæſaris legatus in Gallico civilique bello: cui, licet ſuffragiis gratiâque prævalenti, conſulatus per L. Lentulum & C. Marcellum ereptus eſt; quia Cæſari & familiaritate & neceſſitudine legationis conjunctus eſſet. Lib. III, de bello Gallico Cæſar eum cum duodecima legione & parte equitatus in Veragros, Nantuates Sedunoſque miſit. Diu quidem Imperatori ſuo fidelis; Sed tandem, illo rerum potiente, ob repulſam conſulatus, cum Caſſio & Bruto in necem Cæſaris conſpiravit. *Montanus.*

Erant plena lætitiâ & gratulatione omnia] Nomen *Plenus*, Cæſar nunc cum ſexto, nunc cum patrio generandique caſu conjungit, ut & Hirtius. Exempla paſſim obvia. Sed Cicero quoque *Plenus* auferendi caſui ſæpe adjunxit, contra

qui ſine vulnere tantas res confeciſſe, videbantur: magnumque fructum ſuæ priſtinæ lenitatis omnium judicio Cæſar ferebat; conſiliumque ejus à cunctis probabatur. Quibus rebus nunciatis Afranio, ab inſtituto opere diſcedit, ſéque in caſtra recipit; ſic paratus, ut videbatur, ut, quicumque accidiſſet caſus, hunc quietô & æquô animo ferret. Petreius verò non deſerit ſeſe; armat familiam: cum hâc & prætoriâ cohorte cetratorum barbariſque equitibus paucis, beneficiariis ſuis, quos ſuæ cuſtodiæ cauſsâ habere conſueverat, improviſo ad vallum advolat; colloquia militum interrumpit; noſtros repellit ab caſtris: quos deprehendit, interficit. Reli-

tra atque Victorio placuit libro vigeſimo ſexto Var. lect. cap. 17, à quo diſſentit M. Ant. Muretus lib. 17 Var. lect. cap. 4. *Brant.*

Armat familiam, &c.] Lucanus jam citato libro *famulas dextras* vocat, ita canens:

> —— *famulas ſcelerata ad prælia dextras*
> *Excitat, atque hoſteis turbâ ſtipatus inermeis*
> *Præcipitat caſtris, junctoſque amplexibus enſe*
> *Separat, & multo diſturbat ſanguine pacem.*

Sed *Familiæ* nomine intelligit, opinor, quos Proconſules ex domeſticis convictoribus aut neceſſariis apparationibus ſecum habere conſueverant: qui quaſi ex cohorte prætoria appellari ſolent, ut ait Cic. Epiſt. ad Q. Fr. In qua nullum aliud genus animadverto, quod ex Familia dici poſſit. Nam ſervos certè ad arma non vocaret. Colonos quidem, de quibus ſuperius diximus, poteſt etiam hoc verbo ſignificare. *Hotoman.*

Prætoria cohorte] *Dicta eſt Prætoria cohors, quòd à prætore non diſcederet. Scipio enim Africanus primus fortiſſimum quemque delegit, qui ab eô in bello non diſcederent, & cætero militiæ munere vacarent, & ſeſquiplex ſtipendium acciperent.* Feſtus. Ideo vero vocata eſt prætoria, & non conſularis aut proconſularis, *quod veteres omnem magiſtratum, cui pareret exercitus, prætorem appellarent: & inde prætorium.* Aſconius. In hoc genus fere adoptati & aſcripti amici & voluntarii, etſi alii fortibus potius viris implebant. *Lipſius.*

Beneficiariis] Ita dictos cenſet Vegetius, quod beneficio Tribunorum promoverentur. De iiſdem inſcriptio exſtat in antiquo lapide.

D.	M.
CORNELIO.	MARCIANO
MILIT.	COHORT.
XII. URB.	BENEFI.
TRIBUN.	QUI
VIXIT	ANNO

—— XXV. *Montan.*

Aliter Feſtus l. 11 de ſignificatione verborum: *Beneficiarii milites dicebantur, qui vacabant muneris beneficio. E contra munifices vocabantur, qui non vacabant, ſed munus reipubl. faciebant.* Stewech.

Interficit] Addit Appianus Petreium curſitaſſe per exercitum, &, quotquot Cæſarianos in caſtris inveniret, propriâ manu occidiſſe: ut & quendam è ſuis Tribunis, qui furentem cohibere conabatur. Quâ crudelitate animos militum à ſe abalienavit, & Cæſaris clementiam commendavit. *Montan.*

Ipſe

Reliqui coëunt inter ſe, & repentinô periculô exterriti ſiniſtras ſagis involvunt, gladioſque diſtringunt; atque ita ſe à cetratis equitibuſque defendunt, caſtrorum propinquitate confiſi; ſeque in caſtra recipiunt; & ab iis cohortibus, quæ erant in ſtatione ad portas, defenduntur. Quibus rebus confectis, flens Petreius manipulos circuit, militeſque appellat; neu ſe, neu Pompeium abſentem Imperatorem ſuum adverſariis ad ſupplicium tranſdant, obſecrat. Fit celeriter concurſus in prætorium. Poſtulat, ut jurent omnes, ſe exercitum duceſque non deſerturos, neque prodituros, neque ſibi ſeparatim à reliquis conſilium capturos. Princeps in hæc verba jurat. Ipſe idem jusjurandum adigit Afranium. Sub-

Ipſe idem jusjurandum adigit] Dicitur *jusjurandum adigere*, ut *adigere arbitrium pro ſocio* dixit Cicero pro Q. Roſcio Comœdo, *& finibus regundis adigere arbitrum* in Topicis. Livius lib. 48: *Cenſores cauſſas ſtipendii miſſorum cognoſcebant, & cujus nondum juſta cauſſa miſſionis viſa eſſet, ita jusjurandum adigebant.* Gellius lib.4, cap.20: *Cenſor agebat* (ſed legendum *adigebat*) *de uxoribus ſolenne jusjurandum.* Et lib.16, cap.4: *Cum delectus antiquitùs fieret, & milites ſcriberentur, in jusjurandum eos tribunus militaris adigebat.* Sed ibi vox, *in*, abundat. Infra lib. 2: de bell. civil. *Provinciam omnem in ſua & Pompeii verba per jusjurandum adigebat*, tollenda præpoſitio, *per*. Apud Salluſt. in Catilinario bello, ubi in excuſis eſt, *cum ad jusjurandum populares ſui ſceleris addiceret*, in ſcriptô verò exemplari meô minus corruptè, *adiceret*, emendandum omnino, *cum jusjurandum populares ſui ſceleris adigeret.* Sic & apud Ulpianum in l. adoptivum. D. de in jus vocando. *Sed ſi ad jusjurandum adegi, ne uxorem ducat, ne nubat, impunè in jus vocabor.* ubi præpoſitio, *ad*, ex prædictis vacat. Dicitur & *jurejurando adigere*, apud pleroſque auctores. Apud Livium aliquoties, ut lib.2: *Omnium primum*, inquit, *avidum novæ libertatis populum jurejurando adegit.* Et lib.22: *Milites tum, quod numquam antea factum erat, jurejurando à Trib. milit. adacti.* Et lib. 21: *Altaribus admotum tactis ſacris jurejurando adactum.* Et lib.3: *ſacramento adacti.* Sed ut ad præſentem locum redeam, hanc jurisjurandi formulam habemus apud Livium libr. 21: quô locô Scipio, *Ex animi mei*, inquit, *ſententiâ juro, ut ego Rempubl. non deſeram, neque alium civem Romanum deſerere patiar. Si fallo, tunc me Juppiter Optimus Maximus, domum, familiam remque meam peſſimo letho afficiat. In hæc verba, L. Cæcili, jures, poſtulo, ceterique qui adeſtis. Qui non juraverit, in ſe hunc gladium ſtrictum eſſe ſciat.* Ergo Petreius ſic princeps juraſſe videtur: *Ex animi mei ſententia juro, ut ego exercitum ducemque non deſeram, neque prodam, neque mihi ſeparatim à reliquis conſilium capiam. Si fallo, tunc me Juppiter*, &c. *In hæc verba, L. Afrani, jures, poſtulo, ceterique qui adeſtis.* Neque verò neceſſe erat, ut omnes milites ſigillatim in ea verba jurarent, id enim eſſet infinitum. Sed poſtquam princeps dux ipſe conceptis verbis juraverat, reliqui tantum dicebant, *Idem in me.* Feſtus Pompeius: *Præjurationes facere dicuntur ii, qui ante alios conceptis verbis jurant, poſt quos in eadem verba jurantes tantummodo di-*

Subſequuntur tribuni militum centurioneſque. Centuriatim producti milites idem jurant: edicunt, penes quem quiſque ſit miles Cæſaris, ut producatur. Productos palam in prætoriô interficiunt. Sed pleroſque ii quos receperant, celant, noctuque per vallum emittunt. Sic terror oblatus à ducibus, crudelitas in ſuppliciô, nova religio jurisjurandi ſpem præſentis deditionis ſuſtulit, menteſque militum convertit, & rem ad priſtinam belli rationem redegit. Cæſar, qui milites adverſariorum in caſtra per tempus colloquii venerant, ſummâ diligentiâ conquiri, & remitti jubet: ſed ex numerô tribunorum militum centurionumque nonnulli ſua voluntate apud eum remanſerunt: quos ille poſtea magnô honore habuit. Centuriones in ampliores ordines, equites Romanos in Tribunitium reſtituit honorem. Premebantur Afraniani pabulatione, aquabantur ægrè; frumenti copiam legionarii nonnullam habebant, quod dierum XXII ab Ilerdâ frumentum juſſi erant efferre. Cetrati auxiliareſque nullam, quorum erant & facultates ad parandum exiguæ, & corpora inſueta ad onera portanda. Itaque magnus eorum quotidie numerus ad Cæſa-

do dicunt, *Idem in me*. Hæc ille. Hujus autem præjurationis illuſtre exemplum eſt apud Livium lib. 2: *Centurio erat M. Flavoleius: Victor, inquit, M. Fabi, revertar ex acie. Si fallat, Jovem patrem Gradivumque Martem, alioſque iratos invocat Deos. Idem deinceps omnis exercitus in ſe quiſque jurat*, &c. Ciaccon.

Conquiri & remitti jubet] Lucanus etſi parum æquus in Cæſarem per totum ſuum poëma, hôc tamen locô Cæſarem commendat à fide & humanitate, eumque belli cauſam meliorem habere, dicit:

Tu Cæſar quamvis ſpoliatus milite multo,
Agnoſcis ſuperos, neque enim tibi major in arvis
Æmathiæ fortuna fuit, nec Phocidos undis
Maſſiliæ, Phario nec tantum eſt æquore geſtum.
Hoc ſiquidem ſolo civilis crimine belli,
Dux cauſæ melioris eris.

Centuriones in ampliores ordines] Pro, *Centuriones ampliori ſque ordinis equites Romanos in Tribunitium reſtituit honorem.* Codex fidus Torrentii ſine copula habet, *amplioris ordinis.* Credo verius fore: *Centuriones ampliori ordini, equites Rom. in Trib.* ut pro conditione & genere velit promotos: Centuriones ad altiores ordines, equites ad Tribunatum. *Lipſius.*

Dierum XXII] Ciacconio numerus hic ſuſpectus eſt; præcipuè cum ſcribat Dio lib. XLI eos nullam frumenti copiam ſecum attuliſſe, quod unis caſtris ſe eò, quò ſtatuerant, perventuros ſperabant. *Montan.*

Ex

Cæſarem perfugiebat. In his erat anguſtiis res: ſed ex propoſitis conſiliis duobus explicitius videbatur Ilerdam reverti: quod ibi paullulum frumenti reliquerant. Ibi ſe reliquum conſilium explicaturos confidebant. Tarraco aberat longius: quô ſpatiô plures rem poſſe caſus recipere intelligebant. Hôc probatô conſiliô, ex caſtris proficiſcuntur. Cæſar equitatu præmiſſo, qui noviſſimum agmen carperet atque impediret, ipſe cum legionibus ſubſequitur. Nullum intercedebat tempus, quin extremi cum equitibus præliarentur. Genus erat hoc pugnæ: Expeditæ cohortes noviſſimum agmen claudebant: pluriesque in locis campeſtribus ſubſiſtebant, ſi mons erat adſcendendus, facile ipſa loci natura periculum repellebat: quod ex locis ſuperioribus, qui anteceſſerant, ſuos adſcendentes protegebant. Quum vallis aut locus declivis ſuberat; neque ii, qui anteceſſerant, morantibus opem ferre poterant; equites verò ex locô ſuperiore in adverſos tela conjiciebant: tum magnô erat in periculô res; tum inquirebant, ut quum ejuſmodi eſſet locis appropinquatum, legionum ſigna conſiſtere juberent, magnoque impetu equitatum repellerent; eô ſummotô, repente incitatô curſu ſeſe in valles univerſi demittere, atque ita tranſgreſſi rurſus in locis ſuperioribus conſiſtere. Nam tantum ab equitum ſuorum auxiliis aberant, quorum numerum habebant magnum, ut eos ſuperioribus perterritos præliis, in medium reciperent agmen,

Ex propoſitis conſiliis duobus, &c.] Paulo ſuperius Cæſar commemorat Afranium & Petreium re frumentariâ & flumine Ibero interclusos conſultaviſſe: aut Ilerdam reverti, aut Tarraconem proficiſci. Prius ergo conſilium & ſententia tandem vicit. *Rhellican.*

Plurieſque] Vide de voce hac Agellium lib. v, cap. ultimo.

Tum inquirebant] Scilicet *Afraniani*, id quod ex ſequentibus haud obſcurè colligi poteſt. Statim enim ſubjungitur, *magnoque impetu equitatum repellerent*: id quod de Cæſare intelligi nequit. Non enim ita multo poſt ſequitur, Afranianum equitatum in mediam aciem receptum eſſe. *Rhellican.*

Superioribus perterritos præliis, &c. Duobus namque prius Afraniani prælii erant preſſi; unô, quum jam primum Ilerdam reliquiſſent: alterô, quando Cæſariani reflexo itinere, Afranianos ad Iberum contendenteis anteverterant, ut in ſuperioribus videre licet. *Idem.*

Iiſdem

agmen, ultroque eos tuerentur: quorum nulli ex itinere excedere licebat, quin ab equitatu Cæſaris exciperetur. Tali dum pugnatur modo, lente ac paullatim proceditur, crebroque, ut ſint auxilio ſuis, ſubſiſtunt, ut tum accidit. Millia enim progreſſi IV, vehementiuſque peragitati ab equitatu, montem excelſum capiunt: ibique unà à fronte contra hoſtem caſtra muniunt, neque jumentis onera deponunt. Ubi Cæſaris caſtra poſita, tabernaculaque conſtituta, & dimiſſos equites pabulandi cauſsâ animadvertere; ſeſe ſubitò proripiunt horâ circiter VI ejuſdem diëi; & ſpem nacti moræ diſceſſu noſtrorum equitum, iter facere incipiunt. Quâ re animadversâ, Cæſar eductis legionibus ſubſequitur; præſidio impedimentis paucas cohortes relinquit. Horâ X ſubſequi pabulatores, equiteſque revocari jubet. Celeriter equitatus ad quotidianum itineris officium revertitur. Pugnatur acriter ad noviſſimum agmen adeo, ut pene terga convertant: compluresque milites, etiam nonnulli centuriones interficiuntur. Inſtabat agmen Cæſaris, atque univerſum imminebat. Tum verò neque ad explorandum idoneum locum caſtris, neque ad progrediendum datâ facultate, conſiſtunt neceſſariò, & procul ab aquâ, & naturâ iniquô locô caſtra ponunt. Sed iiſdem de cauſis Cæſar, quæ ſupra ſunt demonſtratæ, præliô non laceſſit, & eô die tabernacula ſtatui paſſus non eſt; quo paratiores eſſent ad inſequendum omnes, ſive noctu, ſive interdiu erumperent. Illi animadverſô vitiô caſtrorum, tota nocte munitiones proferunt; caſtraque caſtris convertunt. Hoc idem poſtero die

Iiſdem de cauſis, &c.] Quarum ſupra circiter quatuor aut quinque recenſet, primum, quod adverſarios re frumentariâ interclusiſſet: ſecundo, minimè omnittendum ratus, ut etiam ſecundô præliô aliquos ex ſuis amitteret: tertiò, non vulneribus afficiendos milites optimè de ipsô meritos; quartò, fortunam non tentandam putans: poſtremò, civium miſericordiâ tactus, quos interficiendos videbat, quibus ſalvis, atque incolumibus rem obtinere malebat. *Idem.*

Munitiones proferunt] Id eſt, longius vallum & foſſam producunt.

Caſtraque caſtris convertunt] *Caſtra caſtris conferre*, frequens eſt apud Cæſarem,

die à primâ luce faciunt, totumque in eâ re diem conſumunt. Sed, quantum opere proceſſerant, & caſtra protulerant, tanto aberant ab aqua longius; & præſenti malo aliis malis remedia dabantur. Prima nocte aquandi cauſsâ nemo egreditur ex caſtris. Proximô die, præſidiô in caſtris relictô, univerſas ad aquam copias educunt: pabulatum emittitur nemo. His eos ſupplices male haberi Cæſar & neceſſariam ſubire deditionem, quàm prælio decertare malebat. Conatur tamen eos vallo foſſaque circumvenire; ut quàm maximè repentinas eorum eruptiones demoretur. Quò neceſſariò deſcenſuros exiſtimabat. Ibi & inopiâ pabuli adducti, & quò eſſent ad iter expeditiores, omnia ſarcinaria jumenta interfici jubent. In his operibus conſiliiſque biduum conſumitur. Tertio die magna jam pars operis Cæſaris proceſſerat. Illi impediendæ rei cauſsâ, hora circiter VIII ſignô datô, legiones educunt, aciemque ſub caſtris inſtruunt. Cæſar ab opere legiones revocat, equitatum omnem convenire jubet; aciem inſtruit. Contra opinionem enim militum famamque omnium videri prælium diffugiſſe, magnum detrimentum afferebat. Sed eiſdem de cauſſis, quæ ſunt cognitæ, quò minus dimicare vellet, movebatur; atque hoc etiam magis; quod ſpatii brevitas, etiam in fugam conjectis adverſariis

rem. ut infra lib. 3 dixit: *Domitius qui dies complures caſtris Scipionis caſtra collata habuiſſet.* Item apud Hirtium lib. 8: *Caſtra caſtris hoſtium confert.* ut hic etiam *conferunt* pro *convertunt* legi poſſe videatur. Sic Ennius Hectoris lytris apud Nonium in *Occupo.*

Hector re ſumma armatos educit foras,
Caſtriſque caſtra ultra jam ferre occupat.

Sed legendum exiſtimo, *conferre occupat.* Ciaccon.

Ad iter expeditiores] Alii legunt *ad id*, id eſt, ad crebras eruptiones. Sed Hotomanno haud abſque ratione Faërnini libri ſcriptura non diſplicet, ut *Ad iter* legamus. Et hac de re Frontin. lib. Strat. 2: *Cæſar*, inquit, *cum exercitum Afranii & Petreii circumvallatum ſiti angeret, iſque ob hoc exaſperatus, interfectis omnibus impedimentis ad pugnam deſcendiſſet, continuit ſuos, arbitratus alienum dimicationi tempus, quod adverſarios & ira & deſperatio incenderat.* Montan.

Sarcinaria jumenta] Hæc alio nomine *clitellata* ſeu *clitellaria* vocantur. *Montan.*

Aci

riis, non multum ad ſummam victoriæ juvare poterat. Non enim amplius pedum millibus II ab caſtris caſtra diſtabant. Hinc duas partes acies occupabant. Tertia vacabat ad incurſum atque impetum militum relicta. Si prælium committeretur, propinquitas caſtrorum celerem ſuperatis ex fugâ receptum dabat. Hâc de cauſsâ conſtituerat ſigna inferentibus reſiſtere, prior prælio non aceſſere. Acies erat Afraniana duplex; legio V & III. In ſubſidiis locum alariæ cohortes obtinebant. Cæſaris triplex: ſed primam aciem quaternæ cohortes ex V legione tenebant: has ſubſidiariæ ternæ, & rurſus aliæ totidem, ſuæ cujuſque legionis, ſubſequebantur. Sagittarii

Acies erat Afraniana duplex] Res perobſcura videtur, & eò magis quia virum pura verba. Scribitur *acies Afraniana duplex legio* V *&* III *in ſubſidiis.* Quid? eône ſenſu, ut una legio quinta in fronte fuerit, altera in ſubſidiis, ut ſolent alariæ cohortes? An magis placet cum Faërno reſcribere, *Duplex ex legione prima & tertia, in ſubſidiis cum alariæ cohortes obtinebant.* In parte melius veriuſque fateor: Sed utrôvis modô, duæ tantum legiones Afranio tribuuntur, falsô. Ille verò quinque habuit, quod ex Cæſaris priori ſcriptione certum eſt: imo vel ſeptem, ſi emendata eſt epitoma Liviana. Sed ſunto quinque: & legamus igitur, *Acies erat Afraniana duplex legionum quinque, & ſubſidiis locum alariæ cohortes obtinebant.* Iſte eſt ſenſus. Afranius duplicem aciem ſtruxit. Prior fuit è quinque legionibus diſtincta, altera ſubſidiaria è cohortibus alariis ſive ſociis, nempe Hiſpanis. Hos enim grandi numero Afranius conſcripſerat, habebatque ad cohortes circiter *octoginta*, quod è prioribus item Cæſarianis conſtat. Ergo quia numero æquabat fere octo legiones, pro legionibus iis eſt uſus in acie ſecundâ. Quid autem Cæſar? ipſe triplicem ita ſtruxit. *Lipſius.*

Primam aciem quaternæ cohortes ex V *legione*] Si hæc ſequeris, non niſi pauculæ cohortes in tota acie erunt, impar valde numerus pro Afranii: & falſus etiam pro copiis, quas Cæſar tunc habebat. Nam & ipſi legiones quinque fuere, nec eâ parte vincebatur. Sed auxilia exigua aut nulla habebat, eoque artificioſa diviſione ſe munivit, & copias locavit. Lege igitur, *quaternæ cohortes ex quinque legionibus*; & ſcito numerorum errorem eſſe. Diſpoſitio talis. In primâ acie quinquies quaternæ cohortes, in ſecunda quinquies ternæ, in tertiâ totidem: atque addit, *ſuæ cujuſque legionis*: id eſt, quamque unam legionem ſic in tres partes diviſam, ut prima acie habuerit quatuor cohortes, ſecunda & tertia ternas. Nihil verius aut clarius: & nonne bis ternæ & ſemel quaternæ cohortes, legio una ſunt? Diſpoſitio autem haud dubiè cohortium fuit obliqua, cum intervallis. Equites ad latera, de more. Ecce delineabo craſsè hanc aciem, ne quid erres. *Idem.*

A	B	C	D	E
oooo	oooo	oooo	oooo	oooo
ooo	ooo	ooo	ooo	ooo
ooo	ooo	ooo	ooo	ooo

A ſignat legionem primam, cujus ſunt ſubſitæ cohortes: B ſecundam, & ſic deinceps.

rii funditoreſque mediâ continebantur acie. Equitatus latera cingebat. Tali inſtructa acie, tenere uterque propoſitum videbatur; Cæſar, ut niſi coactus, prælium non committeret; ille, ut opera Cæſaris impediret. Producitur tamen res; acieſque ad ſolis occaſum continentur. Inde utrique in caſtra diſcedunt. Poſtero die munitiones inſtitutas Cæſar parat perficere. Illi vadum fluminis Sicoris tentare, ſi tranſire poſſent. Quâ re animadverſâ Cæſar Germanos levis armaturæ, equitumque partem flumen transjicit, crebraſque in ripis cuſtodias diſponit. Tandem omnibus rebus obſeſſi quartum jam diem ſine pabulo retentis jumentis, aquæ, lignorum, frumenti inopiâ, colloquium petunt; & id, ſi fieri poſſit, ſemotô à militibus locô. Ubi id à Cæſare negatum, &, palam ſi colloqui vellent, conceſſum eſt; datur obſidis loco Cæſari filius Afranii. Venitur in eum locum, quem Cæſar deligit. Audiente utroque exercitu, loquitur Afranius: Non eſſe aut ipſi aut militibus ſuccenſendum, quod fidem erga Imperatorem ſuum Cn. Pompeium conſervare voluerint: ſed ſatis jam feciſſe officio, ſatiſque ſupplicii tuliſſe perpeſſos omnium rerum inopiam: nunc

Vadum fluminis Sicoris] Sic eſt: Sicoris trajiciendus erat Afranianis, priuſquam Ilerdam ſe recipere poſſent. Opidum enim id, ut dictum, inter Cinguam & Sicorim ſitum: in cujus adverſâ ripâ reſpectu Ilerdæ vadum tentabant. *Montan.*

Germanos levis armaturæ] Quare Cæſar Germanos miſit, ut, trajecto Sicori, hoſtes in adversâ ripâ tranſitu arcerent? Quia nempe præter ſingularem bellicam virtutem, nandi arte præſtabant. Teſtatur de illis Mela lib. III: *Nandi non tantum patientiam, ſed ſtudium ipſis eſſe.* Et Herodianus libr. VII: *Sunt Germani nandi peritiſſimi; ut qui fluminibus tantum perluuntur.* Exercitium nandi in fluminibus, non tantum pueris ac viris, ſed & puellis ac mulieribus commune erat. Cæſaris verba ſunt lib. VI de bell. Gallic. *Intra annum vigeſimum fœminæ notitiam habuiſſe, in turpiſſimis habent rebus. Cujus rei nulla eſt occultatio; quod promiſcue in fluminibus perluuntur.* Etiam Germani equos ſuos iſti arti aſſuefaciebant. Et in eô præcipuè Batavi. De iis Tacitus Hiſtor. libr. IV: *Erat & domi eques, præcipuo nandi ſtudio arma equoſque retinens, integris turmis Rhenum perrumpere.* Idem.

Loquitur Afranius] Lapſus eſt hoc loco Appianus, dum Petreium & Afranium, cogente neceſſitate in medium utriuſque exercitus ad colloquium prodiiſſe ſcribit. Nam primò Cæſar oculatus teſtis Afranii ſolummodo meminit deinde etiam Petreius huic negotio planè inhabilis erat, utpote iracundiſſimi ani

nunc verò, pene ut ſeminas circummunitos, prohiberi ingreſſu: neque corpore dolorem, neque animo ignominiam ferre poſſe: itaque ſe victos confiteri: orare atque obſecrare, ſi quis locus miſericordiæ relinquatur, ne ad ultimum ſupplicium progredi neceſſe habeant. Hæc quàm poteſt demiſſiſſimè atque ſubjectiſſimè exponit. Ad ea Cæſar reſpondit: Nulli omnium has partes, vel querimoniæ, vel miſerationis, minus conveniſſe. Reliquos enim omnes ſuum officium præſtitiſſe; ſe, qui etiam bona conditione, & loco, & tempore æquo confligere noluerit, ut quàm integerrima eſſent ad pacem omnia; exercitum ſuum, qui injuriâ etiam acceptâ, ſuiſque interfectis, quos in ſua poteſtate habuit, conſervarit & texerit; illius denique exercitus milites, qui per ſe de conciliandâ pace egerint; quâ in re omnium ſuorum vitæ conſulendum putarunt. Sic omnium ordinum partes in miſericordiâ conſtitiſſe: ipſos duces à pace abhorruiſſe: eos neque colloquii neque induciarum jura ſervaſſe; & homines imperitos, & per colloquium deceptos, crudeliſſimè interfeciſſe. Accidiſſe igitur his, quod plerumque hominibus nimiâ pertinaciâ atque arrogantiâ accidere ſoleat, uti eò recurrant, & id cupidiſſimè petant, quod paulò ante contempſerint: neque nunc ſe illorum humilitate, neque aliquâ temporis opportunitate poſtulare, quibus rebus augeantur opes ſuæ, ſed eos exercitus, quos contra ſe multos jam annos aluerint, velle dimitti: neque enim VI legiones aliâ de

animi, & non ita pridem cæde innocentium militum inviſus. Oratio autem Afranii dejectâ à mente, ea enumerat, quæ omnibus nota. *Idem.*

Ultimum ſupplicium] Juriſconſultis mors eſt.

Ad ea Cæſar reſpondit] Magnanima reſponſio eſt, nec minus ingenioſa, quâ omnem hujus belli culpam in adverſariorum duces derivat. Primùm enim & ſe, & ſuum exercitum, deinde & illorum exercitum purgat, quod omnes in officio manſerint, ſolos ipſos duces Afranium ac Petreium in culpâ eſſe omnium harum calamitatum. Invehit inde in Pompeium ac ſuos complices, oſtendens, quantâ injuriâ ipſum affecerint. In fine brevem quidem, ſed amaram ducibus, gratam exercitui, ponit concluſionem. *Glarean.*

de cauſsâ miſſas in Hiſpaniam, ſeptimamque ibi conſcriptam, neque tot tantaſque claſſes paratas, neque ſummiſſos duces, rei militaris peritos. Nihil horum ad pacandas Hiſpanias, nihil ad uſum provinciæ proviſum, quæ, propter diuturnitatem pacis, nullum auxilium deſiderarit. Omnia hæc jampridem contra ſe parari: in ſe novi generis imperia conſtitui: ut idem ad portas urbanis præſideat rebus, & duas bellicoſiſſimas provincias abſens tot annos obtineat: in ſe jura magiſtratuum commutari, ne ex præturâ & conſulatu, ut ſemper, ſed per paucos probati & electi in provincias mittantur: in ſe ætatis excuſationem nihil valere, quod ſit omnibus datum ſemper imperatoribus, ut rebus feliciter geſtis, aut cum honore aliquo, aut certè ſine ignominiâ domum revertantur, exercitumque dimittant. Quæ tamen omnia & ſe tuliſſe patienter, & eſſe laturum: neque nunc id agere, ut ab illis abductum exercitum teneat ipſe, quod tamen ſibi difficile non ſit; ſed, ne illi habeant, quô contra ſe uti poſſint: proinde, ut eſſet dictum, pro-

Ut idem, ſupple *Pompeius*, *ad portas urbanis præſideat rebus*, *& duas bellicoſiſſimas provincias*] Plutarchus (ut ſupra allegavimus) ſcribit Pompeium ante urbis portas ſenatum coegiſſe: item utramque Hiſpaniam & Africam provincias per amicos, legatos ſuos adminiſtraſſe. *Rhellican.*

Jura magiſtratuum commutari] Non ſervari vetera magiſtratuum jura, ſed induci nova. *Montan.*

Sed per paucos probati & electi, &c.] Supra in hoc lib. Cæſar ait, ex Senatuſconſulto provincias privatis hominibus decretas. Itaque *magiſtratuum jura commutata eſſe* haud abs re dixit: quippe quando antea non niſi Prætores & Conſules in provincias mitterentur. *Rhellican.*

In ſe ætatis excuſationem nihil valere] Per elegantem figuram, quæ ἐπαναφορὰ vocatur, eaſdem particulas, *in ſe*, ab initio trium membrorum repetit. Porro ſenſus iſtorum noſtrorum perquam obſcurus eſt, niſi aliorum locorum claritate illuſtretur. Quum ergo Plutarchus in Cæſaris vita, hanc ejus in literis ad Senatum poſtulationem fuiſſe ſcribat, ut Ciſalpina duntaxat Gallia, Illyricumque ſibi cum duabus legionibus, uſque ad ſecundi petitionem conſulatus concederetur; & Cæſar ipſe ab initio hujus libri dicat, ereptô ſemeſtri imperiô in Galliis gerendo adhuc, in urbem ſe retrahi, quum jam L. Domitio Gallia decreta eſſet: nimirum hoc ſignificare vult, diuturnum illud, & novennale tempus, quo Galliis magno ſudore præfuerat, minime reſpici, quum tamen hactenus in more Romanis fuerit, ut non niſi ſuperioribus bellis probati Duces veterani ad exercitus obtinendos evocarentur. *Idem.*

Id ve

provinciis excederent, exercitumque dimitterent. Si id ſit factum, nociturum ſe nemini. Hanc unam atque extremam pacis eſſe conditionem. Id verò militibus fuit pergratum & jucundum, ut ex ipsâ ſignificatione potuit cognoſci; ut, qui aliquid victi incommodi exſpectaviſſent, ultrò præmium miſſionis ferrent. Nam quum de locô & tempore ejus rei controverſia inferretur, & voce & manibus univerſi ex vallô, ubi conſtiterant, ſignificare cœperunt, ut ſtatim dimitterentur: neque omni interpoſitâ fide firmum eſſe poſſe, ſi in aliud tempus differretur: paucis quum eſſet in utramque partem verbis diſputatum; res huc deducitur: ut ii, qui habeant domicilium aut poſſeſſiones in Hiſpaniâ, ſtatim; reliqui ad Varum flumen dimittantur. Ne quid eis noceretur, neve quis invitus ſacramento dicere cogeretur à Cæſare, cavetur. Cæſar ex eo tempore, dum ad flumen Varum veniatur, ſe frumentum daturum pollicetur. Addit etiam, ut, quid quiſque eorum in bello amiſerit, quæ ſint penes milites ſuos, iis, qui amiſerint, reſti-

Id verò militibus fuit pergratum, &c.] Cur militibus hæc oratio plauſibilis & grata fuerit, ſequentia declarant, quando ait, eos & voce & manibus ſignificare cœpiſſe, ut confeſtim, quemadmodum Cæſar permiſerat, dimitterentur, ac ſacramento militari ſolverentur. Id quod & Afranium in ſuâ apud Cæſarem oratione poſtulaſſe Lucanus ita inquit:

Hoc petimus, victos ne tecum vincere cogas. Idem.

Ad Varum] Varus, Οὔαρος Straboni & Ptolemæo aliiſque, & *Varo* vernaculè, oritur in Alpium capite ex monte *Sallyo*, ſupra villam D. Stephani, & rapidè fluens, haud procul Nicæâ, Maſſilienſium mari illabitur. Nulla alia re eſt memorabilis Varus, quam quod Italiæ Galliæque faciat diſcrimen, ut veteres docent ſcriptores. Inter eos Lucanus lib. I de bello Pharſal.

Finis & Heſperiæ, promoto limite, Varus. Merula.

Sacramento dicere cogeretur] Ita Carrarienſis & Florentinus codex habet. Stephanus verò *ſacramentum* legit: & Ciacconius, *neve quis invitus ſacramento à Cæſare rogetur:* quam correctionem primò ex Cæſare lib. VI de bell. Gall. probat; *quos ex Gallia Ciſalpina Coſ. ſacramento rogaviſſet.* Deinde ex Livio lib. XXXI: *Cum quinque legatis profectus obvios in agris ſacramento rogatos arma capere, & ſe ſequi cogebat.* Et lib. XL: *Imperatum eſt, ut duas legiones civium Rom. tumultuarias ſcriberet, & omnes minores quinquaginta annis ſacramento rogaret.* Ego autem non video cur recepta lectio, *ſacramento dicere cogeretur*, rejicienda eſt. Præcipuè cum & ſenſus phraſi ſignificantiſſimâ egregiè exprimitur: quam & citatus ſtatim Livius lib. IV uſurpat. *Tribuni*, ait, *auxilio*

 nemo

reſtituatur: militibus, æquâ factâ æſtimatione pecuniam pro iis rebus diſſolvit. Quaſcunque poſtea controverſias inter ſe milites habuerant, ſua ſponte ad Cæſarem intus adierunt. Petreius atque Afranius quum ſtipendium ab legionibus, pene ſeditione factâ, flagitarentur, cujus illi diem nondum veniſſe dicerent, Cæſar ut cognoſceret, poſtulant; eoque utrique, quod ſtatuit, contenti fuerunt. Parte circiter tertiâ exercitus eô biduô dimiſsâ, II legiones ſuas antecedere, reliquas ſubſequi juſſit; ut non longô inter ſe ſpatiô caſtra facerent: eique negotio Q. Fuſium Kalenum legatum præfecit. Hôc ejus præſcriptô ex Hiſpaniâ ad Varum flumen eſt iter factum, atque ibi reliqua pars exercitus dimiſſa eſt.

LI-

nemo invitus diceret ſacramento. Montanus.

Ad Cæſarem intus adierunt] Ita liber Manuſcriptus Urſini habet: ex quo Janus Gulielmus Plautin. quæſt. in Aulular. capite ſecundo eruit: *ad Cæſarem in jus adierunt.* Quid ſi *in jus ierunt*? ut *in jus ambulare* Comicis familiare. Scriptor de viris illuſt. capite 72, de M. Æmilio Scauro: *P. Decium prætorem tranſeunte ipſo ſedentem juſſit aſſurgere, eique veſtem ſcidit, ſellam concidit, ne quis ad eum in jus iret, edixit.* Oſtendit autem hic locus noſter (ut id obiter moneamus) jus dictum eſſe ab Imperatore in caſtris, militumque controverſias cognitas. Diotogenes Pythagoræus: *Opera*, ait, *Regis tria, exercitum ducere, & judicare, & Deos colere.* Brant.

Cum ſtipendium ab legionibus pene ſeditione factâ flagitarentur] Rurſus Græcè magis quàm Latinè dixit Cæſar, *flagitarentur ſtipendium Petreius & Afranius*, id eſt, ſtipendium ab eis flagitaretur. Sicut namque Græci dicunt, αἰτοῦμαί σε ὀψώνιον, hoc eſt, *flagito te ſtipendium.* Rhellican.

Parte circiter tertiâ exercitus eô biduô dimiſsâ] Eam procul dubio militum partem intelligit, quæ domicilium & poſſeſſiones in Hiſpaniâ habebat, de quâ ipſe modo dixit. *Idem.*

Q. Fuſium Calenum] Hic *Q. Fuſius Calenus* poſtea Cæſaris ope ad conſulatum pervenit cum P. Vatinio, anno belli civilis tertio. Periit tempore belli Peruſini relictô ejuſdem nominis filiô Q. Fuſiô Calenô. Crebrò hujus Fuſii fit mentio in orationibus Philippicis, *Glandor.* Fulvius Urſinus eum non *Fuſium*, ſed *Fufium*, dictum contendit: & illius denarium eſſe credit, qui cum imaginibus Italiæ & Romæ & inſcriptione CORDI KALENI reperitur. At jam ante de hoc homine dictum. *Montanus.*

TRE-

LIBER II.

DUm hæc in Hiſpaniâ geruntur, C. Trebonius legatus, qui ad oppugnationem Maſſiliæ relictus erat, duabus ex partibus aggerem, vineas turreſque ad opidum agere inſtituit. Una erat proxima portui navalibuſque: altera ad partem, quâ eſt aditus [ex Galliâ atque Hiſpaniâ ad id mare, quod adigit] ad oſtium Rhodani. Maſſilia enim fere ex tribus opidi partibus mari alluitur. Reliqua quarta eſt, quæ aditum habet à terra. Hujus quoque ſpatii pars ea, quæ ad arcem pertinet, loci naturâ & valle altiſſima

TREBONIVS *legatus*, &c] Redit ad Maſſiliæ oppugnationem, cui (ut ſupra ferme in libri primi meditullio legere eſt) in Hiſpaniam proficiſcens, C.Trebonium legatum præfecerat. *Rhellican.*

Navalibuſque] *Navalia*, Græce νεώρια ϗ νεώσοικοι, loca ſunt ubi ſtant & fabricantur naves. *Montan.*

Quà eſt aditus ex Gallia atque Hiſpania ad id mare] Locus multis mendis, ut videbatur, perturbatus. Faërnus legebat, *Quà eſt aditus ad Galliam atque Hiſpaniam ad id mare*, &c. Alii delenda putant verba, *ex Gallia atque Hiſpania*, quod gloſſemata ſint, leguntque, *Quà eſt aditus ab eô mari, quod vergit ad oſtium Rhodani.* Sed nimis longè diſcedunt à vulgatâ ſcripturâ, licet ita locutus ſit Cæſar paulo poſt, cum dicit, *qua aditum habet à terrâ.* Idem Faërnus delebat vocem *reliqua*, quod placet: & legerem: *quà aditum habet à terrâ*, ſive, *habent*, ut eſt in veter. c. *Vrſinus.*

Quod adigit] Carrarienſis codex habet, *quod agit*: Stephanus legit, *quod attingit.* Montan.

Rhodani] Rhodanus fluvius notiſſimus, nomen invenit à *Rhoda* (teſte Plinio) Rhodiorum Colonorum urbe. Fontes habet non longè à Rheni Danubiique fontibus, prope montem, qui vulgo *Briga*. De oſtiis ejus inter veteres auctores non convenit. Hodie quinque ab accolis numerantur, diciturque iis *Rhoſne.* Merula.

Mari] Nempe *Mediterraneo.*

Ad arcem] Strabo Maſſiliam in petroſo ſolo, ἐπὶ χωρίȣ πετρώδȣς, ſitam indicat; & Euſtathius portui nomen fuiſſe Λακύδων· Et hinc concluditur apud Melam legendum eſſe: & *Lacidon Maſſilienſium portus; & in eo ipſa Maſſilia.* Hodie autem etiam arcem habet, quam vulgo *le Chaſteau Bit* vocant. *Montan.*

ma munita longam & difficilem habet oppugnationem Ad ea perficienda opera C. Trebonius magnam jumentorum atque hominum multitudinem ex omni provincia vocat; vimina materiamque comportari jubet. Quibus comparatis rebus, aggerem in altitudinem pedum LXXX exſtruit. Sed tanti erant antiquitus in opido omnium rerum ad bellum apparatus, tantaque multitudo tormentorum, ut eorum vim nullæ contextæ viminibus vineæ ſuſtinere poſſent. Aſſeres enim pedum XII cuſpidibus

Magnam jumentorum] Utebantur Romani interdum provincialium auxiliô, eorumque ad materiam ſubvehendam, ut hôc locô liquet, jumentis. Aliàs vix fuit, ut inter opera militibus miſcerentur. Quod autem ad *jumenta*, in Plutarchi Syllâ etiam ſcriptum, cum Athenas obſideret, & mirifica opera moliretur ad Pyræum: *Decem millia jugorum mularium habuiſſe*, quæ ſupportarent ad hunc uſum. Sed & in agmine ac viâ horum opera, cum machinas aliquas ſecum ferrent. Idem Plutarchus in Antonio notat, euntem ad bellum Parthicum *ſecutas in trecentis plauſtris machinas idoneas ad urbium oppugnationes*. Lipſius. At in munitionibus caſtrorum à Cæſare raro ſervi adhibiti: & non niſi ubi opus quoddam ſubitum neceſſitas efflagitabat, aut miles ipſe, ob hoſtium inſultus, paratus eſſe debebat. Rarum eſt exemplum, quod jumentis uſus eſt. Quod tamen hôc locô neceſſarium, ob maximas & difficiles munitiones, quæ inſtituebantur. *Montan.*

Vimina materiamque] Agger, dictus ab aggerendo, conſtabat fere ex terrâ, lapide, ligno. Virgulta etiam & faſces maxime huic uſui, ſive ad implendum & attollendum, ſive ad ligandum. Imo videbatur vix ſtrui ſine iſtis. *Lipſius.*

Quibus comparatis rebus, aggerem in altitudinem pedum octoginta extruit] *Quibus rebus*, ſupple *viminibus & materia, comparatis*, ſcilicet *ex proximo luco*, ut Lucanus fuſius tractat: qui & aggerem miræ altitudinis, & duas turres ambulatorias in illa excitatas ita multo clarius lib. 3 deſcribit, quam Cæſar hic:

—— ſtellatis axibus agger
Erigitur, geminaſque æquanteis mœnia turreis
Accipit, hæ nullo fixerunt robore terram:
Sed per iter longum causâ repſere latenti. Rhellican.

Tantaq; multitudo tormentorum] Unde iſthæc tormentorum copia Maſſilienſibus ſuppetiverit, ex ipſius Cæſaris verbis in libro ſuperiori diſcimus, ubi ait, eos armorum officinas in urbe ſua inſtituiſſe, quando bellum & obſidionem ſibi imminere ſentiebant. *Rhellic.* Addit Strabo Maſſilienſes navalia & armamentarium, copiam item navium, armorum & machinarum habuiſſe, quibus & contra Barbaros ſe tuebantur, & Romanorum ſocietatem ſibi comparârunt. *Merula.*

Aſſeres enim pedum duodecim, &c.] Cauſam nunc reddere videtur, cur Maſſilienſium tormentorum vim nullæ Romanorum vineæ contextæ ex viminibus ſuſtinere potuerint. Nam, inquit, aſſeres duodecim cuſpidibus præfixos Maſſilienſes ex baliſtis mittebant; ac per quatuor Cæſareanarum cratium ordines in terra defigebant. Id quod Lucanus hiſce verſibus clare teſtatur:

Sed major Graio Romana in corpora ferro
Vis inerat, neque enim ſolis excuſſa lacertis
Lancea, ſed tenſo baliſtæ turbine rapta,
Haud

dibus præfixi, atq; hi maximis baliſtis miſſi per IV ordines cratium [in terra] defigebantur. Itaque pedalibus lignis conjunctis inter ſe porticus integebatur, atque hac agger inter manus proferebatur. Antecedebat teſtudo

Haud unum contenta latus tranſire quieſcit:
Sed pandens perque arma viam, perque oſſa relicta
Morte fugit, ſupereſt telo poſt vulnera curſus. Rhellican.

Sed *Aſſeres* hoc loco non pro tabulis uſurpat, ſed pro validis ſudibus, & palis cuſpide præacutis. Ut alibi pro trabibus, interdum pro contis, etiam pro longuriis uſurpantur. Livius lib. 44: *Per proclive ſumpto faſtigio, longi duo validi aſſeres ex inferiore parte in terra defigebantur. In eos tranſverſi incumbentes tigni, ut pons eſſet, injungebantur, humuſque inſuper injiciebatur. Solido procedebat Elephas in pontem: cujus priuſquam in extremum procederet, ſuccifis aſſeribus collapſus pons prolabi eum leniter cogebat.* Tacitus lib. 20: *Eduxerant turrim duplici tabulato: quem prætoriæ portæ propinquantem promoti contra validi aſſeres & incuſſæ trabes perfregere.* Pro contis vero apud eundem lib. 30: *Poſtremo aſeres ferreo unco præfixi (harpagones vocant milites) ex Punicis navibus injici in Romanas cœpti.* Et lib. 38: *Arietibus muros quatiebat, aſſeribus falcatis detergebat pinnas.* Et mox: *Falces anchoris ferreus injectis in interiorem partem muri trahentes aſerem perfringebant.* Hotoman.

Ex maximis baliſtis] *Baliſtæ* Græcanicâ ſtirpe vox eſt, ἀπὸ τοῦ βάλλειν, à jaciendo. Et ideo *Balliſtam* geminâ conſonante, vel potius *Balliſtram* ſcribi melius. Jaciebant vulgo minoribus balliſtis lapides fere centenum pondo: at majoribus etiam pondo 300. Noſtra iſta fulminea non capiunt aut pervehunt id pondus. Igitur non ſolum contundebant, ſed & diffringebant omnia & disjiciebant. Vis autem harum balliſtrarum, excepto hoc loco, patet ex Hegeſippo. Verba illius ſunt: *Tanta hujus tormenti vis erat, ut percuſſus unus ex ſociis Ioſephi, qui propter aſtaret, comminuto capite rueret, & occipitium ejus uſque ad tertium ſtadium excuteretur; mulier quoque alvo gravis, percuſſa uterum, ſupra dimidium ſtadii de intima ſede genitalis ſecreti excuteret infantem.* Non ſolum rotundos lapides iſtis jaciebant, ſed enormes & ſepulcrales, imo & molares: quibus domos & ædificia confringerent. Etiam equorum hominumque cadavera jaciebantur, ſtercora, plumbei globi, ferrum candens, metallum fuſum, &, ut hoc loco, pedum XII aſſeres cuſpidibus præfixi. *Lipſius.*

Itaque pedalibus lignis conjunctis inter ſe porticus integebatur] *Porticus*, ſupple *vinearum Cæſaris*. *Atque hac*, ſcilicet *parte*. *Agger inter manus*, id eſt, militum cohortes ſub vinearum porticibus, *proferebatur*. Oſtendit autem Cæſar hoc loci quibus modis Romani Maſſilienſium tormentorum vim repulerint, & aggerem ſuum perfecerint. *Rhellican.*

Antecedebat teſtudo pedum ſexaginta, &c.] Et hæc machina adverſus tormentorum hoſtilium incurſus facta erat. Neque vero hic de tali teſtudine Cæſar loqui videtur, qualem ſupra lib. 3 belli Gallici ex Vegetio adduximus; ſed qualem Ammianus Marcellinus lib. 26 deſcribit, quando ait, *Aliſſonem quendam Tribunum, conjunctis tribus navigiis, teſtudinem hac ſpecie ſtruxiſſe, ut denſatis cohærentes ſuper capitibus ſcutis, primi milites tranſtris inſtarent armati: alii poſt hos ſemet curvantes humilius, tertiis ſummiſſe gradatim inclinatis, ita ut noviſſimis ſuffraginibus inſidentes, formam ædificii fornicati monſtrarent. Quod machinæ genus contra murales pugnas ideo figuratur hac ſpecie, ut miſſilium ictus atque ſaxorum, per decurſus cadentes labiles, inſtar imbrium*

do pedum LX æquandi loci cauſsâ [facta; item] ex fortiſſimis lignis, involuta omnibus rebus, quibus ignis jactus & lapides defendi poſſent. Sed magnitudo operum, altitudo muri atque turrium, multitudo tormentorum omnem adminiſtrationem tardabat. Tum crebræ per

imbrium evaneſcant, &c. Nam cauſa finalis hujuſmodi teſtudinis eadem à Cæſare ſubditur, quam & Marcellinus habet. Ait enim *loci æquandi cauſa aggeri præpoſitam; & ex fortiſſimis lignis factam; rebuſque omnibus iis involutam* (ſic enim pro *evolutam* legendum cenſeo) *quibus ignis jactus & lapides defendi*, hoc eſt, cohiberi, *poſſent*. Ubi nullam falcis mentionem in utroque ſcriptore fieri audis, quæ trabi præfigatur intrinſecus ad extrahendum lapides è muro hoſtili, ut Vegetius meminit. In hoc autem utriuſque teſtudinis ratio eadem eſt, quod utraque, hoc eſt, Vegetiana & Cæſareana, ne incendiô conſumeretur, coriis, ciliciis, aut centonibus veſtiebatur. *Idem.* Lipſius autem triplicem teſtudinem facit, ad triplicem uſum, nempe ad oppugnandum, pugnandum & repugnandum. Etiam teſtudinum nomine inferiores ſcriptores vineas & hæc talia comprehendunt. Plinius *Artemonem Clazomenium primum teſtudines reperiſſe* ſcribit. Probabile eſt initio exiguas quaſdam leveſque repertas, & paulatim ornatas & auctas, donec genera plura facta ſint & formæ. Quæ recenſet aliquot Heron: Sed præcipua ſunt tria, in iis quæ proprie teſtudines dicuntur. Prima quæ Græcis χελώνη χωςρίς vocatur: Vitruvio reddita, *Teſtudo ad congeſtionem foſſarum*. Crebra hujus mentio, præſertim apud Græcos: Latini vulgo non ſic agnominant, etſi haud dubiè eâ uſi. Cæſarem puto hanc intellexiſſe hoc loco. Sed dat ei pedes ſexaginta. An in toto ambitu, an vero ad latera? Vitruvius quidem *quadratam* eam facit, *habentem quoquoverſus latera ſingula pedum* XXV. Et reliquam ſtructuram addit, non hic, non alibi curioſè nimis mihi ſcrutandam. *Montanus.*

Æquandi loci cauſâ] Muniebatur Maſſilia ab eâ parte loci naturâ & valle altiſſimâ. Igitur ut opera Cæſaris loco æquari poſſent, primum aggerem LXXX pedum exſtruxit, deinde turrim LX pedes altam. Præterea lego, *involuta omnibus rebus, quibus ignis jactus & lapidis defendi poſſit.* Vitruvius, lib. 10, c. 21: *Inſuper coriis crudis totus aries erat involutus.* Et paulo inferius: *& ipſa coriis crudis erant involuta*, &c. Et quod *ignis jactus & lapidis* ſcribendum ſit, ex eodem capite Vitruvii apparet, in quo eſt: *Supraque tabulis & coriis firmiter fixis continentur. Inſuper verò argilla cum capillo ſubacta, ad eam craſſitudinem inducatur, ut ignis omnino non poſſit ei machinæ nocere.* Et cap. 20: *Circum tabulata collocentur crates ex tenuibus virgis creberrimè textis, maximeque recentibus percrudis coriis duplicibus conſutis, farctis algâ, aut paleis aceto maceratis, circa tegatur machina tota. Ita ab his rejicientur plagæ baliſtarum & impetus incendiorum.* Sed ipſe Cæſar explicatius eas res tradit infra hoc lib. 2. *Ciaccon.*

Facta] Vitioſa interpunctio loci ſententiam depravat. Nam vox *Facta* cum inſequentibus conjungenda eſt, hoc ſenſu: *Teſtudo facta ex fortiſſimis lignis antecedebat, æquandi loci cauſsâ.* Niſi forte *ſoli* potius quam *loci* legendum videtur. *Hotoman.*

Fortiſſimis lignis] Equi fortitudinem Cicero dici teſtatur. Ligni fortitudinem antea non legeram. Cicero dixiſſet *firmiſſimis.* Vegetius tamen crebrò ita loquitur. *Idem.*

Ignis jactus] Poſterius lutum, coria, centones, tomenta & crates in hoc numero reponit Cæſar. *Montan.*

L. Na-

per Albicos eruptiones fiebant ex opido, igneſque aggeri & turribus inferebantur, quæ facile noſtri repellebant milites; magniſque ultro illatis detrimentis, eos, qui eruptionem fecerant, in opidum rejiciebant. Interim L. Naſidius ab Cn. Pompeio cum claſſe navium XVI, in quibus paucæ erant æratæ, L. Domitio Maſſilienſibuſque ſubſidio miſſis, fretô Siciliæ, imprudente atque inopinante Curione, provehitur: appulſiſque Meſſanam navibus, atque inde, propter repentinum ter-

L. Naſidius] Hic *L. Naſidius* ſuperſtes Pompeio & Cæſari poſt bellum Philippenſe contulit ſe ad Sextum Pompeii filium, cujus rebus tandem deſperatis, conceſſit ad Antonium. Autor Appianus lib. 5. *Glandor.* Urſinus eundem patrem eſſe putat illius, qui in Sexti Pompeii denariis dicitur Q. NASIDIUS. Vel, ut in aliis eſt, Q. NASIDIV. antiquâ ſcripturâ. *Montan.*

In quibus paucæ erant æratæ] Sic Virgilius:

Quod prius æratæ ſteterant ad litora puppes.

Aliàs *roſtratas* Cæſar appellat, quod roſtra erant ex ære. Græci χαλκήρεις dicunt. Seneca, *cui triremes æratas non mitterem, luſorias & cubiculatas mittam.* Ciaccon.

Freto Siciliæ] Fretô hôc ſatis anguſtô Italia à Siciliâ disjungitur. Antiqui ab hâc parte quondam dictam inſulam Italiæ annexam fuiſſe volunt. Ait Poëta:

——— *Trinacria quondam*
Italiæ pars una fuit; ſed pontus & æſtus
Mutavere ſitum: rupit confinia Nereus
Victor, & abſciſſos interluit æquore montes.

Diodorus de hoc freto nugatur, Herculem id in natante bove trajeciſſe. Sylla ſcopulus & Charybdis verticoſum mare in eodem viſitur. Terra, qua Itali Siculis conjuncti fuerunt, OEnotriam appellatam veteres aiunt. Sed cum aliquando ingens oriretur terræ motus, ſciſſa Sicilia magno hiatu ab Italia eſt. Aliis tamen aliud placet: nempe mare ibi impetuoſis fluctibus, & procelloſis illiſionibus regionem hanc perforaſſe. Quod fortaſſe à vero non ita longè aberrat. Nam hodieque etiam eodem loco altis concuſſionibus ita moventur undæ, ut inſtar horribilis latratus etiam à longinquo ſonus audiatur. *Montan.*

Imprudente atque inopinante Curione, &c.] Supra lib. 1 bellorum civilium Cæſar ait, à Catone Siciliam provinciam relictam eſſe, quum ſe Pompeii auxiliô deſtitutum videret: atque exinde inſulam à Curione occupatam. *Glandor.* Qui cum tribus legionibus Proprætor à Cæſare in eam miſſus erat. *Hotoman.*

Meſſanam] Meſſana, vulgo *Meſſina*, vetuſta Siciliæ civitas, hodie ſatis proſpera & pollens, ab Italiæ finibus Charybdis freto portuque à naturâ ipsâ factô diſcreta, ab occaſu collibus munita: tritici meſſibus, quia montibus & pelagô clauditur, caret, nemoribus abundat, ſed tota prope ejus meſſis in mororum foliis conſiſtit. Probatiſſima enim à Meſſaneis lana ſerica in multas Europæ partes mittitur. Portus autem hujus urbis, tutiſſimum diverſorium iis qui Charybdis Scyllæque rabies ſuperare pertentant, eam urbis partem alluit, quæ ad orientem ſpectat. Fons eſt in ipſa urbe perennis atque ſaluberrimæ aquæ, atque inſignis pilâ, quò potum equos agunt, omnibus in toto fere orbe pulchrior. Effigies lapideæ duæ Scipionis & Annibalis, antiquitate fere corroſæ,

terrorem, principum ac Senatus fugâ factâ, ex navalibus eorum unam deducit. Hâc adjunctâ ad reliquas naves, curſum Maſſiliam verſus perficit; præmiſsâque clam naviculâ, Domitium Maſſilienſeſque de ſuô adventu certiores facit; eoſque magnopere hortatur, ut rurſus cum Bruti claſſe, additis ſuis auxiliis, confligant. Maſſilienſes poſt ſuperius incommodum veteres ad eundem numerum ex navalibus productas naves refecerant, ſummâque induſtriâ armaverant; remigum gubernatorúmque magna copia [ſuppetebat,] piſcatoriaſque adjecerant, atque contexerant; ut eſſent ab ictu telorum remiges tuti: has ſagittariis tormentiſque compleverant. Tali modô inſtructa claſſe, omnium ſeniorum, matrumfamiliæ, virginum precibus & fletu excitati, ut extremô tempore civitati ſubvenirent, non minore animô ac fiduciâ, quàm ante dimicaverant, naves conſcendunt. Communi enim fit vitio naturæ, ut inviſis, latitantibus atque incognitis rebus magis confidamus, vehementiuſque exterreamur, ut tum accidit. Adventus enim L. Naſidii ſumma ſpe & voluntate civitatem compleverat, nacti idoneum ventum ex portu exeunt, & Tauroenta, quod

ioſæ, in majoris templi portâ viſuntur. Sunt quoque hic venæ, quæ aurum, argentum porphyreticumque marmor gignunt, ſed quæ alumen cæteris omnibus abundantius proferunt. *Munſterus.*

Remigum gubernatorumque] *In remigibus*, ait Vegetius, *virtus eligitur, in gubernatoribus peritia.* Horum munus ita Manilius exprimit:

——— Noverit orbem
Fluminaque & portus mundi, ventoſque neceſſe eſt;
Iamque huc atque illuc caligine vertere clavum;
Et frenare ratem, fluctuſque effindere rectos.

Imo gubernatoris officium præliis præcipue in eo conſiſtit: ut navis nunquam tranſverſa hoſti objiciatur; ſed venientibus ſemper adverſam præbeat: tum etiam id magnâ cautelâ cavendum eſt; ne remi à latere detergantur aut defricentur. Remis enim præternavigando deterſis, præterquam quod inhabiles redduntur naves; cum ad fugiendum, tum ad perſequendum; etiam aditum faciunt (quod omnium periculoſiſſimum) ad apertam & lateralem invaſionem. *Stewech.*

Vt inviſis, latitantibus, &c.] *Inviſis* dixit, pro, non viſis: quemadmodum Cicero, *Sacra maribus inviſa*, in tractatu de haruſpicum reſponſis.

Tauroenta] Ταυροέντιον Ptolemæo, Ταυρέντιον Straboni, Ταυρόεις Stephano. Cænalis, Albenas, Maſſonius aliique cenſent eſſe opidum, quod hodie *Telon.*

quod eſt caſtellum Maſſilienſium, ad Naſidium perveniunt; ibique naves expediunt: rurſuſque ſe ad confligendum animo confirmant; & conſilia communicant. Dextra pars Maſſilienſibus attribuitur, ſiniſtra Naſidio. Eodem Brutus contendit, auctô navium numerô. Nam ad eas, quæ factæ fuerant Arelate per Cæſarem, captivæ Maſſilienſium acceſſerant VI. Has ſuperioribus refecerat diebus, atque omnibus rebus inſtruxerat. Itaque ſuos cohortatus, quos integros ſuperaviſſent, ut victos contemnerent, plenus ſpei bonæ atque animi adverſus eos proficiſcitur. Facile erat ex caſtris C. Trebonii, atque omnibus ſuperioribus locis proſpicere in urbem, ut omnis juventus, quæ in opido remanſerat, omneſque ſuperioris ætatis, cum liberis, atque uxoribus, publiciſque cuſtodiis, aut ex murô ad cælum manus tenderent, aut templa Deorum immortalium adirent, & ante ſimulacra projecti victoriam ab Diis expoſcerent. Neque erat quiſquam omnium, qui non in ejus diëi caſu ſuarum omnium fortunarum eventum conſiſtere exiſtimaret. Nam & honeſti ex juventute, & cujuſque ætatis ampliſſimi, nominatim evocati atque obſecrati naves conſcenderant; ut, ſi quid adverſi accidiſſet, ne ad conandum quidem ſibi quidquam reliqui fore viderent: ſi ſuperaviſſent vel domeſticis opibus, vel externis auxiliis, de ſalute urbis confiderent. Commiſsô præliô, Maſſilienſibus res nulla ad virtutem defuit: ſed memores eorum præceptorum, quæ paullo ante ab ſuis acceperant, hôc animô decertabant, ut nullum aliud tempus ad conandum habituri viderentur, &, quibus in pu-

Telon. Sed quod hoc non eſt, patet ex Itineraria Tabula Antonini: ait enim *Telone Martio Taurentum Port. M. P. XII.* Merula.

Quæ factæ fuerant Arelate] In ſuperiore libro commemorat Cæſar naveis longas duodecim ipſius juſſu apud Arelatenſeis eſſe factas. Iſthic autem (niſi exemplaria fallunt) in tertiâ declinatione inflexiſſe videtur, juxta Plinii & Pomponii Melæ lectionem: Quanquam & illi in primâ declinâſſe videri queant, more Græcorum nominum, *Arelate, es.* Rhellican.

Quibus in pugnâ vitæ periculum] Virum fortem & ſtrenuum ad prælium acuit

pugnâ vitæ periculum accideret, non ita multò ſe reliquorum civium fatum antecedere exiſtimarent, quibus urbe captâ eadem eſſet belli fortuna patienda: deductiſque noſtris paullatim navibus, & artificiô gubernatorum mobilitati navium locus dabatur; &, ſi quando noſtri facultatem nacti ferreis injectis manibus navem religaverant, undique ſuis laborantibus ſuccurrebant. Neque verò conjuncti Albicis cominus pugnando deficiebant: neque multum cedebant virtute noſtris. Simul ex minoribus navibus magna vis eminus miſſà telorum multa noſtris de improvisò imprudentibus atque impeditis vulnera inferebant; conſpicatæque naves triremes II navem D. Bruti, quæ ex inſigni facile agnoſci poterat, duabus ex partibus ſeſe in eam incitaverant: ſed tantum re provisâ Brutus celeritate navis eniſus eſt, ut parvô momentô antecederet. Illæ adeo graviter inter ſe incitatæ conflixerunt, ut vehementiſſimè utræque ex concurſu laborarent; altera verò, perfractô roſtrô, tota col-

acuit hæc cogitatio, belli periculô vitatô ſexcenta alia mortis genera etiam domi ſuæ deſidenti impendere; quando ut canit Horat. lib. 2, ode 13:

Quid quiſque vitet, nunquam homini ſatis
Cautum eſt in horas.

longè itaque laudabilius eſſe pro patriâ fortiter pugnantem mortem oppetere, quam contra nitendo & repugnando vitam naturæ aut neceſſitati reſervare. Illuſtrat hæc pluribus Dionyſ. Lambin. ad Horat. lib. 3, ode 2, ad verſum,

Mors & fugacem perſequitur virum.

adde quod apud Salluſt. Jugurth. Sulla à Mauro rogatus uti noctu clam ſecum profugeret, *incertæ ac forſitan poſt paullo morbo interituræ vitæ parcere turpi fugâ recuſat.* Brant.

Navem D. Bruti, quæ ex inſigni facile agnoſci poterat] Cornel. Tacit. 6 Annal. *credite vexiſſe Phryxum, ſive id animal, ſeu navis inſigne fuit.* Inſigne, quia eo dignoſcebatur navis, cui & nomen inde. Græcis παράσημον τῆς πλοίου· qualia & Strabo ſigna commemorat. Siquidem veteres in puppi ſacrarium habebant, & veluti lararium, in quo Dii navis præſides, cuſtodes, & quaſi tutelares. Hæc tutela navis erat & inſigne, ut docet Turneb. lib. 19 adverſ. cap. 2. & Servius ad illud Virg. lib. 10 Æneid.

Maſſicus æratâ princeps ſecat æquora puppi. Idem.

Perfracto roſtro] Roſtra navibus adhibita in fronte nemo neſcit. Formam plurium ſæpe dentium fuiſſe patet ex Virgilio. Ait is:

Convulſum remis roſtriſque tridentibus æquor.

Quod autem ex ære roſtra fierent, ipſe naves æratæ dictæ ſunt, quemadmodum ſtatim in ipſo Cæſare apparuit. Horum roſtrorum inventor, teſte Plinio, Piſeus fuit. Nunc quæ iſtiuſmodi roſtris præmunitæ erant naves, roſtratas nuncupari placuit. Adhibita verò roſtra con-

collabefieret. Quâ re animadverſâ, quæ proximæ ei loco ex Bruti claſſe naves erant, in eas impeditas impetum faciunt, celeriterque ambas deprimunt. Sed Naſidianæ naves nullo uſui fuerunt, celeriterque pugnâ exceſſerunt. Non enim has aut conſpectus patriæ, aut propinquorum præcepta ad extremum vitæ periculum adire cogebant. Itaque ex eô numerô navium nulla deſiderata eſt: ex Maſſilienſium claſſe V ſunt depreſſæ, IV captæ, I cum Naſidianis profugit: quæ omnes citeriorem Hiſpaniam petiverunt: at ex reliquis una præmiſſa Maſſiliam, hujus nuncii perferendi gratiâ, quum jam appropinquaret urbi, omnis ſeſe multitudo ad cognoſcendum effudit: ac, re cognitâ tantus luctus excepit, ut urbs ab hoſtibus capta eodem veſtigio videretur. Maſſilienſes tamen nihilo ſequius ad defenſionem urbis reliqua apparare cœperunt. Eſt animadverſum ab legionariis, qui dexteram partem operis adminiſtrabant, ex crebris hoſtium eruptionibus, magno ſibi eſſe præſidio poſſe, ſi pro caſtellô ac receptaculô turrim ex latere ſub murô feciſſent: quam primò ad repentinos incurſus humilem parvamque fecerant. Huc ſe referebant: hinc, ſi qua major oppreſſerat vis, propugnabant: hinc ad repellendum & proſequendum hoſtem procurrebant. Patebat hæc quoquoverſus pedes XXX,

...nſtratis ſeu tectis navibus, ut & aper... Livius XLVIII, *quà aut apertæ roſtratæ, aut ſine roſtris erant ſpeculatoriæ.* Im...ſita quoque hæc roſtra non ſolum majoribus navigiis, ſed etiam minoribus. Hirtius de bell. Alexand. *Navibus ...uariis, quarum numerus erat ſatis ma...us, magnitudine quanquam haud ſatis ...â ad prœliandum, roſtra impoſuit.* Cæ...um quæcunque naves ventorum vi ...norum impulſu agebantur, tantô ...m impetu percutiebant, ut roſtra non ...odo perforarent adverſis, verùm e...m ita ſibi invicem adhærerent, ut diſ...vi vix ullâ ratione poſſent. Et non raro perforata navigia mergebantur. *Stewechius.*


Qui dexteram partem operis adminiſtrabant,&c.] Ab initio iſtius libri narrat Cæſar, Trebonium duabus ex partibus aggerem, vineas ac turres ad Maſſiliam agere cœpiſſe, unamque partem finitimam portui navalibuſque fuiſſe: alteram verò, qua eſt aditus ex Galliâ atque Hiſpaniâ ad id mare, quod adigit ad oſtium Rhodani. *Rhellican.*

Patebat hæc quoquò verſus pedes triginta] Hoc eſt, in longitudinem, ac latitudinem, ac profunditatem. *Montanus.*


xxx, ſed parietum craſſitudo pedes v. Poſtea verò, ut eſt rerum omnium magiſter uſus, hominum adhibitâ ſolertiâ, inventum eſt, magno eſſe uſui poſſe, ſi hæc eſſet in altitudinem turris elata. Id hac ratione perfectum eſt. Ubi turris altitudo perducta eſt ad contabulationem: eam in parietes inſtruxerunt ita, ut capita tignorum extrema parietum ſtructura tegerentur; ne quid emineret, ubi ignis hoſtium inhæreſceret. Hanc inſuper contignationem, quantum tectum plutei ac vinearum paſſum

Id hâc ratione perfectum eſt] Duas res hic Cæſar deſcribit, primò turrim latericiam, ſecundò muſculum. Turris ad repentinos hoſtium incurſus reprimendos facta erat. Muſculus autem adverſus rerum graviſſimarum lapſum, ut turris aut totius muri. Ab turri hoſtes à muris deturbabantur. Sub muſculo verò milites murum Maſſilienſem, ac turrium fundamenta vellebant. In deſcriptione turris, ſingulis contabulationibus ſingulas contignationes ſubjungit cum munitionibus deſuper ſtructis. *Glarean.* Milites Romani in obſidionibus opera facere ſolebant tecti pluteis aut vineis: inter quos intererat; quod plutei, ut quidam volunt, erant ſimiles illis appendicibus, quas ædificiis applicamus, & tectum in unam partem devexum habebant, ut & plutei, in quibus ſcribimus: vineæ in utramque partem devexitatem tecti habebant. Vegetio plutei è vimine contexuntur, cratibuſq; & ciliciis proteguntur, formamq; apſidis habent; vineæ machinæ ſunt è lignis levioribus, longæ magis quàm altæ, quarum tectum munitione duplici tabulatis cratibuſque contexebatur. His igitur pluteis & vineis tecti milites adverſus miſſilia & tormenta opidanorum, parietem ducebant lateritium: quem ubi ad contabulationem perduxerunt, tranſverſa tabulationem ſuſtinentia ſic impoſuerunt tigna, ut eorum capita foris non apparerent: ſuper hanc contignationem & contabulationem parietem laterculis porro adſtruxerunt, eouſque dum pluteis & vineis per tectum, quod non erat admodum altum, ad ſtruendum uti poterant. Ubi jam altior aſſurgebat ſtructura, quàm ut è vineis attingere eam poſſent, pluteos & vineas removerunt: ſed ſupra parietem, quem ultra primam contignationem erexerant, tigna tranſverſa injecerunt, quibus ſuſpenderent & ſuſtinerent eam contignationem, quæ turri integumento futura eſſet: tignis trabes tranſverſas injecerunt ultra parietem procurrentes (tigna *Pullitras* noſtra lingua vocamus, trabes *Solcas*) unde præpenderent demiſſæ ſtoreæ & tegumenta, quæ milites à telis defenderent, parietem ſub contignatione ſecundâ erigentes. Ubi autem uſque ad tegumentum turris opus perduxerant, tegumenti contabulationem ſublevabant, altiuſq; tollebant quod Cæſar ſic ſcribit: *turris tectum per ſe ipſum prehenſionibus ex primâ contignatione ſuſpendere ac tollere cœperunt: tantum autem elevabant, quantum ſtorearum patiebatur demiſſio:* quæ verba hanc ſententiam continent: milites ipſum per ſe tectum ſine vineis & pluteis prehendiſſe, & levaſſe quanta prolixitas erat pendentium ſtorearum, ne ſi altius erigerent, interlucente ſpatiô ſtoreis non opertô, nudi paterent telis opidanorum. Sic deinceps factâ contignatione elevatô tectô ſtoreiſque præpendentibus muniti tectique opus expediebant. *Turnebus.*

Lat



A. Muſculus Cæſaris.



Turris latericia Caeſaris, cum funibus anchorariis praependentibus, dum ſit opus Tectum ſuperne, mobile.

paſſum eſt, laterculô adſtruxerunt: ſupraque eum locum duo tigna tranſverſa injecerunt non longè ab extremis parietibus, quibus ſuſpenderent eam contignationem, quæ turri tegumento eſſet futura: ſupraque ea tigna directò tranſverſas trabes injecerunt, eaſque axibus religaverunt. Has trabes paullò longiores atque eminentiores, quàm extremi parietes erant, effecerunt; ut eſſet ubi tegumenta præpendere poſſent, ad defendendos ictus ac repellendos, dum inter eam contignationem parietes exſtruerentur: eamque contabulationem ſummam lateribus lutoque conſtraverunt; ne quid ignis hoſtium nocere poſſet: centoneſque inſuper injecerunt; ne aut tela tormentis miſſa tabulationem perfringerent, aut ſaxa ex catapultis latericium diſcuterent. Stòreas autem ex funibus anchorariis tres in longitudinem parietum turris latas IV pedes fecerunt: eaſque ex III partibus, quæ ad hoſtes vergebant, eminentibus trabibus circum turrem præpendentes religaverunt, quod unum genus tegumenti aliis locis erant experti nullô telô neque tormentô transjici poſſe. Ubi verò ea pars turris, quæ erat perfecta, tecta atque munita eſt ab omni ictu hoſtium; pluteos ad alia opera abduxerunt:

Laterculo] Lateribus minoribus & luto. Lateres autem crudos, non coctos fuiſſe, poſterius ex muſculi deſcriptione intelligetur. *Hotoman.*

Suſpenderent] Suſtinerent tectum.

Axibus] Alii legunt *aſſeribus*: ſed axes, inter alia, ſignificant ſtipites teretes: quibus trabes tranſverſæ directò ſupra tigna religata videntur. *Montan.*

Centones inſuper injecerunt] *Centones* ſtragula ſunt craſſiora, villis paſſim pendentibus, quibus & lecti pauperum ſternuntur, & tabernacula, omniſque caſtrenſis ſupellex pluviô tempore velantur. Vide Adagium, *Farcire centones.* Glarean.

Storeas] De Storeis moneo, ubi ſcribitur, *tres factas in longitudinem parietum, latas pedes quatuor*, perperam adhuc acceptum: ſed & vidi qui reſcribere vellet, & in numero mutare. Atqui res ſic habet. Storeæ iſtæ è funibus anchorariis implexæ, fortes, ſolidæ denſæ, tres fuêre, tot quot latera ſcilicet intuta ab hoſte. Nam tergo nihil ii opus. Eæ longæ fuerunt, uti ipſi parietes, ſingulæ pedes triginta: latæ autem non niſi quaternos. Optimâ ratione. Cum enim non niſi operariis ipſis opponerentur, & turris lateritia inferius ſuo robore ſe tegeret, profectò ſufficiebant quatuor iſti pedes ad homines tegendos; in opere neceſſario ſe leviter curvantes. *Lipſius.*

Pre

runt: turris tectum per ſe ipſum prehenſionibus ex contignatione prima ſuſpendere ac tollere cœperunt; ubi, quantum ſtorearum demiſſio patiebatur, tantum elevabant. Intra hæc tegumenta abditi atque muniti parietes lateribus exſtruebant: rurſuſque aliâ prehenſione ad ædificandum ſibi locum expediebant. Ubi tempus alterius contabulationis videbatur, tigna item ut primò tecta extremis lateribus exſtruebant, exque eâ contignatione rurſus ſummam contabulationem ſtoreaſque elevabant. Ita tutò, ac ſine ullo vulnere ac periculo VI tabulata exſtruxerunt; feneſtraſque, quibus in locis viſum eſt, ad tormenta mittenda inſtruendo reliquerunt. Ubi ex eâ turri, quæ circum eſſent, opera tueri ſe poſſe confiſi ſunt; muſculum pedum LX longum ex materiâ bipe-

Prehenſionibus] Variæ de prehenſionibus doctorum ſunt ſententiæ. Rhellicanus dicit: Cæſar hoc loco per *prehenſionem* eam videtur fabricam innuere, quæ operi faciundo appendi ſolet, ut ædificium altius duci queat: id quod Germani ab apparando ſeu inſtruendo *ein gerüſt* vocant, quaſi dicas *apparatio*, ſeu *inſtructorium*. Hæc ille. Hotomannus autem *prehenſionem* hôc locô accipit (verba ejus ſunt) pro machinâ, quâ tigna ædificiorum adhibitâ cochleâ ſublevantur, vel potius pro ipsâ ſublevatione, & inſtrumenti opere. Credo *Prehenſionem* à Cæſare dici, quod alio nomine *Pegma* dicebant, tabulata quædam tacitè & ex occulto quaſi per ſe aſſurgentia. Seneca libro decimo tertio, epiſtola octogeſima nona: *Artes ludicræ ſunt, quæ ad voluptates oculorum atq; aurium tendunt. Iis annumeres licet machinatores, qui pegmata per ſe ſurgentia excogitant, & tabulata tacite in ſublime creſcentia.* Martial. 1 Epigrammat. *Et creſcunt media pegmata celſa via.* Soliſſimè omnium Lipſius, *Prehenſionibus*, ait, quas cochleas aut præla vulgo explicant, tectum hoc ſublevatum volunt. Non abnuo commodè potuiſſe fieri, & hodie uſurpant. Sed an *prehenſionum* vox apta? Liber Torrentii preſſionem præfert: nec ſcio an faciam *preſſionum*. Preſſiones haud ineptè ad præla & elationem referantur: & adſimiliter Cæſar idem ſcripſit, turres à quotidiano aggere expreſſas. Sunt tamen & propriè Preſſiones Vitruvio ὑπομόχλια· Sive id quod vectibus ſubjicitur, ad elevandum. Videatur an non & hic ſimilis preſſio; & tum fulcra & deſtinæ quæ ſuſtentarent, tabulato inferiori nixæ. *Montanus.*

Quantum ſtorearum demiſſio] Nempe tantum elevabant contignationem, quæ turri tegumento erat, ne deſuper è muris vulnerarentur, quantum iſtæ ſtoreæ ex funibus anchorariis contextæ patiebantur. Aliàs enim ſi nimis attollerent, patebant hoſtium telis per iſta foramina, quæ inter ſtorearum hoc integumentum, & ſupremum marginem turris relinquebantur. *Idem.*

VI *Tabulata*] De turribus & tabulatis jam ante fusè.

Muſculum pedum LX *longum*] Ad priora opera adjunxerunt Muſculum, qui à teſtudine differt parvitate. Hæ enim machinæ ab animalibus per ſimilitudinem nomen traxerunt, minoreſque Muſculi, majores Teſtudines vocatæ ſunt.

bipedali, quem à turri latericiâ ad hoſtium turrem, murumque perducerent; facere inſtituerunt: cujus muſculi

tæ ſunt. Collocat in Muſculo duo longa tigna in ſolo craſſitudinis bipedalis, in eis columellas defigit utrimque, quas capreolis faſtigatis conjungit: noſtra lingua nomen *capreoli* retinet: capreolis imponuntur tigna perpetua tecti longitudine, quibus invehuntur trabes tranſverſæ à faſtigio ad extremum muſculi tectum. His inſiguntur regulæ, quas linguâ noſtrâ *Latas* appellare conſuevimus. Ita firmiſſimum ad omnem injuriam & pondus tectum comparabatur. *Turnebus.* Lipſii verba ſunt, expreſſa occaſione, quod hæc muſculi deſcriptio copioſa eſt, ſed parum lucida. Cæſaris hic nomen, ait præſcribi video: ſed cum curioſè ſcriptum ipſum examino, cogor dubitare aut diſſentire. Multa certè in Cæſare lego, Cæſare veteri parum digna. Quàm frigida ſæpe & hians tota ſcriptio eſt? quam conatur potius aliquid dicere, quam dicit? Nomen Cæſaris ſi non eſſet, in tanto pretio fortaſſe liber non eſſet. Quod ad verba dico: nam res certè bona eſt, & Cæſaris ipſius, nec ſugillo. Ut in aliis quoque libris, manus aliqua pruriens colorem ſuum pulcherrimæ huic tabulæ illevit: corpus tamen & ſtatum non immutavit. Quod enim diſertiſſimi viri hunc librum pro exemplari eloquentiæ habent & imitantur; ex eô eſt, quo præſumptio de Cæſare acceſſit. Quis illum virum non æſtimet, quem conſtat alterum à Cicerone fuiſſe, imo ambiguam ei palmam feciſſe? Et alia ejus quædam fragmenta hoc clamant. Sed ait *muſculum pedum* LX *longum* fuiſſe. Liceat dubitare ſuper numero: *ſexaginta* pedes multi mihi videantur, ut muſculus ſit & dicatur. Deinde quæ analogia latitudinis ad hunc numerum; nam ponit quatuor modo pedes latum. Enorme hoc opus ſit, & informe, pro meo quidem ſenſu. Amplius, materia univerſa Cæſari bipedalis eſt (in quadrum opinor) idque ob firmitatem, quæ præcipuè hic quæſita. Si igitur talis; age, quis mihi dabit trabem ſexagenum pedum, & ea ubique diametro? rara aut nulla ſylva. Quartò, quis uſus hujus machinæ, ſic longæ, ſic anguſtæ? Muro admovenda eſt, à fronte igitur an à latere? Si à fronte; palam eſt, inutilem totum illum tractum à tergo, & porrectum corpus. Si à latere, plures tum viri utiles, fateor: ſed qui ſtabit, quod Cæſar mox dicit, *Quicquid ſupernè incidiſſet, faſtigio muſculi delapſum*? Nam tectum duplex ſive diſpluviatum in Muſculo iſto fuit (columellas enim facit pari altitudine pedum quinque, & eas capreolis jungit. Diſpari autem altitudo opus in ſimplici tecto. Sed nec capreoli conveniunt); ergo ſi pars in murum dependet, quicquid injicitur, inter murum & ipſam hæret. Poſtremò, tanta & tam gravis moles (ita fuit, ſi omnia examinatis) quomodo vectibus tam facile & cito ad murum propelli potuerit, id quoque videndum. Ergò inclinamus numerum arguere, & invertere in novenarium, *Muſculum* IX *pedes longum*. Omnia ſic conſentiunt & conſiſtunt. Verè Muſculus & exiguus: intervallum in longô & latô analogum & ſuâ ſymmetriâ: columellæ nonniſi quatuor, quarum etiam numerus ideo non expreſſus: atque eæ in ſingulis capitibus ſingulæ. Denique facile ad movendum opus, & impellendum. Atquin exiguus tunc ejus fructus & efficacia, inquies, quia pauci ſubibunt. Reſpondeo, pro hac magnitudine viros denos aut duodenos potuiſſe latere: ſed opus facere ex ſucceſſione binos & binos. Nec moveat ſi exigua pars muri ita diruta: transferre enim machinam ſuam iidem ſubſeſſores leviter poterant, & ad infracta admovere. Sane hoc videndum, & caput eſt: non in magnitudine muſculi milites innovaſſe aut accuraſſe, ſed in robore & firmitate; utque adverſus quoſcunque ictus validè ſtaret. *Montan.*

culi hæc erat forma. Duæ primum trabes in ſolo æquè longæ; diſtantes inter ſe pedes IV collocantur: inque eis columellæ pedum in altitudinem V deſiguntur. Has inter ſe capreolis molli faſtigio conjungunt, ubi tigna, quà muſculi tegendi cauſsâ ponant, collocentur. Eo ſuper tigna bipedalia injiciunt; eaque laminis claviſque religant. Ad extremum muſculi tectum, trabeſque extremas, quadratas regulas IV patentes digitos deſigunt: quæ lateres, qui ſuper muſculo ſtruantur, contineant. Ita faſtigiatô atque ordinatim ſtructô, ut trabes erant in capreolis collocatæ, lateribus lutoque muſculus, ut ab igne, qui ex murô jaceretur, tutus eſſet, contegitur, ſupra lateres coria inducuntur; ne canalibus aqua immiſſa lateres diluere poſſet. Coria autem, ne rurſus igni

In altitudinem V] Quantum hominum, qui intus latebant, altitudo poſcebat. *Montan.*

Has inter ſe capreolis molli faſtigio conjungunt, &c.] Quandoquidem Feſtus Pompeius *vitium cincinnos intortos* ideo *capreolos* vocari autumat, *quod ad locum capiendum tendant*: Cæſar procul dubio de lignis eo modo intortis loquitur, quibus columellæ molli faſtigio conjungebantur. Super quibus machinationibus, hoc eſt, *prehenſionibus & capreolis*, Vitruvius videatur. *Rhellican.* Molli autem *faſtigio* dixit, quomodo Pompon. Mela lib. 1, c. 19. *Sed quia contra os minus quam ad dexteram & lævam abſceſſit, mollibus faſtigiis, donec anguſtos utrimque angulos faciat, inflectitur.* Non. Marcellus, *Molle, non arduum*, inquit, *nec erectum. Virgil. in Bucolicis*:

——— *qua ſe ſubmittere colles*
Incipiunt, mollique jugum demittere clivo.

Et Cor. Tacitus de moribus Germanorum: *Danubius molli & clementer edito montis Abnobæ jugo effuſus.* Ciaccon.

Quadratas regulas IV *patentes digitos*] Regulæ, directa ſunt tenuiora ligna (*lattas* hodie dicimus) quibus lateres ſuos cohibet & firmat. *Patuere*, inquit, *quatuor digitos*: id eſt, tot lati fuere in latere quoque, niſi fallor. An aliquis retulerit magis ad intervallum, quod inter regulas ſingulas? non nunc ego. *Lipſius.*

Lateribus lutoque muſculus, ut ab igne] Hoc quidem aliquoties legas: ut in Vitruvio, de teſtudine: *Inſuper verò argilla cum capillô ſubacta, ad eam craſſitudinem inducatur, ut ignis non poſſit nocere.* In Ammiano, de eadem: *Limo aſperguntur ejus ſuprema.* Inferiore quoque ævo factum: & in Niceta Choniate ſcriptum, *Cum Iohannes Comnenus Imperator Anzarbam urbem obſideret: atque Armenii defenſores ſæpius machinas exuſſiſſent: tandem Imperatorem iis ſuperinduxiſſe tegmina & velamenta ex laterculis luteis*: planè ut in Muſculo hic Juliano. *Idem*

Lateres diluere] Locus hic oſtendit, *Laterem* non eſſe glebam ex argillâ ignè decoctam, ut *tegulam*, vel *imbricem*. nam argilla cocta *Teſta* dicitur; opinor, quaſi *toſta*: ſed eſſe maſſam ex àrgilla vel luto, quæ tecto iſti impoſita ſole induratur: quæ quia ſi lavetur, liqueſcit & defluit, atque in cœnum reſolvitur: inde natum Terentianum illud in Phormione proverbium videtur, *Laterem lavare*, pro laborem inanem ſumere, operam perdere. *Hotoman.*

igni ac lapidibus corrumpantur, centonibus contegun-tur. Hoc opus omne tectum vineis ad ipſam turrim perficiunt, ſubitoque, inopinantibus hoſtibus, machinatione navali, phalangis ſubjectis, ad turrim hoſtium admovent, ut ædificio jungatur. Quô malô perterriti ſubitò opidani ſaxa quàm maxima poſſunt, vectibus promovent, præcipitataque murô in muſculum devolvunt. Ictum firmitas materiæ ſuſtinet; &, quidquid incidit, faſtigio muſculi elabitur. Id ubi vident, mutant conſilium: cupas tæda ac pice refertas incendunt; eaſque de muro in muſculum devolvunt. Involutæ labuntur; delapſæ ab lateribus, longuriis furciſque ab opere removentur. Interim ſub muſculô milites vectibus infima ſaxa turris

Machinatione navali phalangis] Id eſt, Phalangis eôdem modô ſubjectis, quô in *machinatione navali*, id eſt, in navibus vel ex arido propellendis, vel in aridum ſubducendis ſubjici ſolent. *Phalangas* autem Cæſar Latino nomine *ſcutulas* interpretatur infra libro tertio. Ligna ſcilicet oblonga & rotunda inſtar cylindri, quæ oneri ſubjecta vectibus impelluntur, *Biremes*, inquit, *ſubjectis ſcutulis impulſas vectibus in interiorem partem traduxit.* Interdum *Phalanges* pro fuſtibus teretibus uſurpantur. Plinius libro ſeptimo, capite quinquageſimo ſexto, *Prælium*, inquit, *Afri contra Ægyptios primum fecere fuſtibus, quos vocant Phalanges.* Hotoman. Julius Pollux de rerum vocabulis ait: *navium ligna quibus ſubjectis naves attrahuntur, Phalanges & Phalangæ vocantur.* Unde conjicio rotunda illa ligna ſignificari per phalangas, quibus onera volutantur. Virgilius verò libro ſecundo Æneidos *lapſus* vocare videtur. Sic enim ibidem de Durateo equo in urbem à Troianis inducto canit:

Accingunt omnes operi, pedibuſque rotarum
Subjiciunt lapſus, &c.

Vocabantur verò haud dubiè *lapſus*, quod onera volutata ſuper illis laberentur. *Rhellic.* Confirmat hoc Nonius: verba ejus ſunt: *Palangæ dicuntur fuſtes teretes, qui navibus ſubjiciuntur, cum attrahuntur ad pelagus, vel cum ad litora ſubducuntur: unde etiam nunc Palangarios dicimus, qui aliquid oneris fuſtibus tranſvehunt.* Montan.

Ab lateribus, longuriis] Longurii (teſte Varrone) ſunt haſtæ ſeu perticæ longiores: quibus milites ſub muſculis cupas ardentes removebant, ne aut ipſi æſtu nimio læderentur, aut trabes iſtæ ad latera, aut columellæ in iis defixæ exurerentur. Et poterant hæc talia facile arcere, præcipuè longuriis armati, & ſub muſculo interim tuti. *Montan.*

Milites vectibus infima ſaxa] Vectibus id faciunt, è ferro ſcilicet; nec ignotum, quæ eorum vis aut forma. Græci μοχλία vel μοχλὸς vocant, & ſunt pali è ligno aut ferro, ad onera ſublevanda aut promovenda. Vitruvius & torculari vertendo adhibet, eumque qui vecte immiſſo torquet, *vectiarium* dicit. Si è ligno eſſent, lingula è ferro in altero capite addi ſolet, atque hos tales *Lingulatos* dixere, ſive *Roſtratos.* Utebantur & ad muros ſubruendos, ut hic; ſed ferreis haud dubiè. Atque ita in Feſto: *Vecticularia vita dicitur eorum, qui vectibus parietes perfodiunt, furandi gratia.*

turris hoſtium, quibus fundamenta continebantur, convellunt. Muſculus ex turri lateritiâ à noſtris telis tormentiſque defenditur: hoſteſque ex murô ac turribus ſubmoventur. Non datur libera muri defendendi facultas. Compluribus jam lapidibus ex ea, quæ ſuberat, turri ſubductis, repentinâ ruinâ pars ejus turris concidit. Pars reliqua conſequens procumbebat. Tum hoſtes turris repentinâ ruinâ commoti, inopinatô malô turbati, Deorum irâ perculſi, urbis direptione perterriti, inermes cum infulis ſeſe portâ foras univerſi proripiunt, ad legatos atque exercitum ſupplices manus tendunt. Quâ novâ re oblatâ, omnis adminiſtratio belli conſiſtit: militeſque averſi à prælio ad ſtudium audiendi & cognoſcendi feruntur. Ubi hoſtes ad legatos exercitumque pervenerunt, univerſi ſe ad pedes projiciunt: orant, ut adventus Cæſaris exſpectetur; captam ſuam urbem videre, opera perfecta, turrem ſubrutam; itaque à defenſione deſiſtere: nullam exoriri moram poſſe, quò minus quum veniſſet, ſi imperata non facerent, ad nutum è veſtigio diriperentur. Docent, ſi omnino turris concidiſſet, non poſſe milites contineri, quin ſpe prædæ in urbem irrumperent, urbemque delerent. Hæc, atque ejuſdem generis complura, ut ab hominibus doctis, magnâ cum miſe-

gratia. Inter militaria exercitia erat in vecte robur oſtentare. Salluſtius de Pompeio: *Cum velocibus curſu, cum validis vecte certabat.* Et utiles ſanè iſti ad lapides prægrandes emovendos emoliendoſque, uti ſæpe in veterum muris: ubi minores ac infirmiores dolabris magis hoc peragebant. *Lipſius.*

Cum infulis ſeſe foras univerſi proripiunt] Attende ſupplicantium ritus quis olim fuerit apud Maſſilienſes. Hinc enim apparet eos non ex barbaris, ſed Græcis originem traxiſſe: ut multi historici hoc teſtantur. Teſte namque Polybiô librô tertiô, Galli, & aliæ barbaræ nationes non caduceum, neque infulas, ſed corollas ex floribus conſertas, pro amicitiæ & ſupplicationis ſignô prætendebant. *Rhellican.* Sed *Infulæ*, ornamenta erant ſacerdotum, item victimarum, præterea ſupplicum & deprecantium, faſciæ videlicet cum vittis dependentibus. Feſti verba ſunt. *Infulæ*, ait, *ſunt filamenta lanea, quibus ſacerdotes & hoſtiæ templaque velabantur.* Et Servius: *Infula faſcia eſt in modum diadematis, à quâ dependent vittæ ab utrâque parte.* Montan.

Vt ab hominibus doctis, &c.] Cicero in oratione pro L. Flacco de Maſſilienſium eruditione hæc ſcriptis mandavit: *Neque verò te, Maſſilia, prætereo, quæ L. Flac-*

miſericordiâ fletuque pronunciantur. Quibus rebus commoti legati, milites ex opere deducunt, oppugnatione deſiſtunt, operibus cuſtodias relinquunt. Induciarum quodam genere miſericordiâ factô, adventus Cæſaris exſpectatur. Nullum ex murô, nullum à noſtris mittitur telum. Ut re confecta, omnes curam & diligentiam remittunt. Cæſar enim per literas Trebonio magnopere mandaverat, ne per vim opidum expugnari pateretur; ne gravius permoti milites, & defectionis odiô, & contemptione ſui, & diutinô labore, omnes puberes interficerent: quod ſe facturos minabantur: ægréque tunc ſunt retenti, quin opidum irrumperent: graviterque eam rem tulerunt, quod ſtetiſſe per Trebonium, quò minus opido potirentur, videbatur. At hoſtes ſine fide tempus atque occaſionem fraudis ac doli quærunt: interjectiſque aliquot diebus, noſtris languentibus, atque animô remiſſis, ſubitò, meridianô tempore, quum alius diſceſſiſſet, alius ex diutinô labore in ipſis operibus quieti ſe dediſſet: arma verò omnia repoſita contectaque eſſent: portis ſe foras erumpunt: ſecun-

Flaccum militem, & quæſtorem cognoviſti: cujus ego civitatis diſciplinam, atque gravitatem non ſolum Græciæ, ſed haud ſcio an cunctis gentibus anteponendam jure dicam. Quæ tam procul à Græcorum omnium regionibus, diſciplinis linguiſque diviſa, quum in ultimis gentibus, barbariæ fluctibus alluatur: ſic optimatum conſilio gubernatur, ut omneis ejus inſtituta laudare facilius poſſint, quam æmulari, &c. *Rhellic.* At, præter Ciceronem, Strabo etiam libr. IV, hic mercatum fuiſſe bonarum literarum ſcribit. Eò namque velut ad alteras Athenas, Romani, Galli, Hiſpani aliique, quibus licebat, Philoſophiæ linguæque Græcæ gratiâ ſe conferebant. Teſtatur Tacitus in vitâ ſoceri Agricolæ, eum parvulum ſedem ac magiſtram ſtudiorum habuiſſe Maſſiliam; locum Græcâ comitate & Provinciali parſimoniâ miſtum beneque compoſitum. Hæc Eumenidis, qui tam accuratè quæſivit de Nilo; hæc Pythiæ, quem tam ſtudioſe ſectatur Strabo; hæc aliorum, quorum ſcripta interciderunt, patria eſt. Hic veriſimile eſt Philoſophiam didiciſſe *Favorinum Arelatenſem*. Hæc Gallos omnes ita φιλέλληνας reddebat, ut contractus omnes Græco idiomate conficerent, & in omnibus publicis privatiſque rationibus Græcis literis uterentur. Hinc hodieque tam frequens in Gallo-Romano ſermone Helleniſmus. *Merula.*

Commoti legati] Supple Cæſaris; u[t] C. Trebonius & D. Brutus. *Montan.*

Noſtris languentibus] *Languere*, e[ſt] deſidioſum eſſe, & torpore affici. Cicero: *Cum è via languerem.*

Portis ſe foras erumpunt] *Portis ſe foras erumpunt*, activè dixit, quomodo Cicero ad Atticum lib. 16: *Ne in me ſto-ma-*

cundô magnôque ventô ignem operibus inſerunt. Hunc ſic diſtulit ventus, uti uno tempore agger, plutei, teſtudo, turris tormentaque flammam conciperent, & prius hæc omnia conſumerentur, quàm, quemadmodum accidiſſet, animadverti poſſet. Noſtri repentinâ fortunâ permoti arma, quæ poſſunt, arripiunt. Alii ex caſtris ſeſe incitant. Fit in hoſtes impetus: ſed è muro, ſagittis tormentiſque fugientes perſequi prohibentur. Illi ſub murum ſe recipiunt; ibique muſculum turrimque lateritiam liberè incendunt. Ita multorum menſium labor, hoſtium perfidia, & vi tempeſtatis, puncto temporis interiit. Tentaverunt hoc idem Maſſilienſes poſterô die, eandem nacti tempeſtatem; majori cum fiducia ad alteram turrem aggeremque eruptione pugnaverunt; multumque ignem intulerunt. Sed ut ſuperioris temporis contentionem noſtri omnem remiſerant; ita proximi diëi caſu admoniti omnia ad defenſionem paraverant. Itaque multis interfectis, reliquos infecta re in opidum repulerunt. Trebonius ea, quæ ſunt amiſſa, multô majore ſtudiô militum adminiſtrare & reficere inſtituit. Nam ubi tantos ſuos labores & apparatus male cecidiſſe viderunt, induciiſque per ſcelus violatis ſuam vir-

machum erumpant. Et in oratione pro Sylla, *furorem conceptum erumpere.* Cœlius in epiſt. ad Ciceronem: *Illa invidioſa conjunctio non ad occultam recedit obtrectationem, ſed ad bellum ſe erumpit.* Et Virgilius Georg. lib. 1.

Aut ubi ſub lucem denſa inter nubila ſeſe
Diverſi erumpunt radii. ——

Uno tempore agger] Eâdem de re graphicè & diſertè, ut ſolet, Lucanus:

Telum flamma fuit rapienſque incendia ventus
Per Romana tulit celeri munimina curſu.
Nec quamvis viridi luctetur robore, lentas
Ignis agit vires. tædâ ſed raptus ab omni
Conſequitur nigri ſpatioſa volumina fumi.
Nec ſolum ſylvas, ſed ſaxa ingentia ſolvit,
Et cruda putri fluxerunt pulvere cautes.
Procubuit, majorque cadens apparuit agger. Montan.

Ubi notare eſt, etiam è fragili & levi materiâ, ut cannis, junco, talibus aggerem ſtructum, ſed nempe ubi lignorum & arborum inopia eſſet. *Lipſius.*

Ex caſtris ſeſe incitant]] Id eſt, proripiunt.

Unde

virtutem irriſui fore perdoluerunt; quod, unde agger omnino comportari poſſet, nihil erat reliquum, omnibus arboribus longè lateque in finibus Maſſilienſium excisis & convectis; aggerem novi generis atque inauditum ex lateritiis duobus muris, ſenum pedum craſſitudine, atque eorum murorum contignationem facere inſtituerunt, æquâ fere latitudine, atque ille congeſtus ex materiâ fuerat agger. Ubi autem ſpatium inter muros, aut imbecillitas materiæ poſtulare videretur, pilæ interponuntur, tranſverſaria tigna injiciuntur, quæ firmamento eſſe poſſint: & quicquid eſt contignatum, cratibus conſternitur, crateſque lutô integuntur. Sub tectô miles dexterâ ac ſiniſtrâ murô tectus, adverſus plutei objecta, operi quæcunque uſui ſunt, ſine periculo ſuppor-

Vnde agger omnino comportari poſſet] Incenſus erat agger, ut ſæpe: ergo ligneus: & arbores requirebantur ad reparandum. *Sed agger, materieſque unde turres ſolitæ ſunt agi, propius millia ſex non reperiebantur.* Similis inopia, ad Hieroſolyma, in Joſepho: *Romani plurimum in aggerenda materie laborantes, tamen intra* XXI *dies aggeres erexerunt, attonſis omnibus aut excisis circa arboribus, ad ſtadia nonaginta.* Ea verò vaſtitas fuit ad milliaria circiter undena. Et quidem uſui arbores, non ob virgulta ſolum, & tenuia ramorum, ſed ob ipſos truncos: quia illa in molem mediam ſtipabant, hos & ad latera applicabant, firmando & coërcendo. Lucanus lib.

——— *tunc omnia latè*
Procumbunt nemora, & ſpoliantur robore ſilvæ.
Vt cum terra levis, mediam virgultaque molem
Suſpendant, ſtructâ laterum compage ligatam
Arctet humum, preſſus ne cedat turribus agger.

Struebant, inquam, latera, & cancellatim tignis directis tranſverſiſque variè ligabant. *Lipſius.*

Ex lateritiis duobus muris] Planè novus, ut Cæſar ipſe dicit, agger. Infernè enim vacuus eſt, & eâ parte caſtelli aut receptaculi vicem habet. Supernè contignatio eſt: ſed, quod miremur, altitudinem non definivit, tantum latitudinem. Et ait: *æqua fuiſſe, atque ille è terra agger.* Atqui nec ea reperitur: & eſt modo initio libri, altitudinem fuiſſe pedum LXXX. Sed ibi variant ſcripti libri, & quidam latitudinem habent. Subjungit autem, fultum pilis in medio *ubi ſpatium inter muros, aut imbecillitas materiæ poſtulare videbatur.* Cur hoc ambiguè? Ubique verò, in tantâ latitudine, opus deſtinis fulcriſque fuit. Nec ulla una arbor à latere ad latus potuit pertinere. Variè itaque interpoſita: idque *inter duos muros.* Nec enim plures fecit, & partem anteriorem reliquit apertam, de more. Pluteus duntaxat, ut ſubdit, eam texit. Et talis ille agger ſtructus materiæ inopiâ. *Idem.*

Pilæ] *Pila* dicitur quæ parietem ſuſtentat: ab opponendo, ut Varro ſentit, ita vocata. *Montan.*

Tigna] *Tignum*, ſive tignus (nam & maſculino genere effertur) trabs, qu[a] variè diſpoſita domus exſtruitur. E[t] pro-

portat. Celeriter res adminiſtratur: diuturni laboris detrimentum ſollertia & virtute militum brevi reconcinnatur. Portæ, quibus locis videtur, eruptionis cauſſâ in muro relinquuntur. Quod ubi hoſtes viderunt, ea, quæ diu longôq; ſpaciô refici non poſſe ſperaſſent, paucorum dierum operâ & labore ita refecta; ut nullus perfidiæ neque eruptioni locus eſſet: neque quidquam omnino relinqueretur, quô aut vi militibus, aut igni operibus noceri poſſet; eodemque exemplô ſentiunt totam urbem, quà ſit aditus, ab terrâ, murô turribuſque circumiri poſſe; ſic, ut ipſis conſiſtendi in ſuis munitionibus locus non eſſet, quum pene inædificata in muris ab exercitu noſtro mœnia viderentur; ac tela manu conjicerentur; ſuorumque tormentorum uſum, quibus ipſi magna ſperaviſſent, ſpatio propinquitatis interire; parique conditione è murô ac turribus bellandi datâ, virtute ſe noſtris adæquare non poſſe intelligunt, ad eaſdem deditionis conditiones recurrunt. M. Varro in ulteriore Hiſpania initio cognitis iis rebus, quæ ſunt in Italia geſtæ, diffidens Pompeianis rebus, amiciſſimè de Cæſare loquebatur. Præoccupatum ſeſe legatione ab Cn. Pompeiô, teneri obſtrictum fide: neceſſitudinem quidem ſibi nihilo minorem cum Cæſare intercedere: neque ſe ignorare, quod eſſet officium legati, qui fiduciariam operam obtineret, quæ vires ſuæ, quæ voluntas erga Cæſa-

propriè cui ſupponitur tectum. à tegendo nomen deductum. *Etiam tigni nomine omne genus materiëi venit, ex qua ædificia conſtant*, inquit Ulpianus. *Calepinus.*

M. Varro in ulteriore Hiſpaniâ] A Gallicis ad Hiſpanas res deſcribendas redit. Quando enim in ſuperiore libro narraverat, Afranium, Petreium & Varronem Pompeii legatos provinciam Hiſpanicam ita inter ſe comparaſſe, ut Petreius ex Luſitaniâ per Vectones cum omnibus copiis ad Afranium proficiſceretur, Varro autem cum his, quas habebat, legionibus, omnem Hiſpaniam ulteriorem tueretur: nunc quo pacto idem Varro ſe cum erga Pompeium, tum Cæſarem geſſerit, explicat, quippe quod pro plerorumque hominum more ad feliciorem parietem ſe inclinaverit. *Rhellican.*

Fiduciaria opera] *Fiduciarius* dicitur, cujus, quid fidei & poteſtati ita committitur, ut nullo juris vinculo, ſed ſola fide ſit obligatus. Sic, *Pater fiduciarius*, *Heres fiduciarius*, *Tutor fiduciarius*, in ju-

Cæſarem totius provinciæ. Hæc omnibus ferebat ſermonibus; neque ſe in ullam partem movebat. Poſtea verò, quum Cæſarem ad Maſſiliam diſtineri cognovit, copias Petreii cum exercitu Afranii eſſe conjunctas, magna auxilia inveniſſe, magna eſſe in ſpe atq; exſpectatione, & conſentire omnem citeriorem Provinciam, quæque poſtea acciderant, de anguſtiis ad Ilerdam rei frumentariæ accepit; atque hæc ad eum latius atque inflatius Afranius perſcribebat, ſe quoque ad motum fortunæ movere cœpit. Delectum habuit totâ provinciâ, legionibus completis II cohortes circiter XXX alarias addidit; frumenti magnum numerum coëgit, quod Maſſilienſibus, item quod Afranio Petreioque mitteret; naves longas X Gaditanis, ut facerent, imperavit; complures præterea Hiſpali faciendas

in jure appellantur: & in eandem ſententiam infra cap. ultimo (42) Curio Cæſaris legatus ita loquitur: *Nunquam amiſſo exercitu, quem à Cæſare fideicommiſſum acceperit, ſe in ejus conſpectum reverſurum confirmat.* Sed Hirtius bell. Alex. capite quarto hôc verbô eſt abuſus. Nam *Fiduciarium regnum* dixit, pro Uſurpatum & occupatum. Locum autem vulgatis in libris vitiosè interpunctum à nobis emendatum ſubſcribemus: *Paratam enim omnem multitudinem eſſe, confectam tædio, & puellæ fiduciario regno, dominationeque crudeliſſimâ Ganymedis, facere id quod Rex imperaſſet: nam Arſinoe teſtamento vacuam regni poſſeſſionem occuparat*, &c. Livius lib. 34: *Optimum ratus Nabidi eam Lacedæmoniorum tyranno, velut fiduciariam dare.* Hotoman. *Quemadmodum autem* (inquit Budæus in annotationibus prioribus in Pandectas) *fiduciaria poſſeſſio pro depoſitoriâ, ſeu (ut nunc vocant) recedentiâ apud Iureconſultos accipitur: ita & Varro apud Cæſarem ait, ſe, quippe legatum, fiduciariam operam obtinere, quia redeunte imperatore, aut conſule, cedere eum oporteret.* Ad hunc modum & Nabarzanes apud Curtium lib. 5, ad Darium loquitur: *Auſpicium*, inquit, *& imperium alii trade interim, qui tam diu rex appelletur; donec Aſiâ decedat hoſtis. Victor deinde regnum tibi reddat*, &c. Et non multò poſt: *Compoſitis rebus, juſto regi tibi fiducia*, id eſt, per fiduciam, *reſtituet imperium.* Rhellicanus. Sed Ciacconius pro *opera* libentius legit *provincia.* Et error, ait, forte natus ex ignoratione notarum, & ex *prociam*, fecit librarius, *operam.* Livius libr. 30: *Philippus magis de Argis, quàm de Corintho ſollicitus, optimum ratus Nabidi eam Lacedæmoniorum tyranno, velut fiduciariam dare, ut victori ſibi reſtituere, ſi quid adverſi accidiſſet, ipſe haberet.*

Cohortium Alariarium] Cohortium duo genera, *Auxiliares* & *Legionariæ.* *Auxiliares*, *Alariæ* dictæ quia legionarias, tamquam alas, tegerent. Sic *Alarii* equites, & *Auxiliarii*, iidem, in epiſtola Ciceronis ad Caninium, libr. 2. *Manutius.*

Hiſpali] *Hiſpalis* κατ' ἀποκοπὴν Silio *Hiſpal.*

Et celebre Oceano atque alternis æſtibus Hiſpal.

Hodie *Sevilla*; quod nomen antiquius, quàm putatur. Etymon urbis ſic indicat A-

das curavit: pecuniam omnem omniaque ornamenta ex Fano Herculis in opidum Gades contulit. Eò VI cohortes, præſidii cauſsâ, ex provincia miſit: Caiumque Gallonium, equitem Romanum, familiarem Domitii, qui eò

cat Arias Montanus: Hiſpalis, inquit, nomen Phœnicum eſt ex *Spila* vel *Spala* deflexum, quod planiciem ſive virentem regionem ſignificat, qualis ejus territorium conſpicitur. A Græcis verò addita eſt aſpiratio. Arabes autem, quod *P* literam non habent, & ob id pronunciare nequeunt, fere ad nativam vocem referentes, *Sbilla* dixerunt, deinde Chriſtianorum vulgus *Sevilla*, ut nunc, appellavit. Sed Tarapha ad *Hiſpalim*, Herculis Libyci filium, nomen conditionemque refert. Hodie urbs eſt formâ fère rotunda, amœniſſimo ſitu, ambitu magna, viſu pulchra, templis celebris, ædium pulcherrimarum frequentiâ nitidiſſime culta, plateis viciſque inſignis, mœnibus turribuſque valida, propugnaculis tuta, campis jucunda, civibus plena, mercatorum commerciis dives. In codicibus Auſonii calamo exaratis illud encomion Hiſpali aſcribitur.

Iure mihi poſt has memorabere nomen
Iberum,
Hiſpal, æquoreus quem præterlabitur
amnis:
Submittit cui tota ſuos Hiſpania fa-
ſces:
Corduba non, non arce potens tibi Tar-
raci certant,
Quæque ſinu pelagi jactat ſe Bracca-
ra dives.

Hæc Merula. De Hiſpali circumfertur Hiſpanorum proverbium hoc: *qui non ha viſta Sevilla, non ha viſta maravilla:* id eſt, qui non vidit Sevilliam, non vidit miracula. Subjungit autem Cæſar, Varronem Hiſpali naves curaſſe faciendas. Commoda iſti negotio hæc urbs: utpote quæ fluvio navigabili Bæti (vulgo *Guadalquivir*) non procul ab Oceano Gaditano aſſita eſt. Hodie etiam ob tutam ſtationem & commodos appulſus claſſes Regis Caſtiliæ ex utriſque Indiis eò ſe recipiunt. *Montanus.*

Ex Fano Herculis] Varia eſt inter ſcriptores de Herculis columnis opinio. Quidam Calpen montem in Hiſpaniâ & Abilam e regione ultra fretum in Mauritaniâ Herculis columnas nominant. Alii ipſam inſulam Gades pro iiſdem accipiunt. Sed qui, meo judicio veritati proximi ſunt, in Fano Herculis, in dicta inſula ſito, duas æneas columnas erectas ſcribunt, altitudine octo cubitorum, in quibus ſignatus fuit ſumptus pro ædificio illius templi factus. Dicit autem Cæſar pecuniam & ornamenta Varronem ex hôc fanô in opidum Gades contuliſſe. Nempe divitias & donaria jam à longo tempore prædictum templum ſibi accumulaverat: utpote in quo nautæ Herculi, cujus oſſa in eôdem condita erant, vota ſolvebant & ſacrificia faciebant, cum feliciter locum illum adiiſſent. Huc etiam Lucullum rerum ſuarum decimas miſiſſe legimus. Huc Hannibalem profectum, priuſquam in Italiam contenderet, ut vota ſua exſolveret. Et procul dubio hæc & alia Varro abſtulit: ne Cæſarianis militibus in prædam cederent. *Montan.*

Gades] *Gades* urbs eſt in ejuſdem nominis inſula, quæ fretum contingit, quod inde Gaditanum perhibetur, à continenti anguſto ſpatio, ac veluti flumine abſciſſa: eam Tyrii à rubro mari profecti, Erythræam; Pœni, linguâ ſuâ *Gadir*, id eſt, ſepem nominarunt. In hâc Geryonem, cujus boves Hercules abduxit, habitaſſe fabulati ſunt. Tyrii condidêre in ea ejuſdem nominis urbem, quæ poſtmodum evaſit opulentiſſima, nunc etiam Emporium haud ignobile vulgari vocabulo *Cadiz*, & corrupte *Calis* dictum. *Cluverius.*

Caiumque Gallonium equitem Romanum] *Galloniorum* gentem nobilitavit luxu

cò procurandæ hæreditatis cauſsâ venerat, miſſus à Domitiô; opido Gadibus præfecit; arma omnia privata & publica in domum Gallonii contulit. Ipſe habuit graves in Cæſarem conciones. Sæpe ex tribunali prædicavit adverſa Cæſarem prælia feciſſe; magnum numerum ab eo militum ad Afranium perfugiſſe. Hæc ſe certis nunciis, certis auctoribus, comperiſſe. Quibus rebus perterritos cives Romanos ejus provinciæ ſibi ad Rempubl. adminiſtrandam H-S. CXC, & argenti pondo XX millia, tritici modios CXX millia polliceri cogit. Quas Cæſari eſſe amicas civitates arbitrabatur, iis graviora onera injungebat: qui verba atque orationem adverſus Remp. habuiſſent, eorum bona in publicum addicebat; præſidia-

luxu & gulâ ſuâ *P. Gallonius*, notatus ob id graviter à Lucilio poëta. *Montan.*

Procurandæ hæreditatis] Moris erat, ut Senatores, quibus hæreditas in provinciâ relicta teſtamento fuerat, legationem liberam à Senatu hæreditatis perſequendæ cauſsâ impetrarent. Cic. Agr. 2: *Hæreditatum obeundarum cauſſa, quibus vos legationes dediſtis, qui & privatum ad negotium exierunt, non maximis opibus neque ſummâ auctoritate præditi: tamen auditis profecto, quam graves eorum adventus ſociis veſtris eſſe ſoleant.* Idem Fam. lib. 2, epiſt. ad Cornif. ſcribit eos qui cum liberâ legatione proficiſcebantur, lictores à provincialibus magiſtratibus & inſignia cæterorum legatorum accepiſſe. *Hotoman.*

H-S. CXC] Locus hic variè à doctis legitur. Michaël Brutus ex ingenio ſine alicujus codicis auctoritate pro ſeſtertiis CXC, totidem cohortes ſubſtituit. Quod non videtur. Alii in numero ſolummodo variant. Primi iſtius generis, H-S. CXC mill. id eſt, quatuor millia coronatorum, ſeptingentos quinquaginta legunt. Sed pertenuis hæc ad Varronis negotium ſumma eſt: tum etiam in antiquis codicibus vox *millia* non additur. Glareanus hæc incommoda animadvertens: legendum putat *ſeſtertium nonagies*, ut efficiant ducenta & viginti quinque millia coronatorum. Nec tamen huic lectioni tam firmiter inſiſtit, ut non etiam Glandorpio, Ciacconio Hotomannoque aſſentiatur, qui *ſeſtertium centies nonagies* legunt: quæ ſumma ad quadringenta ſeptuaginta quinque coronatorum millia excreſcit. *Montan.*

Argenti pondo, &c.] Budæus lib. 1 de Aſſe & partibus ejus, *libram*, *aſſem*, & *pondo* idem ſignificare tradit: & in epitoma *libram*, *minam*, ſeu *pondo* centenis drachmis valere. Supra autem de ſeſtertiis diximus, ac ex ejuſdem Budæi ratione collegimus, *drachmam* apud Græcos, & *nummum* apud Romanos ejuſdem fuiſſe valoris, eorumque octo Rhenenſi aureo æquivalere *Rhellican.*

Tritici modios CXX *mill.*] *Modium* in caſu ſecundo quin ſit legendum, dubitaturum neminem arbitror. *Idem.*

Qui verba, atque orationem, adverſus Remp. habuiſſent] Hæc exponuntur à Cæſare, tanquam injuſte facta. Sed injuſte factum videri non poteſt, ſi puniatur is, qui verba atque orationem, adverſus Rempublicam habuerit: cum præſertim Cæſar cauſſam ſuam à Reipubl. cauſſa non disjungeret. Quare rectè puto ſuſpicari Nicaſium, illud, *adverſus*

ſidiaque eò deducebat; & judicia in privatos reddebat: provinciam omnem in ſua & Pompeii verba per jusjurandum adigebat. Cognitis iis rebus, quæ ſunt geſtæ in citeriore Hiſpaniâ, parabat bellum. Ratio autem hæc erat belli, ut ſe cum II legionibus Gadis conferret, naves frumentumque omne ibi contineret: provinciam enim omnem Cæſaris rebus favere cognoverat. In inſulâ, frumentô navibuſque comparatis, bellum duci non difficile exiſtimabat. Cæſar, etſi multis neceſſariiſque rebus in Italiam revocabatur; tamen conſtituerat nullam partem belli in Hiſpaniis relinquere: quod magna eſſe Pompeii beneficia, & magnas clientelas in citeriore pro-

verſus Remp. ſincerum non eſſe; verius autem, *adverſus Pomp.* Hæc Manutius: à quo diſſentit Ciacconius. Ait hic: Ellebodius legit, *adverſus Pompeium.* Sed ipſe Cæſar paullo poſt ait: *Bona reſtituit iis, quos liberius locutos hanc pœnam tuliſſe cognoverat.* Unde *rempublicam* videtur legendum. Nam cum ſupra dixiſſet coactos eſſe cives Romanos polliceri & pecunias & frumentum ad Rempublicam adminiſtrandam, infert eos, qui liberius adverſus eam adminiſtrationem eſſent locuti, bonis fuiſſe multatos. Aſtipulatur huic in proximè ſequenti notâ Hotomannus. *Montanus.*

Iudicia in privatos reddebat] Judicia de privatorum rebus conſtituere, non modo iniquum non eſt, ſed etiam prætorium. Quare nihilo probabilior Urſini aut Octavii Pantagathi emendatio eſt: demirorque hoc ab illis non obſervatum. Locus enim ſic emendandus eſt, ut ſine interpunctione continenter legatur, quaſi ſcriptum ita eſſet: *Et judicia in privatos, qui verba atque orationem adverſus Rempubl. habuiſſent, reddebat: eorumque bona in publicum addicebat.* Edictum ſcilicet propoſuerat: *Si quis adverſus Rempubl.* (id eſt, adverſus Pompeium) *verba feciſſet, ſe judicium eo nomine daturum: damnatique bona in publicum addicturum.* Quare qui particulam, *vero*, interjecerunt, ibi: *Qui verò verba*, ſtultiſſimè illos feciſſe apparet. Et ſimilis judicii formula extat apud Livium libro vigeſimo quarto: *Pronunciarunt, verba orationemque eos adverſus Rempubl. habuiſſe, quo conjuratio deſerendæ Italiæ cauſſa fieret.* Totus autem locus, qui varie conturbatus eſt, ita reſtituendus eſt: *Quas Cæſari eſſe amicas civitates arbitrabatur, iis graviora onera injungebat, præſidiaque eò deducebat, & judicia in privatos reddebat, qui verba atque orationem adverſus Rempublicam habuiſſent, eorumque bona in publicum addicebat.* Quod autem ſequitur: *Provinciam omnem in ſua & Pompeii verba per jusjurandum adigebat:* fateor in meis omnibus ita ſcriptum eſſe: ac teſtificor nihil à me immutari. Tantum dico videri poſſe ex aliorum locorum comparatione vocem, *per*, abundare. Ut ſup. libr. I: *In hæc verba jurat ipſe: idem jusjurandum adigit Afranium.* Ut hoc modo ſimiliter dictum ſit: *Provinciam jusjurandum adigere.* Cùm hæc jampridem ſcripſiſſem, animadverti Manutium ex Nicaſii doctiſſimi viri conjecturâ reponere, *adverſus Pompeium:* quam conjecturam primùm Livii locus refellit: deinde quis neſcit eos qui rerum potiuntur, ſemper *Reipublicæ* nomine abuti? *Hotoman.*

Pompeii beneficia] Inſignis locus: ex

provincia ſciebat. Itaque duabus legionibus miſſis i ulteriorem Hiſpaniam cum Q. Caſſiô Tribunô plebi ipſe cum equitibus DC magnis itineribus progreditur edictumque præmittit ad quam diem magiſtratus princ peſque omnium civitatum ſibi eſſe præſto Cordubæ ve let. Quô edictô totâ provinciâ pervulgatô, nulla fu civitas, quin ad id tempus partem Senatus Cordubai mitteret; nulluſve civis Romanus paullo notior, qui ad diem conveniret. Simul ipſe Cordubæ conventu per ſe portas Varroni clauſit; cuſtodias vigiliaſque i muro turribuſque diſpoſuit. Cohortes II, quæ Colon cæ appellabantur, quum eò caſu veniſſent tuendi opi cauſsâ, apud ſe retinuit. Iiſdem diebus Carmonenſes quæ eſt longè firmiſſima totius provinciæ civitas, d ductis III in arcem opidi cohortibus à Varrone præſidic per ſe cohortes ejecit portaſque præcluſit. Hoc vei magis properare Varro, ut cum legionibus quampı

mu

quo intelligitur, quæ Longobardi *Feuda* nominarunt, ea Romano more *Beneficia* dici conſueviſſe, & quos illi *Vaſſallos*, hos *Clientes* appellatos. *Idem.*

Cordubam] Corduba, Κορδύβη Ptolemæo, *Cordoua* vulgo: Plinius *Coloniam Patriciam* cognominatam tradit, quod etiam ex antiquis marmoribus probat Moralis. Johannes Gerundenſis Cordubam dictam vult quaſi *Cor Bætis*; quia credo Bæti ita adjacet, ut tantum ferè à fonte abſit, quantum ab ejuſdem oſtio. Urbs hodie beata eſt, præter alia multa bona fertiliſſimis agris, hortis amœnis, aquis ſaluberrimis. Solum Cordubæ vocat Silius aureum:

Nec decus auriferæ ceſſavit Corduba terræ. Merula.

Ipſe Cordubæ conventus] Juridici conventus in Hiſpaniâ ulteriore quatuor erant, Gaditanus, Cordubenſis, Aſtygianus & Hiſpalenſis. Plinius, lib. 3, cap. 1. *Glandor.*

Colonicæ appellabantur] *Colonicus* dicitur Latinis a *colonus*; quemadmodum apud Græcos γεωργικὸς à γεωργὸς· V ro *colonicarum legum*, Columella *co nici pecoris*, Suetonius *colonicorum* curionum, meminere. *Idem.*

Carmonenſes] *Carmonenſes* ita dicti urbe *Carmone*: quæ Straboni Κάρμ & Antonino *Carmio*; ut & auctori bello Alexandrino, apud quem tam alio loco *Carbona*, vel ut in aliis legi codicibus, *Carmona*; ex quo *Narbon* temere nonnulli fecerunt. Χαρμ Ptolemæo, parum forſitan emend Incolæ, præter Cæſarem, etiam Pli *Carmonenſes*; Nummum habet Suri vetuſtiſſimæ notæ, in unâ parte Veri figiem præfert; in averſâ vero fa ſculptum gerit opidi nomen, *Carmo*, ter duas ſpicas, fertiliſſimi agri ad id opidum ſymbola. *Merula.* Hodie, A daluziæ opidum eſt, *Carmona* vulgo cta, in Bætis, nunc *Guadalquivir*, niſtrâ ripâ, haud procul Hiſpali *Montanus.*

Deductis III *in arcem opidi cohorti à Varrone præſidio*] *Deductis*, hic val int

mum Gades contenderet: ne itinere aut transjectu intercluderetur. Tantâ ac tam ſecundâ in Cæſarem voluntate provinciæ progreſſo ei paullo longius literæ à Gadibus redduntur; ſimul atque cognitum ſit de edicto Cæſaris, conſenſiſſe Gaditanos principes cum Tribunis cohortium, quæ eſſent ibi in præſidio, ut Gallonium ex opido expellerent, urbem inſulamque Cæſari ſervarent. Hôc initô conſiliô, denuntiaviſſe Gallonio, ut ſua ſponte, dum ſine periculo liceret, excederet Gadibus: ſi id non feciſſet, ſibi conſilium capturos. Hoc timore adductum Gallonium Gadibus exceſſiſſe. His cognitis rebus, altera ex II legionibus, quæ Vernacula appellabatur, ex caſtris Varronis, adſtante & inſpectante ipſo, ſigna ſuſtulit, ſeſeque Hiſpalim recepit, atque in foro & porticibus ſine maleficio conſedit. Quod factum adeo ejus conventus cives Romani comprobaverunt, ut domum ad ſe quiſque hoſpitio cupidiſſimè reciperet. Quibus rebus perterritus Varro, quum itinere converſo, ſeſe Italicam venturum promiſiſſet, certior à ſuis factus eſt; præcluſas eſſe portas. Tum verò, omni intercluſus itinere, ad Cæſarem mittit, paratum ſe eſſe legionem, cui juſſerit, tranſdere. Ille ad eum Sext. Cæſarem mittit, atque huic tranſdi jubet.

introductis & impoſitis. Aliàs valet; retractis aut eductis. Ut lib. 3 de bello civili, *deductis oræ maritimæ præſidiis.* Item: *Itaque uno tempore præſidiis omnibus deductis & oppugnatione dimiſſa.* Ciaconius.

Italicam] Fœde jam pridem hic locus mutilatus eſt. Manuſc. Venet. *ſeſe Italiam.* Baſil. Vaſcoſ. *ſeſe in Italiam* legunt. Error ex omiſſione unius conſonantis natus eſt: *Italica* enim ſcribendum erat: quod urbis Ilipæ cognomen fuit. Ptolemæo hæc Ἰλλίπουλα μεγάλη vocata, hodie *Pena Flor*, ad dextram Bætis ripam, medio fere inter Cordubam & Hiſpalim itinere. Plinius Hiſpalenſi conventui attribuit. Poëtam etiam Silium Italicum inde nomen & originem traxiſſe ſcribunt. *Montan.*

Sext. Cæſarem] Hic eſt ille Sext. Julius Cæſar C. Cæſaris propinquus, qui poſtea à C. Cæſare, expeditionem in Pharnacem parante, ex Ægypto in Syriam miſſus eſt, & omnibus iſtis regionibus præfectus. Ubi, poſtquam Cæcilium Baſſum res novas molientem pro Scipione & Catone cum exercitu fudiſſet, victi tamen fraude interiit. Is enim quoſdam milites ejus, certâ ſpe ipſis propoſitâ, adeo ſibi aſſociavit, ut Cæſarem trucidarent. *Idem.*

jubet. Tranſditâ legione, Varro Cordubam ad Cæſarem venit: relatis ad eum publicis rationibus, cum fide, quod penes eum eſt pecuniæ, tranſdit; &, quod ubique habeat frumenti, ac navium, oſtendit. Cæſar, habitâ concione Cordubæ, omnibus generatim gratias agit; civibus Romanis, quod opidum in ſua poteſtate ſtuduiſſent habere; Hiſpanis, quod præſidia expuliſſent; Gaditanis, quod conatus adverſariorum infregiſſent, ſeſeque in libertatem vindicaſſent; tribunis militum centurionibuſque, qui eò præſidii cauſsâ venerant, quod eorum conſilia ſuâ virtute confirmâſſent: pecunias, quas erant in publicum Varroni cives Romani polliciti, remittit; bona reſtituit iis, quos liberius locutos hanc pœnam tuliſſe cognoverat, tributis quibuſdam publicis privatiſque præmiis: reliquos in poſterum bonâ ſpe complet; biduumque Cordubæ commoratus, Gades proficiſcitur; pecunias monumentaque, quæ ex Fano Herculis collata erant in privatam domum, referri in templum jubet: provinciæ Q. Caſſium præficit. Huic IV legiones attribuit: ipſe iis navibus, quas M. Varro, quaſque Gaditani juſſu Varronis fecerant, Tarraconem paucis diebus pervenit. Ibi totius fere citerioris provincia

Civibus Romanis] Cordubenſes opidum in ſua poteſtate habuerunt, Carmonenſes per ſe præſidia cohortium ejecerunt, Gaditani ſeſe in libertatem vindicaverunt; ergo omnibus his pro meritis agendæ gratiæ, non *civibus Romanis*: ſed fortaſſe conventus Cordubæ ex civibus Romanis conſtabat, ut & Hiſpalenſis, de quo paulo ſupra, *quod factum adeo ejus conventus cives Romani comprobaverunt*. Et lib. 3 de bello civili: *quo facto conventus civium Romanorum, qui Lyſſum obtinebat*. Igitur *civibus Romanis*, hoc eſt, conventui Cordubenſi. *Hiſpanis* verò, hoc eſt, Carmonenſibus. *Ciaccon.*

Corduba commoratus, Gades] Corduba, ut dictûm, Bæti adjacet: à cujus oſtio paulum ſiniſtrorſum, ſita eſt inſula Gades, in ſinu Oceani, qui ab inſula ha[...] Gaditanus dicitur, prope ingreſſum Fre[...]ti Herculei ſive Gaditani, hodie *de Stra[...] van Gibraltar*. Nobilitatum id Patrum memoriâ felici naumachiâ, quâ Duct[...] Heemskerkii ſtupendo auſu Hiſpanorum validiſſimam claſſem aggreſſi ſun[...] fœderati Belgæ: ita ut nil niſi lacer[...] fragmina ex fœdo naufragio ante ſua li[...]tora colligeret Hiſpanus. *Montanus.*

Q. Caſſium] Eſt hic ille Caſſius, qu[...] initio belli Civilis una cum Antonio & Curione ad Cæſarem ſe Româ pro[...]puit. Sed jam ante de eô dictum. *Idem.*

Tarra[...]

ciæ legationes Cæſaris adventum exſpectabant. Eâdem ratione privatim ac publicè quibuſdam civitatibus habitis honoribus, Tarracone diſcedit: pedibuſque Narbonem, atque inde Maſſiliam pervenit. Ibi legem de dictatore latam, ſeſeque Dictatorem dictum à M. Lepidô prætore cognoſcit. Maſſilienſes omnibus defeſſi malis, rei frumentariæ ad ſummam inopiam adducti, bis prælio navali ſuperati, crebris eruptionibus fuſi, gravi etiam peſtilentiâ conflictati, ex diutinâ concluſione, & mutatione victus (panicô enim vetere atque hordeô corruptô omnes alebantur; quod ad hujuſmodi caſus antiquitùs paratum in publicum contulerant), dejectâ turri, labefactâ magnâ parte muri, auxiliis provinciarum & exercituum deſperatis, quos in Cæſaris poteſtatem veniſſe cognoverant, ſeſe dedere ſine fraude conſtituunt.

Tarraconem paucis diebus] Imo non ita paucis. Longum enim ſatis iter eſt Gadibus Tarraconem uſque. Prænavigandum enim eſt totum latus fere Hiſpaniæ, quod Maris Mediterranei fluctibus alluitur. Hodie inter Gades, vulgo *Cadis*, & Tarraconem, nunc *Tarragona*, interjacent ad mare hæc regna: primò Andaluziæ, inde Granadæ, tum Murciæ, & tandem Valentiæ, cui ad ſeptentrionem annexa eſt Catalonia: in quâ ad dictum mare in abdito ſinu ſita eſt *Tarragona*, medio fere itinere inter fluvium Iberum, nunc *Ebro*, & Barcinonem, vulgo *Barcelone*. Idem.

Narbonem] Diſtat *Narbone* Galliæ urbs vaſtô ſatis ſpatiô *Tarragona*. Idem.

Dictatorem dictum à M. Lepido prætore] Dio lib. 41: *Dum Cæſar adhuc in itinere moratur, M. Æmilius Lepidus, is qui poſtmodo Triumvir factus eſt, prætor eo tempore, populo conſuluit, ut Cæſarem Dictatorem dicerent, idque more patrio ſtatim factum eſt.* Addit Plutarchus dictaturam hanc Cæſarem geſſiſſe dies XI; ſed errat, ubi à ſenatu eam oblatam ait. *Idem.* Dictatori autem nomen ab eo, quod diceretur à Conſule, teſte Varrone, cujus dicto omnes audientes eſſent; vel potius, à dictando: quia crebro diceret ediceretque. Poteſtas hujus magiſtratus ampla, vel potius eximia. De pace enim belloque agere, exercitus ſcribere, educere, dimittere, omniaque negotia gerere liberè & pro arbitrio poterat; adeo ut nihil horum ad Senatum referret. Itaque non ſolum duorum conſulum omne jus in eum tranſlatum: ſed hoc amplius; creatô illô cæteri omnes magiſtratus abdicabant: Tribunis tantum exceptis. Ad hoc ſingulare jus exprimendum, XXIV faſces illi præferebantur, & totidem ſecures, etiam in Urbe: ut nihil mirer, terroribus tantis propoſitis, à Livio lib. VIII ſcriptum, *Edictum Dictatoris pro numine ſemper obſervatum.* Lipſius.

Panico] *Panicum, à paniculis dictum, cacumine languidè nutante, paulatim extenuato culmo pene in ſurculum, prædenſis acervatur granis cum longiſſimâ pedali offa.* Libr. 18, cap. 7: *Panicô & Galliæ quidem, præcipuè Aquitania utitur. Sed & Circumpadana Italia additâ fabâ, ſine quâ nihil conficiunt.* Plinius.

ſtituunt. Sed paucis ante diebus L. Domitius, cognitâ Maſſilienſium voluntate, navibus III comparatis, ex quibus II familiaribus ſuis attribuerat, unam ipſe conſcenderat, nactus turbidam tempeſtatem, eſt profectus. Hunc conſpicatæ naves, quæ juſſu Bruti conſuetudine quotidianâ ad portum excubabant, ſublatis anchoris ſequi cœperunt. Ex iis unum ipſius navigium contendit, & fugere perſeveravit, auxilioque tempeſtatis ex conſpectu abiit; duo perterrita concurſu noſtrarum navium ſeſe in portum receperunt. Maſſilienſes arma tormentaque ex opido, ut eſt imperatum, proferunt: naves ex portu navalibuſque educunt: pecuniam ex publicô tranſdunt. Quibus rebus confectis, Cæſar magis eos pro nomine & vetuſtate, quàm pro meritis in ſe civitatis, conſervans, II ibi legiones præſidio relinquit; ceteras in Italiam mittit: ipſe ad urbem proficiſcitur. Iiſdem temporibus C. Curio, in Africam profectus ex Siciliâ, & jam ab initiô copias P. Attii Vari deſpiciens, II legiones ex IV, quas à Cæſare acceperat, & D equites tranſportabat: biduoque & noctibus III navigatione conſumptis, appellit ad eum locum, qui appellatur Aquilaria. Hic locus abeſt à Clupeis paſſuum XXII millia,

Sine fraude] Nullo fraudis, doli mali, vel ſimulationis interventu, ut paulo ante Maſſilienſes fecerant. *Brant.*

Et vetuſtate] Quod ad vetuſtatem attinet; condita eſt Maſſilia, ſcribente Solino Olympiade XLV; tempore Tarquinii Regis, ut notat Juſtinus lib. 43, qui totam *juventutis Phocæenſis*, Perſicam ſervitutem fugientis, navigationem ejuſque cauſam & effectum pluribus commemorat. Verba Melæ ſunt de hac urbe: *Hæc*, ait, *à Phocæis oriunda, & olim inter aſperas poſita, nunc ut pacatis, ita diſſimillimis tamen vicina gentibus. Mirum quàm facile & tunc ſedem alienam ceperit, & adhuc morem ſuum ſervat.* Merula.

P. Attii Vari] Hic eſt ille P. Attius Varus, qui antea Auximi in præſidiis conſtitutus, urbe ad Cæſaris partes inclinante, in Africam profugit: quam provinciam, licet ſorte Tuberoni debitam, ſibi vindicavit, eô repulsô. Neſcio autem unde hoc irrepſerit, quod tres quatuorve editiones, quas mihi videre licuit, pro *Varo*, geminatâ caninâ habent *Varro*: cùm unanimiter in præcedenti libro *Varus* habeant: & id rectè quidem. *Montan.*

Hic locus abeſt à Clupeis] Supple, *minoris Africæ opido*, ut Mela libr. 1 teſtatur. Porro quum Græci, Ἀσπὶς, id eſt, *clypeus* vocetur, haud dubiè & à Latinis *Clupea*, quaſi *Clypeæ*, locus dictus eſt, quod clypei formam haberet. *Rhellican.* Strabo ait lib. 6: *Coſſura inſula eſt au-*

lia, habetque non incommodam [æſtate] ſtationem, & duobus eminentibus promontoriis continetur. Hujus adventum L. Cæſar filius cum x longis navibus ad Clupeam præſtolans, (quas naves, Uticæ ex prædonum bello ſubductas, P. Attius reficiendas hujus belli cauſsâ curaverat,) veritus navium multitudinem, ex altô refugerat; appulsâque ad proximum litus trireme conſtratâ, & in litore relictâ, pedibus Adrumetum profugerat. Id opidum C. Conſidius Longus unius legionis præſidio tuebatur. Reliquæ Cæſaris naves ejus fuga Adrumetum ſe receperunt. Hunc ſecutus M. Rufus Quæſtor navibus XII, quas præſidio onerariis navibus Curio ex Siciliâ eduxerat, poſtquam relictam in litore navem conſpexit, hanc remulcô abſtraxit: ipſe ad Curionem cum

eſt ante Lilybeum ſita, in medio inter id & Aſpidem, Carthaginienſium urbem, quam Clypeam dicunt, ſpatio utrimque LXXXVIII ſtadiis diſtans. Neſcio autem quid hoc loco Clupeæ dicantur. omnes Geographi in ſingulari numero *Clupea* ſcribunt. Caſtaldus hodie *Zafaran* dici contendit: Olivarius *Quipiam*. Montanus.

Vticæ] Uticam Strabo ita deſcribit: *Vrbs hæc & magnitudine & dignitate ſecunda eſt poſt Carthaginem: atque hâc excisâ caput regionis fuit, & receptaculum Romanorum ad res in Africâ gerendas. In eodem ſinu ſita eſt, in quo Carthago, ad alterum ex promontoriis, quæ ſinum faciunt: horum id quod juxta Vticam eſt, Apollonium vocatur, alterum verò Hermæa. Vrbes ipſæ ita ſitæ ſunt, ut unam poſſis ex altera cernere. Prope Vticam Bagrada amnis labitur.* Fazellus hodie eam *Porto Farinæ* vocari ait: & id rectè quidem. Nam & nunc Strabonis deſcriptio in totum Uticæ ſive *Porto Farinæ* ſitum exprimit. Jacet urbs hæc in promontorio, cui è regione alterum, ſed magis in mare protuberans reſpondet, vulgo *C. Bon.* In ſinu duorum horum promontoriorum ſub conſpectu *Porto Farinæ* ſitus eſt famoſiſſimus ille prædonum nidus *Tunis*, quem non ſine ratione Geographi quidam in veteris Carthaginis ſolo ædificatum cenſent. Etiam Bagrada, nunc *Megrada*, ut placet Caſtaldo, maximus Africæ minoris fluvius, longo curſu ſe ex Numidiâ, vulgo *Biledulgerid*, haud procul infra deſertum *Tebeſſe* ortus, juxta hujus *Farinæ* latus ſe in Mare Mediterraneum effundit. *Montan.*

Adrumetum] Urbs eſt ejuſdem Africæ minoris. Eam Mercator *Machometta*, Alfonſus Adrianus *Toulb* vocari cenſet. Sed poſtea luculenter ea deſcribitur. *Idem.*

C. Conſidius Longus] Sequebatur hic partes Pompeii. Acta ejus crudelia narrantur ab Hirtio de bell. Africano: qui & eundem à Getulis Tisdrâ fugientem, & onuſtum pecuniâ, ſpe prædæ occiſum tradit, in calce dicti libri. *Idem.*

Hunc ſecutus M. Rufus Quæſtor] Hic videtur eſſe *M. Cælius Rufus*, qui cum Antonio & Curione ad Cæſarem profugit initio belli civilis. Nam ſuperiore anno fuerat Ædilis, hoc Quæſtor, ſequenti Prætor, in quo magiſtratu occiſus eſt. *Ciaccon.* Sed de eodem jam ante dictum. *Montan.*

Remulco abſtraxit] Laz. Baïfius putat

cum claſſe redit. Curio Marcum Uticam navibus præmittit: ipſe eodem cum exercitu proficiſcitur; biduique iter progreſſus, ad flumen Bagradam pervenit: ibi C. Caninium Rebilum legatum cum legionibus relinquit: ipſe cum equitatu antecedit ad caſtra exploranda Corneliana; quod is locus peridoneus caſtris habebatur. Id autem eſt jugum directum, eminens in mare, utraque ex parte præruptum atque aſperum, ſed paullò tamen leniore faſtigiô ab eâ parte, quæ ad Uticam vergit. Abeſt directô itinere ab Uticâ paullò amplius paſſuum mille. Sed hoc itinere eſt fons, quo mare ſuccedit. Longè lateque is locus reſtagnat: quem ſi quis vitare voluerit, VI millium circuitu in opidum perveniet. Hôc exploratô locô, Curio caſtra Vari conſpicit, muro opidoque conjuncta ad portam, quæ appellatur Bellica, admodum munita natura loci: unâ ex parte ipsô opidô Uticâ, alterâ theatrô, quod eſt ante opidum, ſubſtructionibus ejus operis maximis, aditu ad caſtra diffi-

tat fictum verbum ex Græco ῥυμουλκεῖν quaſi ῥύμασι ἑλκεῖν, *funibus trahere:* cum funibus illigata navis è ſcaphâ trahitur. Sic infra libr. 3: *Submerſam navem remulco, multis contendens funibus, eduxit.* Sed ſi hoc verum eſt, inflexam fuiſſe conſuetudine pronunciationem oportet. Alioqui *Rymulcare*, vel *Rumulcare* ſcribendum fuiſſet. Sext. Pompeius: *Remulco* (inquit) *eſt cum navis magna ſcaphæ remis trahitur.* Itaque Nonius à *remis* & *mulcendo* deduxit: quaſi navis leni tractu ad progreſſum mulceatur. Liv. lib. 25: *Marcellus nocte navim onerariam cum armatis remulco quadriremis trahi ad Acradinam juſſit.* Idem lib. 32: *Tardè inde ad Maleam trahendis plerumque remulco navibus pervenit.* Video ſanè pro fune uſurpatum, quô deligata navis trahitur: ut apud Valgium poëtam veterem:

Hic mea me longo ſuccedens prora remulco
Lætantem gratis ſiſtit in hoſpitiis.

Hotomannus.

Caſtra Corneliana] Lucanus libr. 4. Pharſaliæ hæc loca primum *Antæi gigantis regna* vocitata eſſe perhibet: & vulgatam ejus rei fabulam narrat. Cur autem deinde *Corneliana caſtra* dicta ſint, idem paulo poſt his carminibus rationem reddit, dicens:

Sed majora dedit cognomina collibus iſtis,
Pœnum qui Latiis revocavit ab arcibus hoſtem,
Scipio: nam ſedes Libycâ tellure potito
Hæc fuit, en veteris cernis veſtigia valli,
Romana hos primum tenuit victoria campos.

Rhellican.

Subſtructionibus] *Subſtructio* eſt fabrica quæ in fundamentis fit. *Fundamenta* autem ſunt foſſæ, in quibus ſubſtruitur. *Glarean.*

Regnum

difficili & anguſto. Simul animadvertit multa undique portari atque agi pleniſſimis viis, quæ repentini tumultus timore ex agris in urbem conferebantur. Huc equitatum mittit, ut diriperet atque haberet loco prædæ, eodemque tempore his rebus ſubſidio DC equites Numidæ ex opido, pediteſque CD mittuntur à Varo; quos auxilii cauſſâ rex Juba paucis diebus ante Uticam miſerat. Huic & paternum hoſpitium cum Pompeio, & ſimultas cum Curione intercedebant; quod tribunus plebis legem promulgaverat, quâ lege regnum Jubæ publicaverat. Concurrunt equites inter ſe. Neque verò primum impetum noſtrorum Numidæ ferre potuerunt: ſed interfectis circiter CXX, reliqui ſe in caſtra ad opidum receperunt. Interim adventu longarum navium Curio pronunciari onerariis navibus jubet, quæ ſtabant ad Uticam numerô circiter CC, ſe in hoſtium habiturum locô, qui non è veſtigio ad caſtra Corneliana vela direxiſſet. Quâ pronunciatione factâ, temporis puncto, ſublatis anchoris, omnes Uticam relinquunt, & quò imperatum eſt, tranſeunt. Quæ res omnium rerum copiâ complevit exercitum. His rebus geſtis, Curio ſe in caſtra ad Bagradam recepit, atque univerſi exercitus conclamatione Imperator appellatur. Poſterô die Uticam

Regnum Jubæ publicaverat] *Juba* Hiemſalis filius, Rex Numidiæ, Pompeii partes ſecutus eſt. Curio cùm Tribunus plebis eſſet, legem tulerat, ejus regnum ut populo Romano addiceretur. A Pompeio Rex appellatus, à Cæſare hoſtis judicatus. Dio lib. 41. *Hotoman.*

Imperator appellatur] Mos fuit Romanis miſſum in provinciam ducem, seu præſidem, ſimulac cladem aliquam inſignem hoſtibus intuliſſet, ab exercitu ſalutari Imperatorem, quod videlicet omnium judiciô dignus imperiô judicaretur, qui ſe rectè imperare poſſe evidenti exemplo docuiſſet. Sic M. Tullius Cicero epiſtolarum familiarium lib. 2 ad M. Cœlium ſcribens, juſtâ ſe victoriâ Imperatorem appellatum apud Iſſum, memorat. *Glandor.* Sed Appianus ait honorem hunc olim tribui ſolitum ducibus, ob quodvis præclarum facinus militare. Suâ autem ætate nemini concedi, niſi qui X hoſtium millia unô præliô cecidiſſet. *Hotoman.* Quod verò Cæſares poſtea hoc nomine vocabantur, hanc factum eſt ob cauſam, quod *Regis* nomen populo Romano inviſum, illud autem plauſibilius eſſet: quippe quandam libertatis ſpeciem præ ſe ferens, quum re ipſâ Imperatoris majeſtas nil niſi mera dominatio eſſet. *Rhellican.*

cam exercitum ducit, & prope opidum caſtra ponit Nondum opere caſtrorum perfecto, equites ex ſtatione nunciant, magna auxilia equitum peditumque ab rege miſſa Uticam venire, eôdemque tempore vis magna pulveris cernebatur; & veſtigio temporis primum agmen erat in conſpectu. Novitate rei Curio permotus præmittit equites, qui primum impetum ſuſtineant, ac morentur. Ipſe celeriter ab opere deductis legionibus aciem inſtruit. Equites committunt prælium: & prius quàm planè legiones explicari & conſiſtere poſſent, tota auxilia regis impedita ac perturbata, quod nullo ordine & ſine timore iter fecerant, in fugam ſe conjiciunt: equitatuque omni fere incolumi, quod ſe per litora celeriter in opidum recepit, magnum peditum numerum interficiunt. Proxima nocte centuriones Marſi II ex caſtris Curionis cum manipularibus ſuis XXII ad Attium Varum perfugiunt. Ii, ſeu verè, quam habuerant, opinionem perferunt, ſive etiam auribus Vari ſerviunt (nam quæ volumus, & credimus libenter; &, quæ ſentimus ipſi, reliquos ſentire ſperamus); confirmant quidem certè totius exercitus animos alienos eſſe à Curione, maximè opus eſſe in conſpectum exercitum venire; & colloquendi dare facultatem. Qua opinione adductus Varus poſtero die mane legiones ex caſtris educit. Facit idem Curio: atque unâ valle non magnâ interjectâ, ſuas uterque copias inſtruit. Erat in exercitu Vari Sext. Quinctilius Varus, quem fuiſſe Corfinii ſupra demonſtratum eſt. Hic demiſſus à Cæſare in Africam venerat; legioneſque eas tranſduxerat Curio, quas ſuperioribus tempori-

Auribus Vari ſerviunt] Quod hic Cæſar *ſervire auribus* dicit, apud Ciceronem in epiſtolis *auribus dare* dicitur. Utrunque eſt aſſentari, & quæ quis libenter audiat, dicere. *Glandorp.*

Sext. Quintilius Varus] Hic *Varus* periit poſt cladem acceptam in Philippis ſuâ ipſius manu, ejuſque filius fuit P. Quintilius Varus, qui cum tribus legionibus cæſus eſt in Germaniâ non procul à Luppiâ flumine & ſaltu Teutoburgenſi, ut habet Tacitus. *Idem.*

Traduxerat Curio] Sic Aldus & aliquot impreſſi. Video tamen eſſe qui vocem *Curio* ſuis in libris ſuſtulerunt: quos facere perperam & hujus loci ſententiam

potibus Corfinio receperat Cæſar; adeo ut, paucis mutatis centurionibus, iidem ordines manipulique conſtarent. Hanc nactus appellationis cauſſam Quinctilius circumire aciem Curionis, atque obſecrare milites cœpit, ne primi ſacramenti, quod apud Domitium atque apud ſe Quæſtorem dixiſſent, memoriam deponerent; neu contra eos arma ferrent, qui eâdem eſſent uſi fortunâ, eademque in obſidione perpeſſi; neu pro iis pugnarent, à quibus contumeliâ perfugæ appellarentur. His pauca ad ſpem largitionis addit, quæ ab ſuâ liberalitate, ſi ſe atque Attium ſecuti eſſent, exſpectare deberent. Hâc habitâ oratione, nullam in partem ab exercitu Curionis fit ſignificatio: atque ita ſuas uterque copias reducit. At in caſtris Curionis magnus omnium inceſſit timor: nam is variis hominum ſermonibus celeriter augetur: unuſquiſque enim opiniones fingebat; & ad id, quod ab alio audierat, ſui aliquid timoris addebat. Hoc ubi uno auctore ad plures permanaverat, atque alius alii tranſdiderat, plures auctores ejus rei videbantur. Civile bellum: genus hominum: quod liceret liberè facere, & ſequi quod vellet. Legiones eæ, quæ paulò ante

iam corrumpere, non difficile intellectu eſt. Cæſar enim cohortes amplius xx Corfiniô captô receperat, & ſacramentum apud ſe dicere juſſerat. Supra libro I. Eas igitur tres legiones Curio ſecum in Africam traduxerat. Planior tamen eſſet ſententia, ſi pro *legionesque*, vetus liber emendaret, *quo legiones*. Hotoman.

Iidem ordines] Id eſt, iidem Tribuni, Centuriones, Haſtati, Principes, Primipili. *Montan.*

Apud Domitium] Quem Corfinii præfuiſſe libro præcedente dictum eſt. *Idem.*

Plures auctores] Id eſt, cauſæ, ita ut ad rem referatur, non ad perſonam: id quod ſequentia haud obſcurè indicant, quando ait, *Civile bellum*, &c. Porro autem ὁ λόγος ἔτος ἀνανταπόδοτός ἐστι· Quocirca orationis defectus ita ſupplendus eſt, &c. (vid. ſeqq.) *Rhellican.*

Civile bellum: genus hominum] Rhellicanus huic loco deeſſe quædam dicit, & ſic ſupplet. *Civile bellum*, nempe in quô nihil ſanctum, pium; nec quicquam turpe ducitur: & per genus hominum, milites intelligit. Ciacconius vocem *vellet* invenit in optimo Fulvii exemplari, & ita verba legit. *Civili bello, illi generi hominum quod liberet, licere facere, & ſequi quod vellet.* Et certè aut ita immutanda & accipienda lectio eſt: aut concludendum potius cum Glandorpio, locum totum mutilum & depravatum: cui lumen vetus aliquod volumen afferre ſolummodo poſſet. *Montan.*

Legiones hæ, quæ paulo ante apud adverſarios fuerant] Supple, *etiam timoris, ac*

ante apud adverſarios fuerant (nam etiam Cæſaris beneficium mutaverat conſuetudo), qua offerrentur municipia etiam adverſis partibus conjuncta. Neque enim ex Marſis Pelignifque veniebant, ut qui ſuperiore nocte in contuberniis, commilitoneſque nonnulli graviores ſermones militum vulgò durius accipiebant. Nonnulla etiam ab iis, qui diligentiores videri volebant, fingebantur. Quibus de cauſis conciliô convocatô de ſummâ rerum deliberare incipit. Erant ſententiæ, quæ conandum omnibus modis, caſtraque Vari oppugnanda cenſerent; quod hujuſmodi militum conſiliis otium maximè

ris, ac trepidationis auctores erant in Curionis exercitu. Modo enim dixerat Cæſar, Curionem eas recepiſſe legiones, quas ſuperioribus temporibus ex Corfinio ipſe acceperat: adeo ut paucis centurionibus mutatis, iidem ordines manipulique conſtarent. *Rhellican.*

Nam etiam Cæſaris beneficium mutaverat conſuetudo] Parentheſis hic in Gryphianis, Aldinis, & Wolfianis codicibus non in loco poſita videtur. Eſt namque continens αἰτιολογία, in qua cauſam reddit, curnam legiones, quæ apud hoſtes fuerant, terroris cauſa fuerint. Quia, inquit, *conſuetudo*, ſupple, *colloquii cum Quintilio Varo habiti, Cæſaris beneficium mutaverat*, id eſt, beneficentiæ ad Corfinium acceptæ immemores reddiderat. Quum enim ipſos necare potuiſſet, incolumes in ſuam accepit militiam. *Idem.*

Qua offerrentur municipia] Alii libri habent *quæ*, melius tamen *qua*, mea quidem ſententia, ut ſit ſenſus: *quâ*, ſcilicet *conſuetudine colloquii*, *municipia etiam diverſis partibus*, ſcilicet *militum*, *conjuncta offerrentur*. Id quod ſequentia declarant, quando ait: *Neque enim ex Marſis Pelignifque veniebant*, ſupple, *omnes iſtarum legionum milites; ſed alii aliunde. Vt qui ſuperiori nocte in contuberniis, commiliteſque*, ſcilicet *fuiſſent*. Atque hæc mea conjectura, in tam depravatô ac mutilô, hiatibuſque plenô locô eſt: quàm eatenus ſervabo, quatenus in emendatius exemplar incidero, aut commodiorem ab alio interpretationem didicero. *Idem.*

Neque enim ex Marſis Pelignifque] Totus hic locus adeo perturbatus eſt, ut ex eô nullus ſenſus elici poſſit; neq; veteres codices aliquâ parte juvant; quapropter conjecturis erit utendum. Carrarienſis tamen liber habet, *Namque enim ex Marſis:* ut ſit, *Namque ex Marſis Pelignifque omnes erant, qui ſuperiore nocte centuriones commiliteſque, quin & nonnulli graviores ſermones militum vulgo durius accipiebantur.* Illud, *Namque*, *commiliteſque* & *accipiebantur*, eſt in ſcripto libro. Et ſuperiore nocte centuriones Marſi cum manipularibus ſuis ad Varum tranſierunt, ut ſupra dictum eſt. *Ciaccon.*

Nonnulli graviores ſermones militum vulgo durius accipiebant] Hoc eſt, rem à Quintilio Varo narratam, & inter milites ſparſam aſperiorem eſſe quàm pro re putabant: videlicet niſi ejus ſolicitationi auſcultaſſent. Eſtque hic novæ ſententiæ initium, non cohærentis cum ſuperiori. Mox enim ſequitur altera epanodi pars: *Nonnulla etiam ab iis, &c. Rhellican.*

Concilio convocato,] Supple, *primorum ordinum.*

Quod hujuſmodi militum conſiliis otium maximè contrarium eſſe arbitrarentur] Juxta

ximè contrarium eſſe arbitrarentur. Poſtremò præſtare dicebant, per virtutem in pugna belli fortunam experiri, quàm deſertos & circumventos à ſuis graviſſimum ſupplicium pati. Porro erant, qui cenſerent de tertiâ vigiliâ in caſtra Corneliana recedendum; ut majore ſpatiô temporis interjectô militum mentes ſanarentur; ſimul ſi quid gravius accidiſſet, magna multitudine navium & tutius & facilius in Siciliam receptus daretur. Curio utrumque improbans conſilium, quantum alteri ſententiæ deeſſet animi, tantum alteri ſupereſſe dicebat: hos turpiſſimæ fugæ rationem habere, illos etiam iniquô locô dimicandum putare. Quâ enim, inquit, fiduciâ, & opere & naturâ loci munitiſſima caſtra expugnari confidimus; aut verò quid proficimus, ſi acceptô magnô detrimentô ab oppugnatione caſtrorum diſcedimus? Quaſi non & felicitas rerum geſtarum exercitus benevolentiam imperatoribus, & res adverſæ odia concilient. Caſtrorum autem mutatio quid habet niſi turpem fugam & de-

Iuxta illud Curionis apud Lucanum libro quarto ſub finem:

—— variam ſemper dant otia mentem.

Circumventos à ſuis] A tribus legionibus Domitianis, quas Cæſar ſacramentum apud ſe dicere juſſerat. *Hotomannus.*

Quâ enim, inquit, fiduciâ,&c.] Confirmatio prioris ſententiæ in propoſitione. Quum enim quidam decernerent, Vari caſtra primo quoque tempore oppugnanda, per argumentum à difficili ſumptum probat, non facile factu quod ſuaderent. Deinde quando Martis aleam potiùs ſubeundam dixerant, quàm expectandum, ut à ſuis circumvenirentur: hoc eos non cogitaſſe ait, quod ſi inferiores, & acceptô detrimentô ab oppugnatione diſceſſerint (id quod fieri poſſet) militum animos alioquin ad defectionem ſpectantes, magis propenſos fore ad deficiendum ad hoſteis; propterea quidem felicitas rerum geſtarum imperatoribus militum benevolentiam, & è contra res adverſæ odia conflent. *Rhellican.*

Caſtrorum autem mutatio, &c.] Alterius ſententiæ refutationem aggreditur, cur videlicet, ſi in caſtra Corneliana retro cederent, nil niſi turpiſſimam fugam, ac exercitus alienationem reportaturi eſſent. Neque enim, ait, militum animi hoc temporis ſpatio interjecto (ut vos conjicitis) ſanarentur, ſed magis ſauciarentur. Nam ſi boni & prudentes ſunt viri, ægrè laturi eſſent, ſiniſtram de ipſis ſuſpicionem aut timoris aut defectionis concipi: atque ita bene antea de nobis ſentientes & animati, male ſentirent, & animum ad pugnam ante promtum deſponderent. Sin verò apertè improbi ac imprudentes ſunt, ſatius eſt, eos ignorare, ſe timeri: ne his timor licentiam majorem, illis verò puſillanimitas & exaſperatus animus ſtudia diminuat pugnandi, ac in officio perſeverandi. *Idem.*

Quod

& deſperationem omnium, & alienationem exercitus? Nam neque prudentes ſuſpicari oportet, ſibi parum credi; neque improbos ſcire, ſeſe timeri: quod illis licentiam timor augeat, noſtris ſtudia deminuat. Quod ſi jam, inquit, hæc explorata habemus, quæ de exercitus alienatione dicuntur: quæ quidem ego aut omnino falſa, aut certè minora opinione eſſe confido: quantò hæc diſſimulare & occultare, quàm per nos confirmari, præſtat? An non uti corporis vulnera, ita exercitus incommoda ſunt tegenda, ne ſpem adverſariis augeamus? At etiam, ut mediâ nocte proficiſcamur, addunt: quò majorem, credo, licentiam habeant, qui peccare conentur. Namque hujuſmodi res aut pudore, aut metu, tenentur, quibus rebus nox maximè adverſaria eſt. Quare neque tanti ſum animi, ut ſine ſpe caſtra oppugnanda cenſeam; neque tanti timoris, ut ipſe deficiam: atque omnia prius experienda arbitror, magnâque ex parte jam me unà vobiſcum de re judicium facturum confido. Dimiſsô conciliô, concionem advocat militum: com-

Quod ſi jam, inquit, explorata habemus, &c.] Per conceſſionem rhetoricam inquit, Eſto, verum ſit, quod de exercitus alienatione dicitur (quod tamen ego aut prorſus vanum, aut rumore minus eſſe confido), annon prudentium ac circumſpectorum ducum intereſt, perinde exercitus incommoda diſſimulare, occulere ac tegere, ac corporis vulnera diſſimulantur, occultantur ac teguntur? Deinde amplificationem à temporis circumſtantiâ tractam ſubjungit, quod fruſtra noctu fugam adornandam exiſtiment. Quum enim militum animi pudore ac metu in officio contineantur, nox utrique rei obeſt: pudorem namque omnem malis hominibus excutit, & timidis timorem auget. *Idem.*

Dimiſsô conciliô, concionem advocat militum, &c.] Hinc patet Curionem primorum ordinum, hoc eſt, tribunis militum, centurionibus & ſigniferis tantum conſultaviſſe: deinde verò negotium ad totam militum concionem retuliſſe. Cæterum oratio iſta generis ſua ſorii eſt. Diſſuadet enim illis ac dehortatur, ne à Cæſare, atque ipſo ejus pro prætore, ad hoſteis deficiant. Ac in exordiolo quidem favorem à militibu captat; dum priſtinam eorum fortitudinem deprædicat. Deinde jugulun cauſæ petens, turpitudinem quider defectionis illis ob oculos ponit; ſe ita tamen ut benevolentiæ melle or tionis amaritudinem condiat, dum ai Quid gravius inimici de vobis ſtatue poſſent, quàm ut eos prodatis, q ſuam in bello civili felicitatem vob acceptum ferunt? Ita namque ben volentiam ſupra captam renovat. P ſtremo adverſariorum argumenta d luit, ac tandem operâ & diligentiâ ſi ſe eis non defuturum pollicetur. *Ide*

Si

commemorat; quô ſit eorum uſus ſtudiô ad Corfinium Cæſar; ut magnam partem Italiæ beneficio atq; auctoritate eorum ſuam fecerit. Vos enim veſtrumque factum, inquit, omnia deinceps municipia ſunt ſecuta, neque ſine cauſſâ & Cæſar amiciſſimè de vobis, & illi graviſſimè judicaverunt. Pompeius enim nullô præliô pulſus, veſtri facti præjudiciô demotus Italiâ exceſſit: Cæſar me, quem ſibi cariſſimum habuit, provinciamque Siciliam atque Africam, ſine quibus urbem atque Italiam tueri non poteſt, veſtræ fidei commiſit. Adſunt, qui vos hortentur, ut à nobis deſciſcatis. Quid enim eſt illis optatius, quàm uno tempore & nos circumvenire, & vos nefario ſcelere obſtringere? Aut quid irati gravius de vobis ſentire poſſunt, quàm ut eos prodatis, qui ſe vobis omnia debere judicant? In eorum poteſtatem veniatis, qui ſe per vos periſſe exiſtimant? An verò in Hiſpaniâ res geſtas Cæſaris non audiſtis? Duos pulſos exercitus? Duos ſuperatos duces? Duas receptas provincias? Hæc acta diebus XL, quibus in conſpectu adverſariorum venerit Cæſar. An qui incolumes reſiſtere non potuerunt, perditi reſiſtant? Vos autem incertâ victoriâ Cæſarem ſecuti, dijudicatâ jam belli fortunâ victum ſequamini, quum veſtri officii præmia percipere debeatis? Deſertos enim ſe ac proditos à vobis dicunt, & prioris ſacramenti mentionem faciunt. Voſne verò

Siciliam atque Africam] Nam utraque provincia frumenti feraciſſima eſt: [e] Pompeianorum conſilium fuiſſe, ut Italiam fame conficerent, teſtis eſt locuples Cicero in epiſtolis ad Atticum. *Vandorp.*

An verò in Hiſpaniâ res geſtas Cæſaris, &c.] Per collationem victi & victoris ſuadet, hunc potiùs quàm illum ſequendum eſſe. *Rhellican.*

Duos pulſos exercitus] Supple, *Afranii & Petreii*; qui primum ſejuncti, poſtea conjunctim fuſi & capti ſunt. *Idem.*

Duas receptas provincias] Supple, *citeriorem ac ulteriorem Hiſpaniam.* Idem.

An qui incolumes, &c.] Argumentum à majore ad minus. *Idem.*

Vos autem incerta victoria] Argumentum eſt ex abſurdo & ſtulto tractum. *Idem.*

Deſertos enim ſe, &c.] Refellit Quintilii Vari argumenta per occupationem. Siquidem particula, *Enim*, hoc loci non rationalis, ſed vel expletiva, vel adverſativa videtur. *Idem.*

Relin-

verò L. Domitium, an vos L. Domitius deſeruit? Nonne extremam pati fortunam paratos projecit ille? Non ſibi clam vobis ſalutem fuga petivit? Non proditi per illum, Cæſaris beneficiô eſtis conſervati? Sacramentô quidem vos tenere quì potuit? Quum; projectis faſcibus, & depoſitô imperiô, privatus, & captus ipſe in alienam veniſſet poteſtatem? Relinquitur nova religio, ut eô neglectô ſacramentô, quô nunc tenemini, reſpiciatis illud; quod deditione ducis, & capitis deminutione ſublatum eſt. At credo, ſi Cæſarem probatis, in me offenditis, qui de meis in vos meritis prædicaturus non ſum; quæ ſunt adhuc & meâ voluntate & veſtrâ exſpectatione leviora: ſed tamen ſui laboris milites ſem-

Relinquitur nova religio, &c.] Εἰρωνικῶς hæc intelligenda ſunt. *Idem.*

Capitis diminutione, &c.] *Caput* (annotatore Cœlio) apud Jureconſultos ſtatum ſignificat, & *capite diminuti*, qui cum ſui juris fuiſſent, cœperunt alieno juri ſubjecti eſſe. Unde jam facile colligitur, L. Domitio nullam amplius poteſtatem fuiſſe, milites ſacramento ſibi obſtrictos tenere: quippe quando ipſe in hoſtium poteſtatem veniſſet, priſtinumque ſuum ſtatum ac dignitatem amiſiſſet: quocirca ſequebatur, milites ſacramento illô ſolutos, nullâ amplius religione Domitianâ teneri. *Idem.* At vero acerbè ſic ſatis detonat Curio: quaſi Domitius qui in Cæſaris poteſtatem venerat, ſervus aut certè dedititius ejus factus ſit. Sed hoc elatoriè dictum eſt. Nam; ut ait Ulpianus, *in civilibus diſſenſionibus, quamvis ſæpe per eas Reſp. lædatur; non tamen in exitium Reipubl. contenditur. Quare qui in alterutras partes diſcedunt; vice hoſtium non ſunt, inter quos jura captivitatum & poſtliminiorum ſunt.* Livius lib. 22: *Imo deſiderate, dum patria eſt, dum cives ejus eſtis. Sero nunc deſideratis diminuti capite, abalienati jure civium, ſervi Carthaginenſium facti.* Hotoman.

In me offenditis] Pater meus, conjecturâ ductus, ita legendum putavit; & imprimi etiam voluit, in libris noſtris, ante multos annos; cùm in pervulgatis omnibus legeretur, *Iam me offenditis.* Hanc verò fecit conjecturam, ex ipsâ primum ſententiâ, deinde ex Latini ſermonis conſuetudine. Nam, quod ad ſententiam attinet, quis hoc ſignificari non intelligit? Non credo Cæſaris facta probari à vobis, mea reprehendi. Loquendi genus comprobatur exemplis. Lucceius ad Ciceronem lib. 5: *In altera mihi velim obtemperes, in altera non offendas:* pro, non offendaris Et Cicero, ad Q. Fr. epiſt. 1, lib. 1: *Si quis eſt, in quo jam offenderis, de quo aliquid ſenſeris; huic nullam partem exiſtimationis tuæ commiſeris.* Pro Milone: *Si in me aliquid offendiſtis.* Et in Verrem lib. 1 actionis 2: *Hoſpes Ianitor, veritus ne quid in ipſo ſe offenderit, hominem ſummâ vi retinere cœpit.* Et: *Cum multi viri fortes in communi, incertoque periculo, belli, terra & mari, ſæpe offenderint.* Hæc enim omnia patiendi ſignificationem habent. *Manut.*

Prædicaturus non ſum] Præteritio ſchema rhetoricum eſt. Ait enim ſu[a] erga milites beneficia præteriturum quum tamen poſtea recenſeat. *Rhellicanus.*

ſemper, eventu belli, præmia petiverunt: qui qualis ſit futurus, ne vos quidem dubitatis. Diligentiam quidem noſtram, aut quem ad finem adhuc res proceſſit, fortunamque cur prætercam? An pœnitet vos, quod ſalvum atque incolumem exercitum, nullâ omnino nave deſideratâ, tranſduxerim? Quod claſſem hoſtium primo impetu adveniens profligaverim? Quod bis per biduum equeſtri prælio ſuperaverim? Quod ex portu ſinuque adverſariorum CC naves onerarias adduxerim? Eoque illos compulerim, ut neque pedeſtri itinere, neque navibus commeatu juvari poſſint? Hâc vos fortunâ atque his ducibus repudiatis, Corfinienſem ignominiam, [an] Italiæ fugam, [an] Hiſpaniarum deditionem, [an] Africi belli præjudicia? Equidem me Cæſaris militem dici volui: vos me Imperatoris nomine appellaviſtis. Cujus ſi vos pœnitet; veſtrum vobis beneficium remitto, mihi meum reſtituite nomen; ne ad contumeliam honorem dediſſe videamini. Qua oratione permoti milites crebrò etiam dicentem interpellabant; ut magno cum dolore infidelitatis ſuſpicionem ſuſtinere viderentur. Diſcedentem verò ex concione univerſi cohortantur, magnô ſit animô, neu dubitet prælium committere, & ſuam fidem virtutemque experiri. Quô factô commutatâ omnium voluntate & opinione, conſenſu ſummô conſtituit Curio, quum primum ſit data poteſtas, prælio rem committere. Poſterô die productos locô eôdem, quô ſuperioribus diebus conſtiterat, in acie collocat. Ne Varus quidem Attius dubitat copias producere; ſive ſollicitandi milites, ſive æquô locô dimicandi detur

CC *Naves onerarias adduxerim*] Naves *onerariæ* dictæ, quod eſſent oneri ferendo idoneæ, φορτηγοὶ Græcis. *Onerariæ* item ad frumentum vehendum aptæ, *frumentariæ* dicuntur. Græcis σιτηγοί. Cæſar lib. 3 de bell. civ. *navemque frumentariam conſcendit.* Brant.

An Italiæ] Majorem vim habitura eſt oratio, ſi particulas *an*, *an*, quæ ex poſtremis literis præcedentium dictionum non neceſſario additæ ſunt, abjiciamus. Et veteris libri lectio veſtigia hujus emendationis ſequitur. *Ciaccon.*

detur occaſio; ne facultatem prætermittat. Erat vallis inter duas acies, ut ſupra demonſtratum eſt, non ita magnô ac difficili & arduô adſcenſu. Hanc uterque ſi adverſariorum copiæ tranſire conarentur, exſpectabat; quò æquiore locô prælium committeret. Simul à ſiniſtro cornu P. Attii equitatus omnis, & unà levis armaturæ interjecti complures, quum ſe in vallem demitterent, cernebantur. Ad eos Curio equitatum, & duas Marucinorum cohortes mittit: quorum primum impetum equites hoſtium non tulerunt: ſed admiſſis equis ad ſuos refugerunt; relicti ab iis, qui unà procurrerant, levis armaturæ, circumveniebantur atque interficiebantur ab noſtris. Huc tota Vari converſa acies ſuos fugere & concidi videbat. Tum Rebilus legatus Cæſaris, quem Curio ſecum ex Siciliâ duxerat, quod magnum habere uſum in re militari ſciebat; Perterritum, inquit, hoſtem vides, Curio. Quid dubitas uti temporis opportunitate? Ille unum elocutus, ut memoriâ tenerent milites ea, quæ pridie ſibi confirmaſſent, ſequi ſeſe jubet, & præcurrit ante omnes: adeoque erat impedita vallis, ut in adſcenſu, niſi ſublevati à ſuis, primi nor facile eniterentur. Sed præoccupatus animus Attianorum militum timore & fuga & cæde ſuorum, nihil de reſiſtendo cogitabat; omneſque jam ſe ab equitatu circumveniri arbitrabantur. Itaque prius, quàm telum adjici poſſet, aut noſtri propius accederent, omnis Var acies terga vertit, ſeque in caſtra recepit. Quâ in fuga Fabius Pelignus quidam, ex infimis ordinibus, de exercitu Curionis, primum agmen fugientium conſecutu magna voce Varum nomine appellans requirebat; ut unu

Marrucinorum] In aliis Cæſaris editionibus, ut & Statio, Livio aliiſque Latinis, ſine geminatione caninæ, *Marucini* ſcribitur; qui Straboni Μαρουκῖνοι, Ptolemæo Μαρούκηνοι. Plinius *Teatines* iis aſſignat. Sed jam ante de hâc gente. *Merula.*

Rebilus legatus] Lib. 7 de bello Gallico idem C. Caninius Rebilus legatu à Cæſare vocatur. Vide plura ſuperiu ſuô locô. *Montan.*

Su

[u]nus eſſe ex ejus militibus, & monere aliquid velle [a]c dicere videretur. Ubi ille ſæpius appellatus adſpexit [a]c reſtitit; & quis eſſet, aut quid vellet, quæſivit, hu[m]erum apertum gladio appetit; paullumque abfuit, [q]uin Varum interficeret. Quod ille periculum, ſublatô [a]d ejus conatum ſcutô, vitavit. Fabius à proximis mi[li]tibus circumventus interficitur, ac fugientium multi[tu]dine ac turbâ portæ caſtrorum occupantur; atque iter [i]mpeditur; pluresque in eô locô ſine vulnere, quàm in [p]ræliô aut fugâ, intereunt. Neque multum abfuit, quin [et]iam caſtris expellerentur; ac nonnulli protinus eodem [cu]rſu in opidum contenderunt. Sed quum loci natura, [tu]m munitio caſtrorum aditum prohibebat: quod ad [p]ælium egreſſi Curionis milites iis rebus indigebant, [qu]æ ad oppugnationem caſtrorum erant uſui. Itaque [C]urio exercitum in caſtra reducit, ſuis omnibus præter [F]abium incolumibus, ex numero adverſariorum cir[ci]ter DC interfectis, ac ∞ vulneratis: qui omnes diſ[ce]ſſu Curionis, multique præterea, per ſimulationem [vu]lnerum, ex caſtris in opidum, propter timorem, ſe[ſe] recipiunt. Quâ re animadversâ, Varus, & terrore [ex]ercitus cognito, buccinatore in caſtris, & paucis ad [ſp]eciem tabernaculis relictis, de tertiâ vigiliâ ſilentio exerci-

Sublatô ad ejus conatum ſcutô] Id eſt, [cu]m Fabii conatum vidiſſet Varus, hu[me]rum apertum ſcutô protexit. *Rhelli[c]us.*

DC *interfectis ac* ∞ *vulneratis*] Idem [ſcr]ibatur Appianus. *Pugnâ*, ait, *igitur a[c]er initâ, unus ex Curionis militibus ce[ci]ſſe dicitur: Vari ad ſexcentos interiere, [ple]ius plures ſunt vulnerati.* Montan.

Buccinatore in caſtris] Quemadmo[du]m cornua & tubæ eôdem concentu [ſig]num dabant, ubi aut acie decertan[du]m aut receptui canendum erat: ita [bu]ccinâ (à qua buccinatores) tempora [vi]giliarum deſignabantur. Reliquerat [ergo] ejusmodi buccinatorem in vacuis ca-ſtris Varus; ut nempe hoſtem falleret, qui in propinquô conſederat, & buccinæ concentum ob vicinitatem auribus poterat percipere: Sicut autem vigilias buccinatores indicabant: ſic cornicines profectionem & diſceſſum: niſi cùm ſilentio caſtra movebantur, tum teſſerâ tacitè ſe recipiebat exercitus: quâ procul dubio, hôc locô Varus uſus eſt, ex caſtris ante Uticam in opidum ipſum copias deducens de tertiâ vigiliâ: cujus exordium recurrebat ſemper horâ nocturnâ duodecimâ. Quatuor enim vigiliæ erant: & unaquæque in ternas horas diviſa. Prima ab horâ ſextâ veſpertinâ uſque ad nonam, ſecunda à nonâ uſque

exercitum in opidum reducit. Poſterô die Curio Uticam obſidere, & vallô circummunire inſtituit. Erat in opidô multitudo inſolens belli, diuturnitate otii: Uticenſes pro quibuſdam Cæſaris in ſe beneficiis illi amiciſſimi; conventus, qui ex variis generibus conſtaret; terror ex ſuperioribus præliis magnus. Itaque de deditione omnes palam loquebantur, & cum P. Attiô agebant, ne ſuâ pertinaciâ omnium fortunas perturbari vellet. Hæc quum agerentur, nuncii præmiſſi ab rege Jubâ venerunt: qui illum cum magnis copiis adeſſe dicerent, & de cuſtodia ac defenſione urbis hortarentur: quæ res eorum perterritos animos confirmavit. Nunciabantur hæc eadem Curioni, ſed aliquamdiu fides fieri non poterat. Tantam habebat ſuarum rerum fiduciam. Jamque Cæſaris in Hiſpaniâ res ſecundæ in Africam nuncii ac literis perferebantur. Quibus omnibus rebus ſublatus nihil contra ſe Regem niſurum exiſtimabat. Sed ub certis auctoribus comperit, minus v & xx millibu [longè] ab Utica ejus copias abeſſe; relictis munitionibus, ſeſe in caſtra Corneliana recepit. Huc frumentum comportare, caſtra munire, materiam conferre cœpit ſtatimque in Siciliam miſit, uti II legiones, reliquuſqu equitatus ad ſe mitteretur. Caſtra erant ad bellum du cendum aptiſſima, natura & loci munitione, & mari propinquitate, & aquæ & ſalis copiâ: cujus magna vi jar

uſque ad duodecimam, tertia à duodecimâ ad tertiam, quarta à tertiâ ad ſextam durabat. Sed tertia iniquiſſima, quia turbabat totam quietem. Reliquis enim bonam partem primæ aut ſequentis noctis licebat dormire. *Montan.*

Erat in opido multitudo inſolens belli, &c.] Cauſas oſtendit, cur Uticenſes plerique omnes ad deditionem ſpectaverint. Primùm ob belli inſolentiam & diuturnam pacem. Deinde, quod Uticenſes propter Cæſaris beneficia illi amiciſſimi eſſent. Poſtremò, quia ex variis hominum generibus multitu conſtabat, facile ex ſuperioribus præli infelicibus terrebantur. *Rhellican.*

Quibus omnibus rebus ſublatus, &c. Lucanus ſub finem lib. 4 hiſce moc Curionis inſolentiam & ſtudium pugnandum cum Juba deſcribit:

——— quem blanda futuris
Deceptura malis belli fortuna recep
Nam pepulit Varum campô; nudat
que fœdâ
Terga fugâ, donec vetuerunt caſtr
cecidit, &c.

E

jam ex proximis erat ſalinis eò congeſta. Non materia multitudine arborum, non frumentum, cujus erant pleniſſimi agri, deficere poterat. Itaque ſuorum omnium conſenſu Curio reliquas copias expectare, & bellum ducere parabat. His conſtitutis rebus probatiſque conſiliis, ex perfugis quibuſdam opidanis audit, Jubam revocatum finitimô bellô, & controverſiis Leptitanorum reſtitiſſe in regnô, Saburam ejus præfectum cum mediocribus copiis miſſum Uticæ appropinquare. His auctoribus temere credens conſilium commutat, & prælio rem committere conſtituit. Multum ad hanc rem probandam adjuvat adoleſcentia, magnitudo animi, ſuperioris temporis proventus, fiducia rei bene gerendæ. His rebus impulſus equitatum omnem prima nocte ad caſtra hoſtium mittit, ad flumen Bagradam, quibus præerat Sabura, de quo ante erat auditum. Sed rex omnibus copiis inſequebatur, & VI millium paſſuum intervallo à Sabura conſederat. Equites miſſi nocte iter conficiunt. Imprudentes atque inopinantes hoſtes aggrediuntur. Numidæ enim quâdam barbarâ conſuetudine nullis ordinibus paſſim conſederant. Hos oppreſſos ſomno & diſperſos adorti magnum eorum numerum interficiunt. Multi perterriti profugiunt. Quô factô ad Curionem equites revertuntur, captivoſque ad eum reducunt.

Ex perfugis] Hos à Juba emiſſos teſtatur Frontinus lib. II, cap. 5: *Iuba rex, it, in Aphricâ bello civili Curionis animum ſimulato regreſſu impulit in vanam lacritatem: cujus ſpei vanitate deceptus Curio, dum tanquam fugientem Saboram regium præfectum perſequitur, devenit in patentes campos, ubi Numidarum circumventus equitatu, perdito exercitu, cecidit.* Montan.

Leptitanorum] Duplices Leptitani; ut incolæ Leptis majoris opidi maritimi Africæ minoris (hodie Mercatori *Lebida*); aut Leptis parvæ, ejuſdem minoris Africæ opidi ad Mediterraneum mare. (Sceppero vulgo Africa.) Quinam autem Leptitani hoc loco deſignantur, haud facile ego dixerim. *Idem.*

Saburam ejus præfectum, &c.] Lucanus jam citatô locô Saburam iſtum ſecundum à rege fuiſſe ſic canit.

Mittitur exigua qui prælia prima laceſſat
Eliciatque manu, Numidis à rege ſecundus:
Vt ſibi commiſſi ſimulator Sabbura belli. Montan.

Multum ad hanc rem probandam adjuvat] Adoleſcentia namque ferven-

ducunt. Curio cum omnibus copiis quartâ vigiliâ exierat, cohortibus v caſtris præſidio relictis. Progreſſus millia paſſuum vi equites convenit; rem geſtam cognovit; ex captivis quærit, quis caſtris ad Bagradam præſit. Reſpondent, Saburam. Reliqua, ſtudio itineris conficiendi, quærere prætermittit; proximaque reſpiciens ſigna; Videtiſne, inquit, milites, captivorum orationem cum perfugis convenire? Abeſſe regem, exiguas eſſe copias miſſas, quæ paucis equitibus pares eſſe non potuerunt. Proinde ad prædam, ad gloriam, properate; ut jam de præmiis veſtris, & de referendâ gratiâ cogitare incipiamus. Erant per ſe magna, quæ geſſerant equites, præſertim quum eorum exiguus numerus cum tantâ multitudine Numidarum conferretur. Hæc tamen ab ipſis inflatius commemorabantur; ut de ſuis homines laudibus libenter prædicant. Multa præterea ſpolia præferebantur. Capti homines equiteſque producebantur: ut, quidquid intercederet temporis, hoc omne victoriam morari videretur. Ita ſpei Curionis militum ſtudia non deerant. Equites ſequi jubet ſeſe; iterque accelerat; ut quàm maximè ex fugâ perterritos adoriri poſſet. At illi itinere totius noctis confecti ſubſequi non poterant: atque alii aliô locô reſiſtebant. Ne hæc quidem res Curionem ab ſpe morabatur. Juba certior factus à Saburâ de nocturnô præliô, ii millia Hiſpanorum & Gallorum equitum, quos ſuæ cuſtodiæ cauſſa circum ſe habere conſueverat, & peditum eam partem, cui maximè confidebat, Saburæ ſubmittit. Ipſe cum reliquis copiis elephantiſque xl lentius ſubſequitur; ſuſpicatus, præmiſſis equitibus, ipſum affore Curio-

tior, & magis temeraria eſt, quàm ætas virilis. Eadem de Curionis magnanimitate Lucanus refert, Cæſareanæ ſententiæ ita ſubſcribens:

Digna damus juvenis meritæ præconia vitæ,
Haud alium tantâ civem tulit indole Roma:
Aut cui plus leges deberent recta ſequenti. Rhellican.

Ab ſpe morabatur] Id eſt, Curionis ſpem morabatur.

Paren-

rionem. Sabura copias equitum peditumque inſtruit: atque his imperat, ut ſimulatione timoris paullatim cedant ac pedem referant: ſeſe quum opus eſſet, ſignum prælii daturum: &, quod rem poſtulare cognoviſſet, imperaturum. Curio ad ſuperiorem ſpem additâ præſentis temporis opinione, hoſtes fugere arbitratus, copias ex locis ſuperioribus in campum deducit. Quibus ex locis quum longius eſſet progreſſus, confectô jam labore exercitu, XVI millium ſpatio, conſiſtit. Dat ſignum ſuis Sabura, aciem conſtituit, & circuire ordines atque hortari incipit: ſed peditatu duntaxat procul ad ſpeciem utitur; equites in aciem mittit. Non deeſt negotio Curio: ſuoſque hortatur, ut ſpem omnem in virtute reponant. Nec militibus quidem, ut defeſſis; neque equitibus, ut paucis & labore confectis, ſtudium ad pugnandum virtuſque deerat. Sed ii erant numerô cc. Reliqui in itinere ſubſtiterant. Hi quamcumque in partem impetum fecerant, hoſtes loco cedere cogebant. Sed neque longius fugientes proſequi, nec vehementius equos incitare poterant. At equitatus hoſtium ab utroque cornu circumire aciem noſtram, & averſos proterere incipit. Quum cohortes ex acie procurriſſent, Numidæ integri celeritate impetum noſtrorum effugiebant; rurſuſque ad ordines ſuos ſe recipientes circumibant; & ab acie excludebant. Sic neque in loco manere ordineſque ſervare, neque procurrere & caſum ſubire, tutum videbatur. Hoſtium copiæ ſummiſſis ab rege auxiliis crebrò augebantur. Noſtros vires laſſitudine deficiebant. Simul ii, qui vulnera acceperant, neque acie excedere, neq; in lo-

Parentes ſuos commendabant] *Commendare*, verbum extremo vitæ tempore uſitatum. Cic. de Orat. 1: *Filios ſuos parvos tutelæ populi Romani commendaret*. Et de fin. 2: *Nam iſta commendatio puerorum, memoria & caritas patriæ.* Loquitur de teſtamento Epicuri, quo Metrodori liberos commendarat. Item lib. 3: *Quorum uterque tibi teſtamento liberos ſuos commendavit*. Hirt. de bell. Afric. *Ipſe omnibus rebus diligentiſſimè conſtitutis, liberis ſuis L. Cæſari commendatis, ferrum in cubiculum tulit, atque ita ſe trajecit.* Cicero offic. 3: *Et is qui morti addictus eſſet, paucos ſibi dies commendandorum ſuorum cauſsâ poſtulaviſſet.* Hotoman.

in locum tutum referri poterant; quod tota acies equitatu hoſtium circumdata tenebatur. Hi de ſua ſalute deſperantes, ut extremô vitæ tempore homines facere conſueverunt, aut ſuam mortem miſerabantur, aut parentes ſuos commendabant, ſi quos ex eô periculô fortuna ſervare potuiſſet. Plena erant omnia timoris & luctus. Curio, ubi perterritis omnibus neque cohortationes ſuas, neque preces audiri intelligit; unam, ut in miſeris rebus, ſpem reliquam ſalutis eſſe arbitratus proximos colles capere univerſos, atque eò inferri ſigna jubet. Hos quoque præoccupat miſſus à Saburâ equitatus. Tum vero ad ſummam deſperationem noſtri perveniunt: & partim fugientes ab equitatu interficiuntur, partim integri procumbunt. Hortatur Curionem Cn.Domitius præfectus equitum, cum paucis equitibus circumſiſtens, ut fugâ ſalutem petat, atque in caſtra contendat: & ſe ab eo non diſceſſurum pollicetur. At Curio, nunquam amiſsô exercitu, quem à Cæſare fidei ſuæ commiſſum acceperit, ſe in ejus conſpectum reverſurum, confirmat; atque ita prælians interficitur. Equites perpauci ex prælio ſe recipiunt. Sed ii, quos ad noviſſimum agmen, equorum reficiendorum cauſsâ, ſubſtitiſſe demonſtratum eſt, fugâ totius exercitus procul animadverſâ, ſeſe incolumes in caſtra conferunt. Milites ad unum omnes interficiuntur. His rebus cognitis, M. Rufus quæſtor in caſtris relictus à Curione cohortatur ſuos, ne animo deficiant. Illi orant atque obſecrant, ut in Siciliam navibus reportentur. Pollicetur, magiſtriſque imperat navium, ut primo veſpere omnes ſcaphas ad litus appul-

Si quos ex eô periculô] Si quos amicos, notos, commilitones.

Cn. Domitius] Evaſit ex hâc pugnâ incolumis Cn. hic Domitius. Nam ſequenti libro pro Cæſare aliquas res in Macedoniâ egit: & deinde etiam in Africâ ab eodem cum duabus legionibus Tiſdræ relictus eſt; ad obſidendum Conſidium, qui loco iſti præerat. Gens autem Domitia plebeia erat, habens familias Ænobarborum & Calvinorum. Hic Calvinus cognominatus fuit. *Montanus.*

M. Rufus] Paulo ante de M. hoc Cæcilio Rufo dictum. *Idem.*

Lenun-

appulſas habeant. Sed tantus fuit omnium terror, ut alii adeſſe copias Jubæ dicerent, alii cum legionibus inſtare Varum, jamque ſe pulverem venientem cernere; quarum rerum nihil omnino acciderat; alii claſſem hoſtium celeriter advolaturam ſuſpicarentur. Itaque, perterritis omnibus, ſibi quiſque conſulebat. Qui in claſſe erant, proficiſci properabant. Horum fuga navium onerariarum magiſtros incitabat. Pauci lenunculi ad officium imperiumque conveniebant. Sed tanta erat completis litoribus contentio; qui potiſſimum ex magnô numerô conſcenderent; ut multitudine atque onere nonnulli deprimerentur, reliqui ob timorem propius adire tardarentur. Quibus rebus accidit, ut pauci milites patreſque familiæ, qui aut gratiâ aut miſericordiâ valerent, aut naves adnare poſſent, recepti in Siciliam incolumes pervenirent. Reliquæ copiæ, miſſis ad Varum noctu legatorum numero centurionibus, ſeſe ei dediderunt. Quorum cohortes militum Juba poſterô die ante oppidum conſpicatus, ſuam eſſe prædicans prædam, magnam partem eorum interfici juſſit: paucos electos in regnum remiſit. Cum Varus ſuam fidem ab eô lædi quereretur, neque reſiſtere auderet; ipſe equô in oppidum vectus, proſequentibus compluribus ſenatoribus, quô in numerô erat Ser. Sulpicius & Licinius Damaſippus, pau-

Lenunculi] In veteri apud me inſcritione *Lenuncularius*, ut videtur à *lenunculo*: Q. CÆCILIO. Q. L. NIANORI LENUNCULARIO. R. TIB. Q. CÆCILIUS. ANOPTES. TABUL. R. TIB. S. T. T. L. *Lenunculus* item reperitur apud Plautum, & Salluſtium Hiſtoriarum lib. 2, citante Nonio, *Primo*, inquit, *incidit forte per noctem in lenunculo piſcantis.* Sic enim legendum putamus, non, ut vulgo habetur, *Indicit forte ſuper noctem in lenunculo piſcantis.* Marcellinus etiam lib. 14, & 16, habet *Lenunculum.* Verùm Tacitus lib. 14 *Lembunculum* appellat, cum ait: *Nando deinde occurſu lembunculorum Lucrinum in lacum vecta.* Gloſſarium verò *Lemunculum* edit, & interpretatur σκαφίδιον. Itemque Agellius lib. 10, cap. 25. *Vrſinus.*

Licinius Damaſippus] Sergius Sulpicius Galba jam ante deſcriptus. Damaſippus autem hic poſtea cum Scipione navibus longis diu multumque jactatus, quum Hiſpaniam peteret ad Hipponem delatus, ubi à claſſe P. Sitii oppreſſus periit. *Montan.* Multa huic ſecundo Commentario deeſſe argumento erit, quod proximo libro multa ſe demonſtraſſe refert Cæſar, quæ nuſquam invenian-

paucis diebus, quæ fieri vellet, Uticæ conſtituit atque imperavit: diebuſque poſt paucis ſe in regnum cum omnibus copiis recepit.

LI

veniantur, & ſuis locis annotabimus. Eorum præcipua ſunt, Dolabellæ ex Dalmatia fuga, Antonii deditio ad Coronam, Seditio legionis nonæ apud Placentiam, & ipſius Cæſaris adventus ad Urbem. Ex his quæ ad intelligentiam ſequentis Commentarii pertinere ſum arbitratus, breviter appoſui. Ergo Oroſius ſic ſcribit lib. 6, cap. 15: *At verò Dolabella partium Cæſaris, in Illyricô per Octavium & Libonem victus, copiiſque exutus ad Antonium fugit. Baſilus & Salluſtius dividentes ſingulas legiones, quibus præerant, ſimiliter & Antonius, Hortenſius quoque ab intimo mari cum claſſe concurrens, omnes pariter adverſus Octavium & Libonem profecti & victi ſunt. Antonius cùm ſe Octavio cum XV cohortibus dediſſet, omnes ad Pompeium à Libone deducti ſunt.* Dio lib. 41: *Dum hæc Romæ & in Hiſpaniâ geruntur, M. Octavius & L. Scribonius Libo P. Cornelium Dolabellam Cæſaris adminiſtrum, ex Dalmatia in qua tum forte erat, profligaverunt, claſſe Pompeii uſi. Dehinc C. Antonium ſubvenire ei volentem in inſulam quandam exiguam concluſerunt, ibique ab incolis deſertum, fameque preſſum, paucis demptis, cum omni manu quam ſecum habuerat, ceperunt. Nonnulli enim in continentem effugerunt, aliique quidam ratibus mare trajicientes, cum interciperentur, ſibi ipſis mortem conſciverunt.* Quod & Lucanus ſcribit lib. 4, & Epitome Liviana lib. 110, Appianus lib. 2 bellorum civilium: *Iiſdem ferè diebus Antonius circa Illyricum à Dolabellâ Pompeiano duce ſuperatur, & Cæſaris exercitus alius juxta Placentiam ſeditiosè ſuis præfectis reclamabat, bellum eo trahere, nec ſibi quinas minas reddere, quas donativi nomine Cæſar eis Brundiſii pollicitus fuerat. Ille hôc cognitô Placentiam advolavit è Maſſiliâ.* Et infra: *In hunc modum ſeditione apud Placentiam ſopitâ, Cæſar in urbem venit.* Suetonius in Julio cap. 36: *Omnibus civilibus bellis cladem nullam niſi per legatos ſuos paſſus eſt: quorum C. Curio in Africâ periit: Cn. Antonius in Illyricô in adverſariorum devenit poteſtatem: P. Dolobella claſſem in eôdem Illyricô, Cn. Domitius Calvinus in Ponto exercitum amiſerunt.* Et cap. 69: *Nonam legionem apud Placentiam, quamquam adhuc in armis Pompeius eſſet, totam cum ignominiâ miſſam fecit: ægreque poſt multas & ſupplices preces, nec niſi exactâ de ſontibus pœnâ, reſtituit.* Montan.

Loci autem, in quibus hujus fragmenti fit mentio, ſunt hi. Lib. 3, de bell. civil. *His Antonianos milites admiſcuerat.* Item: *Si morte Curionis & detrimento Africani exercitus tanto, militumque deditione ad Corcyram*, &c. Item: *Poſt diſceſſum liburnarum ex Illyrico, M. Octavius cum his quas habebat, navibus Salonas pervenit.* Item, *fortiſſimè T. Pulcione, cujus opera proditum exercitum C. Antonii demonſtravimus.* Item: *Cum cohortibus Hiſpanis, quas tranſductas ab Afranio docuimus.*

TER

LIBER III.

DIctatore habente comitia Cæſare, conſules creantur [Julius] Cæſar & P. Servilius. Is enim erat annus, quo per leges ei conſulem fieri liceret. His rebus confectis, quum fides totâ Ita-

TERTIUS hic liber continet narrationem confecti belli inter Cæſarem & Cn. Pompeium. Quæ & copioſa eſt, & pro negotiorum & rerum diverſitate varia. Exponuntur autem omnia ſuccinctè & breviter, pro eô modô qui eſt Commentariorum. Quidam autem Franciſcus loridus, in cujus ſcripta nuper incidi, res libros de bello civili Cæſari falſò ſcribi pronunciat, & hic nihil eſſe nec ſperius nec durius, nec Cæſaris candoi minus conveniens. Quod ſanè judiium, hominis, ut apparet, non inruditi, ſumus mirati, neque poſſumus pſi aſſentiri, præſertim cum conſtet eiam Plutarchi temporibus horum liorum auctorem Cæſarem habitum ſſe. Nam Plutarchus cum alia ex his efert, tum repreſſionem alacritatis in ompeiano milite. Hoc fatendum eſt, niſerè eſſe depravatos hos libros & nendoſos & mutilos. Quæ ſi in illis licubi elegantiam & puritatem oraionis conturbant ac inficiunt, hæc emporum & hominum vel infelicitas el injuria fuerit, non auctoris vitium. ed licet quiſque id ſentiat & ſtatuat in oc genere, quod ipſius rationes evierint. Etſi hoc fieri debebat, ut non uas tantum rationes, ſed veras unuſuiſque ſequeretur. Nos autem ad id quod propoſitum eſt veniamus; & hoc interea teneamus, hos etiam Commentariorum de bello civili libros C. Cæſarem compoſuiſſe. Qui certè & propter hiſtoriæ ſeriem & narrationis ſplendorem & orationis facilitatem, lectione ſtudioſorum literarum & rerum Latinarum digni ſunt. *Camerarius.*

DIctatore habente Comitia Cæſare] In ſuperiore libro de bello civili Cæſar ipſe teſtatur, ſe quum Maſſiliæ verſabatur audiſſe, quod à M. Lepido prætore Dictator eſſet dictus. *Rhellican.*

Conſules creantur Iulius Cæſar & P. Servilius] Suſpicor nomen, *Iulius*, adjectum eſſe: nam Cæſar cum de ſe loquitur non ſolet illud ponere. Et fortaſſe cum eſſet ſcriptum, *conſules creantur ipſe & P. Servilius*, aliquis ad verbum, *ipſe*, addidit, *Iulius Cæſar.* Appianus lib. 2 de bello civili: ὕπατος ἀπέφηνεν ἑαυτόν τε καὶ Σερουίλιον Ἰσαυρικόν· Sed ibi mendoſe Πομπήϊον legitur, pro Σερουίλιον. *Vrſinus.*

P. Servilius] Anno ab U. C. DCCVI P. Servilius, cognomento Iſauricus cum Cæſare conſulatum geſſit. Dum interea prioris anni Conſules & CC ſenatores, à partibus Pompeii ſtantes, Theſſalonicæ degerent, &, quia lex curiata à conſulibus

Italiâ eſſet anguſtior, neque creditæ pecuniæ ſolverentur; conſtituit ut arbitri darentur: per eos fierent æſtimatio-

bus lata non erat, novos quidem magiſtratus non crearent, ſed veteres immutarent: ita ut Conſules Proconſulum, Prætores Proprætorum, Quæſtores Proquæſtorum titulos & munia uſurparent. Servilius autem poſt aliquot ab hôc conſulatu annos extremâ ſenectute diem clauſit. Narrat de illo Dio: Servilio aliquando pedibus ingredienti quendam equô vectum obviam veniſſe, qui quod non deſiliiſſet (videbat forte eundem in judicio vadimonium habentem,) ad indicium Servilii, ſtatim à judicibus grandi indignatione correptis, indictâ causâ condemnatus eſt. Etiam anno ab U.C. DCCXIII, quidam P. Servilius P.F. Iſauricus conſul fuit, eôdem nomine & cognomine: ſed revera alius ab hôc noſtro. Gens Servilia præter Iſauricorum, Caſcarum quoque & Rullorum notiſſimas familias habuit. *Montanus.*

Is enim erat annus, quô per leges ei Conſulem fieri liceret] Livius in extremo lib. 7: *Præter hæc invenio apud quoſdam L. Genutium Trib. pl. tuliſſe ad populum ne fœnerare liceret. Item aliis plebiſcitis cautum ne quis eundem magiſtratum intra decem annos caperet, neu duos magiſtratus uno anno gereret.* Sed non ſemper fuiſſe obſervatum argumento ſunt Conſulares faſti, in quibus poſt hanc legem rogatam ſæpe eoſdem intra decennium bis aut ter & amplius Conſules legimus, niſi legibus eos per populum ſolutos intelligamus. Epitome Liviana l. 56: *Delatus eſt ultro Scipioni Africano à S. P. Q. R. conſulatus, quem cùm ille capere, ob legem quæ vetabat quemquam intra decem annos iterum Conſulem fieri licere, minime vellet, ſicuti priore Conſulatu, legibus eſt ſolutus.* Sed demum C. Marii odio qui ſepties Conſul fuerat, P. Cornelius Sylla eam legem revocavit, ut Appianus tradit lib. 1 belli civilis. Ergo quoniam Cæſar poſt primum Conſulatum decem annos Galliam provinciam obtinuerat, erat annus quo per legem Corneliam ei licebat Conſulem fieri. *Ciaccon.*

Cùm fides tota Italia eſſet anguſtior] Cicero in extremo libr. 2 de officiis: *Nec enim ulla res vehementius Rempubl. continet, quàm fides; quæ nulla eſſe poteſt, niſi erit neceſſaria ſolutio rerum creditarum.* Et pro lege Manilia: *Nam tunc cum in Aſiâ res magnas permulti amiſerunt, ſcimus Romæ ſolutione impeditâ, fidem concidiſſe. Non enim poſſunt unâ in civitate multi rem atque fortunas amittere, ut non plures ſecum in eandem calamitatem trahant.* Ergo hoc tempore Romæ fides non omnino conciderat, erat tamen *anguſtior.* Tranquillus *labefactatam* dixit. *Rediit*, inquiens, *certè nihilo opulentior, ut qui prope labefactatâ fide omnia prædia fratri obligaſſet.* Et Tacitus lib. 17, *afflictam fidem* dixit: *Multi afflicta fide in pace ac turbatis rebus alacres.* Plautus *ſubleſtam* dixit in Perſa:

> *Nam ad pauperiatem ſi admigrat infamia,*
> *Gravior paupertas fit, fides ſubleſtior.*

Et in Bacchid.

> *Linguâ factioſi, inertes operâ, ſubleſtâ fide.*

Sic *anguſtias rei familiaris*, & *anguſtias pecuniæ*, & *anguſtias ærarii* dixit Cicero. *Idem.*

Vt arbitri darentur] Expreſſit antiquam formulam legum XII tabularum, in quibus eſt: *Prætor arbitros tres dato.* Appianus libro 2 de bello civili videtur ad hunc locum reſpiciens *τιμητὰς* appellaſſe, cum ait: *τὰς μὲν οὖν ἀποκοπὰς οὐκ ἔδωκε· τιμητὰς δὲ τῶν ὠνίων ἀπέφηνεν, οἷς ἔδει τοὺς χρήστας τοῖς δανείσασιν ἀντὶ τῶν χρημάτων διδόναι. Vrſinus.*

Æſtimationes poſſeſſionum] Planius hæc Sueton. *De pecuniis mutuis*, inquit, *disjectâ novarum tabularum expectatione (quæ crebrò movebatur) decrevit tandem, ut debitores creditoribus ſatisfacerent per æſtimationem poſſeſſionum, quanti quaſque ante civile bellum comparaſſent, deductâ*

mationes poſſeſſionum, & rerum, quanti quæque earum ante bellum fuiſſent, atque eæ creditoribus transferentur. Hoc & ad timorem novarum tabularum tollendum minuendumque, qui fere bella & civiles diſſenſiones ſequi conſuevit, & ad debitorum tuendam exiſtimationem, eſſe aptiſſimum exiſtimavit. Item, prætori-

ductâ ſummâ æris alieni, ſiquid uſuræ nomine numeratum aut perſcriptum fuiſſet; quâ conditione quarta pars fere crediti deperibat. Atque hoc nimirum eſt, quod Plutarchus ſignificat in vitâ Cæſaris, cùm ita ſcribit, καὶ σεισαχθείᾳ τινὶ νίκῳ. τοὺς χρεωφειλέτας ἐκούφισε. Quod autem Dio 41 ſcribit, Cæſarem tuliſſe, nequis vel in argento, vel auro plus pecuniæ poſſideret, quam LX ſeſtertium, non intelligo. Multo commodius Appianus, qui belli civil. 2 ſic ſcribit: Τὰς μὲν ἀποκοπὰς οὐκ ἔδωκε· τιμητὰς δὲ τῶν ὠνίων ἀπέφηνεν, οἷς ἔδει τὰς χρήστας τοῖς δανείσασιν ἀντὶ τῶν χρημάτων διδόναι· *Novas quidem tabulas non conceſſit: æſtimatores verò poſſeſſionum conſtituit, quibus oportebat debitores creditoribus pro pecuniis ſatisfacere.* De ſimili ratione Æſtimationis Livius libr. 7. *Hotoman.*

Creditoribus tranſderentur] Ita fuſius de hôc negotiô Dio: *Quum creditores acerbiſſimè à debitoribus ſuis pecunias (quibus ipſi ob ſeditiones & bellum multis opus habebant) exigerent, eorum plerique, etſi maximè vellent, ſolvendo non eſſent (quippe eâ tempeſtate nec reddere mutuò accepttum, nec mutuò ſumere proclive erat,) itáque multa malâ fide inter eos ac per fraudem agerentur, metuſque eſſet, ne ea res ad ſummum malum deveniret: quamquam rei fænebri jam ante quoque Tribuni plebis quidam modum poſuerant, tamen ne ſic quidem æris alieni diſſolvendi ratio conſtabat, quum debitores rebus oppignoratis cederent, creditores nihilominus argento ſibi de ſummâ ſatisfieri antiquô more poſtularent. His utriſque Cæſar pro viribus ut ſuccurreret, pignorum pretium æſtimari juſſit, utque judices ſorte deligerentur ad hujuſmodi controverſias explicandas. At quia complures multam vim pecuniæ habere, eamque omnem ſupprimere dicebantur, edixit, ne quis vel in argento, vel in auro etiam poſſideret plus pecunia, quam LX ſeſtertia. Quam quidem ipſe legem non tulit: ſed jam ante latam tunc renovavit; ſive ut creditoribus debitores aliquid pendere opus haberent, indigentibuſque alii mutuò darent: ſive ut locupletes qui eſſent, manifeſtum fieret: neve quis immodicam pecuniam haberet, ne ſe abſente novi motus aliqui exiſterent.* Montan.

Timorem novarum tabularum] Poſt bella civilia & diſſenſiones in urbe, aliquoties fiebat ut debitores creditoribus neque ſolvere, neque ſatisfacere juberentur, ſed ut primis debitis & eorum tabulis abolitis denuo novæ tabulæ conficerentur. Cicero 2 de officiis. Hoc tunc Romæ divites, qui multas pecunias crediderant, timebant. *Ciacconius.* Sed id non niſi in perturbatione omnium rerum fiebat. Salluſtius in bello Catil.: *Tunc Catilina polliceri cœpit tabulas novas, proſcriptionem locupletium.* Urſin. *Tabulæ novæ* hinc dictæ ſunt, *quod quum* (inquit Cælius antiquarum lectionum libro 7:) *pecuniæ creditæ obæratis condonantur, novæ mox coeriuntur tabulæ, quibus nomina contineantur nova.* Id quod & Cicero his verbis alibi declarat: *Tabulæ novæ quid habent argumenti, niſi ut emas meâ pecuniâ fundum, eum tu habeas, ego non habeam pecuniam?* Rhellican. Itaque *Novæ tabulæ* ſignificationem habent ſublatorum debitorum, nimirum inductô ære alienô præteriti temporis. Quam rem Solon nomen mitigans σεισάχθειαν appellavit. *Camerarius.*

Roga-

toribus tribuniſque plebis rogationes ad populum ferentibus, nonnullos ambitus Pompeia lege damnatos, illis temporibus, quibus in urbe præſidia legionum Pompeius habuerat. Quæ judicia, aliis audientibus judicibus, aliis ſententiam ferentibus, ſingulis diebus erant perfecta; in integrum reſtituit; qui ſe illi initio civilis belli obtulerant, ſi ſuâ operâ in bello uti vellet; perinde æſtimans, ac ſi uſus eſſet, quoniam ſui feciſſent poteſtatem. Statuerat enim hos prius judiciô populi debe-

Rogationes ferentibus] Ipſo auctore & impulſore Cæſare: qui eâ ratione gratificari populo volebat: & mox dicet. *Hotoman.*

In urbe præſidia legionum] Quidam legunt, *ad urbem*: quod de his legionibus ſcribat Cæſar lib. 1 Civil. *ne ad ejus periculum reſervare & retinere eas ad urbem Pompeius videretur.* Sed omnino vulgata lectio retinenda eſt. Nam eam legem de ambitu Pompeius tulit, cum propter Clodii cædem ipſe ſine collegâ Conſul creatus eſt, & in urbe legionum præſidia habuit. Quod diligenter exponit Aſconius in argumento Milonianæ his verbis: *Et cum tractata eſſet res in Senatu, factô in Bibuli ſententiam Senatuſconſultô, Pompeius ab Interrege Ser. Sulpitio v Kal. Mart. menſe intercalari Coſ. creatus eſt, ſtatimq; conſulatum iniit. Deinde die tertiô duas leges ex Senatuſconſultô promulgavit; alteram de vi, alteram de ambitu, pœnâ graviore & formâ judicii breviore, utraque enim lex prius teſtes dare per triduum, deinde unô die atque eôdem, & ab accuſatore & ab reo perorari jubebat, ita ut duæ horæ accuſatori, tres reo darentur.* Et paulo inferius: *Itaque Pompeius Domitio promiſit, ſe poſterô die cum præſidio deſcenſurum; idque fecit.* Et poſt, *præſidia in foro, & circa omnes fori aditus Pompeius diſpoſuit, ipſe pro ærario ut pridie conſedit, ſeptus delectâ manu militum.* Ciaccon.

Quæ judicia aliis audientibus judicibus, aliis ſententiam ferentibus] Legendum puto, *aliis teſtes audientibus judicibus.* Aſconius in argumento Milonianæ: *Citati deinde teſtes ſecundum legem, quæ ut ſupra diximus, jubebat, ut priuſquam cauſſa ageretur, teſtes per triduum audirentur, dicta eorum judices obſignarent, quarta die adeſſe omnes in diem poſterum juberentur, judices protinus ſeſſum irent, tum ad dicendum accuſator duas horas, reus tres haberet, reuſque eôdem illô die judicaretur.* Vel, *aliis teſtes audientibus, aliis judicantibus.* Idem.

Qui ſe illi initiô belli civilis obtulerant, ſi ſuâ operâ in bello uti vellet; perinde æſtimans] Veriorem lectionem exiſtimo: *Quod ſe illi initiô civilis belli*: reddit enim rationem quare illi ſint reſtituti. Porro eos qui lege Pompeiâ damnati fuerant, ſuam operam Cæſari initiô promiſiſſe, ex illô Ciceronis locô demonſtrari poteſt, qui eſt ad Atticum lib. 10, epiſt. 4, ubi id quod audiverat à Curione, ita ſcribit: *Imprimis nihil eſſe certius, quàm ut omnes, qui lege Pompeia condemnati eſſent, reſtituerentur. Itaque ſe in Siciliâ eorum opera uſurum.* Ergo Cæſar ne cauſſam ſuam apud eos faceret deteriorem, eorum operâ uti noluit, ſed Curionem uti permiſit, perinde verò exiſtimans acſi eorum operâ uſus eſſet. Cicero ad Atticum lib. 13, epiſt. 47: *Erat enim, ſi meminiſti, in conſulatus petitione per te mihi pollicitus ſi quid opus eſſet: quod ego perinde tuebar ac ſi uſus eſſem.* Et voces, *in bello*, abundare videntur. *Idem.*

Statuerat enim hos prius] *Prius* pro potius poſuit, ut Balbus libr. 9, ad Atticum epiſt. 26: *Præſtabo Cæſarem prius tu*

lebere reſtitui, quàm ſuô beneficiô videri receptos; ne aut ingratus in referendâ gratiâ, aut arrogans in præripiendo populi beneficio videretur. His rebus & feriis Latinis comitiiſque omnibus perficiundis XI dies tribuit, dictaturaque ſe abdicat, & ab urbe proficiſcitur, Brundiſiumque pervenit. Eò legiones XII, equitatum omnem venire juſſerat. Sed tantum navium reperit, ut an-

a dignitatis, quàm ſuæ utilitatis ratio-em habiturum: ac ſi diceret, plebiſcitum otius de his fieri voluit, quam auctoitate dictatoriâ reſtitui. *Idem.*

His rebus & feriis Latinis, &c.] Quas fuerint, & unde dictæ ſint *Feriæ Latinæ* ex Macrobii loco lib. I Saturnaorum cap. 16 paret. *Prœliares*, inquit, *nnes quibus fas eſt res repetere, nec hom laceſſere. Nam cum Latia, hoc eſt, atinarum ſolennia concipitur, item dies Saturnaliorum, ſed & cum mundus tet, nefas eſt prœlium ſumere. Quare c Latinarum tempore, quo publicæ quonm induciæ inter Romanum populum atinoſque firmatæ ſunt, inchoari bellum cebat*, &c. *Rhellican.* Harum feriarum iam *Latiar* nomen, conceptivæ erant, ſtitutæ in Jovis honorem, quibus carm petere tam Romanis quàm Latinis ebat, dabatur enim viſceratio. Lubantur autem à Coſſ. tumuli Alba, & mactabantut fœtæ boves, ut inlligi poteſt de verſibus Ciceronis rela in I de Div. *Camerar.*

Dictatura ſe abdicavit] Teſtis eſt Dio, æſarem in hâc dictaturâ nihil aſperum ſſiſſe: ſed exulibus omnibus, exceô Milone, reditum liberum feciſſe, & ſequentem annum Magiſtratus contuiſſe, & Gallis, qui cis Alpes trans dum incolunt, jus civitatis dediſſe. cit autem Cæſar, memoratis rebus actis, ipſum Dictaturâ ſe abdicaſſe: m interea, ut prædictus ſcriptor autor, *omnem poteſtatem in manibus teneret: m & armis utebatur, & legitimam iner poteſtatem ab eô, qui tum Romæ erat, atu accipiebat; concedente ut quæcunque vellet, liberè agere poſſet.* Montanus.

Ab urbe proficiſcitur] Non ſatis fidum hiſtoricum hôc locô agit Cæſar. Reticet enim, quod meritò illi probro duci poterat. Nempe, ut in diſceſſu ornamenta cum ex aliis omnibus locis, tum ex Capitolio abſtulerit, ærariumque diripuerit. *Idem.*

Brundiſiumque pervenit] Narrat duo notatu digna quæ evenerunt, Cæſare Brundiſium expeditionem moliente, Dio. Primo, *circa id tempus milvus in foro frondem oleæ uni aſſiſtentium ei injecit. Deinde, quum fortunæ ſacra faceret, taurus ante quàm feriretur, elapſus, urbe exivit: quumque ad paludem quandam perveniſſet, eam tranavit. Hæc Cæſarem moverunt, ut magis etiam iter maturaret.* Et pergit Dio: *Poſteaquam Româ diſceſſit Cæſar, pueri urbani, nemine id jubente, in duas partes ſe diſtribuerunt, alterique Pompeianorum, alteri Cæſarianorum nomen ſibi ſumpſere: tum abſque armis commiſſô in ſpeciem prœliô, qui ſe Cæſarianos vocavere, ſuperiores diſceſſerunt.* Idem.

Eo legiones XII] Quidam legunt VII. Sed Appianus lib. 2 fuiſſe XII ſignificat. Sic enim ait: *Erant autem ad id temporis Cæſari decem legiones, & equitum Gallorum decem millia.* Et inferius: *Duxit ad mare legiones quinque, & lectiſſimos ſexcentos equites, qui in naves impoſiti in ſalo manſere, jactis propter tempeſtatem ancoris, ut fit brumali tempore, ubi inviti ventis reſtantibus uſque primum ineuntis anni diem morati ſunt. Cumque aliæ duæ legiones ſuperveniſſent, his quoque in onerarias impoſitis ſolverunt*, &c. *Montan.*

Vt an-

ut anguſtè XX millia legionariorum militum & DC equites tranſportare poſſent. Hoc unum [inopiâ navium] Cæſari ad conficiendi belli celeritatem defuit. Atque eæ copiæ ipſæ hoc infrequentiores imponuntur, quod multi Gallicis tot bellis defecerant, longumque iter ex Hiſpaniâ magnum numerum deminuerat: & gravis autumnus in Apuliâ circumque Brundiſium, ex ſaluberrimis Galliæ & Hiſpaniæ regionibus, omnem exercitum valetudine tentaverat. Pompeius annuum ſpatium ad comparandas copias nactus, quod vacuum à bello atque ab hoste otioſum fuerat, magnam ex Aſiâ, Cycladibuſque inſulis, Corcyrâ, Athenis, Pontô, Bithyniâ, Syriâ, Cili-

Vt anguſte XX *millia*] Nullo modo hic legi poteſt XX *millia*, ſequitur enim: *Atque eæ ipſæ copiæ hoc infrequentiores imponuntur, quod multi Gallicis tot bellis defecerant, longumque iter ex Hiſpaniâ magnum numerum deminuerat*, quod de legionibus neceſſe eſt eum loqui, quæ & infrequentes & diminutæ numerô militum, propter eas cauſſas, quas memorat, eſſe poterant. Ipſe præterea Cæſar hanc conjecturam veram eſſe oſtendit, cum ſcribit: *Pridie Non. Ianuar. naves ſolvit, impoſitis, ut ſupra demonſtratum eſt, legionibus* VII. Lego igitur, *ut anguſtè* VII *legiones & DC equites tranſportari poſſent.* Septem enim legiones & DC equites Cæſarem tranſportaſſe Appianus ſcribit, ut ſuperius retuli. Licet Plutarchus quinque legiones fuiſſe dicat. Nam de equitum numero cum Appiano conſentit, *ἵππους ἔχων λογάδας ἑξακοσίους καὶ πέντε τάγματα. Ciaccon.*

Hoc unum inopia] Exiſtimo, *inopia navium*, gloſſema eſſe: nam libr. 4 de bello Gallico dixit: *Equites curſum tenere, atque inſulam capere non potuerunt.* Hoc unum ad priſtinam fortunam Cæſari defuit. *Idem.*

Atque eæ copiæ ipſæ] *Copiæ*, abundare videtur; adjecta ea vox ab his qui *legiones* in *legionarios milites* mutaverunt. Sed Cæſar ipſe ſcripſit VII legiones eſſe impoſitas, atque eas ipſas non pleniſſimas, ſed infrequentes & attenuatas quod ex eô verum eſſe videtur, quod a[d] has VII legiones adjunctis aliis IV a[b] Antonio poſtea adductis, nihilominu[s] in acie Pharſalica XXII tantum hominum millia habuit, ut infra Cæſar ipſ[e] ſcribit. *Idem.*

In Apulia] Apulia, Italiæ regio, duplex eſt: vel *Daunia*, hodie Leandr[o] Alberto *Puglia Piana*: vel Peucetia Italiæ itidem regio, eidem Leandro vulgò *Terra di Barri.* Sed jam ante de Apulia dictum. *Montan.*

Tentaverat] *Tentare* Latini nonnunquam pro lædere uſurpant, quemadmodum Græci ἀπειρᾶν. Plinius lib 31 *tentare valetudinem* dixit. Cicero i[n] Tuſculanis Cæſaris conſtructionem re[fe]ferens: *Animi valentes*, inquit, *morbo tentari non poſſunt, corpora poſſunt.* Glandorp.

Aſia Cycladibuſque inſulis, Corcyra] Aſia ab initio regionum omnium nobiliſſima, ut quæ prima genus mortalium intra ſe conſpexit, & in alias mundi partes emiſit. Diviſa olim fuit in majorem & minorem. Cyclades inſulæ maris Ægæi, non procul à promontorio Gereſto circa Delum in orbem ſitæ ſunt: unde & nomen traxere ἀπὸ κύκλου· Caſtaldo hodie *Iſole del Arcipelag*

Ciliciâ, Phœnice & Ægyptô claſſem coëgerat, magnam omnibus locis ædificandam curaverat; magnam imperaam Aſiæ, Syriæ, regibuſque omnibus, & dynaſtis, & terarchis, & liberis Achaiæ populis pecuniam exegerat, magnam ſocietates earum provinciarum, quas ipſe obtinebat, ibi numerare coëgerat. Legiones effecerat civium Romanorum IX: V ex Italia, quas tranſduxerat; unam ex Siciliâ veteranam, quam factam ex duabus gemellam appellapella-

lago. *Corcyra* maris Adriatici inſula t, nunc Moletio & Sophiano *Curzola.* *Athenæ* Græciæ nobiliſſima urbs, ſola ene Philoſophorum quondam aluna, jam tantum ſunt caſulæ quædam ſcatorum; hodie *Satines* Sophiano & avolio. *Pontus* nunc Caſtaldo *Becſanal*: *Bithynia* Giravæ *Burſia.* Erant om duæ regiones in Aſiâ, Pontus ad rtum ſolis, Bithynia ad occaſum; oſtea ſub una provincia cenſæ ſunt. erminatur provincia à ſeptentrione ari Ponticô, ab ortu Galatiâ, à merie Aſiâ minori, ab occaſu Propontide. *ria* ab ortu Ciliciæ jungitur, quonam terrarum maxima & pluribus diincta nominibus. Nam & Aſſyria & eſopotamia & Babylonia & Phœnice rtes ejus fuerunt. *Cilicia*, quæ nunc *rmania*, longiſſimo tractu inter Taum & Cilicium mare porrecta jacet. æter alias clariſſimas urbes, habet em Tarſum Pauli Apoſtoli natalibus clytam. *Phœnice* ante erat, quicquid rrarum inter Eleutherum flumen & luſium opidum Ægypti mari Mediirraneo objacet. At poſtea Phœnices rmini conſignati ſunt duo amnes, à eridie Cherſeus, à Septentrione Eutherus. Hæc igitur ſacris ſcriptoribus duas dividitur partes; Galilæam ſuriorem ſive gentium, quæ eſt inter erſei fluminis oſtia & Antilibanum ontem; & Syrophœnicem, inter Antibanum & Libanum. *Ægyptus* prima fricæ regio Aſiæque proxima nomen xit ab Ægypto Danai fratre, ante Aëria dicta. In Pſalmis *Chus* Ariæ Montano vocatur. *Montan.*

Achaiæ] Achaia, quæ propriè ſic dicta, à finibus Sicyonis ſecundum ſinum Corinthiacum ad fretum anguſtum, & inde porro ſecundum Ionium mare ad initium Ilidis porrigitur. Vocat autem Cæſar *liberos Achaiæ populos*: Imo unis hoc elogium debetur, quod ex omnibus Græcis ipſi poſtremi ſolidam libertatem ſuâ vi nixam conſervaverint, cum cæteri, ſi quam tenuerint, ſub Macedonibus & Romanis precariam modo & ab arbitrio iſtorum pendentem, tenerent: quodque Romani non niſi malis artibus hâc exuere & debellare eos potuerunt. *Vbbo Emmius.*

Societates provinciarum] Societates publicanorum & negotiatorum intelligit. De ſocietatibus multa Juriſconſulti l.4. C. & Pandect. libr. 17. utrobique titulo, pro ſocio. *Gland. Societates corpora* & *collegia* vocantur l. 1. D. quod cujuſque univerſitatis nomine, & qui eis præerant *Magiſtri ſocietatum* appellabantur. l.14. D. de pactis. Erant quoque *ſocietates vectigalium*, quas publicani contrahebant, de quibus Cor. Tacitus lib. 13: *Quippe ſublatis portoriis ſequens, ut tributorum abolitio expoſtularetur. Pleraſque vectigalium ſocietates à conſulibus & tribunis plebis conſtitutas, acri etiam populi Romani tum libertate.* Ciaccon.

Ex duabus gemellam appellabat] Fortaſſe hæc erat, quam Cato ex Sicilia ſecum adduxerat: ſed infra, *Cilicienſis*, in-

 quit,

pellabat; unam ex Cretâ & Macedoniâ, ex veterani militibus; qui dimiſſi à ſuperioribus imperatoribus i iis provinciis conſederant; II ex Aſiâ, quas Lentulu conſcribendas curaverat. Præterea magnum numerun ex Theſſaliâ, Bœotiâ, Achaiâ, Epiroque, ſupplemen ti nomine, in legiones diſtribuerat. His Antonianos mi lites admiſcuerat. Præter has exſpectabat cum Scipion e

quit, *legio conjuncta cum cohortibus Hiſpanis, quas tranſductas ab Afranio docuimus, in dextro cornu erat collocata.* Quod innuere etiam videtur Lucanus lib. 7:

At medii robur belli fortiſſima denſant
Agmina, quæ Cilicum terris deducta tenebat [Scipio.]

Ut ea fuiſſe videatur, quam in Ciliciâ ſuperiore annô Cicero habuerat. Quare videndum, hic-ne *ex Cilicia*, legi debeat, pro, *ex Sicilia*: an contra. Quod autem ait eam legionem *gemellam* appellatam fuiſſe, id fieri ſolitum tradit Dio lib. 58: *Hæ legiones*, inquit, *Auguſti ſuperſunt, reliquis aut omnino diſſipatis, aut ab Auguſto & aliis Imperatoribus inter ceteras legiones admixtis; unde Gemellarum appellatio tracta putatur.* Idem autem Urſinus Gemellæ legionis nomen frequens eſſe in veteribus lapidum monumentis teſtatur. *Montan.*

Creta & Macedonia] Creta etiam *Æria*, *Curetis*, *Macaros* & *Macroneſos* dicta, inſula eſt nemini non nota; Jovis incunabulis & centum urbibus olim clara; nunc *Candia*. Ortelius. Macedonia autem, ante Æmathia dicta, limites habet ab ortu Ægæum, à meridie Theſſaliam & Epirum; ab occaſu Ionium ſive Adriaticum mare; ab ſeptentrione eoſdem, quos univerſa Græcia habet. Centum & quinquaginta in hac olim populos fuiſſe, auctor eſt Plinius. *Cluver.*

Quas Lentulus] Eſt hic ille L. Cornelius P. F. Lentulus, qui ſuperiore anno cum C. Claudio Marcello conſul fuerat: de quo & ſuo loco dictum. *Montan.*

Ex Theſſaliâ, Bœotiâ, Epiroque] *Theſſalia* Achaiæ ad ſeptentrionem adjacet eadem Hellas, & Græcia propriè & ſtrictè dicta nuncupatur. Hodie Caſta do *Comeholitari*. Golnitz. *Bœotia* int Locros, Opontios, Theſſaloſque, qu ad ſeptentrionem habet, & regione Atticam, cui ad auſtrum contermin eſt, media, à mari Euboico ad ſinu Corinthiacum porrecta, multò longi quàm latior, ab occidente Phocenſiu agro finita. *Emmius. Epirus*, hodie *Ca nina* dicta, à ſeptentrione & orien Macedonia, à meridie Achaia ma que Ionio clauditur, quo & ab occa cingitur. *Golnitz.*

Antonianos milites admiſcuerat] M rabar, in Pompeii copiis Antonian milites numerari. cùm tres Antonii fr tres, Marcus, Caius, Lucius, Cæſar partes in civili bello ſecuti ſint: ſed po ea comperi, exercitum C. Antonii, Pulcionis operâ proditum, in Pomp poteſtatem veniſſe. Propterea, quaſi d bia fides eorum eſſet, eos milites Po peius admiſcuerat ſuis. De hac Ant niani exercitus deditione, hic infra. *morte Curionis, & detrimento Africa exercitus tanto, militumque deditione Corcyram.* Et aliquanto poſt: *Hic pau liſper eſt pugnatum; cum irrumpere noſ conarentur, illi caſtra defenderent, forti ſimè T. Pulcione, cujus operâ proditu exercitum C. Antonii demonſtravimus, locô propugnante.* Suetonius etiam: *Omnibus*, ait, *civilibus bellis nullam clade niſi per legatos ſuos paſſus eſt: quorum Curio in Africa periit, C. Antonius in lyrico in adverſariorum devenit poteſtate* Idem, lib. 41, 42, Dio ſcriptum reliqu Qu

ex Syriâ legiones II: ſagittarios ex Cretâ, Lacedæmone, Pontô atque Syriâ reliquiſque civitatibus III millia numero habebat, funditorum cohortes VI: mercenarias II: equites VII millia: ex quibus DC Gallos Deiotarus adduxerat; D Ariobarzanes ex Cappadociâ: ad eundem numerum Cotus ex Thraciâ dederat, & Sadalem filium miſerat. Ex Macedoniâ CC erant, quibus Racipolis præerat; excellenti virtute: D ex Gabinianis Ale-

Quorum locorum teſtimoniô, mutilos ſſe hos Cæſaris libros de bello civili, acile eſt intelligere: etenim, quod pſe ait, *ſe demonſtraſſe, Pulcionis opera roditum exercitum C. Antonii*, id in his bris nuſquam reperitur. *Manutius.*

Sagittarios ex Cretâ] Hodie etiam, eſte Bellonio, Cretenſes ab ipsâ pueriiâ ſe Scythico arcu exercere ſolent, verum ſequentes conſuetudinem. Namque tradunt eos olim Dianæ fuiſſe dicaos: propterea etiam ipſos Turcas jaulatione arcus ſuperant. Primi Græorum navibus & ſagittis valuiſſe ſcribuntur. *Pet. Montanus.* Lacedæmon autem, quæ & Sparta, primaria Laconum urbs, ſita in Peloponneſo, hodie *Miſithra.* Sophianus.

Funditorum] Non magni in exercitu unditores æſtimabantur: vilibus enim junioribus exhibitæ fundæ, ſic dicæ quod ex ea lapides fundantur. *Mont.*

Ex quibus DC *Gallos Deiotarus adduxerat,* D *Ariobarzanes ex Cappadocia*] io libr. 41: Δηϊόταρον Γαλάτην, &c. ριοβαρζάνην τὸν Καππαδοκίας βασιλέα, artium Pompeianarum fuiſſe dicit. ic autem *Ariobarzanes*, à Cicerone b. 15, epiſt. 2, dicitur *Euſebes* & *Philomæus*, vel ut eſt in argenteo Græco nuiſmate ΕΥϹΕΒΗϹ ΦΙΛΟΡΩΙΑΙΟϹ. *Vrſinus.* Cappadocia autem ſeptentrione pontum Euxinum; ab ccaſu Paphlagoniam; Galatiam & rtem Pamphiliæ, à meridie partem iliciæ, ab oriente Antitaurum juxta rmeniam minorem habet pro termiis. *Golnitz.*

Cotus ex Thracia] *Cotus*, pro *Cotys*; antiquo more; ut *Sulla*, pro *Sylla*; *Clupeus*, pro *Clypeus.* Nam *Cotys* verum nomen eſt Regum Thraciæ. Livius lib. 42. Tacitus lib. 2. Valerius Maxim. libr. 3, cap. 7. Error ſæpe natus ex ignoratione veteris orthographiæ. Ut apud Plinium, cum ſincerum eſſet, *Inclutos cantus*, pro *Inclytos* factum eſt *Incluſos*: unde obſcura ſententia viris doctis. *Manutius.* Sed *Thraciâ*, quæ & *Percâ* olim, & *Aria* & *Scyton*, auctore Erythræo, Europæ regio eſt: Caſtaldo hodie *Romania.* Montan.

Sadalem] Alii male legunt Saſalem. Ita de illo Lucanus libro quinto:

Tunc Sadalem, fortemque Cotyn, fidumque per arma
Deiotarum, & gelida dominum Raſcipolin ora
Collaudant. ——

Et Dio libr. 41: *L. Caſſius Longinus, ac Cn. Domitius Calvinus, alter quidem à Scipione, & Sadalo Thrace magna clade affectus erat,* &c. Et inferius, *quod Sadalo Thraci & Deiotaro Gallogræco, qui in ipſo prælio adfuerant, pepercit.* Lego ergo *Sadalem.* Credo eundem Sadalem eſſe, qui ſexennio poſt ſine liberis decedens, regionem ſuam Populo Romano reliquit. *Montan.*

Raſcipolis] Non alius, niſi fallor, Raſcipolis, ſive ut Suetonius Traſipolis, ſive ut Tacitus Rheſcunoris, ſive ut Dio Rheſcuporis, ſive ut Turnebus Thraſcuporis fuit, quàm qui poſtea Bruto non levem operam in his regionibus præſtitit, dum is Beſſorum ma-

Alexandriâ, Gallos Germanoſque, quos ibi A. Gabinius præſidii cauſſa apud regem Ptolemæum reliquerat, Pompeius filius cum claſſe adduxerat: DCCC, quos ex ſervis ſuis paſtorumque ſuorum coëgerat: CCC Tarcundarius Caſtor & Donilaus ex Gallogræciâ dederant: horum alter unà venerat, alter filium miſerat. CC ex Syriâ à Comagenô Antiochô, cui magna præmia Pompeius tribuit, miſſi erant: in his plerique hippotoxotæ. Huc Dardanos, Beſſos, partim mercenarios, partim imperio, aut gratia comparatos; item Macedonas, Theſſalos & reliquarum gentium & civitatum adjecerat: atque

leficia vindicare ſtudet, & nomen Imperatoris appetit; ut facilius contra Cæſarem & Antonium bellum gereret. Num verò idem eſſet qui poſt triginta octo annos ab hoc tempore, Cotys filius à Dione dicitur, & à Vologæſe Thrace, natione Beſſo, ſuperatus & interfectus, dubitarem magis, niſi vel hoc ſolo (ut alia omittam) in affirmantem ſententiam abriperer: quod Beſſis cum Bruto clades intulit. Quam injuriam Vologæſes, utpote Beſſus, videtur ultum iviſſe. *Montan.*

Alexandria] Hodie Golnitzio & Buanacciolo *Scandena* Ægypti urbs eſt, olim ingenti bibliotheca & verſione Bibliorum per ſeptuaginta duos interpretes celebris. *Idem.*

A. Gabinius, &c.] A.Gabinius proconſul Ptolemæum regem Ægypti, pulſum à ſuis, juſſu Pompeii, in regnum reſtituit, Archelao, quem ſibi regem aſciverant Alexandrini, interfecto. *Glandorp.* Idem etiam eſt, qui in exilium actus à Cæſare reductus eſt, qui Syriam expilavit, & tandem bello civili Salonis morbo periit anno hoc inſequenti. *Montan.*

DCCC, *quos ex ſervis ſuis, paſtorumque ſuorum coëgerat*] Sic omnes. Solus Baſil. CCCC *quos ex ſervis.* Ciacconius mavult CCC. Sed & alterius mendi hic locus Juſto Lipſio meritò ſuſpectus eſt. Nec enim paſtorum, hoc eſt, ſervorum ſervi conſcripti videntur (quod ridiculum), ſed paſtores ipſi. Itaque ſcribendum cenſet, *quos ex ſervitiis paſtoribuſque ſuorum coëgerat.* Vide analect. lib. 1, Dialog. 2 de mil. Sic infra: *M Cælius Milonem in Thurinum ad ſollicitandos paſtores miſit.* Et ſupra lib. 1 de bell civil. *Domitius colonis paſtoribuſque, quo ſecum adduxerat, naves Maſſilienſium complet.* Brant.

Gallogræcia] Eadem etiam Galatia poſita eſt inter Paphlagoniam à ſeptentrione, & Bithyniæ partem ab occaſu tum à meridie inter Piſidiam, & ab ortu inter Cappadociæ partem. Partes ejus hodie ſunt *Roni* & *Chiancare.* Golnitz.

Comageno Antiocho] Hunc eſſe opinor, qui poſtea ab Antonio Samoſati obſeſſus eſt, & cum eodem nihil proficiente fœdus & amicitiam iniit: quique poſt novendecim circiter anno Romæ capite pœnas luit. *Montan.*

Hippotoxotæ] Id eſt, equites arcubus utentes & jaculis. *Idem.*

Dardanos & Beſſos] *Dardanos* Serviam & Raſſiam incoluiſſe olim ſcribi Volaterranus. *Beſſos* Æmi accolas & uſque ad Pontum cum Corallis verger dicit libr. 7 Strabo. Ex quo appare Thraciæ populum eſſe, nam Æmu mons altiſſimus per mediam Thracian procurrit. *Montan.*

Cyrc

atque eum, quem ſupra demonſtravimus, numerum expleverat. Frumenti vim maximam ex Theſſaliâ, Aſiâ, Ægyptô, Cretâ, Cyrenis reliquiſque regionibus comparaverat. Hiemare Dyrrhachii, Apolloniæ omnibuſque opidis maritimis conſtituerat, ut mare Cæſarem tranſire prohiberet. Ejus rei cauſsâ omni orâ maritimâ claſſem diſpoſuerat. Præerat Ægyptiis navibus Pompeius filius: Aſiaticis D. Lælius & C. Triarius; Syriacis C. Caſſius; Rhodiis C. Marcellus cum C. Coponiô; Liburnicæ atque Achaïcæ claſſi Scribonius Libo & M. Octavius. Toti tamen officio maritimo M. Bibulus præpoſi-

Cyrenis] Cyrenaïca regio Ægypto annexa, Ammonis oraculo maximè clara, nunc Brachnanæ provinciæ dimidia pars orientalis, eadem Pentapolitana dicta, à quinque inſignium urbium numero, quæ Berenice, Arſinoe, Ptolemais, Apollonia, & ipſa Cyrene, unde regioni nomen. Græci hanc condiderunt, ex Thera inſula Ægæi maris profecti. *Cluveri.* Hodie urbs Cyrene *Gorene.* Girava.

Apolloniæ] Apollonia Macedoniæ opidum ad mare Ionium, *Apolline* Sophiano; *Siſſopoli* Pineto. Sed de hac ſuo loco. *Montan.*

D. Lælius] Credo eundem Decimum Lælium, qui poſtea in Africa à partibus Cæſaris ſtans, cum Cornificio à T. Seſtio Antonii rebus ſtudente interfectus eſt. *Triarii* autem hoc eodem libro mentio fit: ubi illius admonitu Pompeius milites ſuos juſſerat primum impetum Cæſarianorum excipere. Lælium hunc & Triarium Cicero in libro de finibus colloquentes inducit. *Montan.*

C. Caſſius] C. Caſſium Cæſar *Syriacis navibus præfuiſſe* dicit; id veriſſimum eſt, nam in argenteis ejus denariis hæc præfectura acroterii ſigno indicatur, addito etiam nomine *M. Servilii* ejus legati, cum in altera parte ſit, C. CASSI. IMP. in altera, M. SERVILI. LEG. uterque autem inter Cæſaris poſtea percuſſores numeratus eſt, & in denariis M. BRUTI IMPER. alter LONGUS, alter CASCA notis cognominibus deſcribuntur. *Montan.*

C. Coponio] Appianus in Parthico Κοπώνιον ἄρχοντα nominat. Et item Velleius lib. 2; *Coponium virum Prætorium.* Idem.

Scribonius Libo] Ad hunc pertinent, ut opinor, argentei denarii cum inſcriptione SCRIBONIUS LIBO, in quibus Libonis puteal expreſſum eſt, de quo Horatius:

——— *putealque Libonis*
Mandabo ſiccis, &c. *Montan.*

M. Octavius] Non alius eſt, quam is qui poſt cladem Pharſalicam Catoni ſe adjunxit: & tandem Dolabellæ legatus Laodiceæ à Caſſio obſeſſus propria manu ſe ipſum interfecit, veritus ne vivus in ejus manus veniret. Corpus illius inhumatum projecerat Trebonius, quod tamen Caſſius ſepultûræ honore dignatus eſt. *Montan.*

M. Bibulus] Bibulus hic ante profectionem Cæſaris in Galliam cum illo conſulatum geſſit anno ab U.C. DCXCV, in quo ſe collegæ legem agrariam promulganti opponens ab eo armis foro expulſus eſt; Cæſare deinde omnia per ſe adminiſtrante. Hinc ille jocus nonnullorum urbanorum, teſte Suetonio, *cum quid teſtandi gratia ſignarent, ut non Cæſare & Bibulo, ſed Iulio & Cæſare Coſſ. actum ſcriberent, bis eundem præponentes nomi-*

poſitus cuncta adminiſtrabat. Ad hunc ſumma imperii reſpiciebat. Cæſar, ut Brundiſium venit, concionatus apud milites, quoniam prope ad finem laborum ac periculorum eſſet perventum, æquô animô mancipia atque impedimenta in Italiâ relinquerent; ipſi expediti naves conſcenderent, quò major numerus militum poſſet imponi; omniaque ex victoria & ex ſua liberalitate ſperarent; conclamantibus omnibus, Imperaret quod vellet; quodcumque imperaviſſet, ſe æquô animô eſſe facturos; pridie Non. Januar. naves ſolvit, impoſitis, ut ſupra demonſtratum eſt, legionibus VII. Poſtridie terram attigit, Cerauniorum ſaxa inter & alia loca periculoſa quietam nactus ſtationem: & portus omnes timens, quos teneri ab adverſariis arbitrabatur, ad eum locum,

nomine atque cognomine: utque vulgo ferrentur hi verſus:

Non Bibulo quicquam nuper ſed Cæſare factum eſt:
Nam Bibulo fieri conſule nil memini.

Legionibus VII.] Hoc totum gloſſema puto aſcriptum ab imperito qui legerat illud in principio hujus libri, c. 2: *Eo legiones* XII *equitatum omnem venire juſſerat.* Nam, quo modo potuit XII navibus imponere *Legiones* VII, id eſt, pedeſtres omnes copias, quas Brundiſium venire juſſerat: cum ſupra dixerit: *Sed tantum navium reperit, ut anguſte* XX *millia Legionariorum militum, &* D *Equites, tranſportare poſſent. Hoc unum, inopiâ navium, Cæſari ad conficiendi belli celeritatem defuit.* Infra quoque oſtendit, non eſſe tranſportatas omnes copias. *Expoſitis*, inquit, *militibus, naves eadem nocte Brundiſium à Cæſare remittuntur; ut reliquæ legiones equitatuſque tranſportari poſſent.* Et aliquanto poſt: *Reliquarum ex Italia legionum adventum exſpectare conſtituit.* Eas autem legiones Q. Fuſius Calenus, & M. Antonius, denique tranſvexerunt. Hæc Manutius; cui tamen aſſentiri haud poſſum. Cur enim totum hoc, ut ille ait, pro gloſſemate accipiendum? Priora cum poſterioribus conſtant. Traduxit enim Cæſar non omnes, ſed ſeptem legiones (duodecim habebat, quinque relinquens, quas ob anguſtiam navium tranſportare non poterat: & illæ ſunt, quibuſcum Antonius poſtea & Calenus trajecerunt); in iis utpote imminutis tot bellis Gallicis & longo itinere ex Hiſpania, viginti tantum millia militum legionariorum numerabantur: cùm aliàs in juſtis & plenis legionibus ſeptem XXVIII millia atque etiam amplius continerentur. Si alicubi hæſitandum eſt, in eo eſſet, quod dicat ſe ſupra demonſtraſſe de VII legionibus: cùm non de ſeptem legionibus, ſed XX millibus legionariorum mentionem fecerit. *Montan.*

Terram Cerauniorum] Terram Cerauniorum vocat à montibus Cerauniis ſive Acrocerauniis, qui in hoc tractu Epiri, altitudine famoſi nautiſque formidabiles ſe elevant: nam quotieſcunque nubeculæ inde elevantur, tempeſtates in iis maximæ oriuntur. Hodie *Cimariotti* Alphonſo Adriano, *Monte de Chimara* Leandro Alberto. *Idem.*

locum, qui appellatur Pharſalus, omnibus navibus ad unam incolumibus, milites expoſuit. Erat Orici Lucretius Veſpillo, & Minucius Rufus cum navibus XVIII; quibus juſſu D. Lælii præerant: M. Bibulus cum navibus cx Corcycæ. Sed neque ii ſibi confiſi ex portu prodire ſunt auſi, quum Cæſar omnino XII naves longas præſidio duxiſſet, in quibus erant conſtratæ IV. Bibulus, impeditis navibus diſperſiſque remigibus, ſatis maturè occurrit, quod prius ad continentem viſus eſt Cæſar, quàm de ejus adventu fama omnino in eas regiones perferretur. Expoſitis militibus, naves eadem nocte Brundiſium à Cæſare remittuntur, ut reliquæ legiones, equitatuſque tranſportari poſſent. Huic officio præpoſitus erat Fuſius Kalenus legatus, qui celeritatem in tranſportandis legionibus adhiberet. Sed ſerius à terra provectæ naves, neque uſæ nocturnâ aurâ, in redeundo offenderunt. Bibulus enim Corcycæ certior factus de adventu Cæſaris, ſperans ſe alicui parti onuſtarum navium occurrere poſſe, inanibus occurit; & nactus circiter XXX, in eas indiligentiæ ſuæ ac doloris iracundia erupit,

Qui appellatur Pharſalus] *Pharſalia* regio Theſſaliæ eſt, ab opido *Pharſalo*. Cæſar autem copias in Epiro expoſuit, haud procul Orico. Quare ſuſpicor opidum in prima Epiro fuiſſe, cui *Pharſalo* potius, quàm *Pharſalia*, nomen eſſet. Paul. Oroſius, lib. 6, cap. 15, non *Pharſaliam*, neque *Pharſalum*, ſed *Palæopharſalum*, id eſt, antiquum Pharſalum, vocat. *Manut.* Glandorpius & *Pharſaliam* & *Pharſalum*: &, præter auctoritatem vetuſtorum codicum, *Paleſte* legendum eſſe (locus is Epiri eſt) probat ſatis plauſibiliter ex Lucani lib. quinto, ubi Cæſaris trajectio deſcribitur.

——— fluctuque ſecundo
Lapſa Paleſtinas uncis confixit arenas.

Montan,

L. Veſpillo] Variè ſcribitur hoc nomen in antiquis codicibus. In Florentinis Pandectis, *Biſpellio*: in lexico antiquo Latinogræco, *Viſpullio* & *Viſpulliones* interpretatur νεκροθάπτας. In aliis libris *Viſpillo*, in aliis *Veſpillo*, quæ vera lectio eſt. Ita enim in argenteo nummo, *Q. Lucretius Q. F. Veſpillo.* Hic filius fuit ejus *Lucretii*, cujus Cicero in Bruto mentionem facit his verbis: *Q. Lucretius Veſpillo & acutus & juriſperitus.* Auctor verò libelli de viris illuſtribus cauſam cognominis ita reddit: *Tiberii Gracchi corpus Lucretii ædilis manu in Tiberim miſſum eſt, unde ille Veſpillo dictus.* Ciaccon.

Iuſſu D. Lælii] Lælius namque Aſiaticis navibus à Pompeio præfectus erat, ut ipſe Cæſar paulo ante dixit. *Montan.*

Offenderunt] Id eſt, impegerunt, abſolutè namque hic poſitum eſt. *Idem.*

Iracundia erupit] Poteſt diſputari pronomen *Suæ*, poſitum eſſe pro *Ipſius*:

rupit, omneſque incendit; eodemque igne nautas dominoſque navium interfecit, magnitudine pœnæ reliquos deterrere ſperans. Hôc confectô negotiô, à Salonis ad Orici portum ſtationes litoraque omnia longè lateque claſſibus occupavit: cuſtodiiſque diligentius diſpoſitis, ipſe graviſſima hieme in navibus excubabat, neque ullum laborem aut muuus deſpiciens, neque ſubſidium exſpectans, ſi in Cæſaris complexum venire poſſet. Sed poſt diſceſſum Liburnarum,

ſed tamen relinquetur nomen *Nactus*, cui verbum nullum reſpondebit. Nam ad verbum *Erupit* referre nulla ratio eſt. Conſulendus igitur liber aliquis antiquus: ecquis meam hanc conjecturam confirmet. Nam cum Cæſar hoc loco Bibulum, diſſimulanter tamen, perſtringat: fieri poteſt, ut *iracundiam expuit*, facetè dixerit. Quo verbo Terentius eſt uſus: *Quaſi ubi illam expueret miſeriam ex animo.* De Bibuli autem iracundiâ paulo poſt iterum mentio fit. *Indiligentiæ* vero, pro *Diligentiæ*, quod Urſinus ex ſuo libro reſtituit, incredibile dictu eſt, quàm mihi probetur. Serius enim Bibulus eis occurrerat. Videndum etiam an *Iracundiam*, in quarto caſu legi poſſit, retento verbo *erupit*: ut apud Terentium in Eunucho, *Iamne erumpere hoc licet mihi gaudium?* pro expromere, & quaſi diu cohibitum emittere. *Hotoman.* Imo retinendum eſt verbum *erupit.* Præter Terentium etiam Cicero cum accuſativo id conſtruxit. Ac ille: *in me ſtomachum erumpant.* Montan.

A Salonis] Lucanus lib. v:

Qua maris Adriaci longas facit unda
Salonas.

Et ita Dio & Ptolemæus: ſed Plinius, Mela, itemque vetus inſcriptio habet *Salona:* & Hirtius de bello Alexandrino *cum reliquis copiis Salonam ſe recepit.* Stephanus verò utrumque nomen ponit, cum ait, Σαλώνα πόλις Ἰλλυρίδος· εἰσὶ καὶ Σαλῶναι πόλις Δελματίας. *Ciacconius.* Urbem hanc Aſinius Pollio, tempore Triumviratus expugnavit, filiumque recens natum *Saloninum* vocavit. Sita eſt in Dalmatia, quæ Illyrici provincia eſt; hodieque *Arvinata* Favonio, & *Salona* Sophiano dicitur. *Montan.*

Neque ſubſidium exſpectans ſi in Cæſaris conſpectum veniret, ſed poſt diſceſſum] Corruptiſſimus locus, & qui lenibus medicamentis curari nequeat. Scripti libri nihil juvant. Tantum habent meliores, *venire poſſet*, pro, *veniret:* &, *complexum*, pro, *conſpectum.* Lego igitur: *ne quod ſubſidium exſpectabat Cæſar, inconſpectum venire poſſet. Poſt diſceſſum*; &c. Nam Bibulus ex iis, quas ceperat, navibus intellexerat Cæſarem aliarum legionum ſubſidium exſpectare, ideoque per ſe omnia munera obibat, ne ſubſidium illud latere ſe poſſet. *Inconſpectum* verò poſuit, pro non conſpecto, ut libro ſecundo, de bello civili, *inviſum* pro non viſo: nam ſic ait, *Communi enim fit vitio naturæ, ut inviſis, latitantibus, atque incognitis rebus magis confidamus atque exterreamur.* Quomodo & Cicero in oratione de Aruſpicum reſponſis: *Occulta & majoribus non inviſa ſolum, ſed etiam inaudita*, &c. Et Vitruvius libro primo: *Omnia autem inviſa & inuſitata.* Ita omnium rectiſſimè Ciacconius. Nam ridiculum eſt, quod ad elucidationem hujus loci adfert Hotomannus. Verba ejus ſunt: Facetè Bibulum eludit. *In Cæſaris complexum*, poſuit pro *in Cæſaris manus aut poteſtatem.* Nec alius farinæ eſt Rhellicani explica-

rum, ex Illyrico M. Octavius cum iis, quas habebat, navibus Salonas pervenit; ibique concitatis Dalmatis reliquiſque barbaris, Iſſam à Cæſaris amicitiâ avertit: conventum Salonas quum neque pollicitationibus, neque denunciatione periculi permovere poſſet, opidum oppugnare inſtituit. Eſt autem opidum & loci naturâ & colle munitum. Sed celeriter cives Romani, ligneis effectis turribus, iis ſeſe munierunt: &, quum eſſent infirmi ad reſiſtendum, propter paucitatem hominum, crebris confecti vulneribus, ad extremum auxilium deſcenderunt; ſervoſque omnes puberes liberaverunt: & præſectis omnium mulierum crinibus, tormenta effecerunt.

plicatio: qui *in complexum* ſumit pro *in congreſſum militarem*. Revera ſatis duri iſti complexus. *Montan.*

Poſt diſceſſum Liburnarum] Apparet hic quædam deeſſe, & ſuperioris temporis hiſtoriam texi, quemadmodum liquet ex ſequentibus, ubi ante hyemem hæc geſta ſcribit. Cæterùm *Liburnæ* vel *Liburnicæ naves* ſunt levitate & celeritate præſtantes, à *Liburnis* populis appellatione accepta. *Glandor.* Cæterum, ut ſupra demonſtratum eſt, Liburniæ atque Achaicæ claſſi Scribonius Libo & M. Octavius præerant. Scribonius verò Libo poſt C. Antonii deditionem xv cohortes, quas ſimul ceperat, ad Pompeium duxit Liburnis navibus impoſitas. Igitur poſt diſceſſum Libonis & Liburnarum M. Octavius cum reliquis Liburnis navibus Salonas pervenit. *Ciaccon.*

Illyrico] Illyricum ſub ſe complectitur Slavoniam, Croatiam, Boſniam, & Dalmatiam. *Golnit.*

Ibique concitatis Dalmatis] V. C. *Delmatis*, & ita antiqui lapides, & Faſti Capitolini, in quibus eſt *Delmaticus*, non *Dalmaticus*. Velius item Longus ex auctoritate Varronis ita præcipit ſcribendum, cum ait: *Placet etiam ut Delmatiam, non Dalmatiam pronunciemus, quoniam à Delminio maxima civitate tractum nomen exiſtimetur.* Urſinus.

Iſſam] Geographi omnes vocant Iſſam inſulam & urbem Dalmatiæ oppiſitam. Et ſic eſt apud Hirtium de bello Alexandrino, *Ciaccon.* Hodie Sophiano *Liſſa* vocatur, ſita in mari Adriatico. *Montan.*

Servoſque omnes puberes] Id eſt, libertate donârunt, quod factitabant, quoties ad arma illos vocarent, quibus aliter militare non licebat. Extat lex Gratiani, Valentiniani, Theodoſii Imperatorum lib. 7, Cod. Theod. tit. 2: *Ad militiam nullus adſpiret, niſi quem penitus liberum aut genere aut vita conditione inquiſitio cauta deprehenderit.* Alia lib. 7, tit. 13: *Inter optimas lectiſſimorum militum turmas neminem è numero ſervorum dandum eſſe decernimus.* L. Annæus Florus lib. 2 Epit. c. 6: *Arma*, inquit, *non erant, detracta ſunt templis: deerat juventus, in ſacramentum militiæ liberata ſervitia.* Sic à Scipione Africano majore, ut in ejus vita ſcribit Plutarchus, poſt cladem Cannenſem trecenti ſervi bello gerendo idonei manumiſſi ſunt, *Brant.*

Et præſectis mulierum crinibus] In Capitolii obſidione idem factum narrat Vegetius libr. 4, cap. 9: *Cum nervorum*, inquit, *copia defeciſſet, matronæ abſciſſos crines viris ſuis obtulere pugnantibus, reparatiſque machinis adverſariorum impetum*

cerunt. Quorum cognitâ ſententiâ, Octavius quinis caſtris opidum circumdedit: atque uno tempore obſidione & oppugnationibus eos premere cœpit. Illi omnia perpeti parati maximè à re frumentaria laborabant. Quare miſſis ad Cæſarem legatis, auxilium ab eô petebant: reliqua, ut poterant, per ſe incommoda ſuſtinebant: & longô interpoſitô ſpatiô, quum diuturnitas oppugnationis negligentiores Octavianos effeciſſet, nacti occaſionem meridiani temporis, diſceſſu eorum, pueris mulieribuſque in murô diſpoſitis, ne quid quotidianæ conſuetudinis deſideraretur; ipſi, manu factâ, cum iis, quos nuper manumiſſos liberaverant, in proxima Octavii caſtra irruperunt. His expugnatis, eôdem impetu altera ſunt adorti, inde tertia, & quarta, & deinceps reliqua: omnibuſque eos caſtris expulerunt; &, magnô numerô interfectô, reliquos atque ipſum Octavium in naves confugere coëgerunt. Hic fuit oppugnationis exitus. Jamque hiems appropinquabat; &, tantis detrimentis acceptis Octavius, deſperatâ oppugnatione opidi, Dyrrhachium ſeſe ad Pompeium recepit. Demonſtratum eſt L. Vibullium Rufum Pompeii præ-

tum repulerunt. Maluerunt enim pudiciſſimæ fœminæ deformato ad tempus capite liberè vivere cum maritis, quàm hoſtibus integro decore ſervire. L. Florus libr. 2 epit. cap. 15 de Carthaginenſibus exire & finibus migrare juſſis: *Qui rebellantium*, inquit, *fuerit furor, vel hinc intelligi poteſt, quod in uſum novæ claſſis, tecta domuſque reſciderunt; in armorum officinis aurum & argentum pro ære ferroque conflatum eſt: in tormentorum vincula matronæ crines ſuos contulerunt.* Brant. Cteſibii etiam verba ſunt: *Funis quoque ex capillo conſit muliebri. Ille enim cum tenuis ſit, longus, multo oleo perfuſus, cum plectunt, vires & intentionem validam accipit, ut nec diſſonet multum à robore nervorum.* Montan.

Quinis caſtris] Id eſt, quinque. Diſtributivum enim nomen pro cardinali poſitum eſt, hiſtorico & poëtico more. *Idem.*

Mulieribuſque in muro] Dio tradit mulieres non in muro fuiſſe diſpoſitas, ſed demiſſis capillis, veſtitu nigro indutas, acceptis facibus, & quàm maximè terribili habitu compoſitas, mediâ nocte ad caſtra oppugnantium acceſſiſſe: metuque exanimatis cuſtodibus (dæmonum enim ſpeciem illis exhibebant) omnibus ſimul locis ignem injeciſſe. *Montan.*

Iamque hyems appropinquabat] Paulo ante nonis Januar. à Brundiſio diſceſſum eſt, hic appropinquat hyems. Sed neceſſe eſt Octavii hiſtoriam de priore autumno intelligi, & mutilam à principio eſſe, ut jam admonuimus. *Glarean.*

Vibullium Rufum] Plutarchus ſcribit Vibullium huc uſq; captivum apud Cæ-

præfectum bis in poteſtatem perveniſſe Cæſaris, atque ab o eſſe dimiſſum, ſemel ad Corfinium, iterum in Hiſpaniâ. Hunc pro ſuis beneficiis Cæſar judicaverat idoneum, quem cum mandatis ad Cn. Pompeium mitteret: undemque apud Cn. Pompeium auctoritatem habere ntelligebat. Erat autem hæc ſumma mandatorum: debere utrumque pertinaciæ finem facere, & ab armis diſcedere, neque amplius fortunam periclitari: ſatis eſſe nagna utrimque incommoda accepta; quæ pro diſciplina & præceptis habere poſſent, ut reliquos caſus timeent. Illum ab Italis expulſum, amiſsâ Siciliâ & Sardinia luabuſque Hiſpaniis, & cohortibus in Italiâ atque Hiſpaniâ civium Romanorum c atque xxx: ſe morte Curionis & detrimentô Africani exercitus tantô, militumque leditione ad Corcyram. Proinde ſibi ac reipublicæ parerent, quantumque in bello fortuna poſſet, jam ipſi ncommodis ſuis ſatis eſſent documento: hoc unum eſſe empus de pace agendi, dum ſibi uterque confideret, x pares ambo viderentur; ſi verò alteri paullum modo ribuiſſet fortuna; non eſſe uſurum conditionibus pacis um, qui ſuperior videretur, neque fore æqua parte con-

æſarem habitum, & cum mandatis l Pompeium dimiſſum. Sed falſus in o procul dubio eſt nominatus auctor, æſari oculato teſti contradicens. Nomiat autem hunc *Præfectum Pompeii* Cær, nempe *Præfectum fabrûm*. Ciacconius id probat. Ait ille: Nam cum ſcriat Cæſar in epiſtolâ ad Q. Oppium *ſe uos Præfectos fabrûm Cn. Pompeii deprendiſſe, amboſque miſſos feciſſe*, neque ium quam *Cn. Magium* huc uſque noinaverit, ſcilicet lib. I de bello civili; ic autem *Vibullium Pompeii præfectum* ppellat, videtur hic *alter* fuiſſe *præfeus fabrûm*. Cùm autem eodem lib. I icat, cognoviſſe Cæſarem *miſſum in iſpaniam à Pompeio Vibullium Rufum*, *uem ipſe Corfinii captum dimiſerat*, conmare videtur id, quod hic dicit, *iterum in Hiſpania* captum dimiſiſſe. Addit Cæſar *ſemel ad Corfinium, iterum in Hiſpania* captum & dimiſſum. Verba Hotomanni ſunt: Hoc nominatim quidem demonſtratum non fuit, ſed in Hiſpaniam à Pompeio miſſum ad tres ipſius legatos, Afranium, Petreium & Varronem, lib. I. Cùm autem Afranius & Petreius in Cæſaris poteſtatem cum ſuis omnibus copiis venerunt, vult intelligi, in eo numero hunc quoque fuiſſe. *Montan.*

Militum deditione ad Corcyram] Ex hoc loco etiam oſtenditur ſecundum librum belli civilis mancum eſſe. Intelligit autem deditionem C. Antonii & xv cohortium, de qua in fine ſecundi libri diximus. Hæc *Corcyra nigra* dicitur, Illyrico litori oppoſita. *Ciaccon.*

Roma

contentum, qui ſe omnia habiturum confideret: conditiones pacis, quoniam ante convenire non potuiſſent, Romæ à ſenatu & à populo peti debere: interea & reipublicæ & ipſis placere oportere; ſi uterque in concione ſtatim juraviſſet, ſe triduô proximô exercitum dimiſſurum: depoſitis armis auxiliiſque, quibus confiderent, neceſſariô populi ſenatuſque judiciô fore utrumque contentum. Hæc quo facilius Pompeio probari poſſent, omnes ſuas terreſtres urbiumque copias dimiſſurum. Vibullius, his expoſitis à Cæſare, non minus neceſſarium eſſe exiſtimavit, de repentino adventu Cæſaris Pompeium fieri certiorem, uti ad id conſilium capere poſſet, antequam de mandatis agi inciperet, atque ideo, continuato & nocte & die itinere, atque mutatis ad celeritatem jumentis, ad Pompeium contendit; ut adeſſe Cæſa-

Romæ à Senatu & à pop.] Non videtur æqua conditio; cum Cæſar in Senatu & planè in populo dominaretur. *Montan.*

Interea & Reipublicæ & ipſis placere oportere] Vitiato huic loco quidam viri docti medicinam adhibere conati ſunt, ſed conati tantum: nihil enim perfecerunt. Legunt enim: *Interea expedire, & ipſis placere oportere.* ſed videant doctiores num legi debeat, *Interea & Pompeio & ipſi ſufficere oportere.* Nam cùm de ſe loquitur Cæſar, *ipſe* ſolet ſcribere, ut ſupra lib. 1 de bello civili, *imprimis, ut ipſe cum Pompeio colloqueretur, poſtulat.* Ciaccon.

Triduo proximo] Paulo aliter Plutarch. *Si inter ſe congreſſi exercitibus intra diem tertium dimiſſis reconciliatâ gratiâ & jurejurando dato, in Italiam redirent.* Montanus.

Vibullius his expoſitis, &c.] Accipimus, Vibullium Cæſaris poſtulata Corcyræ Pompeianis ducibus expoſuiſſe. Nam quod Glareanus locum ſuſpectum habet, quoniam ſupra Pompeium Dyrrhachii fuiſſe traditur, id nihil eſt, cùm multum interea temporis interceſſerit, & Cæſar illic autumni vel æſtatis, hic hyberni temporis res geſtas perſequatur. *Giandorp.*

Antequam de mandatis agi inciperet] Lego, *quàm de mandatis agi:* hoc eſt; non minus neceſſarium eſſe exiſtimavit, de repentino adventu Cæſaris Pompeium fieri certiorem, uti ad id conſilium capere poſſet, quàm de mandatis agi. *Ciaccon.*

Atque mutatis ad celeritatem jumentis] Infra hoc libro: *& niſi eo ipſo tempore nuncii de Cæſaris victoria per diſpoſitos equites eſſent allati.* Vetus inventum, ut per diſpoſitos equos & certas ſtationes currerent, quod tangit Juſtus Lipſius cent. 3, ad Hiſpanos & Italos epiſt. 59. Narrat & Capitolinus de nuncio, qui mutatis animalibus cucurrit, ut cædem Maximini Romanis nunciaret. Extat & tit. libr. 12 Codic. *de curſu publico.* Apud nos hodie curſum publicum, non vehiculis, ut olim, ſed ſingularibus equis conficiunt, & pro locorum ac diverſoriorum ratione ſua habent curricula majora vel minora, eaque ratione manſiones diſtinguuntur. *Poſtas* vocamus, ut & Galli: Itali *curſores.* Jus autem

Cæſarem omnibus copiis nunciaret. Pompeius erat eo tempore in Candavia, iterque ex Macedonia in hiberna, Apolloniam Dyrrhachiumque habebat: ſed, re nova perturbatus, majoribus itineribus Apolloniam petere cœpit; ne Cæſar oræ maritimæ civitates occuparet. At ille expoſitis militibus, eodem die Oricum proficiſcitur. Quò quum veniſſet, L. Torquatus, qui juſſu Pompeii opido præerat, præſidiumque ibi Parthinorum habe-

em inſtituendi curſus publicos penes mperatorem & Reges eſt. *Brant.*

In Candavia] Plinius libr. 3, cap. 23 *nontes Candaviæ* in Macedonia ponit. Et Volaterranus lib. 8 Geographiæ ei ſubſcribit. Unde apparet *Candaviam* Macedoniæ regionem eſſe perpetuis monibus cinctam. *Rhellican.*

Ne Cæſar oræ maritimæ civitates occuparet]. Lib. 3 bel. Gal. *omni orâ maritimâ celeriter ad ſuam ſententiam perductâ.* Maximi ſcilicet momenti eſt maritimum imperium, & ex militiæ navalis ſu facilior longè terreſtris. Teſtantur iſtoriæ eos qui mari plurimum poſſent, celeritate & magnitudine rerum eſtarum aliis gentibus longè præſtitiſe. Ideoque magnorum Principum cua fuit ad bellum antiquiſſima navalis pparatus, quo pacto oram maritimam bſervare, portus occupare, fluminum auces munire poſſent: in ſumma effiere, auctore Thucydide, ne qua gens lia illis claſſe præpolleret. Ita enim ſe es habet, quiſquis dominus maris eſt, rerum potiatur oportet. Vide Ariſt. b. 7 polit. cap. 6. Hinc Alexandrini rælio navali à Cæſare ſuperati, claſſis parandæ (quâ ille totâ fere potitus eat) cogitationem non depoſuerunt: *idebant enim non auxilia Cæſaris, non ommeatus ſupportari poſſe ſi claſſe ipſi valerent*, ut ſcribit Hirt. de bell. Alexand. *rant.*

Oricum] Prima Epiri civitas Oricum ſt, quam hodie nonnulli *Velonam* nominant: Italiæ qua parte Brundiſium tque Hydruntum ſitæ ſunt, oppoſita, ipſo Ionii maris litore, Antigoniam à tergo ad orientem habens, à meridie Ceraunios montes: ſupra ſe ad boream Amantiam Macedoniæ urbem. Ptolemæus eandem in Chaoniâ ponit, quæ Epiri pars eſt. Imminet prorſus Italiæ Oricum, ſolebantque ex eâ in Italiam exercitus traduci. Erat enim illud Romanis imperatoribus conſuetum iter ex Theſſaliâ in Epirum, ex Epiro ad Oricum, ab Orico ad Brundiſium tranſportandorum exercituum: inde per Italiam, ad urbem Romam. *Gerbelius.*

L. Torquatus] Hic eſt *L. Manlius Torquatus*, L. Manlii Torquati filius, contra quem P. Cornelium Syllam Cicero defendit. Periit poſtea in Africa cum Scipione, ut habet Commentarius de bell. Afric. Dicit autem Appianus, *Cæſarem cum expoſitis copiis noctu Oricum petiiſſe, per colles anguſtos & aſperos, non uno agmine, ita ut ſi quis præſenſiſſet, facile propter difficultatem locorum arceri potuerit. Tandem ſub diluculum ægrè in unum ſuis collectis, præfectum præſidii, negantibus opidanis prohibendum Romanum conſulem, claves ei tradidiſſe, & cum eo poſthac manſiſſe in eodem honore habitum.* Et addit idem auctor, quæ à Cæſare prætereuntur. Nempe eodem tempore: *Lucretium & Minutium, qui ex altera parte Orici cum octodecim navibus longis onerarias frumenti Pompeio deferentes cuſtodiebant, ipſis unà cum frumento depreſſis ne caperentur ab hoſte, Dyrrhachium aufugiſſe.* Montan.

Parthinorum] Parthini populi ſunt Macedoniæ, de quibus Plinius lib. 3, cap. 23. *Idem.*

Con-

habebat, conatus portis clauſis opidum defendere; Græcos murum adſcendere, atque arma capere jubet. Illi autem quum ſe contra imperium Populi Romani pugnaturos eſſe negarent; opidani autem ſua ſponte Cæſarem recipere conarentur, deſperatis omnibus auxiliis, portas aperuit; & ſe atque opidum Cæſari dedit, incolumiſque ab eô conſervatus eſt. Receptô Cæſar Oricô, nullâ interpoſitâ morâ, Apolloniam proficiſcitur. Ejus adventu audito, L. Staberius, qui ibi præerat, aquam comportare in arcem, atque eam munire, obſideſque ab Apolloniatibus exigere cœpit. Illi verò daturos ſe negare; neque portas conſuli præcluſuros, neque ſibi judicium ſumpturos, contra atque omnis Italia Populuſque Romanus judicaviſſet. Quorum cognita voluntate, clam profugit. Apolloniates ad Cæſarem legatos mittunt, opidoque recipiunt. Hos ſequuntur Bullidenſes, Amantiani & reliquæ finitimæ civitates: tota-

Contra imperium] *Imperium* hic pro Imperatore & magiſtratu ſumit. Erat enim Cæſar conſul. Sic infra: *erat plena lictorum & imperiorum provincia.* Idem.

Apolloniam] Tria hoc nomine fuerant opida, in Thraciâ nempe, Africâ & Macedoniâ. De poſtremâ hic mentio fit: quam Plinius à mari ſitam fuiſſe ſcribit ſeptem millibus paſſuum, & Strabo ſexaginta ſtadiis, quod idem fere eſt. Hodie Sophiano *Apolline*, Pineto *Siſſopoli.* Montan.

L. Staberius] Alii ſcribunt *Straberius:* quæ familia nuſquam invenitur. Sed *Staberia*, ex antiquorum lapidum obſervatione nota eſt.

Romæ, in ædibus Mangoniorum, in Campo Martio, in ara grandi.

T. STABERIO
SECUNDO. COACTORI.
ARGENTARIO. VIATOR
CONSULARIS. ET. PRÆT.
SIBI. ET.

CLAUDIÆ. STRATONICE.
UXORI.

Ad Forum Boarium, in hortis Maximorum, ubi putatur fuiſſe Fabiorum domus.

T. STABERIUS. EPIGONUS
VIATOR. CONSULARIS.
SIBI. ET. SUIS. ITEM. LIB. LIBERTABUS
POSTERISQUE. EORUM.
VIXIT. ANNIS. LXXXII.
MEN. II. DIEBUS. XX.

Manutius. Quem autem Cæſar Staberium, Appianus Tiberium vocat. *Montanus.*

Bullidenſes, Amantiani] Libet convenientiſſimum huic loco 23 caput e Plinii lib. III aſcribere: ita habet: *Liſſo Macedonia provincia, gentes Partheni, & à tergo eorum Daſſaretæ. Montes Candaviæ à Dyrrachio LXXIX millia paſſuum. In ora vero Denda civium Romanorum, Epidamnum colonia; propter inauſpicatum nomen à Romanis Dyrrachium appe-*

totaque Epirus; &; legatis ad Cæſarem miſſis, quæ imperaret facturos pollicentur. At Pompeius, cognitis iis rebus, quæ erant Orici atque Apolloniæ geſtæ, Dyrrhachio timens, diurnis eò nocturniſque itineribus contendit. Simul ac Cæſar appropinquare dicebatur, tantus terror incidit ejus exercitui, quod properans noctem diëi conjunxerat, neque iter intermiſerat; ut pene omnes in Epiro finitimiſque regionibus ſigna relinquerent, complures arma projicerent; ac fugæ ſimile iter videretur. Sed, quum prope Dyrrhachium Pompeius conſtitiſſet, caſtraque metari juſſiſſet; perterrito etiam tum exercitu, princeps Labienus procedit; juratque, ſe eum non deſerturum, eumdemque caſum ſubiturum, quemcunque ei fortuna tribuiſſet. Hoc idem reliqui jurant legati. Hos tribuni militum centurioneſque ſequuntur, atque idem omnis exercitus jurat. Cæſar præoccupatô itinere ad Dyrrhachium, finem properandi facit: caſtraque ad flumen Apſum ponit in finibus

ppellata: flumen Aöus, à quibuſdam Aëas nominatum: Apollonia quondam Corinthiorum colonia, VII *millia paſſuum à mari recedens: cujus in finibus celebre Nymphæum. Accolunt barbari Amantes & Buliones. At in ora opidum Oricum à Colchis conditum. Inde initium Epiri, montes Acroceraunia. Oricum à Salentino Italiæ promontorio diſtat* LXXXV *millia paſſuum.* Quos hic Plinius *Amantes & Buliones*, eoſdem ſequenti lib. IV, cap. X, videtur vocare *Amantinos & Bullidenſes*: ait ibi, *liberi Amantini atque Oreſtæ, Colonia Bullidenſis & Dienſis.* Sed Cæſar infra: *Qui commeatus Bullide* (ſic enim habet manuſcriptus codex) *atq; Amantia importari in opidum prohibebat.* Et ita legitur apud Ptolemæum, Βυλλὶς, Ἀμαντία. Et Stephanus, Βυλλὶς, Ἀμαντία. *Fontan.*

Dyrrachio timens, diurnis eo] Cur ita Dyrrachio timebat Pompeius? Nempe erat ea urbs illius promptuarium & omnis apparatus receptaculum. In itinere autem è Macedonia, cujus hic mentio, Pompeius (teſte Appiano) concædes, quà ibat, fecit ad remorandum Cæſarem, ponteſque rupit fluminum, & commeatus incendit. *Idem.*

Neque iter intermiſerat] Imo tantâ feſtinatione uſus eſt Pompeius; ut nec cibo nec ſomno ſatis temporis daret: & quidam milites præ laſſitudine ſarcinas abjicerent, aut ſubducentes ſe in vallibus recumberent, pluris quietem, quàm metum ab hoſtibus facientes. *Idem.*

Præoccupato itinere] Alii *perfecto itinere*, alii *præcepto itinere*, alii *profectus* legunt. Sed mihi retinenda hæc lectio videtur. Vult enim Cæſar, qui Apolloniâ Dyrrachium properabat, ut eam urbem, in quâ apparatus totâ æſtate conquiſiti reſervabantur, invaderet, Pompeium antevertiſſe, & priorem acceſſiſſe: & eâ de causâ finem ſe properandi feciſſe. *Idem.*

Flumen Apſum] Quem Cæſar, Dio & Lucanus *Apſum*, Plutarchus *Anum*, Stra-

nibus Apolloniatium; ut vigiliis caſtelliſque benemeritæ civitates tutæ eſſent præſidio: ibique reliquarum ex Italiâ legionum adventum exſpectare, & ſub pellibus hiemare conſtituit. Hoc idem Pompeius facit, & trans flumen Apſum poſitis caſtris, eò copias omnes auxiliaque conduxit. Kalenus, legionibus equitibuſque Brundiſii in naves poſitis, ut erat præceptum à Cæſare, quantum navium [facultatem] habebat, naves ſolvit; paullumque à portu progreſſus, literas à Cæſare accipit; quibus eſt certior factus, portus litoraque omnia claſſibus adverſariorum teneri. Quô cognitô, ſe in portum recipit, naveſque omnes revocat. Una ex iis, quæ perſeveravit, neque imperio Kaleni obtemperavit, quod erat ſine militibus, privatôque conſiliô adminiſtrabatur, delata Oricum atque à Bibulo expugnata eſt: qui de ſervis liberiſque omnibus ad impuberes ſupplicium ſumit, & ad unum interficit. Ita, exiguô tempore, magnô caſu totius exercitus ſalus conſtitit. Bibulus, ut ſupra demonſtratum eſt, erat cum claſſe ad Oricum: &, ſicut mari portubuſque Cæſarem prohibebat, ita ipſe omni terra

Strabo *Aoum*, & Plinius etiam *Aëam* vocat, & Appianus voce depravatâ *Alorem*. Glandor.

Vt vigiliis caſtelliſque benemeritæ civitates tutæ eſſent præſidio] Faërnus legebat, *benemeritæ civitati eſſet præſidio.* Sed legendum contenderim: *ut vicis caſtelliſque benemeritæ civitatis eſſet præſidio.* ait enim Cæſarem in Apolloniatium finibus caſtra poſuiſſe, ne Pompeiani eorum vicos caſtellaque incenderent, & agros popularentur, quod ei portas aperuiſſent & commeatu opibuſque adjuviſſent. Infra: *non ſolum urbibus, ſed pene vicis caſtelliſque ſingulis.* Et Salluſtius, citante Nonio, *vicos caſtelloſque incendere* dixit. *Ciaccon.*

Sub pellibus] Antiquus dicendi modus eſt, pro *ſub tentoriis*, quia tentoria vulgo è corio & pelle conſtabant. Hæ pelles è publico datæ, ſed ducibus tantum. *Lipſius.*

Quantum navium facultatem habebat] Senſus eſt, Antonium pro copia & numero navium milites impoſuiſſe: nam non omnes qui Brundiſii erant, fuiſſe tranſductos ex eo apparet, quod expoſitis copiis Calenus naves ſtatim ad reliquas tranſducendas Brundiſium remiſerit. Et hic dixit, *quantum navium*, ut ſupra, in principio hujus libri, *tantum navium reperit*. Sed magis inclinat animus, ut legatur, *quum primum navigandi facultatem habuit*. Antonius enim, ne occaſionem amitteret, impoſitis in naves militibus, idoneam tempeſtatem exſpectabat, quâ oblatâ naves ſolvit. Sic infra: *Ad ſuos ſeverius ſcripſit, ut nacti idoneum ventum, ne occaſionem navigandi dimitterent*. Ciaccon.

Nudam

errâ earum regionum prohibebatur. Præſidiis enim diſpoſitis, omnia litora à Cæſare tenebantur; neq; lignandi,neq; aquandi,neque naves ad terram religandi poteſtas iebat. Erat res in magna difficultate, ſummiſque anguſtiis rerum neceſſariarum premebantur; adeo ut cogerentur, ſicuti reliquum commeatum, ita ligna atque aquam Corcyrâ navibus onerariis ſupportare: atque uno tiam tempore accidit, ut, difficilioribus uſi tempeſtaibus, ex pellibus, quibus erant tectæ naves, nocturum excipere rorem cogerentur: quas tamen difficultaes patienter & æquô animô ferebant; neque ſibi nudana litora & relinquendos portus exiſtimabant. Sed cum ſſent in quibus demonſtravi anguſtiis, ac ſe Libo cum ibulô conjunxiſſet; loquuntur cum M. Aciliô & Staiô Murcô legatis, quorum alter opidi muris, alter præſidiis terreſtribus præerat; velle ſe de maximis rebus cum Cæſare loqui, ſi ſibi ejus facultas detur. Huc addunt auca rei confirmandæ cauſsâ, ut de compoſitione aturi viderentur. Interim poſtulant, ut ſint induciæ; tque ab iis impetrant. Magnum enim, quod afferebant, videbatur, & Cæſarem id ſummè ſciebant cupere; & profectum aliquid Bibuli mandatis exiſtimabatur.

Nudanda litora] *Nudari litora* dicunr, ſive ab hominibus relinquantur, ve ab aquâ. Tacit. lib. 5: *Flatibus Eterum implentur vada, hybernus Auſter volvit fluctus, pulſoque introrſus fretô, evia litorum nudantur.* Hotoman.

Cum M. Acilio & Statio Murco legatis] inor legendum *cum M. Acilio*, quod tantum prænomine *Acilia* familia atur, licet in argenteo quodam denaſit M. ACILIUS M. F. ſed haud o an fabrili errato. *Statius* autem URCUS IMP. in argenteo item derio deſcriptus eſt. *Vrſinus*. Dicit Cæſar *erum opidi muris præfuiſſe*. Erat is M. cilius, à Cn. Pompeio Orici paulo ſt oppugnatus: qui magnam urbis rtem incendio conſumſit. Sed Statius Murcus non alius eſt, quàm qui poſtea ad Sextum Pompeium ſe recepit. Is hominem initio libenter & comiter excepit, ut copias, quibus præerat, ad ſe traduceret: deinde autem,inſimulatum proditionis, necari juſſit. *Montan.*

Profectum aliquid Bibuli mandatis] Antiquus noſter, & Ald. *Perfecturum aliquid de Bibuli mandatis*. Jam pridem credidi reponendum eſſe *Vibullii*, quem dictum eſt, à Cæſare legatum de pace ad Pompeium miſſum. In eâq; ſententiâ video quoque nonnullos eſſe. Sed poſtea veritus ſum ne non ſatis commode Legati *mandata* dicerentur: nam & ſupra & infra ubique Cæſaris ipſius *mandata* hæc appellantur. Eo accedit, quod nondum expoſita hæc fuiſſe à Vibullio

tur. Cæſar eo tempore cum legione unâ profectus ad recipiendas ulteriores civitates, & rem frumentariam expediendam, quâ anguſtè utebatur, erat ad Buthrotum oppoſitum Corcyræ. Ibi ab Acilio certior & Murco per literas factus de poſtulatis Libonis & Bibuli, legionem relinquit; ipſe Oricum revertitur. Eò quum veniſſet, evocantur illi ad colloquium. Prodit Libo atque excuſat Bibulum, quod is iracundiâ ſummâ erat inimicitiaſque habebat etiam privatas cum Cæſare ex ædilitate & prætura conceptas: ob eam rem colloquium vitaſſe, ne res maximæ ſpei maximæque utilitatis ejus iracundia impedirentur. Pompeii ſummam eſſe ac fuiſſe ſem-

mandata videntur. Nam paulo poſt demum: *Vibullius*, inquit, *ſedato tumultu de mandatis Cæſaris agere inſtituit.* Perexigua fortaſſe mutatio integritatem huic loco reſtitueret, ſi *Perfectum iri aliquid Bibuli mandatis* legeremus: ut mox: *Miſſuros ad Pompeium, atque illum reliqua perfecturum, hortantibus ipſis.* Sic infra ubi ſimili de negotio agitur, *Scipionem*, inquit, *eâ auctoritate eſſe, ut magnâ ex parte compellere, atque errantem regere poſſet.* Sperabant ergo fore, ut ſi Bibulus, cujus tanta erat auctoritas, aliquem è ſuo numero ad Pompeium mitteret, multum ipſius mandatis proficeretur. Nam Pompeius imperii partem Bibulo conceſſerat: neque quiſquam erat, qui majore odio Cæſarem proſequeretur. *Hotoman.*

Vlteriores civitates] Scilicet *Graciæ*: ſtatim enim ſequitur, *erat ad Buthrotum.*

Buthrotum] *Buthrotus*, ſive ut alii ſcribunt *Burrotus*, urbs eſt Epiri, quam Theſprotis attribuit Ptolemæus, & κολπον, hoc eſt ſinum appellavit. Ei oppoſita eſt inſula Corcyra, à qua, Plinio teſte, duodecim millibus paſſuum diſtat. Dicta eſt Buthrotus urbs, ut quorundam ſententia eſt, à Buthroto ejus conditore. Alii fabulam confinxerunt, videlicet Heleno è bello Troiano ad occaſum naviganti, cum in Epiro ἀποβατήρια ſacrificaret, bos ex immolatoris ictu au[fugiens], per pontum ad hunc ſinum pervenit. In ipſam vero continentem deſcendens, hærente adhuc in cervic[e] vulnere, eo loci moribundus cecidi[t]. Helenus reipſa, veluti fato quodam ad monitus, Buthroto nomen ex fact[o] impoſuit, teſte Gerbelio. Hodie *Bu[t]trinto* Sophiano. *Montan.*

Ex ædilitate & prætura, &c.] Quo ad *ædilitatem* Cæſaris cum Bibulo ge[ſ]ſtam attinet, Suetonius Tranquillus [ſi]multatem inter eos ſic conflatam eſ[ſe] in Julio narrat: *Ædilis præter comitium ac forum baſilicaſque, etiam Capitolium ornavit, porticibus ad tempus extructis: [i]n quibus abundante rerum copiâ pars appa[ra]tus exponeretur. Venationes autem l[u]doſque & cum collegâ, & ſeparatim edidi[t]. Quo factum eſt, ut communium quoq; im[pen]penſarum ſolus gratiam caperet, nec diſſ[i]mularet collega ejus M. Bibulus, eveni[ſſe] ſibi, quod Polluci. Vt enim geminis fratr[i]bus ædes in foro conſtituta, tantum Caſto[ris] vocaretur: ita ſuam Cæſariſque munif[i]centiam, unius Cæſaris dici.* Rhellican. A[d]ditur de *prætura.* Nuſquam ego de B[i]buli prætura legi. Sed de conſulatu qu[i]dem, quem cum Cæſare geſſit anno [ab] U.C. DCXCV, non ſine acribus conte[n]tionibus & rixis inter ipſum & coll[e]gam, ut videre eſt apud Dionem & Su[e]tonium. *Montan.*

Rerum

ẽmper voluntatem, ut componeretur atque ab armis liſcederetur: ſed poteſtatem ſe ejus rei nullam habere; propterea quod de conſilii ſententiâ ſummam elli rerumque omnium Pompeio permiſerint: ſed potulatis Cæſaris cognitis, miſſuros ad Pompeium, atque illum reliqua per ſe acturum; hortantibus ipſis interea manerent induciæ, dum ab illo rediri poſſet; neve lter alteri noceret. Huc addit pauca de cauſſâ & de coiis auxiliiſque ſuis. Quibus rebus neque tum reſpondendum Cæſar exiſtimavit, neque nunc, ut memoriæ rodatur, ſatis cauſſæ putamus. Poſtulabat Cæſar, ut leatos ſibi ad Pompeium ſine periculo mittere liceret; idue ipſi fore reciperent, aut acceptos per ſe ad eum perucerent. Quod ad inducias pertineret, ſic belli ratioem eſſe diviſam; ut illi claſſe naves auxiliaque ſua impedirent; ipſe ut aquâ terrâque eos prohiberet: &, ſi oc ſibi remitti vellent, remitterent ipſi de maritimis uſtodiis; ſin illud tenerent, ſe quoque id retenturum: ihilominus tamen agi poſſe de compoſitione, ut hæc on remitterentur; neque hanc rem eſſe impedimenti co. Illi neque legatos Cæſaris recipere, neque periulum præſtare eorum, ſed totam rem ad Pompeium jicere: unum inſtare de induciis, vehementiſſimeque ontendere. Quos ubi Cæſar intellexit præſentis periculi

Rerumque omnium Pompeio] Hæc ita icanus expreſſit:

Vos quorum finem non eſt ſenſura poteſtas,
Conſulite in medium patres, Magnumque jubete
Eſſe ducem. Læto nomen clamore Senatus
Excipit, & Magno fatum patriæque ſuumque
Impoſuit, &c. *Idem.*

Ipſi reciperent] Id eſt, pollicerentur.

Ipſe ut aquâ terrâque, &c.] *Aqua*; icet *dulci*. Supra enim aſſerit Bibuos præ hujus aquæ inopiâ, cæleſtem rorem ex pellibus expreſſiſſe. *Montan.*

Illud] Supple, *marinas*. *Id*, ſupplendum, *terreſtreis cuſtodias*.

Illi neque legatos Cæſaris recipere] Id eſt, recipiebant, hoc eſt, *accipiebant*; quô verbô ipſe Cæſar paulò ante utitur.

Periculum præſtare] *Præſtabant*, hoc eſt, ſi Cæſaris legati inter Pompeianos periclitarentur, non ſpondebant, ſe Cæſari ſuper eâ re ſatisfacturos. *Præſtare* namque hic forenſe verbum eſt. *Rhellicanus.*

Vnum inſtare] Id eſt, ſolummodo *inſtare*; inſtabant, καθ' ἑτέρωσιν modi.

culi atque inopiæ vitandæ cauſſa omnem orationem inſtituiſſe, neque ullam ſpem aut conditionem pacis afferre, ad reliquam cogitationem belli ſeſe recepit. Bibulus multos dies terra prohibitus, & graviore morbo ex frigore ac labore implicitus, quum neque curari poſſet, neque ſuſceptum officium deſerere vellet, vim morbi ſuſtinere non potuit. Eô mortuô, ad neminem unum ſumma imperii redit, ſed ſeparatim ſuam quiſque claſſem ad arbitrium ſuum adminiſtrabat. Vibullius, ſedato tumultu, quem repentinus adventus Cæſaris concitaverat, ubi primum rurſus adhibito Libone & L. Lucceio & Theophane, quibus communicare de maximis rebus Pompeius conſueverat, de mandatis Cæſaris agere inſtituit: eum ingreſſum in ſermonem Pompeius interpellavit, & loqui plura prohibuit. Quid mihi, inquit, aut vita aut civitate opus eſt, quam beneficio Cæſaris habere videbor? Cujus rei opinio tolli non poterit, quum in Italiam, ex qua profectus ſum, reductus exiſtimabor, bellô perfectô. Ab iis Cæſar hæc dicta cognovit, qui ſermoni interfuerunt. Conatus tamen nihilo minus eſt aliis rationibus per colloquia de pace agere. Inter bina caſtra Pompeii atque Cæſaris unum flumen tantum intererat Apſus: crebraque inter ſe colloquia milites habebant: neque ullum interim telum per pactiones colloquentium transjiciebatur. Mittit P. Vatinium legatum ad ripam ipſam fluminis, qui ea, quæ maximè ad pacem pertinere viderentur, ageret; & crebrò magna voce pronunciaret, liceretne civibus ad cives de pace legatos mittere? Quod etiam fugitivis ab ſaltu

Vibullius ſedato tumultu, &c.] Quis fuerit tumultus ille, ex ſuperioribus liquet, ubi Cæſar inquit, Vibullium prius de Cæſaris adventu & præſentiâ in Græcâ terrâ, Pompeium certiorem feciſſe, quàm illius mandata referret. Quô nuntiô Pompeius adeo conſternatus ſit, ut majoribus itineribus, quàm ſolitus eſſet, Apolloniam contenderit. *Rhellican.*

L. Lucceio] Hic eſt L. Lucceius, ad quem ſunt epiſtolæ Ciceronis lib. 5.

Theophane] Theophanem Mitylenæum accipit, rerum geſtarum Pompei ſcriptorem, à quô civitate donatus multiſque opibus auctus eſt. *Glandorp.*

Fugitivis ab ſaltu Pyrenæo] Veriſimile eſt

ſaltu Pyrenæo, prædonibuſque licuiſſet; præſertim, ut id agerent, ne cives cum civibus armis decertarent. Multa ſuppliciter locutus, ut de ſua atq; omnium ſalute debebat, ſilentioque ab utriſque militibus auditus, reſponſum eſt ab alterâ parte; A. Varronem profiteri ſe alterâ die ad colloquium venturum, atque unà etiam utrimque admodum tutò legati venire; &, quæ vellent, exponere poſſent: certumque ei rei tempus conſtituitur. Quò quum eſſet poſtero die ventum; magna utrimque multitudo convenit; magnaque erat ejus rei expectatio, atque omnium intenti animi ad pacem eſſe videbantur. Quâ ex frequentiâ T. Labienus prodiit: ſummiſsâ oratione loqui de pace, atque altercari cum Vatinio incipit. Quorum mediam orationem interrumpunt undique ſubitò tela immiſſa; quæ ille obtectus armis militum vitavit. Vulnerantur tamen complures: in his Cornelius Balbus, M. Plotius, L. Tiburtius centuriones, militeſque nonnulli. Tum Labienus, deſinite ergo de compoſitione loqui: nam nobis, niſi Cæſaris capite relatô, pax eſſe nulla poteſt. Iiſdem temporibus Romæ M. Cœlius Rufus

e eſt per tempus belli piratici hæc geta eſſe, ut tanto magis Pompeii notetur iniquitas, qui facinoroſis hominibus conceſſerit, quod nunc civis ipſe civibus neget. Qui locum hunc ad copias Afranii & Petreii referendum exiſtimant, falluntur ut qui maximè. *Idem.*

A. Varronem profiteri] Opinamur nunc gentis Terentiæ fuiſſe: horum namque multi *Varrones* dicti ſunt, etſi cognomentum id *Viſellius* quoque uſurpatum legimus. *Idem.*

Summiſſa oratione] *Non video*, inquit Hotoman. *quomodo vel flumine interjecto loqui ſummiſsâ oratione poſſet Labienus: vel Altercandi verbum cum oratione ſummiſſa aut exitu colloquii turbulento convenit.* Sed *oratio ſummiſſa* hic accipienda eſt pro modeſta atque humili, minimeque tumidâ & inflatâ, non pro voce preſsâ, minimè clarâ aut elatâ, ut docet Rob. Titius lib. 4 locor. controv. cap. 10. *Brant.*

Cum Vatinio] Hic P. Vatinius P. F. anno inſequenti cum Q. Fuſio Q. F. Caleno conſulatum geſſit. *Montan.*

Cornelius Balbus] Hunc L. Cornelium Balbum eſſe opinor, qui Gadibus natus, tantas divitias corraſerat, ut moriens populo Romano in ſingula capita vicenos quinos denarios legaverit. *Montan.*

Iiſdem temporibus Romæ] Intermiſſa aliquantiſper re bellicâ, ad urbanas deſcribendas venit. Quum enim ab exordio hujus libri monuiſſet, fidem in totâ Italiâ adeo anguſtam fuiſſe, ut neque creditæ pecuniæ ſolverentur, ideoque ſe conſtituiſſe ut arbitri darentur, per quos rerum & poſſeſſionum æſtimationes fierent: nunc quem exitum ea res ſortita ſit, proſequitur. Quod autem

 dicit:

ſus prætor, cauſsâ debitorum ſuſceptâ, initio magiſtratus tribunal ſuum juxta C. Trebonii prætoris urbani ſellam collocavit; &, ſi quis appellaſſet de æſtimatione & de ſolutionibus, quæ per arbitrum fierent, ut Cæſar præſens conſtituerat, fore auxilio pollicebatur. Sed fiebat æquitate decreti, & humanitate Trebonii, qui his temporibus clementer & moderatè jus dicendum exiſtimabat, ut reperiri non poſſet, à quibus initium appellandi naſceretur. Nam fortaſſe inopiam excuſare, & calamitatem aut propriam ſuam aut temporum queri, & difficultates auctionandi proponere, etiam mediocris eſt animi: integras verò tenere poſſeſſiones, qui ſe debere fateantur, cujus animi, aut cujus impudentiæ eſt? Ita-

dicit: *Cælium Rufum Prætorem cauſa debitorum ſuſcepta*, ſupple, *ad defendendum*, *initio magiſtratus*, *tribunal ſuum juxta C. Trebonii Prætoris urbani ſellam poſuiſſe*, geminum ſenſum habere poteſt, vel quod Rufus peregrinus fuerit Prætor, & tribunal ſuum juxta curulem Trebonii ſellam ponendo, ſe ei æquare voluerit; vel quod haſtæ, ac litibus dirimendis uterque eſſet judex ex æquo. De quibus legito plura apud Feneſtellam & Pomponium Lætum de Prætorum dignitate & officio. *Rhellican.*

M. Cælius] Eſt hic orator ille, Ciceronis diſcipulus & familiaris, cujus eſt liber Ciceronis epiſtolarum octavus. Qui initio Cæſaris partium, dum abeſt ille Pompeiumque perſequitur, novis rebus ſtudere cœpit: quibus infeliciter cedentibus malum ſibi & perniciem conciliavit, dignus, ut recte ſcribit Quintilianus, cui mens melior & vita longior contigiſſet. *Glandor.* Idem quoque eo anno, quo Milo Clodium occidit, Tribunatum pl. gerebat, ejuſque, ut Aſconius ſcribit, ſtudioſiſſimus fuit. Poſtquam verò ad Cæſarem cum Curione & Antonio venit, Curionem ipſum in Siciliam quæſtor, claſſique præfectus in Africam ſecutus eſt, ut dicitur lib. 2 de bello civili. Demum Cæſari ab Hiſpaniâ revertenti præſto fuit Romæ, ab eoque dictatore prætor cum C. Trebonio factus, indignatus quod præturam urbanam Trebonio extra ſortem dediſſet, poſt Cæſaris in Macedoniam tranſitum rumores ſparſit, quaſi mortuus aut victus eſſet; atque ea geſſit, quæ hic copioſè Cæſar narrat, & Dio lib. 42. *Ciaccon.*

C. Trebonii] De illo, ut & Prætore urbano jam ante dictum.

Et ſi quis appellâſſet] *Appellare de ſtupro* dixere Seneca & Quintilianus. Et Valerius *pudicitiam attentare*. *Appellare de ſorte* aut *de uſura* Valer. Maximus lib. 4, cap. 8, *neque de ſorte quemquam debitorum ſuorum, neque de uſura à ſuis appellari paſſus eſt*. *Appellare de pecunia* Cicero Philip. 2, pro, petere aut ſortem, aut uſuram, aut pecuniam. *Appellat* etiam *à magiſtratu aliquo ad parem aut ſuperiorem* is, qui injuriam paſſus eſt, petitque ab eo ut decretum illud reſcindat. Cæterum neſcio an dicatur, *appello de hac injuria*, aut ut hic legitur, *appello de æſtimatione qua per arbitrum fuit facta*. Ciaccon.

His temporibus] Videlicet *tumultuoſis*.

Atque

Itaque, qui hoc poſtularet, reperiebatur nemo. Atque ipſis, ad quorum commodum pertinebat, durior inventus eſt Cælius. Et ab hôc profectus initiô, ne fruſtra ingreſſus turpem cauſſam videretur, legem promulgavit, ** ut ſexies ſeni dies ſine uſuris creditæ pecuniæ ſolvantur. Quum reſiſteret Servilius conſul reliquique magiſtratus; & minus opinione ſua efficeret: ad hominum excitanda ſtudia, ſublata priore lege, duas promulgavit; unam, qua mercedes habitationum annuas con-

Atque ipſis, ſupple *debitoribus*, *ad quorum commodum pertinebat*, *durior inventus eſt Cælius*, &c.] Miram ergo duritiam & immanitatem in hoc homine fuiſſe oportet. Nemo enim facile remittit, quod ad privatum commodum ſuum pertinet: & quiſque ſuæ quàm alienæ cauſæ vehementior & acrior patronus eſt. *Rhellican.*

Ne fruſtra ingreſſus turpem cauſam videretur] Id eſt, ne fruſtra debitorum patronum ageret adverſus creditores, ne videlicet illi his ſatisfacere compellerentur. Quod ſanè perquam turpe patrocinium erat. Obſervanda eſt autem loquendi forma, *ingredi alicujus cauſam*, id eſt, ſuſcipere ad defendendum. *Idem.*

Vt ſexies ſeni dies ſine uſuris reddita pecunia ſolvantur] Sic Pariſ. habet. Livius lib. 6: *Leges tulit, unam de ære alieno, ut deducto eo de capite, quod uſuris pernumeratum eſſet, id quod ſupereſſet, triennio æquis portionibus perſolveretur.* Aliàs legitur, *ut ſex penſionibus ſine uſuris.* Et ſunt qui eam lectionem probent, quod Hirtius de bello Africo ſcribat, *ut per triennium ſex penſionibus pop. Romano perſolverent.* Sed cum hic ſolutionis tempus non præfiniatur, ut apud Hirtium, illis conſentire non poſſum. Manutius reponit, *ut ſexenni die ſine uſuris perſolvantur.* Quod fortaſſe verius eſt. Nam ita fere loquitur Seneca ſuaſoria 1: *Et tamen cito*, inquit, *illos tibi annuam bimam trimam diem debere.* Apud quem legendum ſemper exiſtimavi, *annua, bima, trima die.* Ciaccon. Camerarius autem locum ſine dubio depravatum eſſe ait: Suſpicaturque id fuiſſe in lege, ut ſexies præfinirentur dies ſeni, quibus creditoribus pecuniæ debitæ ſolverentur, & fortaſſe legendum eſſe *ſexies ſenos in dies.* Ita habuiſſet quiſque ſex tempora ſolutioni., & ſingulorum ſpatia ſex dierum. Camerario contradicit Hotomannus, & *ſexies ſenis idibus* emendat. Quam correctionem ex eo probat, quod conſtet idibus ſolvi penſiones ſolitas. Unde illud Horatii:

Omnem relegit Idibus pecuniam.

Deinde etiam quia ſpatium hoc eſſet triennii, ut menſtruæ penſiones eſſent. Cælius ergo, ait, legem tulit, ut creditæ pecuniæ ſolverentur ſine uſuris, non ſemel, ſed penſionibus ita diviſis, ut intra triennium perſolverentur. Et hanc eorum temporum conſuetudinem fuiſſe probat ex Livio & Hirtio. Glareanus in quibuſdam libris voces *ſeni dies* non adeſſe teſtatur. Quibus ſublatis, hic ſenſus eſt: nempe ut creditæ pecuniæ ſolvantur ſine uſuris per ſex partes ſive ſolutiones. Cui lectioni & explicationi etiam favet Glandorpius. *Montan.*

Servilius conſul] Supple, quem Cæſar ſecum conſulem creatum in capite hujus libri dixit. *Idem.*

Qua mercedes habitationum] Damnat hoc largitionis genus Cicero libr. 2 de officiis, his verbis: *Habitent gratis in alieno. Quid ita? ut cum ego emerim, ædificaverim, tuear, impendam, tu me invito fruare meo. Quid eſt aliud aliis ſua eripere, aliis dare aliena?* Idem.

conductoribus donavit; alteram tabularum novarum: impetuque multitudinis in C. Trebonium facto, & nonnullis vulneratis, eum de tribunali deturbavit: de quibus rebus Servilius Conſul ad Senatum retulit: Senatuſque Cœlium ab Republicâ removendum cenſuit. Hôc decretô eum Conſul Senatu prohibuit, & concionari conantem de roſtris deduxit. Ille ignominiâ & dolore permotus palam ſe proficiſci ad Cæſarem ſimulavit, clam nunciis ad Milonem miſſis, qui Clodiô interfectô, eô nomine erat damnatus; atque, eô in Italiam evocatô, quod magnis muneribus datis gladiatoriæ familiæ reliquias habebat, ſibi conjunxit; atque eum in Turinum ad ſollicitandos paſtores præmiſit. Ipſe, quum Caſilinum veniret, unoque tempore ſigna ejus militaria atque

Tabularum novarum] De hoc quoque largitionis genere Cicero libr. 2 de offic. *Tabulæ novæ quid habent argumenti, niſi ut emas meâ pecuniâ fundum, cum tu habeas, ego pecuniam non habeam? Quamobrem ne ſit æs alienum, quod Reip. noceat, providendum eſt: quod multis rationibus caveri poteſt, hoc ſi non fuerit, ut locupletes ſuum perdant, debitores lucrentur alienum.* Idem.

Ab Rep. removendum] Diximus lib. 1, hoc eſſe, quod antiqui *Circumſcribere* dicebant: cum alicui curiâ & forô interdicerent. *Idem.*

De roſtris deduxit] Quintilianus ſcribit, Servilium Conſulem Cœlii prætoris curulem ſellam fregiſſe, Cœliumque non ſine riſu ſpectantium alteram poſuiſſe loris intentam, quod Conſul aliquando flagris à patre cæſus diceretur. Huc alluſit & Cicero, cum diceret: *Se mirari, quod conſtantiſſimus pater filium varium reliquiſſet.* Gland. Sed Liv. lib. 8, ab urbe condita, quid *Roſtra*, & unde dicta ſint, hiſce verbis exponit: *Domitis Latinis, naves Antiatium partim in navalia Romæ ſubductæ, partim incenſæ: roſtriſque earum ſuggeſtum in foro extructum adornari placuit, Roſtraque id templum appellatum.* Montan.

Atque eo in Italiam evocato] Scilicet *ex Maſſilia, ubi propter homicidium commiſſum exulabat.* Idem.

Muneribus datis] Id eſt, editis. *Munera* autem dicebantur ea quæ ab ambitioſis in populum conferebantur, ad concilianda ſibi ſtudia multitudinis, ut epula, viſcerationes, gladiatores; ludorum venationumque apparatus, ut ait Cicero 2 de off. ubi & hoc legitur, *honori ſummo Miloni fuiſſe, quod gladiatoribus emtis Reipubl. causâ, quæ ſalute Ciceronis contineretur, omnes P. Clodii conatus, furoreſque compreſſerit.* Camerar. Aſconius in argumento Milonianæ de Milone ſcribit: *Studio populi propter effuſas largitiones, impenſas quoque ludorum ſcenicorum ac gladiatorii muneris maximas, in quas tria patrimonia effudiſſe eum Cicero ſignificat.* Porro eâ ratione Cœlius ſe Miloni conjunxit, quod, ut ſupra ex eodem Pædiano retuli, ipſe Tribunus pl. in ejus cauſsâ, cum Clodium occidit, patronum ſe præbuit, ſtudiumque omne ſuum atque operam præſtitit. *Ciaccon.*

Turinum] Supple agrum Turio Italiæ opido adjacentem; *præmiſit.* Montanus.

Caſilinum] Ita etiam itinerariæ tabulæ dicitur: Κασίλινον Straboni, Appiano

atque arma Capuæ eſſent comprehenſa, familia Neapoli viſa, atque proditio opidi appareret; patefactis conſiliis, excluſus Capua, & periculum veritus, quod conventus arma ceperat, atque eum hoſtis locô habendum exiſtimabat, conſiliô deſtitit, atque eô itinere ſeſe avertit. Interim Milo, demiſſis circum municipia literis, ea, quæ faceret, juſſu atque imperio facere Pompeii: quæ mandata ad ſe per Bibulum delata eſſent: quos ex ære alieno laborare arbitrabatur, ſollicitabat. Apud quos quum proficere nihil poſſet, quibuſdam ſolutis ergaſtulis, Coſam in agrô Turinô oppugnare cœpit. Eò quum à Q. Pedio prætore cum legione ** lapide ictus eſſet ex muro, periit: & Cœlius profectus, ut dictitabat, ad Cæſa-

iano & Plutarcho: Βασιλίνας corruptè apud Zonaram. Ductus eo fuit errore Hannibal, ibique fuit concluſus, quum *Caſinum* cogitaret; ſedente tunc ad Turrim Fracoliſam Fabio Maximo. Coloniam eò deductam tradit Cicero à M. Antonio Philippicâ II. Autore Feſto, *vetus* fuit *Præfectura*. Hodie, ut volunt Sanfelicius & Leander Albertus, *Caſtelluzo* vocatur. De Capuâ jam ante dictum. *Merula.*

Conventus arma] Supple, Capuanus arma ceperat.

Per Bibulum delata] Sunt qui *Vibullum* reponant: quem à Cæſare legatum de pace ad Pompeium miſſum, dictum eſt. Sed hoc nemo probabit, qui meminerit Vibullium non Pompeii, ſed Cæſaris legatum fuiſſe. Deinde non paucis illis diebus hæc ſignificare Milonem ſibi à Pompeio per Bibulum nuntiata, id jam tum cùm per Italiam Bibulus copias cogebat. *Hotoman.*

Quibuſdam ſolutis ergaſtulis, &c.] *Ergaſtulum* & *ergaſtulus* (teſte Nonio Marcello) *ut genere, ita & intellectibus differunt. Nam neutro carceris locus eſt. Maſculino autem cuſtos pœnalis loci quem Græci* δεσμοφύλακα *vocant. Lucilius lib.* 15: *Non ergaſtulus unus & alius judicem poſuit, ut nemo ſententiam liberè quaſi ergaſtulus poſſet dicere.* Montanus.

Coſam] *Coſa* Virgilio & Rutilio; Κόσσα Straboni, Κόσσαι Ptolemæo; hodie Onuphrio *Orbitellum*; Nigro *Lancedona*; *Aſidonia* Leandro. Strabo poſt Populoniam in ſublimi colle deſcribit. Sunt qui Coſam ob multitudinem murium deſertam ſcribunt. Fabulam cenſet Rutilius lib. 1:

> *Cernimus antiquas nullo cuſtode ruinas,*
> *Et deſolatæ mœnia fœda Coſæ.*
> *Ridiculum, cladis pudet inter ſeria cauſam*
> *Promere, ſed riſum diſſimulare piget.*
> *Dicuntur cives quondam migrare coacti*
> *Muribus infeſtos deſeruiſſe Lares.*

Merula.

Glandorpius autem Coſam hanc rectiſſimè in Tuſciâ ſitam fuiſſe ait: cum Cæſaris, quam Milo oppugnavit, in Hirpinis ſtatuat Livius lib. 23, & 24. Et ob hanc rationem mihi ſana correctio videtur, quæ pro *in agro Turino* ſubſtituit *Hirpino*. Montan.

Eò cum à Q. Pedio prætore cum legione lapide ictus eſſet ex muro, periit] Aiunt quidam antiquum librum Pinelli habere, *à Q. Pædio prætore cum legione miſſo* lapide

Cæſarem, pervenit Thurios: ubi, quum quoſdam eju municipii ſollicitaret, equitibuſque Cæſaris Gallis atqu Hiſpanis, qui eò præſidii cauſſa miſſi erant, pecuniar polliceretur, ab iis eſt interfectus. Itaque magnarun initia rerum, quæ occupatione magiſtratuum & tempo rum ſollicitam Italiam habebant, celerem & facilen exitum habuerunt. Libo profectus ab Orico cum claſſe cui præerat, navium L, Brundiſium venit, inſulamque quæ contra Brundiſinum portum eſt, occupavit. Quo præ

lapide ictus eſſet. Ipſi tamen confidenter legunt, *à Q. Pedio tribuno militum lapide ictus eſſet.* Verum cum hic *Q. Pedius* ſororis Cæſaris nepos fuerit, ejuſque legatus in Gallia, ut ex principio lib. 2 de bello Gallico conſtat, & poſtea in Hiſpania, ut eſt in principio libri de bello Hiſpanienſi, ex quâ etiam triumphavit, ut Dio tradit; *tribunus militum* hic dici non debuit. Veroſimilius eſt aut Pedium in Campaniâ res Cæſaris curaſſe, nam ad eum Brundiſio Capuam ſcribit, ut eſt apud Ciceronem ad Atticum libro nono: vel à Cæſare Prætorem cum Trebonio & Cœlio factum in Campaniam à Senatu cum legione miſſum: nam Senatum bellum adverſus Milonem decreviſſe Dio auctor eſt lib. 42. Quod autem ſororis Cæſaris nepos fuerit, refert Suetonius in Julio cap. 83, his verbis; *ſed noviſſimo teſtamento tres inſtituit hæredes, ſororum nepotes, C. Octavium ex dodrante, L. Pinarium & Q. Pedium ex quadrante.* Et ne quis opponat, alium eſſe hunc *Q. Pedium* ab eo, qui ex legato Cæſaris ex Hiſpania triumphavit, verba Plinii lib. 35, cap. 4, audiat: *Q. Pedius nepos Q. Pedii conſularis, triumphaliſque, à Cæſare Dictatore cohæredis Auguſto dati, cum natura mutus eſſet, eum Meſſala orator, ex cujus familia pueri avia erat, picturam docendum cenſuit.* Paulo ante, *quod conventus arma ceperat atque eum hoſtis loco habendum exiſtimabat.* Ciaccon.

Periit] De utroque, Milone nempe & Cœlio ita Livius in epitoma lib. 111: *M. Cœlius Rufus prætor, cùm ſeditiones i urbe quàm maximas concitaret, novarum tabularum ſpe, plebe concitatâ, abrogat magiſtratu, pulſus urbe, Miloni exuli, qu fugitivorum exercitum contraxerat, ſe con junxit. Vterque cum bellum molirentur interempti ſunt.* Velleius Paterculus lib. 2 *M. Cœlius, vir eloquio animoque Curio ni ſimillimus, ſed in utroque perfectior nec minus ingenioſè nequam, cùm in mo dica* (vel ut nos legimus *ne à Diis qui dem*) *ſervari poſſet, quippe pejor illi res fa miliaris, quam mens, erat; in Præturâ no varum tabularum auctor exſtitit, nequii que Senatus & auctoritate Conſſ. deterre ri: accito etiam Milone Annio, qui no impetrato reditu Iulianis partibus infeſtu erat, in urbe ſeditionem magis, occultè au tem bellicum tumultum movens, prim ſummotus à Republ. mox conſularibus ar mis, auctore Senatu, circa Thurios oppre ſus eſt. Incepto pari ſimilis fortuna Mil nis fuit, qui, Compſam in Hirpinis oppu gnans, ictuſque lapide, tum P. Clodio, tun patriæ, quam armis petebat, pœnas dedit vir inquies, & ultra fortem temerariu* Montan.

Libo profectus ab Orico, &c.] A dome ſticis rebus ad bellicas redit. Quun namque non ita multo ante meminiſ ſet colloquii inter Libonem & ſeſe item mortis Bibulinæ ad Oricum: jar quo pacto inde, & quorſum profectu ſit, enarrat. *Rhellican.*

Inſulamque, quæ contra Brundiſinu portum eſt, &c.] Plinius lib. 3, cap. 2 tradit, paucas inſulas in Calabro lito an

præſtare unum locum arbitrabatur, quà neceſſarius no-
ſtris erat egreſſus, quàm omnium litora ac portus cu-
ſtodia clauſos teneri. Hic repentino adventu naves one-
rarias quaſdam nactus incendit; & unam frumento o-
nuſtam abduxit; magnumque noſtris terrorem injecit,
& noctu militibus & ſagittariis in terram expoſitis,
præſidium equitum dejecit; & adeo loci opportunitate
profecit, ut ad Pompeium literas mitteret, naves reli-
quas, ſi vellet, ſubduci & refici juberet; ſuâ claſſe au-
xilia ſeſe Cæſaris prohibiturum. Erat eo tempore Anto-
nius Brundiſii; qui virtuti militum confiſus ſcaphas na-
vium magnarum circiter IX cratibus pluteiſque contexit;
eoque milites delectos impoſuit; atque eas in litore
pluribus locis ſeparatim diſpoſuit; naveſque triremes
II, quas Brundiſii faciendas curaverat, per cauſſam
exercendorum remigum ad fauces portus prodire juſſit.
Has quum audacius progreſſas Libo vidiſſet; ſperans
intercipi poſſe, quadriremes V ad eas miſit. Quæ quum
navibus noſtris appropinquaſſent, noſtri veterani in por-
tum refugerunt, illi ſtudio incitati incautius ſequeban-
tur. Jam ex omnibus partibus ſubitò Antonianæ ſca-
phæ, ſignô datô, ſe in hoſtes incitaverunt; primoque
impetu unam ex his quadriremem cum remigibus de-
fenſoribuſque ſuis ceperunt, reliquas turpiter fugere
coëgerunt. Ad hoc detrimentum acceſſit, ut equitibus
per oram maritimam ab Antoniô diſpoſitis aquari pro-
hiberentur. Quâ neceſſitate & ignominiâ permotus Li-
bo, diſceſſit à Brundiſio, obſeſſionemque noſtrorum
omiſit.

...nte Brundiſium ſitas, quarum objectu ...ortus efficiatur. De quo vide Ptole...mæum lib. 3, cap. 1, & tabulæ Europæ ...1. *Idem*.

Quam omnium] Supple, *locorum. ac ...rtus, cuſtodia clauſos*; ſupple, *præſidiis ...æſareanis*, de quibus in ſuperioribus. ...*em*.

Et adeo loci opportunitate profecit] Quod ſcilicet inſulam è regione Brundiſii ſitam occupaverat, & Cæſareanos egreſſu prohibebat. *Idem*.

Per cauſam exercendorum remigum] Id eſt, ut remiges exerceret. *Idem*.

Ad fauces portus] Id eſt, anguſtias ſeu arctos ingreſſus: ſimilitudine à re animata ad inanimatam ſumpta. *Idem*.

Hyems

omiſit. Multi jam menſes tranſierant; & hiems jam præcipitaverat: neque Brundiſio naves legioneſque ad Cæſarem veniebant; ac nonuullæ ejus rei prætermiſſæ occaſiones Cæſari videbantur; quod certè ſæpe flaverant venti, quibus neceſſariò committendum exiſtimabat. Quantoque ejus amplius proceſſerat temporis, tantò erant alacriores ad cuſtodias qui claſſibus præerant; majoremque fiduciam prohibendi habebant: & crebris Pompeii literis caſtigabantur, quoniam primò venientem Cæſarem non prohibuiſſent, ut reliquos ejus exercitus impedirent: duriuſque quotidie tempus ad tranſportandum lenioribus ventis exſpectabant. Quibus rebus permotus Cæſar, Brundiſium ad ſuos ſeverius ſcripſit, ut nacti idoneum ventum, ne occaſionem navigandi dimitterent, ſi vel ad litora Apolloniatium curſum dirigerent; quod eò naves ejicere poſſent. Hæc à cuſto-

Hyems præcipitaverat] Suppleto, *ſe*, aut præcipitata jam erat, ita ut activum verbum κατ' ἐναλλαγὴν pro paſſivo poſitum ſit, ut in illo Virgiliano: *Nox præcipitat cælo. Nam ea* (inquit Servius) *verba invicem ponuntur, quæ paſſiva, & activa eſſe poſſunt: ut averto & avertor, præcipito & præcipitor.* Sic & Livius l. 7, decad. 3: *Creditum*, inquit, *vulgo eſt, in puteum apertum ex equo præcipitaſſe.* Et rurſus libr. 9 decadis 4: *Et pars maxima inermes per invia & rupes deruptas præcipitantes fugerunt.* Significare autem vult, hyemem in exitu jam fuiſſe. Etenim quando Cæſar ſupra ait, ſe quinto Januarii die Brundiſio ſolviſſe, & hic multos jam menſeis tranſiiſſe affirmat: dubio procul hyems jam in præceps ibat, hoc eſt, ad finem inclinabat. *Idem.*

Quibus neceſſariò committendum exiſtimabat] *Quibus*, ſupplendum *ventis*, *committendum*, ſupple ex ſuperiori, *naves.* Neque verò eſt quod quenquam ſubſtantivi cum adjectivo diſconvenientia moveat. Nam *committendum* hic non participium, ſed verbum infinitivi gerundivum eſt: quod neque in numeros, neque in perſonas, neque in genera, neque in tempora (auctore Gellio) diſtrahitur, ſed omnia iſt hæc, unâ eâdemque declinatione complectitur. *Idem.*

Duriuſque quotidie tempus ad tranſportandum lenioribus ventis exſpectabant] *Expectabatur* credo ſcripſiſſe Cæſarem nam hieme tutius turbidâ tempeſtate cuſtodias effugere poterant, quàm vere flantibus *lenioribus ventis*, præcipuè naves onerariæ, quibus multo maxima pars militum tranſportabatur. *Ciaccon*

Cæſar Brundiſium ad ſuos ſeverius ſcripſit] Lucanus libro quinto & minis & precibus Antonium evocari facit. Idem, ac præterea Valerius, Plutarchus & Suetonius auctores ſunt, ipſum Cæſarem longæ expectationis impatientiâ ductum, noctu ſcapham conſcendiſſe ut in Italiam tranſmitteret, ſed adversâ tempeſtate rejectum, cum pene fluctibus obrutus eſſet. *Glandor.*

Quod eò naves ejicere poſſent] Quid ſit, *ejicere naves*, demonſtrat ipſe Cæſar paulo poſt, cùm ait: *Gubernatorem in navem*

cuſtodiis claſſium loca maximè vacabant; quod ſe longius portibus committere non auderent. Illi adhibitâ audaciâ & virtute, adminiſtrantibus M. Antoniô & Fuſiô Kalenô, multum ipſis militibus hortantibus, neque ullum periculum pro ſalute Cæſaris recuſantibus, nacti auſtrum, naves ſolvunt; atque alterâ die Apolloniam Dyrrhachiumque prætervehuntur, qui quum eſſent ex continenti viſi, Q. Coponius, qui Dyrrhachii claſſi Rhodiæ præerat, naves ex portu educit; & quum jam noſtri remiſſiore vento appropinquaſſent, idem Auſter increbuit, noſtriſque præſidio fuit. Neque verò ille ob eam cauſam conatu deſiſtebat; ſed labore & perſeverantia nautarum ſe vim tempeſtatis ſuperare poſſe ſperabat; prætervectoſq; Dyrrhachium magnâ vi venti nihilo ſecius ſequebatur. Noſtri uſi fortunæ beneficiô, tamen impetum claſſis timebant, ſi forte ventus remiſiſſet. Nacti portum,

navem ejicere cogunt. Scripſit ergo Cæſar ne jacturâ navium moverentur, ſed ſi aliter non poſſent, naves in terram ejicerent, ut milites exponi poſſent. Oſtendit id Appianus lib.2, cum ait *ſcripſiſſe Cæſarem ad ſuos, ne navibus parcerent, non enim navibus ſibi, ſed viris opus eſſe.* Atque ita Cæſar infra, *leviuſque tempeſtatis quàm claſſis periculum exiſtimaverunt.* Ciaccon.

Nacti auſtrum] Supple, *ventum ſecundum iis, qui ex Italia in Græciam navigant.* Mox namque ſequitur, Auſtrum aliquandiu remiſſius flantem tandem rurſus increbuiſſe, Cæſareaniſque præſidio fuiſſe. *Rhellican.*

Apolloniam Dyrrhachiumque prætervehuntur] Longè aberat ab Orico, quo ii milites exponi juſſi erant, ſed vehementi auſtro uſi Oricum aut Apolloniæ litora tenere non potuerunt Antonianæ naves. *Ciaccon.*

Q. Coponius] Hunc Cicero *Caium* appellat lib. de Div. 1. ubi quædam ad hunc locum pertinentia ſubjungit, quæ ſubſcribemus: *C. Coponium ad te veniſſe Dyrrhachio cùm prætorio imperio claſſi Rhodiæ præeſſet, cùm primis hominem prudentem atque doctum: eumque dixiſſe, remigem quendam ex quinqueremi Rhodiorum vaticinatum, madefactum iri minus* XXX *diebus Græciam ſanguine: rapinas Dyrrhachii, & conſcenſionem in naves cum fugâ, fugientibus miſerabilem reſpectum incendiorum fore: ſed Rhodiorum claſſi propinquum reditum ac domum itionem dari; tum neque ipſum non eſſe commotum; M. que Varronem & M. Catonem qui tum ibi erant, doctos homines vehementer eſſe perterritos: paucis ſane poſt diebus ex Pharſalicâ fugâ veniſſe Labienum: qui cum interitum exercitus nuntiaviſſet, reliqua vaticinationis brevi eſſe confecta. Nam & ex horreis direptum effuſumque frumentum, vias omnes angiportuſque conſtraverat, & vos naves ſubitò perterriti conſcendiſtis, & nocte ad opidum reſpicientes, flagrantes onerarias, quas incenderant milites, quia ſequi noluerant, videbatis: poſtremò à Rhodiâ claſſe deſerti, verum vatem fuiſſe ſenſiſtis.* Hotomannus.

Nym-

portum, qui appellatur Nymphæum, ultra Liſſum millia paſſuum III, eò naves introduxerunt: qui portus ab Africô tegebatur, ab Auſtrô non erat tutus: leviuſque tempeſtatis quàm claſſis periculum æſtimaverunt. Quò ſimul atque intus eſt itum, incredibili felicitate auſter, qui per biduum flaverat, in Africum ſe vertit. Hic ſubitam commutationem fortunæ videre licuit. Qui modo ſibi timuerant, hos tutiſſimus portus recipiebat: qui noſtris navibus periculum intulerant, de ſuo timere cogebantur. Itaque tempore commutato tempeſtas & noſtros texit & naves Rhodias afflixit; ita, ut ad unam conſtratæ omnes numero XVI eliderentur, & naufragiô interirent; & ex magnô remigum propugnatorumque numerô pars ad ſcopulos alliſa interficeretur, pars à noſtris diſtraheretur: quos omnes conſervatos Cæſar domum remiſit. Noſtræ naves II tardius curſu confecto, in noctem conjectæ, quum ignorarent quem locum reliquæ cepiſſent, contra Liſſum in anchoris conſtiterunt. Has ſcaphis minoribuſque navigiis compluribus ſummiſſis, Otacilius Craſſus, qui Liſſi præerat, expugnare parabat: ſimul de deditione eorum agebat, & incolumitatem deditis pollicebatur. Harum altera navis ducentos viginti ex legione tironum ſuſtulerat; altera ex veterana paullo minus ducentis [ſe compleverat.] Hic cognoſci licuit quantum eſſet hominibus præ-

Nymphæum appellatur] *Nymphæum* promontorium eſt non procul à Lyſſo opido, quod opidum Dyrrhachio centum millibus paſſuum diſtat. Lucanus, ubi hanc navigationem deſcribit:

Prætereunt (inquit) *fruſtra tentati litora Lyſſi,*
Nymphæumque tenent, &c. *Glandor.*

Plinius promontorium eſſe ait lib. 3, cap. 22: *Retinet nomen in ora Promontorium Nymphæum, Lyſſum opidum civium Romanorum, ab Epidauro C.M. paſſuum.* Eſt autem aliud mirabile *Nymphæum* in finibus Apolloniatium, cujus meminere Plinius lib. 5, cap. 23. Strabo lib. 7, & Dio lib. 41. *Ciaccon.*

Ab Africo] Africus ventus eſt lateralis, qui ab occaſu hiberno contra Vulturnum ſpirat. *Montan.*

Contra Liſſum] Liſſus Illyridis opidum maritimum eſt, hodie Sophiano *Aleſio.* Idem.

Otacilius Craſſus] Idem hic eſt, qui poſtea, teſte Plutarcho, ex Africâ fugit victô Scipione. *Montan.*

Pon-

præſidii in animi firmitudine. Tirones enim multitudine navium perterriti; & ſalo nauſeaque confecti, jurejurandô acceptô, nihil iis nocituros hoſtes, ſe Otacilio dediderunt: qui omnes ad eum perducti contra religionem jurisjurandi in ejus conſpectu crudeliſſimè interficiuntur. At veteranæ legionis milites item conflictati & tempeſtatis & ſentinæ vitiis non ex priſtina virtute remittendum aliquid putaverunt; ſed tractandis conditionibus, & ſimulatione deditionis extractô primô noctis tempore, gubernatorem in terram navem ejicere cogunt: ipſi idoneum locum nacti reliquam noctis partem ibi confecerunt, & luce prima, miſſis ad eos ab Otacilio equitibus, qui eam partem oræ maritimæ aſſervabant, circiter CD, quique eos armati ex præſidiô ſecuti ſunt, ſe defenderunt: & nonnullis eorum interfectis, incolumes ad noſtros ſeſe receperunt. Quô factô, conventus civium Romanorum qui Liſſum obtinebat, quod opidum iis antea Cæſar attribuerat, muniendumque curaverat, Antonium recepit, omnibuſque rebus juvit. Otacilius ſibi timens, opido fugit, & ad Pompeium pervenit. Ex omnibus copiis Antonius, quarum erat ſumma, veteranorum III legionum, uniuſque tironum, & equitum DCCC, pleraſque naves in Italiam remittit, ad reliquos milites equiteſque tranſportandos: pontones, quod eſt genus navium Gallicarum, Liſſi reliquit: hôc conſiliô, ut, ſi forte Pompeius vacuam exiſtimans Italiam eò transjeciſſet exercitum, quæ opinio erat edita in vulgus, aliquam Cæſar ad inſequendum facultatem haberet: nuncioſque ad eum celeriter mittit, quibus regionibus exercitum expoſuiſ-

Pontones] Naves trajiciendis fluminibus idoneæ, quas, opinor, *Baccos* hodie appellamus. Auſon. in monoſ.

Lintribus in geminis conſtratus ponto
ſit an pons.

Iſidorus *pontonium* appellat. Gell. lib. 10, cap. 25, *Pontones*. Hotoman. Perſeverat Celticæ hujus vocis uſus eâdem ſignificatione apud Belgas: qui hodieque naves, quibus flumina trajiciuntur, *Ponten* appellant. *Morian.*

Ex

poſuiſſet, & quid militum tranſvexiſſet. Hæc eôdem fere tempore Cæſar atque Pompeius cognoſcunt. Nam prætervectas Apolloniam Dyrrhachiumque naves viderant: ipſi iter ſecundum eas terrâ direxerant: ſed quò eſſent eæ delatæ, primis diebus ignorabant: cognitaque re, diverſa ſibi ambo conſilia capiunt; Cæſar, ut quamprimum ſe cum Antonio conjungeret, Pompeius, ut venientibus in itinere ſe opponeret, &, ſi imprudentes ex inſidiis adoriri poſſet. Eodemque die uterque eorum ex caſtris ſtativis à flumine Apſo exercitum educunt: Pompeius clam & noctu, Cæſar palam atque interdiu. Sed Cæſari circuitu majore iter erat longius, adversô flumine, ut vadô tranſire poſſet. Pompeius, quia expedito itinere flumen ei tranſeundum non erat, magnis itineribus ad Antonium contendit; atque, ubi eum appropinquare cognovit, idoneum locum nactus ibi copias collocavit: ſuoſque omnes caſtris continuit, igneſque fieri prohibuit; quò occultior eſſet ejus adventus. Hæc ad Antonium ſtatim per Græcos deferuntur. Ille miſſis ad Cæſarem nunciis unum diem ſeſe caſtris tenuit. Altero die ad eum pervenit Cæſar. Cujus adventu cognito Pompeius, ne duobus circumclauderetur exercitibus, ex eô locô diſcedit: omnibuſque copiis ad Aſparagium Dyrrhachinorum pervenit, atque ibi idoneô locô caſtra ponit. His temporibus Scipio detrimentis

Ex caſtris ſtativis] Caſtra quidam triplicia faciunt. Temporanea, id eſt momentis mutabilia: aut ſuſtentoria, quibus urgentem aut laceſſentem hoſtem ſuſtineas: aut ſtataria, quibus hoſtem, dum ſe in munito loco continuerit, occupare inſtituas. *Stewech.* Hiberna ab ipſo tempore ſic dicta, erant receptacula in diuturnâ manſione militibus. Diſtinguuntur à ſtativis; quod ſtativa ſub pellibus ſunt, hiberna in opidis aut caſtris, tabernaculis & alio opere accuratius inſtructa. *Lipſius.*

Scipio detrimentis quibuſdam] Scipionem Imperatorem appellatum ab exercitu fuiſſe conſtat ex ejus denariis, in quibus fere omnibus utitur hôc titulô Q. METELLUS. PIUS. SCIPIO. IMP. ſed ex Africâ provinciâ fuiſſe Imperatorem appellatum aliquando exiſtimavi, quod multi ex iis denariis, in quibus Imperator dicitur, ſint in Africa ſignati. Sed ſive ex Africâ, ſive ex Syriâ provinciâ, quam tunc obtinebat ſeſe Scipio Imperatorem appellaverit ridiculum eſt ob detrimenta circa montem Amanum accepta eô titulô affectum eſſe. Quare mendum aliquod ſub eſt

nentis quibuſdam circa montem Amanum acceptis ſeſe imperatorem appellaverat. Quô factô civitatibus tyannisque magnas imperaverat pecunias: item à publianis ſuæ provinciæ debitam biennii pecuniam exegeat, & ab eiſdem inſequentis anni mutuam præceperat; quiteſque toti provinciæ imperaverat. Quibus coactis, initimis hoſtibus Parthis poſt ſe relictis, qui paullò ane M. Craſſum imperatorem interfecerant, & M. Bibuum in obſidione habuerant, legiones equiteſque ex Syiâ deduxerat: ſummaque in ſollicitudine ac timore Parhici belli in provinciam quum veniſſet, ac nonnullæ nilitum voces audirentur, ſeſe, contra hoſtem ſi duceentur, ituros; contra civem & conſulem arma non lauros; deductis Pergamum, atque in locupletiſſimas urbes

t, fortaſſe in verbo *detrimentis*, pro uo reponendum videretur aliquod a- ud verbum, quod opponatur *detrientis.* Opponitur autem *detrimento eolumentum*, ut oſtendit Cicero libro rtio de finibus, cum ait: *& emoluenta & detrimenta, quæ ὠφελήματα βλάμματα appellant.* Urſinus.

Circa montem Amanum] *Mons Ama-us* communis erat Ciliciæ & Syriæ, uam obtinebat Scipio; diviſus aquaum divortiis, inquit Cicero epiſt. 20,).5, epiſt. ad Atticum his verbis: *Tarm veni A. D.* III *Non. Octob. inde ad manum contendi, qui Syriam à Cilicia quarum divortio dividit.* Hodie Belo- o *Monte Negro*, Pineto *Scanderona.* ontan.

A publicanis] Publicani olim princi-s equeſtris ordinis fuerunt, floſque uitum Romanorum, publicanorum dine continebatur. Erant autem puicani, qui vectigalia redimebant, & ancipes, qui inter publicanos prærotivam habebant. *Alexander ab Alex.*

Sua provinciæ] Supple *Syriæ:* eam im tum obtinebat Scipio. *Montan.*

Qui paulò ante M. Craſſum] Dio non nitare dicit, num ab aliquo ſuorum ſit occiſus, ne vivus in hoſtium poteſtatem veniret: an verò hoſtium manu ceciderit. Quicquid ſit, ſaltem hoc veriſſimum eſt, exercitum Romanorum ad Carras planè à Parthis deletum, Craſſoque mortuo aurum liquefactum à Surenâ in os infuſum. *Montan.*

M. Bibulum in obſidione habuerat] Cicero libro duodecimo, epiſtola decimâ nonâ, ad Cornificium: *Quod ſi pares copias ad confligendum non habebis, non te fugiet uti conſilio M. Bibuli, qui ſe opido munitiſſimo & copioſiſſimo tamdiu tenuit, quamdiu in provincia Parthi fuerunt.* Id.

In provinciam cùm veniſſet] *Provinciam* Aſiam intelligit, quam Attalus Pergami Rex à majoribus acceptam Populo Romano ex teſtamento reliquit. Strabo lib. 13. *Ciaccon.*

Pergamum] Myſiæ opidum clariſſimum eſt, quod præterfluit Caïcus amnis teſtibus Strabone & Plinio. Apud hanc chartæ uſus eſt inventus, quæ nunc quoque vulgo *pergamena* dicitur; ab Attalo, ut Ælianus; vel ab Eumene, ut Plinius ait. Pergami Galenus medicus & Apollodatus natus eſt. Hodie *Pergamo* Sophiano. *Montan.*

urbes in hiberna legionibus, maximas largitiones fecit; & confirmandorum militum cauſsâ, diripiendas iis civitates dedit. Interim acerbiſſimè imperatæ pecuniæ totâ provinciâ exigebantur. Multa præterea generatim ad avaritiam excogitabantur. In capita ſingula ſervorum ac liberorum tributum imponebatur. Columnaria, oſtiaria, frumentum, milites, remiges, arma, tormenta, vectu-

In capita ſingula ſervorum ac libererum] Cicero lib. 5, ad Atticum epiſt. 16, hæc tributa quæ in capita imponebantur, vocat ἐπικεφάλια. Nam ſic ait: *Audivimus nil aliud, niſi imperata ἐπικεφάλια ſolvere non poſſe.* Et libr 3, ad Appium Pulchrum epiſt. 8: *Niſi quod principes civitatum à me poſtulaſſent, ne in venditionem tributorum, & illam acerbiſſimam exactionem, quam tu non ignoras, capitum, atque oſtiorum, inducerentur ſumptus minime neceſſarii.* Sed quæſtionis eſſe poteſt, qua auctoritate in aliena provincia id Scipio faciebat. Et veriſimile eſt eum à Senatu, qui tunc in caſtris Pompeii erat, Senatuſconſultô ornatum, ſimili ei, quó Cicero Caſſium ornat Philipp. 11, ejus verba ſunt: *Senatui placere, C. Caſſium Procoſ. provinciam Syriam obtinere, uti qui eam optimô jure provinciam obtinuerit; eumque à M. Criſpo Procoſ. L. Statio Murco Procoſ. A. Allieno legato exercitus accipere, eoſque ei tradere, cumque his copiis, & ſi quas præterea paraverit, bello P. Dolabellam terrâ marique perſequi: ejus belli gerendi cauſsâ, quibus ei videatur, naves, nautas, pecuniam ceteraque quæ ad id bellum gerendum pertineant, ut imperandi in Syriâ, Aſiâ, Bithyniâ, Pontô, jus poteſtatemque habeat, utque quamcunque in provinciam ejus belli gerendi cauſsâ advenerit, ibi majus imperium C. Caſſii Procoſ. ſit, quàm ejus erit, qui eam provinciam obtinebit. Cum C. Caſſius Procoſ. in eam provinciam venerit, Regem Dejotarum patrem, & Regem Dejotarum filium, ſi ut multis bellis ſæpenumero imperium Pop. Rom. juverint, item C. Caſſium Procoſ. copiis ſuis opibuſque juviſſent, Senatui populoque Romano gratum eſſe facturos iden ſi ceteri Reges, tetrarchæ Dynaſtæque feciſſent, S. P. Q. R. eorum officii non immemorem futurum utque C. Panſa, A Hirtius conſules alter ambove, ſi eis videretur, Rep. recuperata de provinciis conſularibus, prætoriis, ad hunc ordinem primô quoque tempore referant. Interea provinciæ ab his, quibus obtinentur, obtineantur quoad cuique ex SC. ſucceſſum ſit.* Hinc paulo infra: *mutuaſque illa ex SC. exigi dictitabant.*

Columnaria, oſtiaria] Supple, *tributa de columnis & oſtiis factis, vel faciendis.* Ut autem ſic interpreter, non tantum rei circumſtantia, ſed etiam Andreas Alciatus celebris ille jureconſultus facit: qui in lib. Ulpiani 7, lege 139. de Verborum ſignificatione, ita ſcribit: *Quum populo Romano in Mutinæ obſidione belligeranti pecunia deeſſet, ſcribit Dion ſenatorii ordinis viris indictum, ut IV obolos ſolverent in ſingulas quaſque tegulas ædificiorum, quæ Romæ incolerent: idem à triumviris compulſo cives ait, ut ædificiorum, quæ Romæ habebant, penſiones penderent: quod munus colonarium appellari à M. Cicerone ad Atticum epiſt. lib. 13, & C. Cæſare bellorum civilium commentario 3 ipſe arbitror. Cujus vocis etiam in authenticis mentio habetur, tametſi & columnarium legi poſſit.* Mirum autem eſt quod ita oblique Scipionem perſtringat: cùm Cæſar ipſe olim legem tulerit de pendendo *columnario*, id eſt, tributo in ſingulas columnas, quô ſic ab inſanis ædificiorum ſumptibus Romanorum animos revocaret: de quo Cicero librô decimô tertiô ad Atticum, epiſtolâ quæ incipit

D

ectūræ imperabantur. Cujus modò rei nomen reperiri oterat, hoc ſatis eſſe ad cogendas pecunias videbatur. Jon ſolum urbibus, ſed pene vicis caſtelliſque ſingulis ım imperio præficiebantur. Qui horum quid acerbiſſmè crudeliſſiméque fecerat, is & vir & civis optimus ıbebatur. Erat plena lictorum & imperiorum provin-a, differta præfectis atque exactoribus: qui, præter ıperatas pecunias, ſuo etiam privato compendio ſervie-ınt. Dictitabant enim, ſe domo patriaque expul-s, omnibus neceſſariis egere rebus, ut honeſtâ præriptione rem turpiſſimam tegerent. Accedebant ad ec graviſſimæ uſuræ, quod in bello plerumque acci-ere conſuevit, univerſis imperatis pecuniis; quibus in bus prolationem diëi donationem eſſe dicebant. Itaue æs alienum provinciæ eô bienniô multiplicatum eſt. ec minus ob eam cauſſam civibus Romanis ejus pro-nciæ, ſed in ſingulos conventus ſingulaſque civita-s certæ pecuniæ imperabantur: mutuaſque illas ex Se-ıtus conſultô exigi dictitabant: publicanis, uti in ſorte cerant, inſequentis anni vectigal promutuum. Præterea

aquaductu probè feciſti: Columnarium le ne nullum debeamus. Quamquam i videor audiſſe commutatam eſſe le-. Idem nunc Scipionem graviter at, quod in Aſiâ *columnaria* impe-et. *Brant.*

Honeſtâ præſcriptione] Cicero dicere et *Nomine.* Alii, *Prætextu* aut *Colore.* toman.

Vniverſis imperatis] Cùm pecuniæ n ſingulis, ſed unô nomine univerſi- imperantur. Hirt. de bell. Afr. *Pe-untque à Cæſare, ut univerſis tre-is unô nomine pecuniam imperaret.* m.

Donationem eſſe dicebant] Prolatio i ſpecies donationis eſt: quia ut plus it, qui ante diem petit, ita minus vit, qui tardius ſolvit. *Idem.*

Vt in ſorte fecerant] Domitius ſorte Syriam obtinebat, in eâque provinciâ debitam biennii pecuniam à publicanis exegerat, & ab iiſdem inſequentis anni mutuam præceperat: hoc idem in Aſiâ provinciâ faciebat. Quare legendum exiſtimo, *ut in Syriâ fecerant*, aut *in Suria.* Et ita legitur in libro Roberti Stephani: & conjecit Faërnus. *Ciaccon.*

Vectigal promutuum] Prius pecunias exegerant, nunc vectigal ipſum, id eſt, decumas. Promutuum autem verbum juris eſt: cùm pecunia repræſentatur; id eſt, antequam debeatur, perſolvitur. Sic paulo ſupra: *Debitam biennii pecuniam exegerat: & ab eiſdem inſequentis anni mutuam præceperat.* Ex quô intelligitur *Promutuum* eſſe, cùm mutua pecunia præcipitur, quæ nondum debebatur. *Hotoman.*

terea Epheſi à Fano Dianæ depoſitas antiquitus pecu nias Scipio tolli jubebat, ceteraſque ejus deæ ſtatua Quum in Fanum ventum eſſet, adhibitis compluribu Senatorii ordinis, quos advocaverat Scipio, literæ redduntur à Pompeio, mare tranſiſſe cum legionibu Cæſarem; properaret ad ſe cum exercitu venire, c mniaque poſthaberet. His literis acceptis, quos advo caverat, dimittit: ipſe iter in Macedoniam parare in cipit; pauciſque poſt diebus eſt profectus. Hæc res E pheſiæ pecuniæ ſalutem attulit. Cæſar Antonii exercit conjunctô, deductâ Oricô legione, quam tuendæ or maritimæ cauſsâ poſuerat, tentandas ſibi provincias longiuſque procedendum exiſtimabat; &, quum a eum legati veniſſent ex Theſſaliâ Ætoliâque, qui præſ diô miſsô pollicerentur earum gentium civitates impe rata facturas; L. Caſſium Longinum cum legione Tiro num

Epheſi à Fano Dianæ] Epheſus urbs Ioniæ eſt, emporium totius Aſiæ celeberrimum, Amazonum opus, Dianæ templô inprimis nobilitatum. Hæc civitas locô cavô olim habitata, diluvium paſſa eſt: quô cùm plurimi eſſent extincti, Lyſimachus civitatem in eum locum, ubi nunc eſt, tranſtulit, & ab uxoris nomine Arſinoëm vocavit. Eô mortuô, priſtinum nomen receptum eſt. Sed præter Arſinoëm Epheſus etiam Smyrna, Samorna, Trichia, Ortygia, Pteleis & Siſyrba dicta eſt. Hodie *Epheſo* Sophiano, Caſtaldo *Fiena*. Ortel.

Depoſitas pecunias] Solebant olim Græci & Romani pecunias publicas privataſque, & res quaſcunque alias cariſſimas habebant, in templis deponere, Deorum fidei eas concredere ſe & committere exiſtimantes. Juvenal. Satyr. 14:

—— *ærata nullus in arcâ*
Nummus, & ad vigilem ponendi Caſtora nummi. Brant.

Ceteraſque ejus deæ ſtatuas, cùm in fanum ventum eſſet] Cum in lib. Fulvii Urſini legeretur, *ceteraque ejus diei conſtituta, cum in fanum:* ipſe ſatis ſagaci conjecturâ repoſuit, *certaque ejus rei die con ſtituta.* Quod Cæſar hôc ipsô libro ſcr bat, *certumque ei rei tempus conſtituitu* Niſi malit quis, *certaque ejus diei conſt tuta.* Ciaccon. Hotomannus autem l ctionem retinet, immutato tantùm *c teras* in *certas*, ita ut imagines aureæ a gentèæque per vocem *certas* deſign rentur. Quod meo judicio non m gnum applauſum meretur. *Montan.*

Cæſar Antonii exercitu conjuncto, &c. Redit ad ſua geſta. Antequam enir Scipionis avaritiam & crudelitatem d ſcribere cœpit, ait ſe alterô die poſt nu cium acceptum, ad Antonium perve niſſe: nunc igitur quid conjunctis c piis actum ſit, continuat. *Rhellican.*

Ætoliaque] De Theſſalia, *Comenol tari* hodie Caſtaldo, dictum eſt jam a te. Ætolia Græciæ regio eſt, Epiro, A carnaniæ & Locris finitima, dicta a Ætolo Martis filio, cum ex Elide à Sa moneo unà cum Epeo & Piſanto ej ctus ad habitandum eam veniſſet. *Blo dus.*

L. Caſſium Longinum] Gens Caſſ diviſa eſt in familias, Patriciam & Pl beian

num, quæ appellabatur XXVII, atque equitibus CC in Theſſaliam, C. Calviſium Sabinum cum cohortibus V, pauciſque equitibus in Ætoliam miſit. Maximè eos, quod erant propinquæ regiones, de re frumentariâ ut providerent, hortatus eſt. Cn. Domitium Calvinum cum legionibus II, XI & XII, & equitibus D, in Macedoniam proficiſci jubet. Cujus provinciæ ab eâ parte, quæ Libera appellabatur, Menedemus princeps earum regionum miſſus legatus, omnium ſuorum excellens ſtudium profitebatur. Ex his Calviſius, primo adventu ſummâ omnium Ætolorum receptus voluntate, præſidiis adverſariorum Calydone & Naupacto rejectis, omni Ætoliâ potitus eſt. Caſſius in Theſſaliam cum legione pervenit. Hic quum eſſent factiones duæ, variâ voluntate civitatum utebatur. Egeſaretus veteris homo poten-

eiam Longorum Longinorumque. *igius.* Num pater patruuſve hujus ierit Q. Caſſius iſte Longinus, quem Cæſar libro I de bell. Gall. ab Helve-tis occiſum fuiſſe tradit, neſcio. Saltem e eâdem gente & familiâ & procul ubio aliquo etiam conſanguinitatis radu fuiſſe illum, nomen evincit. uicquid ſit, noſter hic à Cicerone pro lancio *familiaris ejus* vocatur. *Montan.*

C. Calviſium Sabinum] Calviſium tra-t Appianus, occurrentem Scipioni rca Macedoniam, devictum eſſe, totâ gione cæſa, ſolum octingentis exce-is. Cujus rei geſtæ cum nec Cæſar, ec cæteri ſcriptores meminerint, ne-io quantum hôc locô fidei Appiano ibuendum ſit. Cæterùm hic Calviſius oſtea Africam adminiſtravit, & ſub iumviris ad conſulatum evectus eſt. *landor.* Imo bis conſulatum geſſit. imum cum L. Marcio, anno ab U.C. CCXV. Alterum cum L. Paſſieno Ru- (eundem enim ego eſſe exiſtimo,) nno ab U. C. DCCL. *Montan.*

Cn. Domitium Calvinum] *Cn. Domitius alvinus* vir conſularis erat, geſtô eô ho-re quartô ante annô quàm bellum civile oriretur, & iterum ſub Triumviris. *Glandor.* Plura de hôc jam ante.

Quæ libera appellatur] Superiorem Macedoniam, in quâ eſſent Lynceſtus, Pelagonia, Oreſtias & Æmia, poſteriores ἐλευθέραν, id eſt, *liberam* appellarunt. Vide Strabonem lib. 7. *Idem.*

Calydone] Calydon, Ætoliæ civitas eſt, regia OEnæi patris Meleagri, diſtans à mari ſeptem millium quingentorum paſſuum ſpatio, Eveno fluvio interfluente diviſa. Ovidius libr. VIII, Metam.

Et Meleagream maculatus ſanguine
  Neſſi
Evenos Calydona ſecat.

Hodie *Aiton* Kyriaco Anconitano. *Montanus.*

Naupacto] *Naupactum* à pangendis navibus dictum eſſe ſcribit Strabo lib. 9, hodie *Lepantum* vocant. Id opidum Turcæ Venetis eripuerunt anno nati Chriſti MCCCCXCVIII. *Glandor.*

Egeſaretus] Cicero hunc *Hageſaretum* vocat, & *Lariſſæum* fuiſſe ſcribit, epiſtolarum lib. 13, ad Servium Sulpitium. *Idem.*

potentiæ Pompeianis rebus ſtudebat. Petreius ſummæ nobilitatis adoleſcens ſuis ac ſuorum opibus Cæſarem enixè juvabat. Eodemque tempore Domitius in Macedoniam venit: &, quum ad eum frequentes civitatum legationes convenire cœpiſſent, nunciatum eſt adeſſe Scipionem cum legionibus magnâ & opinione & fama omnium: nam plerumque in novitate fama antecedit. Hic nullô in locô Macedoniæ moratus, magno impetu contendit ad Domitium; &, quum ab eo millia paſſuum XX abfuiſſet, ſubitò ſe ad Caſſium Longinum in Theſſaliam convertit. Hoc adeo celeriter fecit; ut ſimul adeſſe, & venire nunciaretur. Et, quò iter expeditius faceret, M. Favonium ad flumen Haliacmonem quod Macedoniam à Theſſalia dividit, cum cohortibus VIII præſidio impedimentis legionum reliquit, caſtellumque ibi muniri juſſit. Eodem tempore equitatus Regis Coti ad caſtra Caſſii advolavit, qui circum Theſſaliam eſſe conſueverat. Tum timore perterritus Caſſius, cognito Scipionis adventu, viſiſque equitibus quos Scipionis eſſe arbitrabatur, ad montes ſe convertit, qui Theſſaliam cingunt; atque ex his locis Ambraciam verſus iter facere cœpit. At Scipionem, properantem

Petreius] Cùm *Petreius* Romanum nomen ſit, homini Theſſalo minus convenire videtur. in meo libro eſt, *Petreus*. Ciaccon.

M. Favonium] Favonium hunc Catonis imitatorem fuiſſe ſcribit Dio, & ædilitiam dignitatem geſſiſſe, & cum Rufo in carcerem conjectum. Periit paulo poſt Caſſii Brutique necem, in proſcriptorum numerum relatus, ob cædem Cæſaris. *Montan.*

Haliacmonem] Haliacmon, ſive ſine aſpiratione Aliacmon, fluvius eſt Macedoniæ; ad illum ducebant, teſte Plinio lib. 31, cap. 29, quæ volebant candida naſci. Sophiano hodie *Pelecas*. Idem.

Cum cohortibus VIII] Mihi hic cohortium numerus ſuſpectus eſt. Nam cum Scipio duas tantum legiones duceret id eſt, cohortes XX, ex his octo detracti imparatus admodum adverſus Domitium ibat, qui tres legiones, & D equites habebat. Forte, *cohortibus* IV, legendum. *Ciaccon.*

Ad montes, qui Theſſaliam cingunt &c.] Plinius libr. 4, cap. 8, aſſevera triginta quatuor monteis in Theſſali eſſe, quorum hi nobiliſſimi ſint, Cerceti, Olympus, Pierus, Oſſa: cujus e adverſo Pindus & Othrys Lapitharum ſedes ad occaſum vergentes, ad ortum autem Pelios. *Omnes*, inquit, *theatra modo inflexi, caveatis ante eos ſeptuaginta quinque urbibus.* Rhellican.

Ambraciam] Ambracia Epiri civitas, in intimo ſinus receſſu, qui ab ha etiam

em ſequi, literæ ſunt conſecutæ à M. Favoniô, Domiium cum legionibus adeſſe, nec ſe præſidium, ubi contitutus eſſet, ſine auxilio Scipionis tenere poſſe. Quious literis acceptis, conſilium Scipio iterque commuat; Caſſium ſequi deſiſtit; Favonio auxilium ferre conendit. Itaque die ac nocte continuato itinere ad eum ervenit, tam opportuno tempore, ut ſimul Domitiai exercitus pulvis cerneretur, & primi antecurſores Scilonis viderentur. Ita Caſſio induſtria Domitii, Favoio Scipionis celeritas ſalutem attulit. Scipionis in caris ſtativis biduum moratus ad flumen, quod inter eum Domitii caſtra fluebat, Haliacmonem tertiô die priâ luce exercitum vado tranſducit; & caſtris poſitis, oſtero die mane copias ante frontem caſtrorum inruit. Domitius tum quoque ſibi dubitandum non puavit, quin productis legionibus prælio decertaret. Sed uum eſſet inter bina caſtra campus circiter millium paſuum VI, caſtris Scipionis aciem ſuam ſubjecit. Ille à vallo

iam nomen accepit, poſita eſt in loco dmodum excelſo. Situm ejus elegan ſſimè Livius deſcribit: *Ambracia,* inuit, *tumulo aſpero ſubjecta eſt* (*Perranem incolæ vocant:*) *Vrbs quà murus ver t in campos & flumen, occidentem: arx ſæ poſita in tumulo eſt, orientem ſpectat: mnis Arethon ex Acarnania fluens, dit in ſinum maris, à nomine propinquæ rbis Ambracium appellatum. Præterſam quod hinc amnis munit, hinc tumus, murô quoque firmô ſepta eſt, patente circuitu tria millia paſſuum. Arethon mnis navigabilis & ad comportanda quæ ſui eſſent, opportunus, præter ipſa mœnia uit.* Strabo libr. VII, Ambraciam à orgô Cypſeli filiô conditam fuiſſe trait: quam Pyrrhus Epiri rex, quod in regiam habebat, plurimùm illuſtrait. Thucydides verò, quem & reliquos quutos video, Ambraciam Corinthioum coloniam aſſerit: principioque param urbem fuiſſe, ut ab ipſis ſolis Acaranibus Amphilochiſque αὐτοβοεὶ unô primôque impetu capi potuiſſet. Poſtea verò in tantum excrevit, viris opibuſque aucta, ut Archeſtratus ille ὀψιδαίδαλος, χώραν εὐδαίμονα· Thucydides ob bellicam laudem μαχιμωτάτην appellaverit. *Gerbelius.* Hodie Sophiano *Ambrachia.* Montan.

Scipio in caſtris ſtativis, &c.] De hujuſmodi caſtris Vegetius libr. 3, cap. 8, in hæc ſcribit verba: *Stativa caſtra æſtate, vel hyeme, hoſte vicinô, majori labore ac curâ firmantur. Nam ſingulæ centuriæ, dividentibus campiductoribus*(ſic namque iſthic legendum arbitror) *& principibus, accipiunt pedaturas: & ſcutis, ac ſarcinis ſuis in orbem circa propria ſigna depoſitis, cincti gladio, foſſam aperiunt latam aut novem, aut undecim, aut tredecim pedibus, vel ſi major adverſariorum vis metuitur, pedibus ſeptemdecim (imparem enim numerum obſervari moris eſt) tum ſepibus ductis, vel interpoſitis ſtipitibus, ramiſque arborum (ne facile terra dilabatur) agger erigitur.* Montan.

vallo non diſcedere perſeveravit. Attamen ægrè retentis Domitianis militibus eſt factum, ne prælio contenderetur; & maximè, quod rivus difficilibus ripis caſtris Scipionis ſubjectus progreſſus noſtrorum impediebat. Quorum ſtudium alacritatemque pugnandi quum cognoviſſet Scipio, ſuſpicatus fore, ut poſtero die aut invitus dimicare cogeretur, aut magnâ cum infamiâ caſtris ſe continere, qui magnâ expectatione veniſſet, temere progreſſus turpem habuit exitum; & noctu, ne conclamatis quidem vaſis, flumen tranſit, atque in eandem partem, ex quâ venerat, rediit: ibique prope flumen editô naturâ locô caſtra poſuit. Paucis diebus interpoſitis, noctu inſidias equitum collocavit: quô in locô ſuperioribus fere diebus noſtri pabulari conſueverant. Et quum quotidianâ conſuetudine Q. Varus præfectus equitum Domitii veniſſet; ſubitò illi ex inſidiis conſurrexerunt. Sed noſtri fortiter eorum impetum tulerunt, celeriterque ad ſuos quiſque ordines rediit, atque ultrò univerſi in hoſtes impetum fecerunt. Ex his circiter LXXX interfectis, reliquis in fugam conjectis, noſtri duobus amiſſis, in caſtra ſe receperunt. His rebus geſtis, Domitius ſperans Scipionem ad pugnam elici poſſe, ſimulavit ſeſe anguſtiis rei frumentariæ adductum caſtra movere; vaſiſque militari more conclamatis, progreſſus millia paſſuum III, locô idoneô & occultô omnem exercitum equitatumque collocavit. Scipio ad ſequendum paratus, equitatum magnamque partem

Ne conclamatis quidem vaſis] Mos erat Romanus, ut, quoties caſtra erant movenda, ſignum profectionis ter daretur, ne aliquid trepidè aut confusè perageretur. Lipſius Accenſum vel Apparitorem de ipsô ritu rogaſſe cenſet, *an in procinctu eſſent*. Et fortaſſis, ait, hic ille clamor eſt reſpondentium, quem Cæſar aliique tangunt, cum *vaſa* dicunt *clamari*. Conclamabantur autem vaſa, ut ſarcinas itineri aptarent, admonerenturque ne quid ignari imprudenteſque præproperâ feſtinatione relinquerent. *Montan.*

Q. Varus] *Vari* reperiuntur in Quintiliis & Liciniis, ſed quia hæ familiæ *Quinti* nomen non uſurparunt, arbitror legendum *Q. Varius*. *Variorum* enim quoſdam *Quintos* appellatos eſſe, conſtat. *Glandor.*

Na-

em levis armaturæ, ad explorandum iter Domitii & cognoſcendum, præmiſit. Qui quum eſſent progreſſi, rimæque turmæ inſidias intraviſſent, ex fremitu equorum illatâ ſuſpicione, ad ſuos ſe recipere cœperunt; uique hos ſequebantur, celerem eorum receptum conpicati, reſtiterunt. Noſtri cognitis hoſtium inſidiis, ne ruſtra reliquos exſpectarent, duas nacti hoſtium turnas exceperunt. In his fuit M. Opimius præfectus equium. Reliquos omnes earum turmarum aut interfeceunt, aut captos ad Domitium deduxerunt. Deductis oræ maritimæ præſidiis Cæſar, ut ſupra demonſtratum ſt, III cohortes Orici, opidi tuendi cauſsâ, reliquit; iſque cuſtodiam navium longarum tranſdidit, quas ex taliâ tranſduxerat. Huic officio opidoque præerat Aciius legatus. Is naves noſtras in interiorem partem poſt opidum reduxit, & ad terram deligavit, faucibuſque portus navem onerariam ſubmerſam objecit; & huic lteram conjunxit; ſuper quâ turrim effectam ad ipſum ntroitum portus oppoſuit, & militibus complevit, tuendamque ad omnes repentinos caſus tranſdidit. Quibus cognitis rebus Cn. Pompeius filius, qui claſſi Ægyptiæ præerat, ad Oricum venit; ſubmerſamque navim renulco, multiſque contendens funibus abduxit: atque lteram navem, quæ erat ad cuſtodiam ab Aciliô poita, pluribus aggreſſus navibus, in quibus ad libram ecerat turres, ut ex ſuperiori pugnans loco, integroſque

Navim remulco] De remulco priore ibro dictum. Dio autem hiſtoriam hanc ita narrat. *Oricum*, ait, *M. Aciius præſidio tenebat, introitumque lapidi-us reſectis obſtruxerat; turreſque ex u-raque faucium parte, in continenti ac ſu-er naves onerarias, exædificaverat. Cnæus rinatores immiſit, qui lapides ſcaphis im-oſitos disjicerent: tum navibus exoneratis, bductis, portus introitum aperuit: dein-le expoſitis in utrumque litus legionariis nilitibus, ipſe intro navigavit: ſicque & naves omnes & magnam urbis partem in-cendiô conſumpſit.* Eſt autem hic Cn. Pompeius Cn. Pompeii Magni filius, qui poſtea ad Mundam acie victus, hinc inde fugiens, ex vulnere acceptô æger in ſylvis periit. *Montan.*

In quibus ad libram fecerat turres] Quid ſit *ad libram turres facere* explicat Hotomannus: ut ſit facere turres eâdem altitudine quâ ſunt aliæ cum quibus conferuntur. *Libra* enim, ut docet Turneb. libro quinto adverſar. cap. 5, interdum

que ſemper defatigatis ſummittens, & reliquis partibu ſimul ex terrâ ſcalis & claſſe mœnia opidi tentans, u adverſariorum manus diduceret, labore & multitudin telorum noſtros vicit: dejectiſque defenſoribus, qu omnes ſcaphis excepti refugerunt, etiam navem expu gnavit: eodemque tempore ex alterâ parte molem te nuit naturalem objectam, quæ pene inſulam contra opi dum

terdum altitudinem & faſtigium ſignificat, propter perlibrationem aquarum. Frontinus de aquæ ductibus lib. 1: *aquæ omnes diverſa in urbem librâ perveniunt*, id eſt, diverſa altitudine. Solere autem navibus imponi turres ad libram, non ſolum ad proram, ſed etiam ad puppim, auctor eſt Appianus in bellis civilibus. *καὶ πύργους ἐπὶ τῶν νεῶν εἶχον κατά τε πρῴραν καὶ κατὰ πρύμναν, turres in navibus habebant & ad proram & ad puppim:* quæ ob id dictæ *turritæ* a Virgilio lib. 8, Æneid. extremo:

Tantâ mole viri turritis puppibus inſtant.

Ubi Servius interpres: *hoc de hiſtoria traxit; nam Agrippa primus hoc genus turrium invenit, ut de tabulatis ſubitò erigerentur, ſimul ac ventum eſſet in prælium, turres hoſtibus improviſæ.* Brant.

Ex alterâ parte molem tenuit naturalem, &c.] Locus eſt corruptiſſimus, quem ſi nullô veteri librô adjutus ex ingeniô reſtituere coner, nimis arrogans judicari merito debeam; quid tamen mihi in mentem venerit, dicam, ut qui magis ingenio valent, ii noſtris nonnihil adjuti eum reſtituant. Cæſar hoc ipsô librô de Pharô ſic ſcribit: *Hæc inſula objecta Alexandriæ portum efficit. Sed à ſuperioribus regionibus in longitudinem paſſuum* DCCCC *in mare jactis molibus, anguſtô itinere & ponte cum opidô conjungitur.* Similem fuiſſe Orici ſitum exiſtimo, nam moles quæ continenti opidum conjungebat, Oricum ut peninſula eſſet efficiebat, & portum longum tutumque, ut qui poſt opidum eſſet, reddebat. Plinius lib. 2, cap. 89: *Epidaurus & Oricum inſula eſſe deſiere*, &c. Lego igitu priorem partem ad hunc modum: *Eôdemque tempore exteriore parte molis, quæ tenui tramite objecta peninſulam opidum efficiebat.* *Tenui tramite* hic dixit Cæſar, quod illic *anguſto itinere*, idque fortaſſe mutuatus Pomponius Mela, ut aliàs ſolet, ſcripſit libr. 2, cap. 3: *Tenui tramite in latum effunditur.* Et poſt: *anguſto tramite Helladi Peloponneſon annectit.* Et lib. 1, cap. 13: *non longè hinc Corycos opidum portu ſaloque incingitur, anguſtô tergore continenti adnexum.* Et lib. 2, cap. 1: *Terra tum longè diſtenta excedens, tenui radice litori adnectitur.* Neque hæc lectio multum differt à ſcriptis libris, in quibus eſt, *tenuit nale*; & totius loci ſententiam planam ac facilem reddit. Nam quia moles anguſta erat, ab ejus exteriore parte, quà mari alluebatur, Pompeius quatuor biremes phalangis ſubjectis, ſuculis atque vectibus tractas, *in interiorem* molis *partem*, hoc eſt, in ipſum intimum portum tranſduxit. Quod illi facere licuit propterea quod eodem tempore & mari claſſe, & terrâ expoſitis militibus mœnia tentabat, & opidanos, ab irruptione prohibebat. Iis ergo triremibus ad interiorem portum, & aliis navibus portus ipſius faucibus introductis, naves Cæſaris defenſoribus vacuas aggreſſus partem earum incendit, partem abduxit. Mutavi autem, *ex altera parte*, propterea quod ſequitur, *in interiorem partem.* Niſi hic & pagina ſuperiore legere quis malit, *in interiorem portum.* Quod mihi magis probatur. *Ciaccon.*

Qua-

dum effecerat: IV biremes, ſubjectis ſcutulis, impulſas vectibus in interiorem partem tranſduxit. Ita ex utraque parte naves longas aggreſſus, quæ erant deligatæ ad terram atque inanes, IV ex his abduxit, reliquas incendit. Hôc confectô negotiô, D. Lælium ab Aſiaticâ claſſe abductum reliquit, qui commeatus Bullide atque Amantiâ importari in opidum prohibebat; ipſe Liſſum profectus naves onerarias XXX, à M. Antonio relictas, intra portum aggreſſus, omnes incendit. Liſſum expugnare conatus; defendentibus civibus Romanis, qui ejus erant conventus, militibuſque, quos præſidii cauſsâ miſerat Cæſar, triduum moratus, paucis in oppugnatione amiſſis, re infectâ, inde diſceſſit. Cæſar, poſtquam Pompeium ad Aſparagium eſſe cognovit, eodem cum exercitu profectus, & expugnatô in itinere opidô Parthinorum, in quo Pompeius præſidium habebat, III die in Macedoniam ad Pompeium pervenit, juxtaq; eum caſtra poſuit; & poſtridie eductis omnibus copiis, acie inſtructâ, decernendi poteſtatem Pompeio fecit. Ubi eum ſuis locis ſe tenere animadvertit; reducto in caſtra exercitu, aliud ſibi conſilium capiendum exiſtimavit. Itaque poſtero die omnibus copiis, magnô circuitu difficili anguſtoque itinere, Dyrrhachium profectus eſt, ſperans Pompeium aut Dyrrhachium compelli, aut ab eo intercludi poſſe, quod omnem commeatum, totiuſque belli apparatum is eò contuliſſet; ut accidit. Pompeius enim primò ignorans ejus conſilium, quod diver-

Quatuor biremes ſubjectis ſcutulis, &c.] *Scutula* præterquam quod rotundum & concavum vaſculi genus ſignificat; haſtam quoque teretem denotat, qua lina tunduntur. Ex cujus nimirum ſimilitudine hoc loco teretia ligna navibus ſubjecta, ut vectibus pelli queant, dicuntur. Quæ Cæſar ſupra lib. 2 bellorum civilium Græcâ voce *Phalangas*. Rhellican.

Naves onerariæ] Sunt procul dubio hæ pontones, genus navium Gallicarum, quas Antonius Liſſi reliquerat; ut ſi forte Pompeius in Italiam trajiceret, quæ opinio ſparſa in vulgus erat, Cæſar ſequendi facultatem haberet: ut paulò ante teſtatus eſt Cæſar. *Montan.*

Parthinorum] Partheni Macedoniæ populus. Plinius lib. 3 cap. 23: *A Liſſo Macedoniæ provinciæ, gentes Partheni.* Idem.

Qui

diverſo ab ea regione itinere profectum videbat, anguſtiis rei frumentariæ compulſum diſceſſiſſe exiſtimabat: poſtea per exploratores certior factus poſtero die caſtra movit; breviore itinere ſe occurrere ei poſſe ſperans; quod fore ſuſpicatus Cæſar, militeſque adhortatus, ut æquô animô laborem ferrent, parva parte noctis itinere intermiſſo, mane Dyrrhachium venit, quum primum agmen Pompeii procul cerneretur; atque ibi caſtra poſuit. Pompeius interclusus Dyrrhachio, ubi propoſitum tenere non potuit, ſecundô uſus conſiliô, editô locô, qui appellatur Petra, aditumque habet navibus mediocrem, atque eas à quibuſdam protegit ventis, caſtra communit. Eò partem navium longarum convenire, frumentum commeatumque ab Aſiâ atque omnibus regionibus, quas tenebat, comportari imperat. Cæſar longius bellum ductum iri exiſtimans, & de Italicis commeatibus deſperans, quod tantâ diligentiâ omnia litora à Pompeianis tenebantur, claſſeſque ipſius, quas hieme in Siciliâ, Galliâ, Italiâ fecerat, morabantur, in Epirum rei frumentariæ cauſsâ L. Canuleium legatum miſit. Quodque hæ regiones aberant longius, locis certis horrea conſtituit; vecturaſque frumenti finitimis civitatibus deſcripſit. Item Liſſo Parthiniſque, & omnibus caſtellis, quod eſſet frumenti, conquiri juſſit. Id erat perexiguum quum ipſius agri naturâ, quod ſunt loca aſpera & montuoſa, ac plerumque utuntur frumentô importatô; tum quod Pompeius hæc providerat, & ſuperioribus diebus prædæ loco Parthinos habuerat; frumentumque omne conquiſitum, ſpoliatis ef-

Qui appellatur Petra] Lucanus initio ſexti, de Pompeio loquens, modiceque à Cæſare diſſentiens,

Hoc iter, inquit, *æquoreo præcepit limite Magnus*,
Quemque vocat collem Taulantius incola Petram
Inſedit caſtris, Epireaque mœnia ſervat.

L. Canuleium] *Canuleia familia* Prætoria fuit, in quâ emicuit L. Canuleius Dives circa annum U. C. DLXXXIII. *Glandor.*

Quam-

tis effoſſiſque eorum domibus, per equites comportaverat. Quibus rebus cognitis, Cæſar conſilium capit ex loci naturâ. Erant enim circum caſtra Pompeii permulti editi atque aſperi colles. Hos primùm præſidiis tenuit; caſtellaque ibi communit. Inde, ut loci cujuſque natura ferebat, ex caſtello in caſtellum perductâ munitione, circumvallare Pompeium inſtituit; hæc ſpectans, quod anguſtâ re frumentariâ utebatur; quod Pompeius multitudine equitum valebat: quô minore periculô undique frumentum commeatumque exercitui ſupportare poſſet: ſimul, ut pabulatione Pompeium prohiberet, equitatumque ejus ad rem gerendam inutilem efficeret. Tertiò, ut auctoritatem, quâ ille maximè apud exteras nationes niti videbatur, minueret; quum fama per orbem terrarum percrebuiſſet illum à Cæſare obſideri, neque audere prælio dimicare. Pompeius neque à mari Dyrrhachioque diſcedere volebat; quod omnem apparatum belli, tela, arma, tormenta ibi collocaverat, frumentumque exercitui navibus ſupportabat; neque munitiones Cæſaris prohibere poterat, niſi prælio decertare vellet; quod eo tempore ſtatuerat non eſſe faciendum. Relinquebatur, ut extremam rationem belli ſequens quamplurimos colles occuparet, & quàm latiſſimas

Quamplurimos colles] Obſerva ipſum Pompeium XV M. paſſuum in ſpatiô interiore amplexum: quanto igitur amplius, & longè amplius oportuit eſſe ſpatium atque ambitum Julianum: quô is cingebatur? Analogia clamat, & aperta eſt. Hoc autem de Pompeio Lucanus ita ex fide narrat, ut ſolet:

Ac tantum ſepti vallô ſibi vindicat agri,
Parva Mycenææ quantum ſacrata Dianæ,
Diſtat ab excelſa nemoralis Aricia Roma.

Sunt ipſa quindecim milliaria, quæ poſuit Cæſar. At virum doctum (jam nunc legi) hæc referre ad ipſum Cæſaris vallum, ſupinitas eſt & aberratio larga in legendo. Lucanus videatur. Quod etiam idem Strabonem advocat, & vult Ariciam diſtare Roma viginti milliaria: non ita eſt, & Strabonis ſcriptura falſa impoſuit, nec ibi *ſtadia centum ſexaginta* legenda, ſed *centum viginti*. Nota altera immutetur in Græcis. Vult Cæſar hîc cum Lucanô compoſitus: vult palam Dionyſius libr. 6, qui centum viginti ſtadiis, ſine ullâ notâ numerali, diſtare Ariciam à Româ ſcripſit. Idem cum eô Philoſtratus in vita Apollonii lib. 4. Idem denique in Antonini Itinerario: niſi tamen quod illic unitas additur, & XVI mill. P. leguntur. *Lipſ.*

Caſtel-

ſimas regiones præſidiis teneret, Cæſariſque copias, quammaximè poſſet, diſtineret. Idque accidit. Caſtellis enim XXIV effectis, XV millia paſſuum circuitu amplexus, hôc ſpatiô pabulabatur; multaque erant inter eum locum manu ſata, quibus interim jumenta paſceret. Atque ut noſtri, qui perpetuas munitiones habebant, perductas ex caſtellis in proxima caſtella, ne quô locô erumperent Pompeiani, & noſtros poſt tergum adorirentur, timebant: ita illi interiore ſpatio perpetuas munitiones efficiebant; ne quô locô noſtri intrare, atque ipſos à tergo circumvenire, poſſent. Sed illi operibus vincebant; quod & numero militum præſtabant, & interiore ſpatio minorem circuitum habebant. Qua quum erant loca Cæſari capienda, etſi prohibere Pompeius totis copiis & dimicare non conſtituerat; tamen ſuis locis ſagittarios funditoreſque mittebat, quorum magnum habebat numerum; multique ex noſtris vulneraban-

Caſtellis enim XXIV] Lipſius in Analectis ad Milit. Romanam, plura fuiſſe credit in tanto ſpatio. *Montan.*

XV *millia paſſuum*] Fas mihi dubitare in his numeris, & ex Appiano valdè augere. Nam ille de hâc re: *Cæſar*, inquit, *aggreſſus eſt difficile & inopinatum opus, ut unô murô omnes Pompeii copias circumplexus, à mari ad mare eum duceret. Etiam ſi cœptis excideret, magnam apud poſteros ſuper hâc audaciâ gloriam laturus. Erant enim ſtadia ducenta & mille.* Hæc ita verbotim ex Appianô. Quæ ſi vera, abeſſe non poteſt quin ambitus operis fuerit, non *octodecim* aut *ſedecim*, ſed ad *centum quinquaginta* circiter milliarium. O rem incredibilem! Sed vix mihi. Præſertim cum verba Appiani attendo, τόλμημα, *magnum facinus*; itemque *arduum & ſupra fidem atque opinionem*. Denique *tanta gloria* apud poſteros appellantis atque aſſerentis. Quorum nihil eſt, ſi non niſi invulgata illa magnitudo: quæ in eódem Cæſare, & ab eôdem, alibi major. Lucanum etiam qui inſpicit (poëtam, in his talibus non poëtam, fideliter agit,) judicabit pro numerô illó majore. Ait is, *magnô receſſu ſaltus, teſqua, ſylvas* Cæſarem incluſiſſe: & Magnum ſic clauſum *caſtra* tamen *mutaſſe*, pabuli copiam habuiſſe. Quî potuerunt hæc à tot legionibus in vulgato illo ſpatio? Amplius, *flumina* in eo ſpatio *oriri* & *deſinere* dicit: ridiculè in eô minutô. Etiam Cæſar unô die *extrema & ſumma operis ſui* non videt: manſio nocturna interponi debet: nec id poteſt, niſi in numeris Appiani. Denique extra controverſiam, comparat hoc ſpatium cum terris quas Orontes aut Tigris ambit: quâ non dicam fide, ſed fronte, ſi tam exiguum? Imo regna, inquit, in Oriente vix ſunt majora. Hæc niſi ad vaſtum illud ſpatium refers, non ineptè ſolum dicta, ſed ſtultè. *Lipſius.*

Manu ſata] Farraginem intelligit, & vulgo nota legumina, de quibus Virgil. lib. 3 Georg.

Sed frumenta manu carpet ſata. Mont.

Aut

abantur : magnuſque inceſſerat timor ſagittarum : at-
ue omnes fere milites aut ex coactis , aut ex centonibus ,
ut ex coriis tunicas , aut tegmenta fecerant , quibus te-
vitarent. In occupandis præſidiis magna vi uterque
tebatur. Cæſar, ut quàm anguſtiſſimè Pompeium con-
neret ; Pompeius , ut quamplurimos colles quàm ma-
mo circuitu occuparet. Crebraque ob eam cauſſam
rælia fiebant. In his quum legio Cæſaris IX præſidium
uoddam occupaviſſet , & munire cœpiſſet ; huic loco
ropinquum & contrarium collem Pompeius occupa-
it , noſtroſque opere prohibere cœpit : & quum unâ
parte prope æquum aditum haberet , primum ſagit-
ariis funditoribuſque circumjectis , poſtea levis arma-
uræ magnâ multitudine miſsâ , tormentiſque prolatis ,
nunitiones impediebat. Neque erat facile noſtris uno
empore propugnare & munire. Cæſar, quum ſuos o-
mnibus partibus vulnerari videret , recipere ſe ſtatuit ,
loco excedere. Erat per declive receptus : illi autem
oc acrius inſtabant , neque regredi noſtros patieban-
ur , quod timore adducti locum relinquere videban-
ur. Dicitur eo tempore glorians apud ſuos Pompeius
ixiſſe ; Non recuſare ſe , quin nullius uſus Imperator
xiſtimaretur , ſi ſine maximô detrimentô legiones Cæ-
aris ſeſe recepiſſent inde , quò temere eſſent progreſſæ.
Cæſar receptui ſuorum timens crates ad extremum tu-
nulum contra hoſtem proferri , & adverſas locari ; in-
ra has mediocri latitudine foſſam , tectis militibus , ob-
duci

Aut ex ſubcoactis] Lazarus Baïfius
ſubcoacta dici putat , quæ Ulpianus in
argumento. D. de aur. & arg. leg. coacti-
a vocat. Plinius *lanas coactas* lib. 8, cap.
48 , iis verbis : *Lanæ per ſe coactæ veſtem*
faciunt, & ſi addatur acetum , etiam ferro
reſiſtunt. Quæ verba aliter cum Cujacio
lib. 5 obſerv. cap. 11, legit Petrus Fa-
ber lib. 1 ſemeſtr. cap. 11, ut ſit : *Lanæ*
per ſe coactam veſtem faciunt. Quod
etiam laudare videtur Petrus Ciacco-
nius. *Subcoacta* autem eſſe noſtra hodie
Feltra vult Lipſius lib. 3, de milit. dia-
log. 6. *Brant.*

Occupandis præſidiis] *Occupare præſi-*
dia eſt locum caſtello faciendo , & præ-
ſidio imponendo idoneum capere , &
in eâ re celeriter hoſtibus antevertere.
Alibi dicitur *Occupari locus præſidiis.*
Hirt. bell. African. *Locaque idonea op-*
portunaque complura præſidiis occupare.
Hotoman.

Erat

duci juſſit, locumque in omnes partes quammaxim impediri. Ipſe idoneis locis funditores inſtruxit; ut præ ſidio noſtris ſe recipientibus eſſent. His rebus comple tis, legiones reduci juſſit. Pompeiani hoc inſolentiu atque audacius noſtros premere & inſtare cœperunt cratesque pro munitione objectas propulerunt, ut foſ ſas tranſcenderent. Quod quum animadvertiſſet Cæſar veritus, ne non reducti, ſed rejecti viderentur, majuſ que detrimentum caperetur, à mediô fere ſpatiô ſuo per Antonium, qui ei legioni præerat, cohortatus, tu bâ ſignum dari, atque in hoſtes impetum fieri juſſit Milites legionis IX ſubitò conſtipati pila conjecerunt; & ex inferiore loco adverſus clivum incitati curſu præci pites Pompeianos egerunt, & terga vertere coëgerunt Quibus ad recipiendum crates directæ, longuriique ab jecti, & inſtitutæ foſſæ magno impedimento fuerunt Noſtri verò, qui ſatis habebant ſine detrimento diſce dere, compluribus interfectis, V omnino ſuorum amiſ ſis, quietiſſimè ſe receperunt; paulloque citra eum lo cum, aliis comprehenſis collibus munitiones perfece runt. Erat nova & inuſitata belli ratio, quum tot ca ſtellorum numerô tantôque ſpatiô & tantis munitioni bus & toto obſidionis genere, tum etiam reliquis re bus. Nam, quicunque alterum obſidere conati ſunt perculſos atque infirmos hoſtes adorti, aut præliô ſupe ratos, aut aliquâ offenſione permotos continuerunt quum ipſi numero militum equitumque præſtarent Cauſſa autem obſidionis hæc fere eſſe conſuevit; ut fru mento hoſtes prohibeantur. At contrà integras atque inco-

Erat nova, & inuſitata belli ratio, &c.] Duas ob cauſas *novam bellandi rationem* fuiſſe dicit, unam, quoniam plerunque pauciores à pluribus obſidentur; at Cæſar hic militum numero inferior Pompeium ſuperiorem circumvallavit: alteram quia & in hoc obſidiones fiunt, ut hoſtes frumentô, ac omni commea tu arceantur; at contra hic fiebat. Ob ſeſſis namque omnium rerum neceſ ſariarum copia ſuppetebat: & obſiden tes è contra maximâ frumenti penuri laborabant. *Rhellican.*

Recor-

icolumes copias Cæſar inferiore militum numero con-
nebat; quum illi omnium rerum copiâ abundarent.
uotidie enim magnus undique navium numerus con-
eniebat, quæ commeatum ſupportarent: neque ullus
are ventus poterat, quin aliqua ex parte ſecundum
urſum haberet. Ipſe autem, conſumptis omnibus lon-
è lateque frumentis, ſummis erat in anguſtiis. Sed ta-
nen hæc ſingulari patientiâ milites ferebant. Recor-
abantur enim, eadem ſe ſuperiore anno in Hiſpaniâ
erpeſſos, labore & patientia maximum bellum con-
cciſſe. Meminerant ad Aleſiam magnam ſe inopiam
erpeſſos, multò etiam majorem ad Avaricum, maxi-
narum ſe gentium victores diſceſſiſſe. Non, illis hor-
eum quum daretur, non legumina recuſabant; pecus
erò, cujus rei ſumma erat ex Epirô copia, magno in
onore habebant. Eſt etiam genus radicis inventum ab
s, qui fuerant cum Valeriô, quod appellatur Chara:
quod

Recordabantur enim ſe eadem ſuperio- anno in Hiſpaniâ perpeſſos, &c.] uum enim caſtra ſua inter Sicorim & ingam Cæſar poſuiſſet, adeo anguſta frumentaria utebatur; ut annona ad narios quinquaginta in ſingulos mo-os pervenerit: quum è contra Afra-ani omnium rerum copiam habe-nt, ſicuti ſupra lib. 1 bellorum civi-im habetur. *Idem.*

Meminerant ad Alexiam, &c.] In ius namque opidi obſidione graviſ-nâ, eodem tempore & materiari & amentari Romani neceſſe habebant. uæ res ſatis arguit maximam annonæ guſtiam illos perpeſſos. *Idem.*

Multò etiam majorem ad Avaricum, c.] Illic namque complures dies fru-entô caruerunt, & tandem extremâ ediâ laboraverunt. De quibus con-lito ſeptimum librum de bellô Galli-. *Idem.*

Cum Valerio] Arbitramur hunc eſ- Valerium, quem Cæſar legatum iſit in Sardiniam initio hujus bel-li, ut patet libr. 1. *Glandorpius.*

Quod appellatur Chara] *Carus* legen-dum exiſtimamus, de quo Dioſcorides lib. 3, cap. 59, ſic ait: *Caron exiguum, notumque omnibus ſemen eſt, calefacit, u-rinam ciet, ſtomacho accommodatum, & in cibo gratum eſt: concoctiones adjuvat, uti-liter antidotis & oxyporis miſcetur, ani-ſo proportione reſpondet. Radix elixa pa-ſtinacæ modo ad edendum eſt.* Plinius ve-rò lib. 19, cap. 8, nec *Charam*, nec *Ca-ron* appellare videtur, ubi ſic ait: *Nec non olus quoq; ſylveſtre eſt trium foliorum, Divi Iulii carminibus, præcipuè jocis mili-taribus celebratum. Alternis quippe ver-ſibus exprobravere, Lapſana ſe vixiſſe apud Dyrrhachium, præmiorum parſimoniam cavillantes.* Hactenus uterque radicem à Cæſareanis militibus comeſtam in-nuit: ſed ille magis appoſitè, quam hic. Nam Plinius, more Plutarchi, Lucani, Appiani, genus tantum herbæ, ſeu radi-cis attingit: propterea quod λαψάνη (Heſychio interprete) τ̃ ἀγρείων λα-χάνων ἐσθιομένη, hoc eſt, *inter ſylve-*

quod admiſtum lacte multum inopiam levabat. Id a ſimilitudinem panis efficiebant. Ejus erat magna copi Ex hoc effectos panes, quum in colloquiis Pompeia famem noſtris objectarent, vulgò in eos jaciebant, u ſpem eorum minuerent. Jamque frumenta matureſce incipiebant; atque ipſa ſpes inopiam ſuſtentabat; quo celeriter ſe habituros copiam confidebant. Crebroq voces militum in vigiliis colloquiiſque audiebantu prius ſe cortice ex arboribus victuros, quàm Pompeiu è manibus dimiſſuros; frequenter etiam ex perfugis co gnoſcebant, equos eorum vix tolerari, reliqua verò ju men

ſtria olera editur; quod quidam *napium* interpretantur, & Plinius ipſe in eodem lib. cap. 5: *napi quoddam genus eſſe* dicit *ſilveſtre, cujus folia erucæ ſimilia ſint.* Dioſcorides verò ſpeciem herbæ non diſſimili nomine quam Cæſar appellans, magis ad Cæſaris locum intelligendum facere apparet. Quando autem idem auctor refert, *cari radicem elixam paſtinacæ in modum edi*, ſciendum eſt, maximum paſtinacæ (Germanice *Paſteney*, vel *Giraili*) proventum in Bernenſium hortis eſſe: & ovis frixas, non elixas, in magnis non tantum indigenarum, ſed etiam advenarum præcipuè Gallicorum delitiis eſſe. *Rhellican.*

Quod admixtum lacte multum inopiam levat, id ad ſimilitudinem panis efficiebant, &c.] Plutarchus Cæſaris ſententiæ ita adſtipulatur, ut videri queat magnam hujus hiſtoriæ partem ex illius Commentariis tranſcripſiſſe. Appianus verò non ex pabulô panes eſſe piſtos ait: nec à prætercurrentibus Cæſaris militibus eos panes in Pompeii exercitum jactos eſſe, quum hi illis famem exprobrarent; ſed à transfugis hujuſmodi panes ad Pompeium delatos, ut lætitiam inde caperet: neque tamen illum ut prudentiſſimum imperatorem exhilaratum, ſed *Sibi cum belluis bellum eſſe*, dixiſſe. *Idem.*

Famem noſtris] De fame hac ita Suetonius: *Famem*, ait, *& ceteras neceſſitates, non cùm obſideretur modo, ſed etiam alios ipſi obſiderent, tantoperè tolerabant, Dyrrhachinâ munitione Pompeius, viſô nere panis ex herbâ, quô ſuſtinebantu Cum feris ſibi rem eſſe dixerit; amove que ocyus, nec cuiquam oſtendi juſſerit: patientiâ & pertinaciâ hoſtis, animi ſu rum frangerentur.* Lucanus autem lib.

Sed patitur ſævam veluti circumdat arcta
Obſidione famem: nondum ſurgentib altam
In ſegetem culmis, cernit miſerab vulgus
In pecudum cecidiſſe cibos, & carpe dumos,
Et morſu ſpoliare nemus, lethumq minantes
Vellere ab ignotis dubias radicibus he bas.
Quæ mollire queunt flamma, quæ fra gere morſu,
Quæque per abraſas utero demitt fauces:
Plurimaque humanis antehac incogn ta menſis
Diripiens miles, ſaturum tamen ob det hoſtem. Montan.

Vulgo in eos jaciebant] Eôdem co ſiliô jactati panes ſunt è Capitoliô obſidentes Gallos, teſte Livio libr. *Glandor.*

Equos eorum] Supple *Pompeian rum.*

Int

ienta interiſſe; uti autem ipſos valetudine non bonâ; uum anguſtiis loci, & odore tetro, & multitudine ıdaverum, & quotidianis laboribus inſuetos operum, ım aquæ ſummâ inopiâ [affectos:] omnia enim flu-ina atque omnes rivos, qui ad mare pertinebant, Cæ-r aut averterat, aut magnis operibus obſtruxerat. At-ıe, ut erant loca montuoſa & ad ſpecus anguſtiæ val-ım, has ſublicis in terram dimiſſis præſepſerat, ter-mque aggeſſerat; ut aquam continerent. Itaque illi eceſſariò loca ſequi demiſſa ac paluſtria, & puteos fo-ere, cogebantur. Atque hunc laborem ad quotidia-ı opera addebant: qui tamen fontes à quibuſdam præ-diis aberant longius; & celeriter æſtibus exareſcebant. t Cæſaris exercitus optima valetudine ſummaque aquæ opiâ utebatur; tum commeatus omni genere, præter umentum, abundabat: quibus quotidie melius ſucce-ere tempus, majoremque ſpem maturitate frumento-ım proponi videbant. In novo genere belli novæ ab riſque bellandi rationes reperiebantur. Illi quum ani-advertiſſent ex ignibus, noctu cohortes noſtras ad unitiones excubare, ſilentio adverſi univerſas intra ultitudinem ſagittas conjiciebant, & ſe confeſtim ad os recipiebant. Quibus rebus noſtri, uſu docti, hæc periebant remedia, ut aliô locô ignes facerent, aliô ccubarent.

Deſunt.

ıterim certior factus P. Sulla, quem diſcedens caſtris ræfecerat Cæſar, auxilio cohorti venit cum legioni-bus

Interim certior factus P. Sylla] Deeſ- hôc locô multa, quis non videt? pri-ım quæ cohors hæc fuerit, & cui ca-llo præpoſita. Deinde quonam abie- Cæſar, cum caſtris Syllam præfece-, quæritur. De cohorte ſic ſcribit et. in Cæſare cap. 68: *Denique una* VI *ionis cohors præpoſita caſtello, quatuor mpeii legiones per aliquot horas ſuſti-nuit, pene omnis confixa multitudine hoſti-lium ſagittarum, quarum* C *ac* XXX *millia intra vallum reperta ſunt, nec mirum, ſin-gulorum ſi quis facta reſpiciat, vel Caſſii Scævæ, vel C. Acilii militis, ne de pluribus referam. Scæva excuſſô oculô, transfixus femore & humerô,* CXX *ictibus ſcutô perfo-rato, cuſtodiam portæ commiſſi caſtelli reti-nuit.* Addit Appianus ei caſtello *Minu-*

 cium

bus II: cujus adventu facile ſunt repulſi Pompeiar Neque verò conſpectum aut impetum noſtrorum tul runt: primiſque dejectis, reliqui ſe verterunt, & lo ceſſerunt. Sed inſequentes noſtros, ne longius pro querentur, Sylla revocavit. At plerique exiſtimant, acrius inſequi voluiſſet, bellum eô die potuiſſe fini Cujus conſilium reprehendendum non videtur. Aliæ nim ſunt legati partes atque Imperatoris. Alter [omni agere ad præſcriptum; alter liberè ad ſummam reru conſulere debet. Sulla à Cæſare caſtris relictus, liber tis ſuis, hoc fuit contentus, neque prælio decertare v luit; quæ res tamen fortaſſe aliquem reciperet caſun ne imperatorias ſibi partes ſumpſiſſe videretur. Pon peianis magnam res ad receptum difficultatem affer bat. Nam ex iniquô progreſſi locô in ſummô conſtit

rar

cium præfuiſſe, Lucanus vero in 6, niſi apud eum mendum ſit, *Numicium.* Nam ſic ſcribit:

Opportuna tamen valli pars viſa propinqui,
Quam Numici caſtella vocant. ———

De abſentia Cæſaris Appian. lib. 2: *Cæſar ex Dyrrhachio proditione ſibi quadam oblatâ, noctis tempore, ut ſolebat, paucis comitantibus ad Iani templi portas proficiſcitur.* Et Dio lib. 41: *Verùm ubi Cæſar ipſum Dyrrhachium, quod inter paludes atque mare poſitum eſt, ſpe ejus per proditionem eorum, qui ibi præſidio relicti erant, occupandi aggreſſus eſt, atque in anguſtias locorum devenit. Ibi multis ex adverſo irruentibus hoſtibus, multis à tergo adorientibus, qui navibus in hunc uſum ſubvecti erant, permultis ſuorum amiſſis, ipſe quoque in ſummô periculô fuit.* Igitur tunc digrediens, ut Dyrrhachium per proditionem occuparet, Syllam caſtris præfecit, & ipſe ad Dyrrhachium tribus locis pugnavit, ut infra ſcribit. *Ciaccon.*

P. Sylla] Hic eſt *P. Sylla*, pro quo extat oratio Ciceronis, L. Syllæ Dictatoris propinquus, & aliquando Pompeii Quæſtor. Meminit ejus & Cicero Officiorum ſecundo, & in epiſtolis Dolabellam lib. 9, ubi populum Ron num lætatum ejus morte ſcribit. *Gl dorp.* Idem, ut opinor, in veteribus nariis dicitur P. SULA, antiquè, P. SULLA. ut *Luculus*, & *Cina.* N ad P. Sullam pertineant denarii, cum L. Antonio Coſ. fuit, Syllæ dic toris fratris filius. *Vrſinus.*

Aliæ ſunt legati partes atque impera ris] De legatis jam ante. Præcede libro Cæſar ſcripſit, *fiduciariam oper obtinere legatum.* Scilicet quod revo tur cum vult is, qui dedit; propri & à ſe non habet. Cùm tamen hab imperat, & imperii inſignia etiam mit. Livius de Pleminio Scipionis gato: *ſine reſpectu, non majeſtatis mo ſed etiam humanitatis, in legatum im tum, lictoribus prius indignum in mod mulctatis, faciunt.* Vides lictores l buiſſe. Et Cicero de Verre Legato D labellæ Proconſulis: *In Achaiam ſu ptu publicô & legationis nomine, cum i perio & ſecuribus miſſus.* Quod tam obtinuiſſe modo cenſeo, cum abſ Conſul aut Proconſul, atque ipſe ſu neret ejus vicem. *Lipſius.*

N

ant. Si per declive ſeſe reciperent, noſtros ex ſuperio-
e inſequentes loco verebantur. Neque multum ad ſo-
is occaſum temporis ſupererat. Spe enim conficiendi
iegotii, prope in noctem rem deduxerant. Ita, neceſ-
ariò, atque ex tempore captô conſiliô, Pompeius
umulum quendam occupavit: qui tantum aberat à no-
rô caſtellô, ut telum tormentumve miſſum adjici non
oſſet. Hôc conſedit locô, atque eum communit, o-
nneſque ibi copias continuit. Eodem tempore duobus
ræterea locis pugnatum eſt. Nam plura caſtella Pom-
eius pariter, diſtinendæ manus cauſſà tentaverat; ne
x proximis præſidiis ſuccurri poſſet. Unô locô Volca-
ius Tullus impetum legionis ſuſtinuit cohortibus III,
tque eam loco depulit. Altero Germani munitiones
oſtras egreſſi, compluribus interfectis, ſeſe ad ſuos
ncolumes receperunt. Ita uno die VI præliis factis, III
d Dyrrhachium, III ad munitiones, quum horum o-
nnium ratio haberetur, ad duorum millium numero
x Pompeianis cecidiſſe reperiebamus, evocatos centu-
ioneſque complures. In eô fuit numerô Valerius Flac-
us L. filius, ejus qui prætor Aſiam obtinuerat: ſigna-
ue VI militaria relata. Noſtri non amplius XX omnibus
int præliis deſiderati. Sed in caſtello nemo fuit omni-
o militum, quin vulneraretur; quatuorque ex unâ co-
iorte centuriones oculos amiſerunt. Et quum laboris
ui periculique teſtimonium afferre vellent, millia ſagit-
arum circiter XXX in caſtellum conjecta Cæſari remu-
nera-

Nam plura caſtella Pompeius pariter, iſtinendæ] Id eſt, coërcendi, *manus*, oc eſt, exercitus cauſa. Atque hoc eſt uod ſuperius ſcribitur, quàm plurimos olles à Pompeio occupatos, ut quàm tiſſimas regiones teneret, Cæſariſque opias quam maximè diſtineret. *Rhellic.*

Volcatius Tullus] *Volcatius* hic *Tullus* lius fuit viri conſularis, & legatus Cæ-ris bello Gallico. Reſpice ſupra lib. 6. *Iontan.*

Evocatos] De iis jam ante.

Valerius Flaccus L. filius] Pro L. Valerio, qui prætor Aſiam obtinuit, extat oratio Ciceronis. De Valerio autem hoc primo lib. bell. civ. dictum. *Montanus.*

Sed in caſtello] Supple ubi una VI legionis cohors, teſte Suetoniô; quatuor Pompeii legiones per aliquot horas ſuſtinuit. *Montan.*

neraverunt: ſcutoque ad eum relato Scævæ centurionis, inventa ſunt in eô foramina CCXXX. Quem Cæſar ut erat de ſe meritus & de Republicâ donatum millibu ducentis [æris] ab octavis ordinibus ab Primipilum transducere pronunciavit. Ejus enim opera caſtellum conſervatum eſſe magnâ ex parte conſtabat: cohortemque [poſtea] duplici ſtipendio, frumento, *ut ſpeciarii mili

Foramina CCXXX] Suetonius, Appianus, Valer. Max. libr. 3, cap. 2, habent CXX. Poſterioris verba ſunt: *Cum pro caſtello, cui præpoſitus erat, M. Caſius Scæva dimicaret, Cneique Pompeii præfectus juſſu ejus, ſummô ſtudiô, & magnô militum numerô ad id capiendum mitteretur, omnes qui propius acceſſerant, interemit. Ac ſine ullô regreſſu pedes pugnans, ſuper ingentem ſtragem, quam ipſe fecerat, corruit. Cujus capite, humero, femore ſaucii, & oculo eruto cæci, ſcutum centum & viginti ictibus perfoſſum apparuit.* Idem Plutarchus, Suetonius & Lucanus tradunt. *Montan.*

Ad primipilum] Probo lectionem lib. Cardinalis Borromæi, in quo eſt, *ad primum pilum*, ut & Cæſar habet ſupra lib. 5 de bell. Gall. & infra hoc l. 3. Liv. lib. 32: *quater intra paucos annos primum pilum duxi.* Sed libet Livii locum tranſcribere, qui ad totā hanc rem illuſtrandam facere videtur. Is eſt lib. 8, ubi de diverſis & armis & diſtributionum modis, quæ fuerunt in Romanâ militiâ, agit. *Poſtremò,* inquit, *in plures ordines inſtruebantur. Ordo ſexagenos milites, duos centuriones, vexillarium unum habebat. prima acies haſtati erant, manipuli* XV *diſtantes inter ſe modicum ſpatium: manipulus leves vicenos milites, aliam turbam ſcutatorum habebat: leves autem, qui haſtam tantum geſaque gererent, vocabantur. Hæc prima frons in acie florem juvenum pubeſcentium ad militiam habebat. Robuſtior inde ætas totidem manipulorum, quibus principibus eſt nomen. Hos ſequebantur ſcutati omnes, inſignibus maximè armis, hoc* XXX *manipulorum agmen antepilanos appellabant, quia ſub ſignis jam alii quindecim ordines locabantur; ex quibus ordo unuſquiſque tres partes habebat. Earum unamquamque primum pilum vocabant.* Multa de hoc Polyb. libr. 6, ubi Haſtatos in X ordines diſtributos fuiſſe ait, itemque Principes & Triarios. E *primus haſtatorum ordo* dicebatur, & *ſecundus*, & deinceps ad *decimum*. Quod in Principibus quoque obſervabatur & Triariis. Sed in Triariis *primus pilus* vocabatur. Et ſuperiores ordines dicebantur *primus haſtatus, primus princeps, primus pilus:* inferiores vero *decimus*, & *nonus*, aliique his proximi. Sed *primus pilus* omnium erat ſupremus. *Signifer primi haſtati*, dixit Cicero de divinatione lib. I. Vegetius de re milit. lib. 2, cap. 8 *Vetus conſuetudo tenuit, ut ex primo principe legionis promoveretur Centurio primi pili: qui non ſolùm aquilæ præerat: verum etiam quatuor centurias, hoc eſt, quadringentos, in prima acie gubernabat. Hi tanquam caput totius legionis merita conſequebatur & commoda.* Ciaccon.

Frumentoque & ſpeciariis militaribusque donis ampliſſimè donavit] Venet. Beroaldinus, *frumentove, ſpeciariis.* Baſil. & Vaſcoſ. *frumentove & ſpeciariis.* Adr. Turneb. lib. 27 adverſ. cap. 24, in antiquis depravatè ſcribi ait *frumento, veſpeciariis, militaribus donis.* Ex quo ille facit *veſte, pecuniariis, militaribus.* Nam & infra ſic loquitur, *præmiaque rei pecuniariæ magna tribuerat:* erroremque exortum putat è ſcripturæ compendio cum *veſ.* pro *veſte*, *peciariis* pro *pecuniariis* notatum breviter eſſet. Jacobus Durantius Caſſellius lib. 2 Variar. cap. 15 vulgatam lectionem tuetur. Et *ſpeciari dona* interpretatur triticum, lardum oleum

ilitaribuſque donis ampliſſimè donavit. Pompeius octu magnis additis munitionibus, reliquis diebus tures exſtruxit. Et in altitudinem pedum XV effectis opebus, vineis eam partem caſtrorum obtexit; & V inermiſſis diebus, alteram noctem ſubnubilam nactus, xſtructis omnibus caſtrorum portis, & ad impedienum objectis, tertiâ initâ vigiliâ, ſilentio exercitum duxit, & ſe in antiquas munitiones recepit. Ætoliâ, carnaniâ, Amphilochis per Caſſium Longinum & alviſium Sabinum, ut demonſtravimus, receptis; ntandam ſibi Achaiam, ac paullò longius progreiendum, exiſtimabat Cæſar. Itaque eò Fuſium Kaleum miſit, & Q. Sabinum & Caſſium cum cohortibus djungit. Quorum cognito adventu, Rutilius Lupus, qui

eum, vinum, ceteraque legumina, æ à Juriſconſultis, Caſſiodoro aliiſq; ctoribus priſcis trito vocabulo *ſpecies* cuntur. *Brant.* Caſſellii lectionem eam approbat magnus Lipſius: & procto, quicquid alii ſubſtituant, retinda illa videtur. Libet autem appoere præter jam enumeratas correctios P. Victoris, Auguſtini Ilerdenſis, icaſii Ellebodii & Hotomanni. Prior git: *Frumentô, veſte, diariis, militaribus nis.* Alter, *Frumentô, veſte, pecuniâ, ſpeſiſque aliis militaribus donis.* Duo poſteores *Frumentô, veſtiariis.* Montan.

Militaribuſque donis] Caſaubonus doorum militarium atque adeo omnium æmiorum duo eſſe genera tradit. *uadam*, inquit, *τιμῆς σημεῖον ſolum bent, ut palma, θαλλὸς, haſta pura, rona graminea, vel querna, & id genus r ſe nullius pretii vel parvi, ſed quæ in etio habentur, propter id quod per illa ſiificatur. In quibuſdam ineſt & κτῆμα- δόσις & τιμῆς σημεῖον conjunctim; ec proprie δῶρα appellat Ariſtoteles.* Montan.

Et ſe in antiquas munitiones recepit] imirum ad editum locum, qui *Petra* ppellabatur, ubi caſtra primùm comunierat. *Rhellican.*

Ætoliâ, Acarnaniâ Amphilochis] *Ætolia* Graciæ regio, Epiro, Acarnaniæ & Locris finitima, dicta ab Ætolô Martis filiô, cum ex Elide à Salmoneô unà cum Epeô & Piſantô ejectus ad habitandam eam veniſſet. *Acarnania* autem regio & pars Epiri eſt, merſa medio ſinu Ambracio. Hanc ab Ætolia ſeparat amnis Achelous, vel (ut Solinus ait) Pindus mons qui Acheloum parit. *Amphilochi* Acarnaniæ populi ſunt: de quibus Strabo lib. 7. *Montan.*

Achaiam] *Achaia* Græciæ provincia; *Livadia* hodie Caſtaldo. Hanc idem alibi *Romaniam altam* dicit appellari. Sed quum duæ ſint Achaiæ, una inter Macedoniam & Peloponneſum, altera in ipſa Peloponneſo, quæ vera Achaia putatur, mirum eſt ipſum non diſtinxiſſe, utram harum velit *Romaniam* dici. Sed mihi veriſimilius eſt neutram harum ſic dici, ſed potius *Argeam*, ejuſdem Peloponneſi regiunculam, & huic Achaiæ contiguam, cùm huius navale, *Nauplium* antiquitus dictum, hodie *Napoli de Romania* vocari ex quamplurimis Auctoribus Geographiciſque tabulis obſervaverim. *Ortelius.*

Rutilius Lupus] Hic eſt *P. Rutilius Lupus* ſuperioris anni prætor, cujus meminit

qui Achaiam miſſus à Pompeio obtinebat, Iſthmum præmunire inſtituit, ut Achaiâ Fuſium prohiberet. Kalenu Delphos, Thebas, Orchomenum voluntate ipſarun civitatum recepit: nonnullas per vim expugnavit: reliquas civitates, circummiſſis legationibus, amicitiæ Cæſaris conciliare ſtudebat. In his rebus fere erat Fuſiu occupatus. Omnibus deinceps diebus Cæſar exercitun in aciem æquum in locum produxit, ſi Pompeius prælio decertare vellet; ut pene caſtris Pompeii legione ſubjiceret: tantumque à vallo ejus prima acies aberat uti ne in eam telum tormentumve adjici poſſet. Pompeius autem ut famam & opinionem hominum teneret, ſic pro caſtris exercitum conſtituebat, ut tertia acies vallum contingeret, omniſque ejus inſtructus exercitus telis ex vallo adjectis protegi poſſet. Hæc quum ii Achaja atque apud Dyrrhachium gererentur, Scipionemque in Macedoniam veniſſe conſtaret; non oblitu priſtini inſtituti Cæſar, mittit ad eum Clodium, ſuun atque

minit Cæſar libro 1 de bell. Civil. At ſi *Sabinus* hic eſt *Calviſius Sabinus*, ut videtur eſſe, C eſt non Q. infra & Appianus. *Ciaccon.*

Iſthmum præmunire inſtituit] *Iſthmus*, *Græce* ἰσθμὸς, terra vocatur inter duo maria coarctata. Hic autem ſitus eſt inter Ionium & Ægæum mare, hodie *Golfo de Lepante* & *Golfo de Engia*. Sita eſt in eo nobiliſſima urbs Corinthus. Poterat verò facili negotio Rutilius Iſthmum præmunire, utpote cujus latitudo non ultra quadraginta ſtadia exporrigebatur. Anguſtias has multi irrito conatu perfodere tentaverunt: inter quos Demetrius, C. Cæſar, Caligula, Nero aliique. Quod inſtitutum cùm nunquam perfecerint, placuit tandem muro, cui *Hexamilio* nomen, Peloponneſum à continente ſecludere. Eum Amurathes Turca dejecit. Venetis eundem anno CIↃ CCCCLIII ſpatio XV dierum reſtituentibus: quem ſecundo Turcæ poſtea ſolo æquarunt. *Montan.*

Delphos, Thebas, Orchomenum] *Delphos* Plinius Locrenſium opidum vocat. Sita eſt civitas hæc in Bœotia, altiſſimis rupibus impoſita. Clariſſimum ibi Apollini templum, à quo oracula reddebantur. Nomen urbi à Delpho Deucalionis filio. Sophianus hodie *Caſtri* nuncupari aſſerit. *Thebæ* autem ejuſdem Bœotiæ urbs eſt, à Cadmo, teſte Varrone, primùm condita, deinde ab Amphione ſplendidius exornata. Alii ad Ogygem originem ejus referunt: unde & *Thebæ Ogygiæ* dictæ. Poëtis peculiari epitheto *Heptapylon*, à ſeptem portis, vocatur. Eædem etiam iiſdem *Dircææ* à *Dirce* propinquo fonte. Hodie Zardo *Stibes*. *Orchomenus* ſive *Orchomenum* Theſſaliæ urbs, adjacet cognomini fluvio, clara Tireſiæ oraculo. Quondam tantæ potentiæ, ut Thebanos ſtipendiarios habuerit. *Montan.*

Scipio-

tque illius familiarem, quem ab illo tranſditum initio, c commendatum in ſuorum neceſſariorum numero haere inſtituerat. Huic dat literas mandataque ad eum: uorum hæc erat ſumma: Seſe omnia de pace experum nihil adhuc arbitrari factum, vitio eorum, quos ſſe auctores ejus rei voluiſſet: quod ſua mandata pererre non opportuno tempore ad Pompeium vererentur; cipionem eâ auctoritate eſſe, ut non ſolum liberè, uæ probaſſet, exponere; ſed etiam ex magna parte ompellere, atque errantem regere poſſet: præeſſe auem ſuo nomine exercitui; ut, præter auctoritatem, ires quoque ad coërcendum haberet: quod ſi feciſſet, uietem Italiæ, pacem provinciarum, ſalutem imperii ıni omnes acceptam relaturos. Hæc ad eum mandata lodius refert, ac primis diebus, ut videbatur, libener auditus, reliquis ad colloquium non admittitur. Catigatô Scipione à Favoniô, ut poſtea confectô bellô reeriebamus: infectaque re, ſeſe ad Cæſarem recepit. æſar, quô facilius equitatum Pompeianum ad Dyrrhahium contineret, & pabulatione prohiberet, aditus uos, quos eſſe anguſtos demonſtravimus, magnis oeribus præmunivit: caſtellaque his locis poſuit. Pombeius, ubi nihil profici equitatu cognovit: paucis interermiſſis diebus, rurſum eum navibus ad ſe intra munitiones recipit. Erat ſumma inopia pabuli, adeo, ut foiis ex arboribus ſtrictis & teneris arundinum radicibus ontuſis equos alerent. Frumenta enim, quæ fuerant intra

Scipionem ea auctoritate] Ita eſt: erat nim ampliſſimo genere natus, & ſocer ompeii. De eodem jam ante dictum. *dem.*

Suo nomine exercitui] Nam (quemadnodum ſupra teſtatus eſt Cæſar) ad Aıanum montem Imperatoris nomen ıſſumpſerat: ita ut non Pompeii nonine, ſed ſuo, exercitui jam tum præſſet. Et hinc ſequebatur illum comonendi diſſidii maximam habere facultatem auctoritatemque. *Idem.*

Demonſtravimus] Scilicet in eodem iſtô librô. Caſtra namque Pompeii in editô locô ſita fuiſſe, aditumque navibus mediocrem habuiſſe primùm narrat: deinde ait Pompeium XXIV caſtellis effectis, XV paſſuum millia circuitu amplexum, intra quod ſpatium pabulari ſolitus ſit. Hos ergo aditus à ſe nunc obſtructos eſſe Cæſar inquit. *Rhellicanus.*

intra munitiones ſata, conſumpſerant; & cogebantu Corcyrâ atque Acarnaniâ, longô interjectô navigatio nis ſpatiô, pabulum ſupportare: quoque erat ejus re minor copia, hordeo adaugere, atque his rationibu equitatum tolerare. Sed poſtquam non modo hordeun pabulumque omnibus in locis, herbæque deſectæ, ſe etiam fructus ex arboribus deficiebat, corruptis equi macie, conandum ſibi aliquid Pompeius de eruption exiſtimavit. Erant apud Cæſarem ex equitum numer Allobroges duo fratres, Roſcillus & Ægus Adbucill filii, qui principatum in civitate multis annis obtinue rat, ſingulari virtute homines; quorum opera Cæſa omnibus Gallicis bellis optima fortiſſimaque erat uſus. His domi ob has cauſſas ampliſſimos magiſtratus man daverat; atque eos extra ordinem in ſenatum legendos curaverat: agroſque in Gallia ex hoſtibus captos, præmiaque rei pecuniariæ magna tribuerat, locupleteſque ex egentibus effecerat. Hi propter virtutem non ſolùm apud Cæſarem in honore erant, ſed etiam apud exercitum cari habebantur. Sed freti amicitiâ Cæſaris, & ſtultâ ac barbarâ arrogantiâ elati deſpiciebant ſuos, ſtipendiumque equitum fraudabant, & prædam omnem domum avertebant. Quibus illi rebus permoti univerſi Cæſarem adierunt, palamque de eorum injuriis ſunt queſti; & ad cætera addiderunt falſum ab his equitum numerum deferri, quorum ſtipendium averterent. Cæſar

Corcyra] In Corcyræ ſitu fere omnes conveniunt auctores, eam ſcilicet Epiro & Theſprotidi oppoſitam eſſe, tum Buthroto, à quâ duodecim millibus paſſuum abeſt. Quamobrem Pyrrhus, videns Corcyram Epiro, regioni ſuæ objectam eſſe, ne contra ſe aliorum ὁρμητήριον foret, primus Corcyreis bellum intulit. In Corcyrâ ejuſdem nominis urbs fuit, quæ in Cherſoneſô, hoc eſt ipſius peninſulæ litore, ſita eſt. Eam Cherſocrates ex Bacchiadum genere condidit, ejectis ex eâ Colchis, qui in Epirum profecti. Referunt hæc Hiſtorici ad annum ſexageſimum poſt excidium Troiæ. *Gerbelius.*

Falſum ab his equitum numerum deferri, quorum ſtipendium averterent] Itaque ad cautionem, quia militum multi per commeatus aut quâ aliâ cauſsâ diffluunt, multi caſu aut ferro pereunt, ſolet olim numerus militum cottidie ad Imperatorem referri, ut omni tempore ſciat vires ſuas, & quid militum ad manum.

ar neque tempus illud animadverſionis eſſe exiſtimans, & multa virtuti eorum concedens, rem diſtulit totam; illos ſecretò caſtigavit, quod quæſtui equites haberent: monuitque ut ex ſuâ amicitiâ omnia exſpectarent, & ex præteritis ſuis officiis [reliqua ſpectarent.] Magnam tamen hæc res illis offenſionem & contemptionem ad omnes attulit. Idque ita eſſe quum ex aliorum objectationibus, tum etiam ex domeſticô judiciô atque animi conſcientiâ intelligebant. Quo pudore adducti, & forsaſſe ſe non liberari, ſed in aliud tempus reſervari arbitrati, diſcedere à nobis, & novam tentare fortunam, novaſque experiri amicitias conſtituerunt: & cum paucis collocuti clientibus ſuis, quibus tantum facinus committere audebant; primùm conati ſunt præfectum equitum C. Voluſenum interficere, ut poſtea, bellô confectô, cognitum eſt; ut cum munere aliquo perfugiſſe ad Pompeium viderentur. Poſtquam id difficilius viſum eſt, neque facultas perficiendi dabatur, quàm maximas potuerunt pecunias mutuati, perinde ac ſatisfacere, & fraudata reſtituere vellent, multis coëmptis equis, ad Pompeium tranſierunt cum iis, quos ſui conſilii participes habebant. Quos Pompeius, quod erant honeſtô locô nati, & inſtructi liberaliter, magnoque comitatu & multis jumentis venerant, virique fortes habebantur, & in honore apud Cæſarem fuerant, quodque novum, & præter conſuetudinem acciderat, omnia ſua præſidia circumduxit, atque oſtentavit. Nam ante id tempus nemo aut miles, aut eques à Cæſare ad Pompeium tranſierat; quum pene quotidie à Pompeio ad Cæſa-

...um. Quod ex Appiano lib. 5 civil. & Seneca de tranquillitate cap. 8, probat & cauto duci imitandum proponit Juſtus Lipſius lib. 5 de milit. dialog. 9.

C. Voluſenum] Ita ſcribendum, non *Voluſienum*. Cicer. in orat. pro Cluent. Ita quoque legitur in antiquô meô lapide, cujus exemplum ſequitur.

L. VOLUSENUS
MAXIMUS
NOMENCLAT.
H. S. E. *Manut.*

Vide de eo jam aliquoties ante. *Montanus.*

Vulgo

Cæſarem perfugerent; vulgò verò in Epiro atqu Ætolia conſcripti milites, earumque regionum o mnium, quæ à Cæſare tenebantur. Sed hi, cogni tis omnibus rebus, ſeu quid in munitionibus perfe ctum non erat; ſeu quid à peritioribus rei militari deſiderari videbatur: temporibuſque rerum, & ſpatii locorum, & cuſtodiarum, variâ diligentiâ animad verſa, prout cujuſque eorum, qui negotiis præerant aut natura aut ſtudium ferebat, hæc ad Pompeiun omnia detulerunt. Quibus ille cognitis, eruptioniſ que jam ante captô conſiliô, ut demonſtratum eſt tegmenta galeis milites ex viminibus facere, atqu aggerem comportare jubet. His paratis rebus, magnum numerum levis armaturæ & ſagittariorum, aggeremque omnem noctu in ſcaphas & naves actuarias imponit; & de media nocte cohortes xx ex maximis caſtris præſidiiſque deductas, ad eam partem munitionum ducit, quæ pertinebant ad mare, longiſſiméque à maximis caſtris Cæſaris aberant. Eodem naves, quas demonſtravimus aggere & levis armaturæ militibus completas, quaſque ad Dyrrhachium naves longas habebat, mittit; & quid à quoque fieri velit, præcipit. Ad eas munitiones Cæſar Lentulum Marcellinum quæſtorem cum

Vulgò verò] Id eſt, communiter: ſupple, *tranſibant: conſcripti milites*, ſcilicet *à Pompeio*. *Sed hi*, videlicet *Roſcillus & Ægus fratres.*

Tegumenta galeis ex viminibus facere, &c.] In quem uſum Pompeius hoc fieri juſſerit, paulo inferius declaratur: nempe ut à lapidum ictu vimineis tegumentis galeis impoſitis tuti eſſent. *Rhellican.*

Lentulum Marcellinum] *Lentulus Marcellinus*, qui à Cæſare hic nominatur, poteſt eſſe filius Cn. Lentuli Marcellini Conſulis anno DCXCVII. Qui in argenteô denariô LENTULUS MARCELLINUS Coſ. dicitur. Sed ſive is, ſive alius fuerit, qui Cæſaris Quæſtor deſcribitur, à Marcellis omnino adoptatus videtur, cùm eſſet Corneliâ familiâ oriundus. Ut in Brutô refert Cicero, ex ipſa adoptionis formula Marcellinus dictus eſt. Ad indicandum verò utriuſque familiæ honorem in altera denarii parte, Idææ matris ſimulacrum Marcellini ſignare conſueverunt, à quo extant apud Ciceronem hæc verba in oratione de Aruſpicum reſponſis: *Sacra iſta majores noſtri aſcita ex Phrygiâ Romæ collocaverunt: quæ vir accepit is, qui eſt optimus à Populô Romanô judicatus P. Scipio: femina autem, quæ matronarum caſtiſſima putatur, Q. Clau-*

cum legione IX poſitum habebat. Huic, quod valetudine minus commoda utebatur, Fulvium Poſthumum adjutorem ſummiſerat. Erat eô locô foſſa pedum XV, & vallus contra hoſtem in altitudinem pedum X: tantundemque ejus valli agger in latitudinem patebat. Ab eô, intermiſsô ſpatiô pedum DC, alter converſus in contrariam partem erat vallus, humiliore paullò munitione. Hoc enim ſuperioribus diebus timens Cæſar, ne navibus noſtri circumvenirentur, duplicem eô locô fecerat vallum; ut, ſi ancipiti prælio dimicaretur, poſſet reſiſti. Sed operum magnitudo, & continens omnium dierum labor, quod millia paſſuum in circuitu XVIII munitiones erat complexus, perficiendi ſpatium non dabat. Itaque contra mare tranſverſum vallum, qui has duas munitiones contingeret, nondum perfecerat. Quæ res nota erat Pompeio, delata per Allobroges perfugas; magnumque noſtris attulit incommodum. Nam, ut ad mare noſtræ cohortes IX legionis excubuerant, acceſſere ſubitò primâ luce Pompeiani [exercitus:] novuſque eorum adventus exſtitit; ſimulque navibus circum-

Claudia. Valer. Maxim. lib. 7, cap. 5: *P. autem Scipio Naſica, togata potentia clariſſimum lumen, is qui Conſul Iugurthæ bellum indixit; qui matrem Idæam Phrygiis ſedibus ad noſtras aras focoſque migrantem ſanctiſſimis manibus excepit.* Livius lib. 24. Ovidius lib. 4 Faſt. Solinus cap. 7. *Montan.*

Fulvium Poſthumum] Alii male legunt *Poſthumium*: nam Poſthumii diverſi ſunt à Fulviis. Cæterùm cuſtodiæ, quô locô Pompeiani irruerunt, præfectum fuiſſe Minutium indicat Lucanus lib. 6. *Glandor.*

Et vallus contra hoſtes] Utitur nomine *vallus*, pro *vallum*, niſi corrupti ſint loci ſequentes. Vallus enim eſt ſtipes ipſe; & ex multis *vallis* fit *vallum*. Glarean. Et recte quidem: nam pars valli *ſudes*, qui proprie *valli*, & inde compoſitum ex ceſpite & ſudibus dixere *vallum*. Virgilius propria notione:

Quadrifidaſque ſudes & acuto robore vallos.

Ibi Servius: *Bis idem dixit: nam & ſudes idem ſunt.* Magis priſci dixere & *ſuros*. *Suri, fuſtes*, ait Feſtus: unde ὑποκοριστικῶς *Surculi*. Sed ſudium vox creberrima: ut in Valerio: *Tragulis & pilis, quia roborea ſudes deerant, vallavit.* E robore eas ſumit: ex acere Propertius:

Hunc Tatius fontem vallo præcingit acerno.

Sed non eſt dubium, quin è quocunque & obviô lignô, robuſtô tamen, cum daretur. *Lipſius.*

Qui duas munitiones] Scilicet valli duplicis, diſtantis à ſe invicem pedes DC, contingeret. *Montan.*

Foſſa-

cumvecti milites in anteriorem vallum tela jaciebant foſſæque aggere complebantur: & legionarii, interioris munitionis defenſores, ſcalis admotis, tormentiſque cujuſque generis, teliſque terrebant; magnaque multitudo ſagittariorum ab utraque parte circumfundebatur. Multum autem ab ictu lapidum, quod unum noſtris erat telum, viminea tegumenta galeis impoſita defendebant. Itaque, quum omnibus rebus noſtri premerentur, atque ægrè reſiſterent; animadverſum eſt vitium munitionis, quod ſupra demonſtratum eſt: atque inter duos vallos, quà perfectum opus non erat, per mare navibus expoſiti in averſos noſtros impetum fecerunt; atque ex utraque munitione dejectos terga vertere coëgerunt. Hôc tumultu nunciatô, Marcellinus cohortes ſubſidio noſtris laborantibus ſummiſit: quæ ex caſtris fugientes conſpicatæ neque illos ſuo adventu confirmare potuerunt, neque ipſæ hoſtium impetum tulerunt. Itaque quodcumque addebatur ſubſidio, id corruptum timore fugientium terrorem & periculum augebat. Hominum enim multitudine receptus impediebatur. In eô præliô, quum gravi vulnere eſſet affectus Aquilifer, & viribus deficeretur, conſpicatus equites noſtros; Hanc ego, inquit, & vivus multos per annos magnâ diligentiâ defendi, & nunc moriens eadem fide Cæſari reſtituo. Nolite, obſecro, committere, quod ante in exercitu Cæſaris

Foſſæque aggere] Scilicet *quem Pompeius antea in ſcaphas & actuarias naves imponere juſſerat.* Unde jam liquet in quem uſum antea illum comportare mandaverit. *Idem.*

Ab utraque parte] Supple, *cum eorum Pompeianorum, qui navibus circumvecti erant, tum qui ex interioribus munitionibus pugnabant.*

In averſos] Male alii ſubſtituunt *adverſos.* Imo *in averſos:* Pompeiani enim advecti navibus Cæſarianos à tergo adorti ſunt. *Gland.*

Aquilifer] De Aquilifero & aquila ante. Sed apponendum obiter ex Plinii lib. 10, cap. 4. Ait ille: *Romanis aquilam Legionibus C. Marius in ſecundo conſulatu ſuo propriè dicavit, erat & antea prima cum* IV *aliis: lupi, minotauri, equi aprique ſingulos ordines anteibant. paucis ante annis ſola in aciem portari cœpta erat; reliqua in caſtris relinquebantur. Marius in totum ea abdicavit. Ex eo notatum non fere legiones unquam hibernaſſe caſtris, ubi Aquilarum non ſit jugum.* Montani.

ıris non accidit, ut rei militaris dedecus admittatur, ıcolumemque ad eum referre. Hoc caſu aquila conſervatur, omnibus primæ cohortis centurionibus interſectis, præter principem priorem. Jamque Pompeiani ıagnâ cæde noſtrorum caſtris Marcellini appropinquaant, non mediocri terrore illato reliquis cohortibus. t M. Antonius, qui proximum locum tenebat præſiiorum, eâ re nunciatâ, cum cohortibus XII deſcenens ex loco ſuperiore cernebatur. Cujus adventus Pomeianos compreſſit, noſtroſque firmavit; ut ſe ex maxiıo timore colligerent. Neque multò poſt Cæſar, ſiınificatione per caſtella fumô factâ, ut erat ſuperioris emporis conſuetudo, deductis quibuſdam cohortibus x præſidiis, eodem venit. Qui cognitô detrimentô, uum animadvertiſſet Pompeium extra munitiones eeſſum; caſtra ſecundum mare, ut liberè pabulari poſſet,

Omnibus primæ cohortis Centurionibus *terfectis, præter Principem priorem*] *horte* nuſquam nominat Polybius, ıoqui diligentiſſimus in acie Romana ıplicanda. Omittendi cauſſam, opior, habuit, quia cohors in exercitu dinaria non fuit; ſed, ſi res poſceret, tribus manipulis fiebat, unô haſtarum, alterô principum, tertiô triaorum. Quæ autem ex primis manipu fiebat, *prima*; quæ è ſecundis, *ſecun-*; è tertiis, *tertia* vocabatur; uſque l decimam. Quoniam deni erant mapuli in ſingulis militum generibus, ıſtatis, principibus, triariis. Nam vees, neque manipulos, neque ſigna, eque centuriones habebant, ſed poſt elitationem, id eſt, jactum pilorum, levem quandam pugnam ad acies uımque committendas, æquâ portioe ad ſigna haſtatorum, principum . ariorum redibant. *Princeps* autem *ior* dicebatur Centurio ille manipuli incipum, qui ex duobus prior creas erat. Nam, ut ait Polybius, duæ ebant electiones centurionum à triınis militum, utraque denum, quia deni erant manipuli in ſingulis generibus. Prior electio erat honoratior, uſque eo, ut qui centuriones in eâ creabantur, iis rebus, quæ de bello deliberabantur, intereſſent. Hi rurſus duos ipſi, qui poſteriorem manipuli partem regerent, creabant, quos Polybius οὐραγοὺς appellat. Ita erant in ſingulis manipulis bini centuriones, & bini οὐραγοί Omnino igitur, cùm ex tribus manipulis, ut dixi, conſtaret cohors, quinque ſunt interfecti primæ cohortis centuriones, uno conſervato Principe priore. *Manut.* Ait autem Cæſar *præter principem priorem*, ſupple *cohortis*, qui centuriam & ſemis, hoc eſt centum & quinquaginta homines gubernabat: & ad quem prope omnia, quæ in legione ordinanda erant, pertinebant. *Rhellicanus.*

Fumo factâ] Quemadmodum vigiles ignes accendebant, ut advenientes agnoſcerent, ita etiam iidem adhibebantur ad aliquid indicandum: ſed hoc tantùm noctu. Nam aliàs de die, quemadmodum ipſa ratio poſtulat, fumo ſignificatio fiebat. *Montan.*

Caſtra-

ſet, nec minus aditum navibus habere, commutatâ ra tione belli, quoniam propoſitum non tenuerat, juxt Pompeium munire juſſit. Quâ perfectâ munitione, ani madverſum eſt à ſpeculatoribus Cæſaris, cohortes quaſ dam, quod inſtar legionis videretur, eſſe poſt ſilvam & in vetera caſtra duci. Caſtrorum hic ſitus erat. Supe rioribus diebus, quum ſe IX legio Cæſaris objeciſſe Pompeianis copiis, atque opere, * ut demonſtravimus circummuniret, caſtra eô locô poſuit. Hæc ſilvan quandam contingebant, neque longius à mari paſſibu CD aberant. Poſt mutatô conſiliô quibuſdam de cauſſis Cæſar paullo ultra eum locum caſtra tranſtulit, paucil que intermiſſis diebus, hæc eadem Pompeius occupa verat; & quod eô locô plures erat legiones habiturus relictô interiore vallô, majorem adjecerat munitionem Ita minora caſtra incluſa majoribus caſtelli atque arci locum obtinebant. Item ab angulô caſtrorum ſiniſtrô munitionem ad flumen perduxerat, circiter paſſus CD quò liberius ac ſine periculo milites aquarentur. Sed i quoque, mutatô conſiliô quibuſdam de cauſſis, qua commemorari neceſſe non eſt, eô locô exceſſerat Ita complures dies manſerant caſtra. Munitiones qui dem integræ omnes erant. Eò ſignô legionis illatô ſpeculatores Cæſari renunciarunt. Hoc idem viſum e ſuperioribus quibuſdam caſtellis confirmaverant. Is lo cu

Caſtrorum] Nempe, *Pompeianorum.*

Vt demonſtravimus] Exiſtimant quidam hoc, quod ſe demonſtraſſe Cæſar ſcribit, nuſquam in his libris reperiri. Sed nimirum ſupra ſic legitur: *In his cum legio Cæſaris* IX *præſidium quoddam occupaviſſet, & munire cœpiſſet, huic loco propinquum & contrarium collem Pompeius occupavit, noſtroſque opere prohibere cœpit.* Et poſt: *noſtri verò, qui ſatis habebant, ſine detrimentô diſcedere, compluribus interfectis,* V *omnino ſuorum amiſſis, quietiſſimè ſe receperunt, paulloque circa eum locum, aliis comprehenſis collibus, munitiones perfecerunt.* Ex quô locô ve contra omnia exemplaria lego: *Cùm, nonæ legioni Cæſaris objeciſſent Pompeian copiæ atque opere* (*opere* enim legitur & in lib. manuſcripto) *ut demonſtravim* (deinde deſiderantur hujuſmodi qua dam, *noſtros prohiberent: magnis auten Pompeio detrimentis illatis, paullò citr eum locum alios colles Cæſar occupaviſſet, eoſque*) *circummuniret, caſtra eô locô po ſuit.* Ciaccon.

Obj

us aberat à novis Pompeii caſtris circiter paſſus D. Hanc legionem ſperans Cæſar ſe opprimere poſſe, & upiens ejus diëi detrimentum ſarcire, reliquit in ope- e cohortes II, quæ ſpeciem munitionis præberent; ſe diverſo itinere, quàm potuit occultiſſimè reliquas ohortes numero XXXIII, in quibus erat legio IX, mul- s amiſſis centurionibus, diminutoque militum nume- o, ad legionem Pompeii caſtraque minora duplici acie uxit. Neque eum prima opinio fefellit. Nam & per- enit prius, quàm Pompeius ſentire poſſet; &, tametſi ant munitiones caſtrorum magnæ, tamen ſiniſtro cor- u, ubi erat ipſe, celeriter aggreſſus Pompeianos ex val- o deturbavit. Erat objectus portis ericius. Hic paulli- ber eſt pugnatum; quum irrumpere noſtri conarentur, li caſtra defenderent, fortiſſimè T. Pulcione, cujus operâ

Objectus portis Ericius] Quem Græci ῖνον, hunc Varro *Ericium* appellat. ſque militarem *Ericium* interpretor, uncum arboris ramoſæ, cujus ex ra- is aculei bipedales fiebant: ubi natura- s deerant, inſerebantur, ut echini ani- alis inſtar omnibus ex partibus acu- is horreret. Truncum autem illum iquanto ante caſtrorum portas inter- iſsò ſpatiô pro repaguló & clauſtrô llocabant, qui januæ modo aperie- tur. In Gallia truncis quidem arbo- m paſſim in pleriſque pagis pro clau- is & repagulis utuntur: ſed non hir- tis. In Germaniâ Romanorum con- etudinem multis locis retinuerunt. lluſt. apud Non. *Saxaque ingentia & e juncta trabes per pronum incitabantur, ibuſque eminebant in modum Ericii mi- aris veruta binum pedum.* Adr. Turne- us Adverſ. 4, cap. 8, præclare reſtituit, xe vincti orbes. Sed quod *Ericium* de- nit *machinam infeſtis undique telis hor- ntem*, iccirco non probo, quia *Ericius* on *machina* eſt, ſed *repagulum*: neque lis horret, (nam *tela* miſſilia ſunt,) ſed uleis. Minus etiam placet quod P. Vi- orius ſcribit, *genus munitionis fuiſſe, cùm humi tela palive defigebantur.* Var. 24, cap. I. Denique *Ericius* eſt repagu- lum ex arboris truncô aculeatô factum, ne vel aſcenſu, vel ſucceſſu introïri poſſit. Livius videtur *Obicem* appellaſ- ſe. Nam lib. 6: *Nec Romanos*, inquit, *ſubeuntes mœnia, molienteſque obices por- tarum arcere poſſunt.* Verùm aliud eſt *Ericius*, aliud *Cataracta*, quæ in ipſa porta eſt. Idem lib. 27: *Porta cataracta dejecta clauſa erat. Eam partim vectibus levant, partim funibus ſubducunt, in tan- tam altitudinem, ut ſubire recti poſſent.* Et mox: *Remiſsô fune quô ſuſpenſa erat ca- taracta magnô ſonitu cecidit.* Hotoman. Non diſſentit ab Hotomanno Lipſius; ita ille *ericium* definit: Ericius milita- ris, ait, nihil aliud, quàm tranſverſariæ ad portas trabes, aculeis confixæ, eæ- que verſatiles, quarum & hodie uſus. Non debebant hæc Glareanum fugiſſe, qui dubitat, utrum *Ericius* nomen pro- pugnatoris ſit, an propugnaculi. *Mon- tanus.*

T. Pulcione] T. Pulcio centurio fuit ſub Cæſare in bello Gallico, ut patet ex lib. 5, ubi *virum fortiſſimum* vocat. Ejus operâ proditum exercitum C. Antonii,

 cum

operâ proditum exercitum C. Antonii demonſtravimus
è loco propugnante. Sed tamen noſtri virtute vicerunt
exciſoque Ericio, primò in majora caſtra, poſt etian
in caſtellum, quod erat incluſum majoribus caſtris, ir
ruperunt; & quod eò pulſa legio ſeſe receperat, non
nullos ibi repugnantes interſecerunt. Sed fortuna, qu
plurimum poteſt quum in reliquis rebus, tum præcipu
in bello parvis momentis magnas rerum commutatio-
nes efficit; ut tum accidit. Munitionem, quam pertin
gere à caſtris ad flumen ſupra demonſtravimus, dext
Cæſaris cornu cohortes ignorantia loci ſunt ſecutæ
quum portam quærerent, caſtrorumque eam munitio-
nem eſſe arbitrarentur. Quod quum eſſet animadverſun
conjunctam eſſe flumini, protinus his munitionibus
defendente nullo, tranſcenderunt: omniſque noſte
equitatus eas cohortes eſt ſecutus. Interim Pompeius
hâc longâ ſatis interjectâ morâ, & renunciatâ, v legio-
nem ab opere deductam ſubſidio ſuis duxit: eodemque
tempore equitatus ejus noſtris equitibus appropinqua-
bat, & acies inſtructa à noſtris, qui caſtra occupave-
rant, cernebatur: omniaque ſunt ſubitò mutata. Pom-
peiana enim legio celeris ſpe ſubſidii confirmata ab de-
cuma-

cùm nuſquam ſupra legamus, certum eſt eam hiſtoriæ partem huic Commentario tertio deeſſe. Meminit tantùm Antonianæ cladis in conditionibus pacis Pompeio per Vibullium Rufum propoſitis. Quod autem Glareanus in proximô defectu, ubi aliquot prælia unô die peracta referuntur, eam narrationem perſcriptam fuiſſe opinatur, id ſomnium eſt. *Glandorp.* Libro v de bell. Gallic. Cæſar eum T. Pulſionem vocavit per *ſ*, & non per *c*, ut hôc locô, eumque fortiſſimè cum Vareno, quicum omnibus annis de loco contenderat ſummis ſimultatibus, in hoſtes Nervios impetum feciſſe teſtatus eſt. Quem autem Cæſar hic Fulcionem, Lucanus Torquatum nominat. *Montanus.*

Quum portam quærerent] Male hun
locum explicant commentatores. Inter eos Rhellicanus per *portam* intellig
ipſam munitionem ceſpitibus munitam
& obſtipatam. Additque κατ᾽ αὔξησι
munitam portam *munitionem* dici. Se
revera ſenſus hic eſt: nempe cohorte
Cæſarianas fuiſſè deceptas munition
iſtâ, quam Pompeius ab angulô caſtrorum ſiniſtrô ad flumen circiter paſſu
CD perduxerat, ut liberius milites aquarentur, eam ipſa caſtra eſſe putantes. Quocirca etiam portam quærebant, quæ in caſtris quatuor erant
Montanus.

Rece-

cumanâ portâ reſiſtere conabatur, atque ultrò in noſtros impetum faciebat. Equitatus Cæſaris, quod anguſto itinere per aggeres adſcendebat, receptui ſuo timens initium fugæ faciebat. Dextrum cornu, quod erat à ſiniſtro ſecluſum, terrore equitum animadverſo, ne intra munitionem opprimeretur, ex parte, qua proruebat, ſeſe recipiebat: ac plerique ex iis, ne in anguſtias inciderent, x pedum munitionis ſeſe in foſſas præcipitabant: primiſque oppreſſis, reliqui per horum corpora ſalutem ſibi atque exitum pariebant. Siniſtrô cornu milites, quum ex vallô Pompeium adeſſe, & ſuos fugere cernerent, veriti, ne anguſtiis intercluderentur, quum extra & intus hoſtem haberent, eodem, quò venerant, receptui conſulebant: omniaque erant tumultus, timoris, fugæ plena; adeo, ut, quum Cæſar ſigna fugientium manu prehenderet, & conſiſtere juberet, alii, dimiſſis equis, eundem curſum conficerent; alii ex metu etiam ſigna dimitterent, neque quiſquam omnino conſiſteret. His tantis malis hæc ſubſidia ſuccurrebant; quò minus omnis deleretur exercitus, quod Pompeius inſidias timens; credo, quod hæc præter ſpem acciderant, ejus, qui paullò ante ex caſtris fugientes ſuos conſpexerat, munitionibus appropinquare aliquandiu non audebat; equiteſque ejus, anguſtiis portiſque à Cæſaris militibus occupatis, ad inſequendum tardabantur. Ita parvæ res magnum in utramque partem momentum habue-

Receptui] Non ita ſolet inflectere cam dandi Cæſar: nam, ut alibi demonſtratum eſt ex Gellio, *i* illud ſuperfluum eſt. Sic lib. 1 de bell. Gall. *Nam equitatu Dumnorix præerat*, pro *equitatui*. Idem.

Adeo ut cum Cæſar ſigna fugientium manu prehenderet, &c.] His partim consentanea, partim plura addens Plutarchus, in hæc ſcribit verba: *Signa etiam arripienti Cæſari rejecerunt ſigniferi. Duo etiam ad triginta in hoſtium poteſtatem venerunt, & ipſe Cæſar ne interficeretur parum abfuit. Nam cum procerâ ſtaturâ & robuſtiſſimô corpore virum penes ſe fugientem injectâ manu conſiſtere, & in hoſtem converti juſſiſſet, ille terrore graviſſimè perturbatus, eum gladio vulnerare molitus eſt. Ictum autem Cæſaris ſcutifer occupabat, ejus abſcindens humerum*, &c.

Pompeius inſidias timens] Hoc prælium eſt, quo Cæſar Pompeium vincere ſcire negavit, teſte Suetoniô & Plutarchô. *Montan.*

buerunt. Munitiones enim à caſtris ad flumen perdu ctæ, expugnatis jam caſtris Pompeii, propriam & ex peditam Cæſaris victoriam interpellaverunt. Eadem res celeritate inſequentium tardata, noſtris ſalutem attulit Duobus his unius diëi præliis Cæſar deſideravit milite DCCCCLX, & notos equites R. * Felginatem Tuticanun Gallum, Senatoris filium, C. Felginatem Placentia, A Gravium Puteolis, M. Sacrativirum Capua, tribunos mi litum & centuriones XXX. Sed horum omnium pars ma gna in foſſis munitionibuſque & fluminis ripis oppreſſ ſuorum terrore ac fugâ ſine ullô vulnere interiit, ſigna que ſunt militaria XXXII amiſſà. Pompeius eô prælić Imperator eſt appellatus. Hoc nomen obtinuit, atqu ita

Duobus his unius diëi præliis] Glareanus hic aliam lectionem affert, quam pro ſuo judicio nec probat nec improbat. Rhellicanus quò pluribus eam, ut à Beroaldo profectam, laudibus effert, tantò magis errare ſe labique demonſtrat. Nos vulgatam lectionem retinemus, quam uno & altero mendo perpurgatam ſic reſtituimus: *Duobus his præliis Cæſar deſideravit milites nongentos ſexaginta, equites quadringentos, & notos equites Romanos Tuticanum Gallum, Senatoris filium, C. Felginatem Placentia, A. Gravium Puteolis, M. Sacrativirum Capua, Tribunos militum quinque, Centuriones triginta.* Glandor.

Felginatem] Puto legendum *Flavium Tuticanum.* Manut.

A. Gravium] Alii *Agravium* legunt. Rectiùs autem *A. Gravium* vel *Agranium:* quarum familiarum mentio reperitur. *Idem.*

Signa ſunt militaria XXXII *amiſſa*] Sic quidem Plutarchus in Cæſare: δύο καὶ τριάκοντα σημεῖα λαβεῖν τοὺς πολεμίους. Sed Appianus XXVIII. niſi codex Latinus fallit; nam nunc Græcus ad manum non erat. *Vexilla,* inquit, *octo ſupra viginti eo die duobus præliis ſuſcepit.* Ut legi hic poſſit XXVIII. *Ciaccon.*

Pompeius eô præliô Imp. eſt appellatus] In Cn. Pompeii argenteis denariis, CN MAGNUS IMP. dicitur ex Hiſpaniâ provinciâ, multò ante hanc victoriam; u videri poſſit id nomen pluries obtinuiſ ſe. Nam ex Africâ etiam provinci Imperatorem appellatum eſſe Cn. Pompeium, ſcribit Plutarchus in Pompeio *Ful. Vrſinus.* Notat autem his verbi Cæſar Pompeii inſolentiam, qui paſſu ſit ſe appellari Imperatorem cum nihi ſtrenuè geſſerit. *Glandor.* De nuncupatione Imperatoris ſuperius dictum.

Hoc nomen obtinuit] Superflua hæc eſſe credo. Et infra *prætulit* eſt in quibuſdam libris, & meo. Præcedebant enim Imperatoribus lictores laureati, quod vel ex Ciceronis epiſtolis ad Atticum notum eſt, cum toties *lictores ſuos laureatos* queritur *ſibi impedimento eſſe.* ut lib. 7, epiſtola 9. Literas etiam laureatas mittere ſolebant, ut ex Liviô aliàs oſtendi. Erat autem moris ut duces, poſteaquam à militibus Imperatores appellati fuerant, lictores laureatos præferrent, literaſque ad Senatum laureatas de rebus à ſe geſtis mitterent. Cicero in Piſonem: *Appellatus eſt hic Vulturius illius provinciæ (ſi diis placet) Imperator. Tum quidem Paulle noſter tabellas Romam cum laurea mittere audebas?* Et poſt: *qui primum quà veneris cum laureatis tuis lictori-*

ita ſe poſtea ſalutari paſſus eſt. Sed neque in literis, quas ſcribere eſt ſolitus, neque in faſcibus inſignia laureæ prætulit. At Labienus, quum ab eo impetraviſſet, ut ſibi captivos tranſdi juberet, omnes productos oſtentationis, ut videbatur, cauſſà, quo major perfugæ fides haberetur, commilitones appellans, & magnâ verborum contumeliâ interrogans, ſolerentne veterani milites fugere, in omnium conſpectu interficit. His rebus tantum fiduciæ ac ſpiritus Pompeianis acceſſit; ut non de ratione belli cogitarent, ſed viciſſe jam ſibi viderentur. Non illi paucitatem noſtrorum militum, non iniquitatem loci, atque anguſtias præoccupatis caſtris, & ancipitem terrorem intra extraque munitiones, non abſciſſum in duas partes exercitum, quum alter alteri auxilium ferre non poſſet, cauſſæ fuiſſe cogitabant. Non ad hæc addebant, non ex concurſu acri factô, non præliô dimicatum; ſibique ipſos multitudine atque anguſtiis majus attuliſſe detrimentum, quàm ab hoſte accepiſſent.

ctoribus quis ſcit? Sed ut illud nomen obtinere poſſent, à Senatu petebant, aut etiam iis ultrò à Senatu dabatur. Cicero Philippica 14: *An ſi quis Hiſpanorum, aut Gallorum, aut Thracum mille aut duo millia occidiſſet, non eum hac conſuetudine, quæ increbuit, imperatorem appellaret Senatus?* Et Philip. 14: *Sed hoc primum faciam, ut Imperatores appellem eos, quorum virtute & conſilii felicitate maximis periculis ſervitutis atque interitus liberati ſumus.* Itaque forte intelligi debet Pompeium à Senatu, qui tunc in caſtris erat, etiam id nomen obtinuiſſe. Plinius lib. 15, cap. ult. de Lauro: *Romanis præcipuè lætitiæ victoriarumque nuntia: additur literis, & militum lanceis piliſque, faſces Imperatorum decorat.* Ciaccon.

Captivos tradi juberet] Plutarchus duos & triginta in poteſtatem Pompeii ex Cæſaris exercitu veniſſe ſcribit. *Montanus.*

Quò major perfugæ fides] Alii legunt *perfugis*; Ciacconius, *quò major eorum fugæ fides haberetur.* Ideo enim, ait, in conſpectum omnium captivos produci Labienus voluit; ut Pompeianis militibus fides fieret vertiſſe terga Cæſaris veteranos, & turpiter fugientes captos eſſe. Ideoque verbis increpitans, cum magnâ contumeliâ interrogabat, an ſolerent veterani milites turpi fugâ ſalutem petere, ac non potius pugnantes cadere? Sed revera commodius, meo judicio, lectio hæc, *quò major perfugæ fides haberetur.* Id enim vult Cæſar, Labienum quondam in Galliâ Cæſaris legatum ob eam cauſam contumeliâ iſtâ effeciſſe milites Cæſarianos & trucidaſſe, ut iſto ſcelere oſtenderet, ſe ad Pompeium perfugiſſe, non ut deciperet, quemadmodum perfugæ aliquando ſolent; ſed ut fideliter a partibus illius ſtaret. *Montan.*

piſſent. Non denique communes belli caſus recordabantur, quàm parvulæ ſæpe cauſſæ, vel falſæ ſuſpicionis, vel terroris repentini, vel objectæ religionis, magna detrimenta intuliſſent: quoties vel culpâ ducis, vel tribuni vitio, in exercitu eſſet offenſum: ſed proinde, ac ſi virtute viciſſent, neque ulla commutatio rerum poſſet accidere, per orbem terrarum, fama ac literis victoriam ejus diëi concelebrabant. Cæſar à ſuperioribus conſiliis depulſus omnem ſibi commutandam belli rationem exiſtimavit. Itaque uno tempore, præſidiis omnibus deductis, & oppugnatione dimiſsâ, coactoque in unum locum exercitu, concionem apud milites habuit; hortatuſque eſt, ne ea, quæ accidiſſent, graviter ferrent, neve his rebus terrerentur, multiſque ſecundis præliis unum adverſum, & id mediocre, opponerent: habendam fortunæ gratiam, quod Italiam ſine aliquo vulnere cepiſſent; quod duas Hiſpanias, bellicoſiſſimorum hominum peritiſſimis atque exercitatiſſimis ducibus, pacaviſſent: quod finitimas frumentariaſque provincias in poteſtatem redegiſſent: denique recordari debere, quâ facilitate inter medias hoſtium claſſes, oppletis non ſolùm portubus, ſed etiam litoribus, omnes incolumes eſſent tranſportati. Si non omnia

Vel objectæ religionis] Quidam rectius putant, *abjectæ*. Sed *neglectæ* potius diceret Cæſar, quam *abjectæ*, ſi id vellet, ut librô ſextô, *neque ſæpe accidit ut neglectâ quiſpiam religione, aut capta apud ſe occultare, aut poſita tollere auderet.* Cicer. de natura deorum, lib. 2, in principio. *C. Flaminium Cælius religione neglectâ cecidiſſe apud Thraſymenum ſcribit, cum magnô reipublicæ vulnere.* Mihi *objectæ* admodum placet. Cicero de divinatione in Verrem: *Tum illa, ut mos in Siciliâ eſt omnium Veneriorum, & eorum qui à Venere ſe liberaverunt, ut Præfecto illi religionem Veneris nomenque objiceret.* Livius librô trigeſimô octavo: *Oratores iidem redeunt excuſantes, religione objectâ venire Reges non poſſe.* Aliàs, *injicere religionem*, ſolet dicere, & *afferre.* Plautus Mercatore:

> *Religionem illic objecit, recipiam me illuc.*

Suetonius in Othone: *Fuere qui proficiſcenti Othoni moras religionemque nondum conditorum anciliorum afferrent.* Ciaccon.

Cæſar à ſuperioribus conſiliis depulſus] Videlicet ut Pompeianum equitatum ad Dyrrhachium contineret, & pabulatione prohiberet, quemadmodum in ſuperioribus ipſe conſilium ſuum exponit. *Rhellican.*

Quod

omnia caderent ſecunda, fortunam eſſe induſtriâ ſublevandam; quod eſſet acceptum detrimenti, ejus juri potius, quàm ſuæ culpæ debere tribui; locum ſe tum ad dimicandum dediſſe: potitum eſſe hoſtium caſtris, expuliſſe ac ſuperaſſe pugnantes: ſed ſive ipſorum perturbatio, ſive error aliquis, ſive etiam fortuna partam jam præſentemque victoriam interpellaſſent, dandam omnibus operam, ut acceptum incommodum virtute ſarciretur. Quod ſi eſſet factum, detrimentum in bonum verteret, uti ad Gergoviam accidiſſet; atque ii, qui ante dimicare timuiſſent, ultrò ſe prælio offerrent. Hâc habitâ concione, nonnullos ſigniferos ignominiâ notavit, ac loco movit. Exercitui quidem omni tantus inceſſit ex incommodo dolor, tantumque ſtudium infamiæ ſarciendæ, ut nemo aut tribuni aut centurionis imperium deſideraret; & ſibi quiſque etiam pœnæ loco graviores imponeret labores, ſimulque omnes arderent cupiditate pugnandi: quum ſuperioris etiam ordinis nonnulli

Quod ſi eſſet factum] Rectius exiſtimo, *Quod ſi ſit factum*, ut librô primô de bellô civili, in fine: *Si id ſit factum, nociturum ſe nemini.* Senſus enim eſt: ſi operam dabitis, ut hoc detrimentum virtute ſarciatur, ipſum quidem detrimentum in bonum vertet. Propterea quod Pompeiani, qui hactenus ſuis locis ſe tenuerunt, nunc fiduciâ conceptâ ultrò etiam prælium depoſcant. Quod ſi vos veſtrâ priſtinâ virtute utimini, facile erit Pompeianos ſuperare, quod idem accidit ad Gergoviam, librô ſeptimô de bell. Gall. *Ciaccon.*

Vti ad Gergoviam] Cæſar ad Gergoviam temeritate quorundam ad ſeptingentos milites amiſit. Vide ſupra Commentarium ſeptimum. *Montan.*

Nonnullos ſigniferos ignominiâ notavit] Hæc ignominiæ nota hinc ſigniferis quibuſdam inuſta eſt, quod (ut ſupra ex Cæſare didicimus) ſigna ex metu dimiſerant. Ubi notandum boni ac circumſpecti imperatoris non tantùm eſſe, ut bene meritos honoribus ac præmiô afficiat: (ſicuti paulò ſuperius Scævam) verùm etiam ut male meritos ignominiâ notet ac puniat. Sic namque fit, ut ignavi excitentur, & boni alacriores reddantur ad pugnam in poſterum committendam. *Rhellican.*

Exercitui quidem omni tantus inceſſit ex incommodô dolor, &c.] Appianus hoc amplius addit, quod ſolitò plus contra ſemetipſos incanduerint, ita ut inopinatâ mutatione converſi, more patriô decimam ipſorum partem à Cæſare mulctari peterent. *Idem.*

Pœnæ loco] Suetonius in Juliô, capite ſexageſimô octavô de Cæſaris militibus ita ſcribit: *Quantâ fortitudine dimicaverint, teſtimonio eſt, quod adverſò ſemel apud Dyrrhachium præliô pœnam in ſe ultro depopoſcerunt, ut conſolandos eos magis Imperator, quàm puniendos habuerit.* Montan.

nulli oratione permoti manendum eô locô, & rem prælio committendam exiſtimarent. Contra ea Cæſar neque ſatis militibus perterritis confidebat, ſpatiumque interponendum ad recreandos animos putabat; relictiſque munitionibus magnoperè rei frumentariæ timebat. Itaque nullâ interpoſitâ morâ, ſauciorum modo & ægrorum habitâ ratione, impedimenta omnia ſilentiô primâ nocte ex caſtris Apolloniam præmiſit, ac conquieſcere ante iter confectum vetuit. His una legio miſſa præſidio eſt. His explicitis rebus, duas in caſtris legiones retinuit, reliquas de IV vigiliâ compluribus portis eductas eodem itinere præmiſit; parvôque ſpatiô intermiſsô, ut & militare inſtitutum ſervaretur, & quàm ſeriſſimè ejus profectio cognoſceretur, conclamari juſſit: ſtatimque egreſſus & noviſſimum agmen conſecutus, celeriter è conſpectu caſtrorum diſceſſit. Neque verò Pompeius, cognitô conſiliô ejus moram ullam ad inſequendum intulit: ſed eadem ſpectans, ſi itinere impeditos & perterritos deprehendere poſſet, exercitum è caſtris eduxit, equitatumque præmiſit ad noviſſimum agmen demorandum: neque conſequi potuit, quod multum expeditô itinere anteceſſerat Cæſar. Sed quum ventum eſſet ad flumen Genuſum, quod ripis erat impeditis, conſecutus equitatus noviſſimos præliô detinebat. Huic ſuos Cæ-

Relictiſque munitionibus] Cæſar contra opinionem nonnullorum ſuperioris ordinis rem prælio committendam non exiſtimabat, quod militibus perterritis non ſatis confideret; ſed neque in caſtris munitionibuſque ſibi manendum, quod famem magnoperè timeret. Videtur itaque legendum, *retentiſque munitionibus*, non, *relictis*. Ciaccon.

Conclamari juſſit] Id eſt, *ut conclamaretur*, ſupple *vaſa* militari more. Conſuetudinem autem hanc fuſius ante explicavimus. *Montan.*

Ad flumen Genuſum] Erat flumen vicinum Apſo alteri flumini, ubi primum Cæſar & Pompeius caſtra habuerunt collata, ſi Lucano credendum eſt, qui lib. 5 ait:

Prima duces junctis vidit conſiſtere caſtris
Tellus, quam volucer Genuſus, quam mollior Apſus
Circumeunt ripis. ———

Genuſum Ptolemæus appellare videtur Πανύασον libr. 3, in deſcriptione Macedoniæ. Apud Livium libr. 44, legigitur *Genuſuum*. Ciaccon.

Vete-

Cæſar equites oppoſuit; expeditoſque anteſignanos admiſcuit CD, qui tantum profecere, ut, equeſtri prælîô commiſsô, pellerent omnes, compluresſque interficerent; ipſi incolumes ſe ad agmen reciperent. Confectô juſtô itinere ejus diëi, quod propoſuerat Cæſar, tranſductoque exercitu flumen Genuſum, veteribus ſuis in caſtris contra Aſparagium conſedit, militeſque omnes intra vallum continuit; equitatumque per cauſſàm pabulandi emiſſum confeſtim Decumanâ portâ in caſtra ſe recipere juſſit. Simili ratione Pompeius, confecto ejuſdem diëi itinere, in ſuis veteribus caſtris ad Aſparagium conſedit, ejuſque milites, quod ab opere, integris munitionibus, vacabant; alii lignandi pabulandique cauſa longius progrediebantur; alii, quod ſubitò conſilium profectionis ceperant, magnâ parte impedimentorum & ſarcinarum relictâ, ad hæc repetenda invitati propinquitate ſuperiorum caſtrorum, depoſitis in contubernio armis, vallum relinquebant. Quibus ad ſequendum impeditis, Cæſar quod fore providerat, meridianô fere tempore, ſignô profectionis datô, exercitum educit, duplicatoque ejus diëi itinere, VIII millibus paſſuum ex eô locô procedit. Quod facere Pompeius diſceſſu militum non potuit. Poſtero die Cæſar ſimiliter præmiſſis prima nocte impedimentis, de IV vigiliâ ipſe egreditur; ut, ſi qua impoſita eſſet dimicandi neceſſitas, ſubitum caſum expedito exercitu ſubiret. Hoc idem reliquis fecit diebus. Quibus rebus perfectum eſt, ut altiſſimis fluminibus, atque impeditiſſimis itineribus nullum acciperet incommodum. Pompeius enim, primi diëi morâ illatâ, & reliquorum dierum

Veteribus caſtris, &c.] Cæſar & Pompeius primum contulerunt caſtra ad Apſum flumen, deinde ad Aſparagum Dyrrhachinorum, tertiò ad Petram, ubi circumvallatus eſt Pompeius. Inde reditum eſt ad Aſparagum. Poſtremò in Theſſalia conſederunt, ubi mox collatis ſignis de ſummâ rei dimicatum eſt, Cæſari victoriam conferente fortunâ. *Glandorp.*

Vigilia] De Vigiliis fusè antea dictum.

rum fruſtra labore ſuſcepto, quum ſe magnis itinerib
extenderet, & progreſſos conſequi cuperet, IV die
nem ſequendi fecit, atque aliud ſibi conſilium capie
dum exiſtimavit. Cæſari ad ſaucios deponendos, ſ
pendium exercitui dandum, ſocios confirmandos, pr
ſidium urbibus relinquendum, neceſſe erat adire Apo
loniam. Sed his rebus tantum temporis tribuit, qua
tum erat properanti neceſſe: timenſque Domitio,
adventu Pompeii præoccuparetur, ad eum omni cel
ritate & ſtudio incitatus ferebatur. Totius autem r
conſilium his rationibus explicabat; ut, ſi Pompei
eodem contenderet, abductum illum à mari atque a
iis copiis, quas Dyrrhachii comparaverat, frument
ac commeatu abſtractum pari conditione belli ſecu
decertare cogeret. Si in Italiam tranſiret, conjunct
exercitu cum Domitio per Illyricum Italiæ ſubſidi
proficiſceretur. Sin Apolloniam Oricumque oppugna
re, & ſe omni maritimâ orâ excludere conaretur, ob
ſeſſo tamen Scipione, neceſſariò illum ſuis auxilium fe
re cogeret. Itaque præmiſſis nunciis ad Cn. Domitiu
Cæſar ſcripſit; ecquid fieri vellet, oſtendit: præſidic
que Apolloniæ cohortibus IV, Liſſi I, III Orici reli
ctis, quique erant ex vulneribus ægri, depoſitis; pe
Epirum atque Acarnaniam iter facere cœpit. Pompeiu
quoque de Cæſaris conſiliô conjecturâ judicans, a
Scipionem properandum ſibi exiſtimabat; ſi Cæſar ite
illò haberet, ut ſubſidium Scipioni ferret; ſi ab orâ ma
ritimâ Corcyrâque diſcedere nollet, quod legiones e
quitatumque ex Italiâ exſpectaret; ipſe ut omnibus co
piis Domitium aggrederetur. Iis de cauſſis uterque eo
rum celeritati ſtudebat, ut ſuis eſſet auxilio, &, ad op
pri

Timenſque Domitio] Scilicet *Calvino*: quem cum legionibus duabus undecimâ & duodecimâ, & equitibus quingentis in Macedoniam proficiſci juſſerat. Dictum de eo ſuperius. *Montanu*

Vterque eorum celeritati ſtudebat, u ſuis eſſet auxilio] *Cæſar* videlicet *Domi tio*, & *Pompeius Scipioni*.

Se

rimendos adverſarios, ne occaſioni temporis deeſſet. ed Cæſarem Apollonia directo itinere averterat. Pompeius per Candaviam iter in Macedoniam expeditum abebat. Acceſſit etiam improviſò aliud incommodum; uod Domitius, qui dies complures caſtris Scipionis aſtra collata habuiſſet, rei frumentariæ cauſſa ab eo iſceſſerat, & Heracleam Senticam, quæ eſt ſubjecta andaviæ, iter fecerat; ut ipſa fortuna illum objice Pompeio videretur. Hæc ad id tempus Cæſar ignobat. Simul à Pompeio literis per omnes provincias ivitateſque dimiſſis, de præliô ad Dyrrhachium factô atius inflatiuſque multò, quàm res erat geſta, fama rcrebuerat pulſum fugere Cæſarem pene omnibus copis amiſſis. Hæc itinera infeſta reddiderant: hæc civites nonnullas ab ejus amicitiâ averterant. Quibus acdit rebus, ut, pluribus dimiſſi itineribus à Cæſare ad omitium, & ab Domitiô ad Cæſarem, nullâ ratione er conficere poſſent. Sed Allobroges Roſcilli atque gi familiares, quos perfugiſſe ad Pompeium demontavimus, conſpicati in itinere exploratores Domitii, u priſtinâ ſuâ conſuetudine, quod unà in Galliâ bella eſſerant; ſeu gloriâ elati, cuncta, ut erant acta, expoerunt, Cæſaris profectionem & adventum Pompeii ocuerunt. A quibus Domitius certior factus vix IV horum ſpatio antecedens, hoſtium beneficiô periculum tavit: & ad Æginium, quod eſt objectum oppoſitumque

Sed Cæſarem Apollonia directo itinere erterat] Supple, *quò minus recta ex caſ Dyrrhachianis in Macedoniam conideret:* de quâ re decimam Europæ turam apud Ptolemæum conſulito. r autem per iſtas ambages in Maceniam Cæſar profectus ſit, ipſe paulò e nonnullas cauſas reddidit. *Rhellic.*

Per Candaviam] Id eſt, monteis Canviæ regionis, de quibus antea Plinium egavimus. *Idem.*

Heracleam Senticam] Scilicet *quæ ad Strymonem fluvium ſita eſt.* Nam altera ad Erigonis fluenta in eâdem Macedoniâ eſt. De quibus legito Volaterranum lib. 8 Geographiæ, in Macedoniæ deſcriptione. *Idem.* Meminerunt etiam hujus *Heraclea* T. Livius lib. 45, & Plinius lib. 4, cap. 10, ſed uterque *Sinticam*, non *Senticam* vocat. Extitit & altera *Heraclea* ad Erigonem amnem, cum in univerſum ejus nominis urbes XXIII forent. *Glandorp.*

Æginium] Ita de Æginio Plinius lib.

que Theſſaliæ, Cæſari venienti occurrit. Conjunct exercitu, Cæſar Gomphos pervenit; quod eſt opidu primum Theſſaliæ venientibus ab Epirô: quæ gens pa cis ante menſibus ultrò ad Cæſarem legatos miſerat, ſuis omnibus facultatibus uteretur, præſidiumque ab militum petierat. Sed eò fama jam præcucurrerat, qua ſupra docuimus, de præliô Dyrrhachinô, quod mul auxerat partibus. Itaque Androſthenes prætor Theſſ liæ, quum ſe victoriæ Pompeii comitem eſſe malle quàm ſocium Cæſaris in rebus adverſis, omnem ex ag multitudinem ſervorum ac liberorum in opidum cogi portaſque præcludit, & ad Scipionem Pompeiumq nuncios mittit, ut ſibi ſubſidio veniant: ſe confide munitionibus opidi, ſi celeriter ſuccurratur: longi quam oppugnationem ſuſtinere non poſſe. Scipio diſce ſu exercituum à Dyrrhachiô cognitô Lariſſam legion adduxerat. Pompeius nondum Theſſaliæ appropinqu bat. Cæſar caſtris munitis ſcalas muſculoſque ad repe tinam oppugnationem fieri, & crates parari juſſit. Qu bus rebus effectis cohortatus milites docuit quantu uſu

libr.4, cap.10: *Partem Macedoniæ ſeptentrionalem Pœonia ac Pelagonia protegunt à Triballis opida Ægę, in quô mos ſepelire reges, Berœa: & in regione, quæ Pieria appellatur à nemore, Æginium.* Livius lib.32 Æginium vel modicô præſidiô tutam, ac prope inexpugnabilem teſtatur: & lib.45, Paulum eandem urbem filio Quinto Maximo diripiendam dediſſe, quod in quoſdam militum hoſtiliter ſævierat. *Montan.*

Gomphos] Plinius juxta *Gomphos* clariſſimum amnem Peneum oriri tradit. *Idem.*

Lariſſam] *Lariſſa* hæc, teſte Plinio, Theſſaliæ urbs, patria Achillis, qui & inde Lariſſæus dictus, ſita juxta amnem Peneum, condita ab Acriſio. Stephanus duas Lariſſas ponit in Theſſaliâ, unam ad Peneum, alteram in confinio Macedoniæ. Nomen hoc multarum civitatum. Sita enim Lariſſa eſt in Cr tâ, in Peloponneſo, in agrô Atticô, Æolide, in Syriâ, in Lydiâ, & plurib etiam aliis locis. *Montan.*

Scalas muſculoſque ad repentinam, &c Duplex oppugnatio eſt, vel diutur vel ſubita; hæc eſt cum impetu, n circumvallatione adhibitâ incurru Ad eam rem leviores machinæ adhib tæ. Primum uſi *coronâ*: tum teſtudi militari. Sæpe etiam vineis, plute teſtudinibus variis, vectibus, ut & quemadmodum hoc loco, ſcalis, m ſculis, cratibus. *Lipſius.* Scalæ autem aſcendendum, muſculi ad muros ſu ruendos, crates vel ut tegerent ante tæ, vel ut foſſæ iis explerentur, adh bitæ. De ſcalis, muſculis, cratibus co ſule indicem. *Montan.*

Di

ſum haberet ad ſublevandum omnium rerum inopiam, otiri opidô plenô atque opulentô: ſimul reliquis civiatibus urbis hujus exemplô inferre terrorem; & id fiei celeriter, prius quàm auxilia concurrerent. Itaque uis ſingulari militum ſtudiô, eôdem, quô venerat, die, oſt horam IX opidum altiſſimis mœnibus oppugnare ggreſſus, ante ſolis occaſum expugnavit, & ad diriiendum militibus conceſſit; ſtatimque ab opido caſtra novit, & Metropolim venit; ſic, ut nuncios expugna- opidi famamque antecederet. Metropolitæ, eodem rimum uſi conſilio, iiſdem permoti rumoribus, portas lauſerunt, muroſque armatis compleverunt. Sed poſta caſu civitatis Gomphenſis ex captivis cognito, quos æſar ad murum producendos curaverat, portas apeerunt. Quibus diligentiſſimè conſervatis, collatâ forinâ Metropolitum cum caſu Gomphenſium, nulla 'heſſàliæ fuit civitas præter Lariſſæos, qui magnis exertibus Scipionis tenebantur, quin Cæſari pareret, atue imperata faceret. Ille ſegetis idoneum locum in aris nactus, quæ prope jam matura erat, ibi adventum xſpectare Pompeii, eoque omnem rationem belli conrre conſtituit. Pompeius paucis poſt diebus in Theſſaam pervenit: concionatuſque apud cunctum exercitum is agit gratias: Scipionis milites cohortatur, ut partâ m victoriâ prædæ ac præmiorum velint eſſe participes: ceptiſque omnibus in una caſtra legionibus, ſuum cum Sci-

Diripiendum militibus conceſſit] Addit ppianus, magna apud Gomphenſes omnis generis commeatus & vini copiâ ertâ, milites diutinâ fame confectos erius ſibi indulſiſſe, pluresque in eetatem prolapſos, maximè verò in eos ridiculos fuiſſe Germanos, adeo no graves & excordes, ut ſi Pomius inſecutus eſſet, omnes abſque ulnegocio deleri potuerint. *Glandorp.*

Metropolim] *Metropolis* commune ltis urbibus nomen eſt: nam Phrygia, Lydia, Acarnania, Pontus, Scythia, Eubœa & Theſſalia civitates habet iſtius nominis. Hujus autem in Theſſaliâ ſitæ, meminit Livius 36 libr. *Montan.*

Omnibus in una caſtra legionibus] Simile Auguſtus in Agrippâ. Et, ut Dio ait, *ſi quando ſimul ad bellum irent, tabernaculum ſui ſimile dabat, & ſignum ab utroque peti jubebat.* Sed caſtra aliquando loco diviſa & abjuncta: idque vel ob numerum militum majorem, ut apud Cannas majora & minora fuerunt: vel

Scipione honorem partitur; claſſicumque apud eum c ni, & alterum illi jubet prætorium tendi. Auctis cop Pompeii, duobuſque magnis exercitibus conjuncti priſtina omnium confirmatur opinio, & ſpes victor augetur adeo; ut, quidquid intercederet temporis, morari reditum in Italiam videretur; &, ſi quanc quid Pompeius tardius aut conſideratius faceret, uni eſſe negotium diëi, ſed illum delectari imperio, conſulares prætorioſque ſervorum habere numero, d cerent. Jamque inter ſe palam de præmiis ac ſacerdo tiis contendebant; in annoſque conſulatum definieban Alii domos bonaque eorum, qui in caſtris erant Cæſa ris, petebant: magnaque inter eos in conſilio fuit con

trc

vel ob alium uſum, ut Cæſar in Arioviſtum. Illud rari exempli utrumque Conſulem aut Imperatorem conveniſſe & in caſtris nil mutaſſe: Sed Haſtatos ab Haſtatis, Principes à Principibus, & ſic ordine; itemque Centurionem à Centurione, Tribunum à Tribuno receptos. Quod Cl. Nero & C. Livius uſurparunt, contra Aſdrubalem: ſed duntaxat in unam noctem & ad fallendum hoſtem. *Lipſius.*

Claſſicumque apud eum] Livius forte item eò aſpexit, ſive Aſdrubal apud Livium: qui ſuſpicione injectâ de adventu alterius conſulis in caſtra Livii, *attendi jubet, ſemel biſve ſignum canat in caſtris.* Et ſtatim addit: *Illud veterem ducem & aſſuetum Romano hoſti movit, quod ſemel in prætoriis caſtris ſignum, bis in conſularibus referebant ceciniſſe. Duos profecto conſules eſſe.* Idem. *Claſſicum* autem, teſte Vegetio, *inſigne imperii videtur, quia illud canitur imperatore præſente.* Livius de militibus ſeditioſis lib. 38: *In Prætorio tetenderunt Albius & Atrius, claſſicum apud eos cecinit, ſignum ab iis petitum eſt. ſederunt in tribunali proconſulis Scipionis. Claſſica*, teſte Iſidoro, *ſunt cornua, quæ convocandi cauſa erant facta, & à calando claſſica dicebantur.* Inde etiam *Claſſici appellati, qui tubâ vel cornu, juſſu magiſtratus ex arce vel circum muros populum ad comitium vocabant.* Varro. Se *prætorium* inde dictum; quod, ut Diaconus ait: *initio prætores erant, qui nunc Conſules, & ii bella adminiſtrabant, quorum tabernaculum quoque dicitur Prætorium.* Montan.

Delectari imperio] *Agamemnonem* (inquit in Cæſ. Plutarch.) *& Regem Regum Pompeium appellabant, quod tot principes viros à ſe pendere, atq; ad prætorium ſuum ventitare gauderet.* Idem.

Iamque inter ſe palam de præmiis Plutarchus in Pompeio addit, Pompeianos quoſdam adeo nihil de ſumma rerum potiendâ poſt prælium Dyrrhachianum dubitaſſe: ut ſervos alii amicoſque Romam deſtinarent ad domo juxta forum conducendas, veluti con feſtim magiſtratus inituri. Voluntarios etiam multos Lesbum ad Corneliam navigaſſe dicit, nunciaturos bellum finem habere. *Rhellican.*

Alii domos bonaque eorum, qui in caſtris erant Cæſaris, petebant] Cicero lib 11 ad Atticum epiſtol. 6: *Me diſceſſiſſe ab armis nunquam pœnituit, tanta erat in illis crudelitas, ut non nominatim, ſed generatim proſcriptio eſſet informata, ut jam omnium judicio conſtitutum eſſet, omnium veſtrum bona prædam eſſe illius victoriæ.* Et

poſt

overſiâ, oporteretne L. Hirri, quod is à Pompeiô ad arthos miſſus eſſet, proximis comitiis prætoriis abſen- rationem haberi: quum ejus neceſſarii fidem implorant Pompeii; præſtaret quod proficiſcenti recepiſſet; ne r ejus auctoritatem deceptus videretur; reliqui, in labore pari ac periculo, ne unus omnes antecederet, recuſarent. Jam de ſacerdotio Cæſaris Domitius, Scipio ointherque Lentulus quotidianis contentionibus ad aviſſimas verborum contumelias palam deſcenderunt: uum Lentulus ætatis honorem oſtentaret; Domitius banam gratiam dignitatemque jactaret; Scipio affinite Pompeii confideret. Poſtulavit etiam L. Afranium oditionis exercitus Attius Rufus apud Pompeium, uod geſtum in Hiſpaniâ diceret. Et L. Domitius in onſiliô dixit, placere ſibi bellô confectô ternas tabelſ dari ad judicandum iis, qui ordinis eſſent ſenatorii bello-

ſt: *De Furnio conſoler te? pernicioſa uebatur de manſione tuâ. L. verò Lenus Hortenſii domum ſibi, & Cæſaris hor-, & Baias deſponderat. Omnino hæc eôn modô ex hâc parte fiunt: niſi quod il- erat infinitum. Omnes enim, qui in Itamanſerant, hoſtium numerô habeban-*. Montan.

L. Hirri] Glandorpius hunc *Hirtium* e ſuſpicatur, quem poſtea proſcrium à Triumviris, memorat Appianus. ſinus *Hirrium* ſcribendum cenſet: nutius *Lucceium Hirrum*. Gryphii em liber habet *L. Hirtæ*: Pariſienſis *Hirri*. Montan.

Ad Parthos miſſus eſſet] Scribit Dio . 41, tentaſſe Pompeium ad ſuam acitiam pertrahere Orodem Parthon Regem, etſi poſt Craſſorum cædem ſtium in numero habitus ille eſſet, rendiſſeque eum, ſi Syria ſibi concedeur, Pompeio laturum auxilium; ſed denegata, domo ſe non moviſſe. *ccon.*

De ſacerdotio Cæſaris] Tentaverat Cæper partem Tribunorum, ut ſibi Ægyptus (in quâ Alexandrini ſocium Romanis regem expulerant) plebiſcitô daretur. Sed, adverſante Optimatium factione, ſpe exciderat. Hôc propoſitô fruſtratus, pontificatum petiit, non ſine profuſiſſimâ largitione. *In qua reputans magnitudinem æris alieni*, verba Suetonii ſunt, *cum mane ad comitia deſcenderet, prædixiſſe matri oſculanti fertur, domi ſe niſi pontificem non reverſurum. Atque ita potentiſſimos duos competitores, multumque ætate & dignitate antecedentes, ſuperavit. Vt plura ipſe in eorum tribubus ſuffragia, quàm uterque in omnibus, tulerit*. Atque hoc eſt ſacerdotium, cujus hìc mentio. De Pontificibus & pontificatu aliàs dictum. *Montan.*

Ternas tabellas] Budæus teſtatur in prioribus annotationibus in Pandectas, hunc veteribus Romanis morem in judiciis fuiſſe, ut judices ſententiam ignorarent. Idem in poſterioribus annotationibus, eundem morem adhuc planius explanat in hæc verba: *Olim etiam duæ tabellæ dabantur à prætore judicibus, in quibus ſententiam ſuam ſcriberent:*

belloque unà cum ipſis interfuiſſent, ſententiaſque d ſingulis ferrent, qui Romæ remanſiſſent, quique intı præſidia Pompeii fuiſſent, neque operam in re milita præſtitiſſent. Unam fore tabellam qui liberandos om periculo cenſerent; alteram, qui capitis damnarent tertiam, qui pecunia multarent. Poſtremo omnes a de honoribus ſuis, aut de præmiis pecuniæ, aut de pe ſequendis inimicis agebant. Nec quibus rationibus ſ perare poſſent; ſed quemadmodum uti victoriâ deb rent, cogitabant. Re frumentariâ præparatâ, confirma tiſque militibus, & ſatis longô ſpatiô temporis à Dy rhachinis præliis intermiſſô, quum ſatis perſpectum m litum animum habere videretur, tentandum Cæſar ex ſtimavit, quidnam Pompeius propoſiti aut voluntatis a dimicandum haberet. Itaque ex caſtris exercitum eduxi aciemque inſtruxit, primum ſuis locis paulloque à ca ſtris Pompeii longius; continentibus verò diebus, u progrederetur à caſtris ſuis colliburſq; Pompeianis acier ſub

rent: aut enim reum planè abſolvere, aut planè damnare oportebat. Deinde locum Suetonii in Auguſto adducit (qui ſanè multum ad hunc Cæſaris intelligendum valet) ſic inquiens: *Cum de falsô teſtamentô ageretur, omneſque ſenatores lege Corneliâ tenerentur, non tantum tabulas damnatoriam & abſolutoriam ſimul cognoſcentibus dedit: ſed tertiam quoque quâ ignoſceretur iis, quos fraude ad ſignandum aut errore inductos conſtitiſſet.* Ad eundem modum poſt aliquot annos Auguſtus princeps, cum ageretur de falsô teſtamentô, præter duas tabellas, damnatoriam videlicet & abſolutoriam, tertiam etiam cognoſcentibus dedit, quâ ignoſceretur fraude vel errore ad ſignandum inductis, quomodo narrat Suetonius. *Idem.*

Qui Romæ remanſiſſent] Plutarchus ſcribit, omnes Patres conſcriptos Pompeium ſequi juſſos, cùm Româ diſcederet: qui verò illic remanſiſſet, eum pro hoſte habendum. *Montanus.*

De præmiis pecuniæ] Locus hic a guit Pompeianos valdè ſimul & avar & crudeles fuiſſe, de quibus ipſoru vitiis vide Ciceronem ad Atticum l. 1 epiſt. 6. *Montan.*

Re frumentariâ præparatâ] Supple *à Cæſare.* Non enim multò ante dixi ſe idoneum ſegetis locum nactum i agris, quæ prope jam matura era *Rhellican.*

Confirmatiſque militibus] Scilicet *detrimentô, quod ex duobus præliis a Dyrrhachium acceperant*, ut mox ſequ tur. Tametſi namque plerorumque nimi non multo poſt acceptum in du bus præliis Dyrrhachinis damnum a pugnandum promptiſſimi eſſent: t men Cæſar (ut in ſuperioribus ipſe d clarat) militibus perturbatis non ſat confidebat, ſpaciumque interponer dum, ut ſe refocillarent, exiſtimaba *Idem.*

Sup

ubjiceret. Quæ res in dies confirmatiorem ejus efficie-
at exercitum. Superius tamen inſtitutum in equitibus,
uod demonſtravimus, ſervabat; ut, quoniam numero
ultis partibus eſſet inferior, adoleſcentes atque expe-
itos ex anteſignanis electos milites ad pernicitatem ar-
is inter equites præliari juberet, qui quotidianâ con-
etudine uſum quoque ejus generis præliorum percipe-
ent. His erat rebus effectum, ut equites ∞ apertiori-
us etiam locis VII millium Pompeianorum impetum,
uum adeſſet uſus, ſuſtinere auderent; neque magno-
ere eorum multitudine terrerentur. Namque etiam per
os dies prælium ſecundum equeſtre fecit, atque unum
llobrogem ex duobus, quos perfugiſſe ad Pompeium
pra docuimus, cum quibuſdam interfecit. Pompeius,
uia caſtra in colle habebat, ad infimas radices montis
ciem inſtruebat; ſemper, ut videbatur, ſpectans, ſi
iquis locis Cæſar ſe ſubjiceret. Cæſar nulla ratione ad
ugnam elici poſſe Pompeium exiſtimans; hanc ſibi
ommodiſſimam belli rationem judicavit; uti caſtra ex
ô locô moveret, ſemperque eſſet in itineribus: hoc
erans, ut, movendis caſtris pluribuſque adeundis lo-
is, commodiore frumentariâ re uteretur; ſimulque,
 itinere ut aliquam occaſionem dimicandi nanciſcere-
ır, & inſolitum ad laborem Pompeii exercitum quo-
dianis itineribus defatigaret. His conſtitutis rebus, ſi-
nô jam profectionis datô, tabernaculiſque detenſis,
nimadverſum eſt, paullò ante extra quotidianam con-
etudinem, longius à vallo eſſe aciem Pompeii progreſ-
ſam;

*Superius tamen inſtitutum in equiti-
s, quod demonſtravimus*] Scilicet an-
 treis pagellas; ubi ait, Cæſarem Pom-
iano equitatui ipſius agmen carpenti
os equites ita oppoſuiſſe, ut expeditos
teſignanos CCCC admiſceret. Quod
nè inſtitutum Cæſar à Germanis ab
sô devictis mutuatus eſſe videtur. *I-
m*. Imo Romani hunc pugnandi mo-
rem jam invenerunt, teſte Liviô, in ob-
ſidione Capuæ. Vide pag. LIV. *Montan.*

Caſtra in colle] Appianus Pompeium
non longè à Pharſalô Theſſaliæ locô ju-
xta Cæſarem caſtra ita locaſſe teſtatur,
ut non ultra triginta ſtadia inter ſe uter-
que abeſſet. *Montan.*

Extra conſuetudinem] Pro *contra* vel
præter. Faber.

ſam; ut non iniquô locô poſſe dimicari videretur. Tunc Cæſar apud ſuos, quum jam eſſet agmen in portis, Differendum eſt, inquit, iter in præſentia nobis, & de prælio cogitandum, ſicut ſemper depopoſcimus: animo ſimus ad dimicandum parati: non facile occaſionem poſt ea reperiemus. Confeſtimque expeditas copias educit. Pompeius quoque, ut poſtea cognitum eſt, ſuorum omnium hortatu ſtatuerat prælio decertare. Namque etiam in concilio ſuperioribus diebus dixerat, prius quàm concurrerent acies, fore, ut exercitus Cæſaris pelleretur. Id quum eſſent plerique admirati; Scio, me, inquit, pene incredibilem rem polliceri: ſed rationem conſilii mei accipite, quò firmiore animô in prælium prodeatis. Perſuaſi equitibus noſtris, idque mihi ſe facturos confirmaverunt; ut quum propius ſit acceſſum, dextrum Cæſaris cornu ab latere aperto aggrederentur: ut, circumventâ ab tergô acie, prius perturbatum exercitum pellerent, quàm à nobis telum in hoſtem jaceretur. Ita ſine periculô legionum, & pene ſine vulnere bellum conficiemus. Id autem difficile non eſt, quum tantum equitatu valeamus. Simul denunciavit, ut eſſent animo parati in poſterum; &, quoniam fieret dimicandi poteſtas, ut ſæpe cogitaviſſent, ne uſu manuque reliquorum opinionem fallerent. Hunc Labienus excepit, ut,

Sicut ſemper depopoſcimus] Nec hôc locô regula Grammaticorum ſalvari poteſt, quando docent, compoſitorum verborum præterita non geminari. *Ciaccon.* At vero quis neſcit, à generali regulâ Grammaticos excipere verba *do*, *ſto*, *diſco*, *poſco*, geminationem in compoſitis retinentia? *Montan.*

Suorum omnium hortatu, prælio decertare ſtatuerat] Plutarchus in Pompeii vitâ recenſet, eum non niſi ſuorum dicteriis & improbis inſtigationibus motum, ut omiſsâ optimâ ſuâ bellandi ratione, pugnam indipiſceretur, ac extremam belli aleam experiretur. *Quum enim* (inquit) *videret Cæſarem exercitatiſſimis militibus præditum, & ſummâ annonæ penuriâ laborare, ſe verò inexercitatô exercitu, laborum inſuetô, & ſummâ rerum copiâ abundare: multò ſatius eſſe decernebat, hoſtem cunctando vincere, quàm incertam Martis aleam in conferendis manibus experiri.* Rhellican.

Simul denunciavit] Supple, *equitibus: reliquorum* utpote *peditum.* Siquidem Pompeius (ut Cæſar modo retulit) ſuis pollicitus erat, ſtrenuâ & gnavâ equitum operâ futurum eſſe, ut reliqua exercitus pars ſine pulvere ac vulnere victoriâ potiretur. *Idem.*

Mul-

it, quum Cæſaris copias deſpiceret, Pompeii conſi-ium ſummis laudibus efferret. Noli, inquit, exiſtima-e, Pompei, hunc eſſe exercitum, qui Galliam Ger-naniamque devicerit. Omnibus interfui præliis. Ne-jue temere incognitam rem pronuncio. Perexigua pars llius exercitus ſupereſt; magna pars deperiit: quod ac-idere tot præliis fuit neceſſe. Multos autumni peſtilen-ia in Italiâ conſumpſit: multi domum diſceſſerunt: nulti ſunt relicti in continenti. An non audiſtis ex iis, ui per cauſſam valetudinis remanſerunt, cohortes eſſe rundiſii factas? Hæ copiæ, quas videtis, ex delecti-us horum annorum in citeriore Galliâ ſunt refectæ; & leræque ſunt ex colonis Tranſpadanis. Attamen, quod uit roboris, duobus præliis Dyrrhachinis interiit. Hæc uum dixiſſet, juravit, ſe, niſi victorem, in caſtra non everſurum: reliquoſque, ut idem facerent, hortatus ſt. Hoc laudans Pompeius idem juravit. Nec verò ex eliquis fuit quiſquam, qui jurare dubitaret. Hæc quum acta eſſent in conciliô, magnâ ſpe & lætitiâ omnium iſceſſum eſt. Ac jam animo victoriam præcipiebant, juod de re tantâ, & à tam perito Imperatore nihil fru-ſtra

Multos autumni peſtilentia in Italiâ nſumpſit, &c.] Hæc Labieni dicta ve-a eſſe Cæſar ipſe ſupra ab exordio libri ujus in hæc verba comprobat. *Atque copiæ ipſæ hoc infrequentiores imponun-ur, quod multi Gallicis tot bellis defece-nt, longumque iter ex Hiſpaniâ ma-num numerum diminuerat, & gravis au-umnus in Apuliâ, circumque Brundi-um ex ſaluberrimis Galliæ & Hiſpaniæ gionibus omnem exercitum valetudine ntaverat.* Idem.

Multi ſunt relicti in continente] Hoc imirum tum factum eſt, quum Cæſar Brundiſio in Græciam trajecit, & einde quoſdam tardius ſubſecutos in inere Italicô transportandos curavit. lic namque multos ab eo defeciſſe, & continenti remanſiſſe, hinc vero ſi-mile videtur; quod (ut Plutarchus in Cæſaris vitâ auctor eſt) etiam ii, qui ſecundo ipſius commeatu tranſportati ſunt, Cæſarem diris inter navigandum devoverunt. *Idem.*

In citeriore Galliâ] Citerior Gallia, eadem quæ Togata, ita dicta eſt à re-gione, quæ reſpectu Romæ cis Alpes ſita erat, ſicut ulterior ultra Alpes. *Montan.*

Ex colonis Tranſpadanis] Diximus ſtatim Galliam in Ulteriorem & Cite-riorem diviſam. At hæc iterum ſubdi-viſa in Ciſpadanam & Tranſpadanam. Tranſpadanam Galliam occupat duca-tus Mediolanenſis. Et hujus regionis colonos trans Padum (vulgo *Po*) ha-bitantes, deſignat hic Cæſar. *Idem.*

ſtra confirmari videbatur. Cæſar, quum Pompeii caſtri appropinquaſſet, ad hunc modum aciem ejus inſtru ctam animadvertit. Erant in ſiniſtro cornu legiones dua tranſditæ à Cæſare initio diſſenſionis ex SC. quarum u na prima, altera tertia appellabatur. In eô locô ipſe e rat Pompeius. Mediam aciem Scipio cum legionibu Syriacis tenebat. Ciliciensis legio conjuncta cum cohor tibus Hiſpanis, quas tranſductas ab Afranio docuimus i

Quarum una prima, altera tertia appellabatur] Aliter Lucanus lib.7:

——— cornu tibi cura ſiniſtri
Lentule cum primâ, quæ tum fuit optima bello,
Et quartâ legione datur.

Sed Legionum, quæ à Cæſare tranſditæ ſunt, *alteram*, XV appellatam fuiſſe legimus apud Hirtium de bellô Gallicô l.6, ubi ſic legitur ſub finem: *Nam Cn. Pompeius legionem primam, quam ad Cæſarem miſerat, confectam ex delectu provinciæ, Cæſari tamquam ex ſuô numerô dedit. Cæſar tamen cum*, &c. *Cn. Pompeio legionem remiſit, & ex ſuo numero* XV, *quam in Gallia citeriore habuerat, ex SC. jubet tranſdi.* Sed cum in *primâ legione* omnes conſentiant, quod in *alterâ* tantùm diſſentiant, ex errore notarum factum arbitror, & Lucani veram eſſe lectionem. Reponendum ergo erit apud Hirtium, IV, pro XV, ut ſupra quoque dixi, in hôc locô ſcribendum IV, pro III. *Ciaccon.* Lipſius autem vocem *appellatur* ſuperfluam eſſe contendit. Nec unquam (verba ejus ſunt) ita Cæſar. Qui hoc fecit, quaſi de ævo veteri locutus eſt, & cùm jam non iſtæ appellationes. *Mont.*

In eô locô Pompeius] Loquitur de ſiniſtro cornu. At Plutarchus & in Cæſaris & in Pompeii vitâ, dextrum Pompeio cornu diſertè attribuit, eumque Antonio, quem Cæſar ſiniſtro in cornu locat, opponit. Rurſus Cæſar ipſe paulò poſt ſcribit, ſe contra Pompeium conſtitiſſe. At Plutarchus Cæſari perſpicuè dextrum cornu attribuit. Rurſus Appianus lib.2, in parte Pompeii Scipioni mediam aciem attribuit. L. Domiti ſiniſtrum cornu, Lentulo dextrum: i Cæſaris verò Syllam, Antonium, & Cı Domitium ſimpliciter numerat. Itaqu obſcura tota hæc ratio eſt. Nam quo idem ſubjungit, Afranium cum Pom peiô in caſtrorum præſidio fuiſſe, e Cæſaris teſtimonio falſum eſſe apparet neque veriſimile eſt. Frontinus auten lib. Strateg. 2, de hâc totâ re, & acierun inſtructarum formâ legendus. *Hotoman* Diſſentit cum Plutarcho & Appiano e tiam Lucanus, qui in his talibus hiſto ricâ ſemper fide agit. Cæſari in hâc r cur non eſt creditum? An ipſe ment totus in pugnam parum certò hæc ani madvertit; Et vidit ibi Pompeium for taſſe, ſed non ſubſtitit, & aliò mo ivit? *Lipſius.*

Cum legionibus Syriacis] Quæ dua Initio hujus libri: *Exſpectabat cum Sci pione legiones duas.* Montan.

Cum cohortibus Hiſpanis] Cave im ponat tibi, & putes Hiſpanos gente fuiſ ſe. Non: nec is honos vel fortiſſimi exteris, ut inter legiones locentur & pugnent. Intelligit Romanas cohortes ſed quæ in Hiſpania fuerant cum Afra niô, & ab eo traductæ ad Pompeium erant, aptiuſq; dixiſſet *Hiſpanienſes.* Ve teranus haud dubiè miles, & reliquia earum legionum, quæ partim Cæſar adhæſerant, partim domum iverant, relictis ſignis. *Lipſius.*

Tranſductas ab Afranio] Id nuſquam ſupra traditum legimus: quamobrem & eam narrationem huic commentario deeſſe, dubitari non debet. *Glandor.*

Has

n dextro cornu erant collocatæ. Has firmiſſimas ſe habere Pompeius exiſtimabat. Reliquas inter aciem medíam cornuaque interjecerat : numeroque cohortes cx expleverat. Hæc erant millia XLV. evocatorum circiter duæ, quæ ex beneficiariis ſuperiorum exercituum ad eum convenerant: quæ tota acie diſperſæ erant. Reliquas cohortes VII caſtris propinquiſque caſtellis præſidio diſpoſuerat. Dextrum cornu ejus rivus quidam impeditis ripis muniebat. Quam ad cauſſam cunctum equitatum, ſagittarios funditoreſque omnes in ſiniſtrô cornu objecerat. Cæſar, ſuperius inſtitutum ſervans, x legionem in dextrô cornu, IX in ſiniſtrô collocaverat, tametſi

Has firmiſſimas habere] Non ad cohortes tantum refert, ſed ad legiones omnes dictas : quæ veteranæ ſcilicet fuerunt. *Lipſius.*

Reliquas] Nempe, quinque legiones tironum. Ex ipsô Cæſare, qui Pompeio cohortes cx tribuit : ergo legiones undecim. De hâc locaturâ Frontinus: *Legiones ſecundùm virtutem cujuſque firmiſſimas in cornibus & in mediô collocavit, ſpatia his interpoſita tironibus ſupplevit.* Sed quo ſenſu *ſpatia interpoſita ſuppleta* dicit Frontinus; aut Cæſar, *legiones reliquas interjectas*? An ut in fronte ſimplici undecim iſtæ legiones fuerint? An ut, more manipulari illo, iſtæ quinque introrſum paulo reductæ & ad ſpatia appoſitæ fuerint? Mihi hoc aptius videatur, & ut triplex illa acies maneat diſtincta, fortaſſè alioqui confundenda; etſi verba etiam in priorem mentem eunt. *Idem.*

Hæc erant millia XLV] Non LV, ut plures codices habent, ſed XLV Plutarchus & Appianus dicunt. Nam Plutarchus habuiſſe Cæſarem XXII millia ſcribit, Pompeium paulo *plus altero tantum*. Eſt etiam in optimo Torrentii libr. XLV millia palam ſcriptum. Atqui undecim legiones fuiſſe diximus. Quid tum? Sex veteranæ fuerunt, eoque parum plenæ: Sed nec tironum illô ævô jam grandes. Argumentum è pluribus Cæſaris locis, ſed & ex iſto: cum ſuas copias ſcribit non niſi XXII millium fuiſſe. Atqui habuit octoginta cohortes, id eſt legiones octo. Ergo nec *ter millenæ* ſingulæ fuerunt, ſcilicet quia præliis acciſæ & veteranæ. *Idem.*

Evocatorum] Reſpice pag. CCCXXXV. *Id.*

Ex beneficiariis] *Beneficiarii* ſunt, qui beneficio Imperatoris ad gradus & commoda promoti, item agris & immunitate donati, ideoque magis obſtricti erant. *Idem.*

Totâ acie diſperſæ erant] Hoc verò notandum eſt, & collegas evocatos in acie certum locum non habuiſſe, ſed aut circa Imperatorem ſtetiſſe quoſdam, aut majorem partem per manipulos variè ſparſos; idque in fronte juxta Centuriones, reliquis regimen & exemplum. *Idem.*

Rivus quidam] Hic rivus dictus eſt *Enipeus*; de eo ita Lucanus:

Sanguine Romano quam turbidus ibit
Enipeus!

Et alibi:

At juxta fluvios & ſtagna undantis
Enipei. Montan.

Cæſar ſuperius inſtitutum ſervans, &c.] Cæſar ipſe ſupra lib. I de bellô Gallicô ſe legioni decimæ multum indulſiſſe; & propter ſingularem ejus virtutem ac fidem eâ maximè confiſum eſſe commonſtrat. *Rhellican.*

tametſi erat Dyrrhachinis præliis vehementer attenuata: & huic ſic adjunxit VIII, ut pene unam ex duabus efficeret; atque alteram alteri præſidio eſſe juſſerat. Cohortes in acie LXXX conſtitutas habebat. Quæ ſumma erat ∞ XXII. Cohortes II caſtris præſidio reliquerat. Siniſtrô cornu Antonium, dextrô P. Sullam, mediâ acie Cn. Domitium præpoſuerat. Ipſe contra Pompeium conſiſtit. Simul his rebus animadverſis, quas demonſtravimus, timens, ne à multitudine equitum dextrum cornu circumveniretur, celeriter ex tertiâ acie ſingulas cohortes detraxit; atque ex his quartam inſtituit,

Huic ſic adjunxit VIII] Cæſar numero legionum non tam potens, quàm Pompeius, robore præpollebat. Itaque ad ejus exemplum aciem triplicem quidem inſtruxit, ſed non legionibus ſic denſavit. Duntaxat ſiniſtrô cornu duæ fuerunt eæque ſemiplenæ: mediô & dextrô, utrobique una. Superſunt itaque quatuor etiam legiones, ubi locandæ? Nihil ipſe dixit, quod miror. Sed cogitandum, ab eodem Pompeii exemplo, fuiſſe interjectas aut ſubjectas. *Lipſius.*

Caſtris præſidio reliquerat] Appianus tradit, Cæſarem duobus veteranorum millibus miſſis caſtrorum munitiones dirui ſoloque æquari juſſiſſe, idque factum utroque exercitu inſpectante, non ſine ſuſpirio Pompeii, tantam audaciam ſupra modum admirantis. Idem de demolitione caſtrorum affirmat Lucanus. Verſus ejus ſunt, loquente ad exercitum Cæſare:

Sternite jam vallum, foſſaſque implete ruina,
Exeat ut plenis acies non ſparſa manipli,
Parcite ne caſtris, vallô tendetis in illô,
Unde acies peritura venit, &c. *Gland.*

Ex tertiâ acie ſingulas cohortes] Legendum *ex ternâ acie ſenas cohortes.* Senas dico, & ita palam Plutarchus, *ab extremo agmine ſex cohortes.* Et in Pompeio: *cohortes ſex ex ultimis aut ſubſidiariis.* In Frontinô quoque is numerus: *ſex cohortes*, inquit, *in ſubſidio tenuit, ſed dextro latere converſas in obliquum.* De quo ſitu etiam Lucanus:

—— *Tenet obliquas poſt ſigna cohortes.*

Atque hæc eſt quarta illa acies, victoriæ ejus cauſa. Detraxit autem eas binas è quaque acie ultima: atque ita rectè ſcriptum *ex ternâ acie.* Si tamen *extrema* etiam ſcribas, haud male. Miramur Florum has Germanorum cohortes vocare: quas Cæſar quidem oſtendit ex ipſis legionibus detractas. Lubet Frontini verba afferre ſuper utraque hac acie: *Cn. Pompeius adverſus C. Cæſarem Palæpharſali triplicem inſtruxit aciem, quarum ſinguli habebant denos ordines in latitudinem. Legiones ſecundum virtutem cujuſque, in cornibus & in medio collocavit, ſpatia his interpoſita tironibus ſupplevit. Adverſus hanc ordinationem Iulius Cæſar & ipſe triplici acie diſpoſitis in fronte legionibus, ſiniſtrum latus, ne circuiri poſſet, admovit paludibus.* Noto, quod ait, *denos ordines habuiſſe ſingulas Pompeii acies in latitudinem.* Quo id ſenſu? opinor, hoc vult: cum quæque acies duas legiones haberet, in fronte quinas & quinas cohortes ſtetiſſe, aliis quinis & quinis ſubjunctis: atque ita factos decem ordines, ut appellat, ſive ſeries & velut ſtrigas. Non enim tam diſtinctè in manipulos hic diviſi, ubi tantus legio-

tuit, equitatuique oppoſuit; &, quid fieri vellet, oſtendit: monuitque ejus diëi victoriam in earum cohortium virtute conſtare; ſimul tertiæ aciei, totique exercitui imperavit, ne injuſſu ſuo concurreret: ſe quum id fieri vellet, vexillo ſignum daturum. Exercitum quum militari more ad pugnam cohortaretur, ſuaque in eum perpetui temporis officia prædicaret, in primis comme-

gionum numerus: ſed nec fortaſſe in Haſtatos, Principes & Triarios, nimis ccuratè. Imo vereor ut poſt Syllam & ocios receptos nomina quidem iſta in ordinibus manſerint & Centurionibus: vix uſum habuerunt in acie ipſa. Appello ad Cæſarem, Tacitum & illos ſcriptores, nuſquam locatam aciem ſignatè ſic reperies; ſed per cohortes aut legiones diviſam. Sed quod ad ordines Frontini attinet; Dico in quaque legione quinque cohortes ſtetiſſe in fronte, & quinque alteras in ſubſidiis: cum autem duæ legiones in quaque acie, ſurgunt deni illi ordines Frontini, id eſt cohortes. Nam lineas ipſas virorum ſingulas, ordines ſi hic pro vulgato more appellem; valdè hæream, & omnes iſtæ, non niſi triginta viros habuerint in fronte. Omnino moleſtus Frontini locus, an & ſuſpectus? fortaſſe *in altitudinem* melius apud eum ſcribi. Etſi nec ea profunditas magna, pro numero quidem copiarum. An nota numeralis prava eſt, & pro x *denaria*, hæc finitima ∞, *millenaria* ſubſtituenda eſt? Ita eſſent tria millia virorum in fronte. Heu tenebras meas, aut rerum veterum! quas profecto per leves conjecturas & fallacia veſtigia venamur. *Lipſius.*

Vexillo ſignum daturum] Vexillum hoc purpureum ſagum erat, quod imperatores penes ſe in tabernaculo habebant: & ubi prælium committendum erat, proponebant tollebantq;. Errat hic non leviter Ciacconius, qui vocem *vexilli* ſuſpectam habet, quia Cæſar ſtatim ſubjungit, ſe *tuba ſignum* dediſſe. Imo & vexillô & tubâ & teſſerâ ſignum prælii dabatur. Lib. II de Gall. Bell. omnia hæc conjunguntur. *Cæſari omnia uno tempore erant agenda: vexillum proponendum, quod erat inſigne, quum ad arma concurri oporteret; ſignum tubâ dandum: ab opere revocandi milites: qui paulò longius, aggeris petendi cauſa, præceſſerant, accerſendi: acies inſtruenda: milites cohortandi: ſignum dandum.* Nota, unô tempore & *vexillô*, & *tubâ* & *teſſerâ* (Græcis hæc σύνθημα, uno alterove verbo ſub ipſam pugnam ab imperatore datur, ut eô ſymbolô commilitones inter ſe norint) *ſignum prælii erat dandum.* Futilis itaque ratio eſt, vocem *vexillo* ſuſpectam habere, quia de *tubæ ſigno* ſubjungitur: quaſi verò non eodem tempore duplici hoc ſigno, *vexillô* nempe & *tubâ*, Imperatores uterentur. *Montan.*

Quum militari more] Solent imperatores publicè affari ſuos milites ante pugnam. Utile haud dubiè vetus hoc inſtitutum, cùm imperator conſilio & ſæpe eloquio validus, & ſemper auctoritate, ſuos compoſitâ oratione excitaret, & vel timidis robur ac vires daret. Ab illo autem ardore recta ad pugnam ibant, cùm præſentia imperatoris adhuc in oculis, verba in auribus verſarentur. Alloquebatur autem Imperator ſuos milites, vel interequitans ordines, ſub ipſam pugnam: vel in caſtris, aut etiam in ipſo campo, à tribunali, ſubitò è ceſpite erecto. Altior enim eſſe debebat, & ad auditum faciliorem & latiorem, tum ad auctoritatem. Circa hunc ceſpitem ſive tribunal milites diſpoſiti non confusè, nec ut quiſque accurrerat, ſed per manipulos & turmas. Ubi & vexilla prælata, id eſt, ſigna manipu-

memoravit, teſtibus ſe militibus uti poſſe, quan- tô ſtudiô pacem petiſſet: quæ per Vatinium in col- loquiis, quæ per A. Clodium cum Scipione egiſſet: quibus modis ad Oricum cum Libone de mitten- dis legatis contendiſſet: neque ſe unquam abuti mi- litum ſanguine, neque Rempublicam alterutrô exer- citu privare voluiſſe. Hâc habitâ oratione, expoſcen- tibus militibus, & ſtudiô pugnæ ardentibus, tuba ſi- gnum dedit. Erat Craſtinus evocatus in exercitu Cæſa- ris, qui ſuperiore anno apud eum primum pilum in legione x duxerat, vir ſingulari virtute. Hic, ſigno datô, Sequimini me, inquit, manipulares mei qui fuiſtis; & veſtro Imperatori, quam conſtituiſtis, o- peram date. Unum hoc prælium ſupereſt: quô con- fecto, & ille ſuam dignitatem, & nos noſtram li- bertatem recuperabimus. Simul reſpiciens Cæſarem; Faciam, inquit, hodie, Imperator, ut aut vivo mihi aut mortuo gratias agas. Hæc quum dixiſſet, primus ex dextrô

nipulorum turmarumque & ipſarum legionum, & juxta ea Centuriones & Duces; etſi legati & Tribuni, fortaſſe à lateribus, aut à tergo Imperatoris. *Lipſius.*

Erat Craſtinus evocatus] Plutarchus interrogatum à Cæſare ſcribit, ecquam rei bene gerendæ ſpem haberet; deinde reſpondiſſe, protensâ dexterâ: *Vincemus clariſſimè, & hodie, ô Cæſar, vel vivum me, vel mortuum laudabis.* Lucanus per apoſtrophen ſic Craſtino imprecatur:

Dii tibi non mortem, quæ cunctis pœna paratur,
Sed ſenſum poſt fata tuæ dent, Craſtine, morti,
Cujus torta manu commiſit lancea bellum. Montan.

Primum pilum] *Primopilus* variè appellabatur; *centurio primi pili*, & *primipilus* & *primopilus* ſimpliciter, vocibus junctis. Item abſolutè Primus Centurio, ἡγεμὼν τοῦ τάγματος, Dux aut Princeps legionis. Erat enim ipſe caput & ductor omnium centurionum. Præerat idem ita etiam aquilæ, ut ſub iter ipſe revelleret, & ſignifero ſuo in manus daret: quin etiam in ipsâ acie aſſiſtebat aut tuebatur. Quia igitur aquila in Primipili tutela, & ei velut aſſignata, inde manavit, ut aquila pro ipsô illô munere & primopilatu uſurparetur. *Lipſius.*

Sequimini me, inquit, manipulares mei, qui fuiſtis] Ait *qui fuiſtis*, aut quia ipſe Craſtinus evocatus jam non iis præerat, aut quia jam illi non eſſent ſic vocandi, non ultra ſcilicet gregarii, ſed veterani, & inſignes. Lipſius lib. I de milit. Rom. dialog. 8. vide eundem de *manipulis militum* dialog. 2. Erat autem inter militares voces *Sequere miles.* Livius libr. 3 Annal. *Accelera ſignifer, ſequere miles.* Briſſonium vide de formulis: in quibus & illa: *Qui Rempubl. ſalvam eſſe vult: me ſequatur.* Brant.

Admo-

lextrô cornu procurrit: atque eum milites electi circiter cxx voluntarii ejuſdem centuriæ ſunt proſecuti. Inter duas acies tantum erat relictum ſpatii, ut ſatis eſſet ad concurſum utriuſque exercitus. Sed Pompeius ſuis rædixerat, ut Cæſaris impetum exciperent, neve ſe ocô moverent; aciemque ejus diſtrahi paterentur. Idque admonitu C. Triarii feciſſe dicebatur: ut primus xcurſus viſque militum infringeretur; acieſque diſtenleretur; atque ſuis ordinibus diſpoſiti diſperſos adorientur: Levius quoque caſura pila ſperabat, in locô reentis militibus, quàm ſi ipſi immiſſis telis occurriſſent. ſimul fore, ut, duplicato curſu, Cæſaris milites exaninarentur, & laſſitudine conficerentur. Quod nobis uidem nulla ratione factum à Pompeio videtur: proterea quod eſt quædam animi incitatio atque alacritas aturaliter innata omnibus, quæ ſtudio pugnæ incenlitur. Hanc non reprimere, ſed augere Imperatores ebent. Neque fruſtra antiquitus inſtitutum eſt, ut ſina undique concinerent, clamoremque univerſi tollerent; quibus rebus & hoſtes terreri, & ſuos incitari exiſti-

Admonitu C. Triarii] *Triarii* gentis ant Valeriæ. Porro hic *C. Triarius* iquando legatus Luculli fuit in bello ithridatico, ubi & cladem paſſus eſt. rit in hôc bellô civili, quemadmoum teſtis eſt Cicero in Bruto. *Gland.*

Sed augere Imperatores debent] Hinc ud Cicer. Philip.4: *Faciam igitur, ut peratores inſtructâ acie ſolent: quamam paratiſſimos milites ad præliandum deant, ut eos tamen adhortentur, ſic ego s erectos & ardentes ad libertatem recurandam adhortabor.* Montan.

Signa concinerent] Quintil. 1, cap.10: *uid autem aliud in noſtris legionibus cora ac tubæ faciunt? quorum concentus antò eſt vehementior, tantò Romana in lô gloria ceteris præſtat.* Idem.

Clamoremque univerſi tollerent] Claſum excepit clamor militum; itaque edebatur in ipsâ jam imminente conjunctione & conflictu, incitatio pariter animi & virium, atque hoſti terror. Nam hos habebat fines. Itaque ante, & cum eminus ſilentium vaſtum erat; incurſus & impetus duntaxat cum clamore factus. Vetus hercle hoc inſtitutum, & Romuli ævo uſitatum. Duplicem habuit cauſam, ut Cæſar hic innuit, hoſtium terrorem & ſui incitamentum. Probabile eſt hunc clamorem fuiſſe voces aliquot confuſas, repetitas, nec quicquam ſignificantes, cujuſmodi ſubitæ & primi impetus eſſe ſolent, ſyllabæ potius, quàm verba. Nec clamore tantum uſi Romani, ſed, etiam ſtrepitu & concuſſione armorum. Quod ipſum uſurpabant etiam nondum vicino hoſte, & cum duci in eum vellent. *Lipſius.*

exiſtimaverunt. Sed noſtri milites datô ſignô, quum i- feſtis pilis procucurriſſent atque animadvertiſſent n concurri à Pompeianis, uſu periti, ac ſuperioribus p- gnis exercitati, ſua ſponte curſum repreſſerunt, & medium fere ſpatium conſtiterunt, ne conſumptis vi- bus appropinquarent, parvoque intermiſsô tempo ſpatiô, ac rurſus renovatô curſu, pila miſerunt; cele- terque, ut erat præceptum à Cæſare, gladios ſtrinx- runt. Neque verò Pompeiani huic rei defuerunt: na & tela miſſa exceperunt, & impetum legionum tul- runt, & ordines conſervaverunt; piliſque miſſis ad gl dios redierunt. Eodem tempore equites à ſiniſtro Po peii cornu, ut erat imperatum, univerſi procucurr runt: omniſque multitudo ſagittariorum ſe profudi quorum impetum noſter equitatus non tulit, ſed pau lum loco motus ceſſit: equiteſque Pompeiani hoc acri inſtare, & ſe turmatim explicare, aciemque noſtram latere aperto circuire cœperunt. Quod ubi Cæſar an madvertit, IV aciei, quam inſtituerat ſex cohortiu numero, ſignum dedit. Illi celeriter procucurrerun infeſtiſque ſignis tantâ vi in Pompeii equites impetu fecerunt; ut eorum nemo conſiſteret, omneſque co verſi non ſolum loco excederent, ſed protinus incitat

fu

Eodem tempore equites à ſiniſtro cornu, &c.] Non ita multo ante Cæſar cauſam reddidit, cur Pompeius equites, ſagittarios ac funditores in ſiniſtro cornu ſtatuerit: nimirum quod rivus impeditis ripis dextrum cornu muniret. *Rhellican.*

A latere aperto] Hoc eſt, quod Pompeius ſuis ante pugnam prædixerat. *Id.*

Quam inſtituerat] Scilicet *in hoc, ut Pompeiano equitatui opponeret.* Idem.

Infeſtiſque ſignis] Laur. Valla lib. elegantiarum 4, cap.293, hanc differentiam inter vocem *infenſus*, & *infeſtus*, eſſe tradit: ut illa vehementer iratum, & odium gerentem, hæc verò vehementer moleſtum, atque in adverſu hoſtem vadentem virum ſignificet. I deque *infeſtare*, incurſibus crebris mol ſtiâ afficere, & *ſigna infeſta*, quæ in a verſum tendunt, hoc eſt, vexilla in h ſtem tendentia, ut moleſtiam inferan dici. *Idem.*

Omneſque converſi] Plutarchus & A pianus converſionis cauſam ſcribu hanc fuiſſe, quod Cæſariani Pompei norum ora & vultus tantum peterer Juvenes autem formâ florentes, huju modi vulnerum metu territos, ceſſiſ Frontinus quoque lib. Strateg. 4: *C. C ſar*, inquit, *cùm in partibus Pompeia magna equitum Romanorum eſſet man*

eaq

gâ montes altiſſimos peterent. Quibus ſummotis, o-nes ſagittarii funditoreſque deſtituti inermes, ſine præ-dio interfecti ſunt. Eodem impetu cohortes ſiniſtrum ornu, pugnantibus etiam tum ac reſiſtentibus in acie ompeianis, circumierunt, eoſque à tergo ſunt ador- Eodem tempore tertiam aciem Cæſar, quæ quieta erat, & ſe ad id tempus loco tenuerat, procurrere ſſit. Ita, quum recentes atque integri defeſſis ſucceſ-ſent, alii autem à tergo adorirentur; ſuſtinere Pom-iani non potuerunt, atque univerſi terga verterunt. eque verò Cæſarem fefellit, quin ab iis cohortibus, æ contra equitatum in IV acie collocatæ eſſent, ini-um victoriæ oriretur; ut ipſe in cohortandis militibus onunciaverat. Ab his enim primum equitatus eſt pul-s: ab iiſdem facta cædes ſagittariorum atque fundito-um: ab iiſdem acies Pompeiana à ſiniſtra parte erat cir-umventa, atque initium fugæ factum. Sed Pompeius, equitatum pulſum vidit, atque eam partem, cui aximè confidebat, perterritam animadvertit, aliis iffiſus acie exceſſit, protinuſque ſe in caſtra equo con-ulit; & iis centurionibus, quos in ſtatione ad præto-am portam poſuerat, clarè, ut milites exaudirent, Tuea-

que armorum ſcientia milites conficeret, s oculoſque eorum gladiis peti juſſit, & adverſam faciem cædere coëgit. Sic Lu-nus 7:

Adverſoſque jubet ferro contundere vultus. Montan.

Sine præſidio] Supple *equitum*, *in-fecti ſunt.* Quorum cædem Lucanus .7 in hæc verba depingit.

Vt primum ſonipes transfixus pectora ferro,
In caput effuſi calcavit membra regentis:
Omnis eques ceſſit campus, glomerataque pubes
In ſua converſis præceps ruit agmina frenis.
Perdidit inde modum cædes, ac nulla ſecuta eſt
Pugna: ſed hinc jugulis, hinc ferro bella geruntur.
Nec valet hæc acies tantum proſternere, quantum
Inde perire poteſt. Montan.

Cui maximè confidebat] Utpote qui ante pugnam initam jactaſſet, equitatus ſui opera futurum eſſe, ut Cæſaris exercitus pelleretur antea, quàm ullum telum à Cæſareanis in hoſtes mitti poſſet. Cum verò dicit, *atque eam partem*; etiam *Cilicienſem atque Hiſpanicam legionem* innuere videtur. Siquidem Pompeius (ut Cæſar paulo ſuperius meminit) has tanquam firmiſſimas in dextro collocaverat cornu. *Rhellican.*

Ad prætoriam portam poſuerat] Vegetius lib. I, cap. 23, hujus portæ ſitum in hæc

Tueamini, inquit, caſtra & defendite diligenter, quid durius acciderit. Ego reliquas portas circumec & caſtrorum præſidia confirmo. Hæc quum dixiſſet, in prætorium contulit, ſummæ rei diffidens & tame eventum exſpectans. Cæſar, Pompeianis ex fuga intı vallum compulſis, nullum ſpatium perterritis dare c portere æſtimans, milites cohortatus eſt; ut benefici fortunæ uterentur, caſtraque oppugnarent: qui, et magno æſtu fatigati; (nam ad meridiem res erat per ducta) tamen, ad omnem laborem animo parati, im perio paruerunt. Caſtra à cohortibus, quæ ibi præſidi erant relictæ, induſtriè defendebantur; multò etiam a crius à Thracibus barbariſque auxiliis. Nam qui acie re fugerant milites, & animo perterriti & laſſitudine con fecti, miſſis plerique armis ſigniſque militaribus, ma gis de reliquâ fugâ, quàm de caſtrorum defenſione co gitabant. Neque verò diutius, qui in vallo conſtiterant multitudinem telorum ſuſtinere potuerunt; ſed confect vulneribus locum reliquerunt; protinuſque omnes, du cibus uſi centurionibus tribuniſque militum in altiſſimo montes, qui ad caſtra pertinebant, confugerunt. In ca ſtris Pompeii videre licuit triclinia ſtrata, magnum ar gent

in hæc verba deſcribit: *Porta, quæ appellatur Prætoria; aut orientem ſpectare debet, aut illum locum, qui ad hoſteis reſpicit: aut ſi iter agitur: illam portam debet attendere, ad quam eſt profecturus exercitus.* Montan.

Se in Prætorium contulit] Plutarchus teſtatur, Pompeium, cladem jam ſuorum videntem, lentô gradu, nemine allocuto, in caſtra abiiſſe, tacitumque tam diu in tentorio conſediſſe, donec Cæſariani in caſtra irrupiſſent. Tum unâ hâc editâ voce, *ad caſtrane etiam*? Veſte, qualis præſenti fortunæ conveniebat, indutus profugit. *Montan.*

Nullum ſpatium perterritis] Suetonius auctor eſt, Cæſarem nullum unquam hoſtem viciſſe, quem non ſtatim quoque caſtris exuerit; quæ re nullum dare ſpatium perterritis ſoli tum, oſtendit. *Glandor.*

Triclinia ſtrata] Pro *tricliniis* alii ſub ſtituunt *tericlia*, quæ pocula pretioſ ſunt, alii *trichilæ*, quæ teſte Rhodigi no, ſtragulæ veſtis pertenuis genu ſunt. Sed ſanius lectionem retineri pro bat Hotomannus. Præter alias ratione etiam has adfert; *Sternere triclinium & argentum exponere*, quæ Cæſar hoc loc conjungit, uſitatè etiam ab aliis aucto ribus conjunguntur. Cicero in Verr. 6 *Cùm eſſent triclinia ſtrata, argentumqu expoſitum in ædibus.* Item Verrina 5 *Cùm Apronius è palæſtrâ rediſſet, & in tri clinio, quod in foro ſtraverat, decubuiſſet ſtatuitur Lollius in illo gladiatorum con vivi

enti pondus expoſitum, recentibus ceſpitibus tabernacula conſtrata, L. etiam Lentuli, & nonnullorum taernacula protecta edera, multaque præterea, quæ niiam luxuriam & victoriæ fiduciam deſignarent: ut fale æſtimari poſſet, nihil eos de eventu ejus diëi timuiſ-, qui non neceſſarias conquirerent voluptates, atque miſerrimo ac patientiſſimo exercitui Cæſaris luxuriem bjiciebant, cui ſemper omnia ad neceſſarium uſum efuiſſent. Pompeius jam, quum intra vallum noſtri erſarentur, equum nactus, detractis inſignibus Imperato-

vio. Et mox: *Publicè ſibi convivia pa- i, ſterni triclinia etiam in foro judebat.* em in Muræn. *Rogatus eſt à Maximo, triclinium ſterneret.* Et mox: *Stravit iculis hœdinis lectulos Puniceos, expo- t vaſa Samia.* Poſtremò video genus c ipſum deliciarum, triclinii ſcilicet caſtris parati, ſimiliter à Livio vitio rti Romanis quibuſdam. Nam l. 40: *etorio*, inquit, *dejecto, direptis quæ ibi runt, ad quæſtorium, forum, quinta- nque hoſtes pervenerunt. Ibi cum o- ium rerum paratam expoſitamque co- m, & ſtratos lectos in quæſtorio inveniſ- t, Regulus accubans epulari cœpit.* De entia & luxurie Pompeianorum m Plutarchus teſtatur. Ait ille: *o- ia tabernacula myrto fuerunt coronata, e ſtragula verſicolore exornata, menſæ ulis inſtructæ, appoſiti crateres vini; at- : omnino is apparatus, qualis hominum rificantium & feſtos dies agentium eſt ius, quàm ad pugnam euntium.* Mon- us.

Magnum argenti pondus] Per *argenti dus* argenteorum vaſorum vis & ltitudo intelligenda eſt; dicitur e- n *μετωνυμικῶς*, materia pro mate- o. Carpit autem Cæſar argentum oſitum. Et id meritiſſimò, nec olim nittebat frugalitas caſtrenſis. Spar- nus de Peſcennio: *Cùm milites quoſ- n in caveo argenteo, expeditionis tem- , bibere vidiſſet, juſſit omne argentum moveri de caſtris, additô eô, ut ligneis is uterentur.* Et Plinius de Spartaco, *interdixiſſe caſtris ſuis, ne quis aurum haberet aut argentum.* Idem.

Recentibus ceſpitibus] Quod ceſpitibus tabernacula conſtrata erant, non damnat Cæſar; ſed quod recentibus ceſpitibus, quaſi ad lætum & feſtum apparatum. *Lipſius.*

Exercitui Cæſaris luxuriem objiciebant] Suetonius in Julio cap. 67: *Ac nonnunquam poſt magnam pugnam atque victoriam remiſſo officiorum munere licentiam omnem paſſim laſciviendi permittebat: jactare ſolitus, milites ſuos etiam unguentatos bene pugnare poſſe, nec milites eos pro concione, ſed blandiori voce, commilitones appellabat: habebatque tam cultos, ut argento & auro politis armis ornaret; ſimul & ad ſpeciem, & quô tenaciores eorum in prælio eſſent metu damni.* Montan.

Equum nactus] Equum hunc, teſte Plutarcho, paulum extra caſtra progreſſus, dimiſit, pauciſque admodum comitatus, nemine hoſtium inſequente, abiit, tacitè animoque verſans, ut triginta quatuor annorum lauros unâ horâ in ſenectute ſuâ diſrupiſſet. *Montan.*

Detractis inſignibus] Sibine, an equo, an utrique? ambiguum eſt. Ad equum referre videtur Lipſius lib. 2 de milit. dialog. 12. Inſignia autem fuiſſe phaleras & aurum fortaſſe & coccineum ſtratum. De Alexandro Q. Curtius ſcribit lib. 8, eum Taxili inter alia dona miſiſſe *triginta equos, cum iiſdem inſignibus, quibus aſſueverant, cum ipſum veherent.* Brant.

Decu-

toris, decumanâ portâ ſe ex caſtris ejecit; protinuſq equô citatô Lariſſam contendit. Neque ibi conſtiti ſed eadem celeritate paucos ſuorum ex fuga nactus, n cturno itinere non intermiſſo, comitatu equitum xx ad mare pervenit, navemque frumentariam conſcend ſæpe, ut dicebatur, querens; tantum ſe opinionem f felliſſe, ut à quo genere hominum victoriam ſperaſſe ab eô initiô fugæ factô, pene proditus videretur. C ſar caſtris potitus à militibus contendit, ne in præda o cupati reliqui negotii gerendi facultatem dimitterer Quâ re impetratâ, montem opere circumvenire inſt tuit. Pompeiani, quod is mons erat ſine aquâ, diffi ei loco, relicto monte, univerſi [juris ejus] Lariſſa verſus ſe recipere cœperunt. Quâ re animadversâ, Ca ſar copias ſuas diviſit; partemque legionum in caſtr Pompeii remanere juſſit, partem in ſua caſtra remiſi IV ſecum legiones duxit; commodioreque itinere Pon peianis occurrere cœpit: & progreſſus millia paſſuu VI aciem inſtruxit. Quâ re animadversâ, Pompeiani i quodam monte conſtiterunt. Hunc montem flume ſubluebat. Cæſar, milites cohortatus, etſi totius di

con

Decumanâ portâ] Cur *Decumana*? Ea tutior aliis ad effugiendum: quia remotiſſima ab hoſte. Dicta ita eſt, vel quod ampla & patens, vel quod cohortes Decimæ ibi tenderent. *Montan.*

Neque ibi conſtitit] Lariſſa per Tempe iter habuit ad mare. *Idem.*

Paucos ſuorum] Paterculus, Appianus & Plutarchus quatuor cum illo fugiſſe ſcribunt, duos videlicet Lentulos Conſulares, Favonium Prætorium, & Sextum filium. *Glandor.*

Navemque frumentariam aſcendit] Navem hanc juſtæ magnitudinis onerariam vocat Plutarchus: cui præerat Peticius quidam vir Romanus; qui præterita nocte Pompeium ſqualido vultu & habitu ſibi colloquentem viderat in ſomnis. Narrabat hoc forte; cum è fluviatili lembo, homines quoſdam v ſtes concutere manuſque protende aſpexit. Inhibitô remigiô, agnovit ſt tim Pompeium, qualis per inſomniu apparuerat, & in navem recepit. *Mo tanus.*

A quo genere hominum] Nempe equitibus; qui (ut ſupra ſcribit Cæſa Pompeio confirmaverant, ſe Cæſa exercitum diſſipaturos, antequam aci utrinque inter ſe concurrerent. At tandem pollicitis ſuis parum ſtante fugæ initium fecerunt: cohortibus C ſareanis ex quartâ acie fortiter rem g rentibus. *Rhellican.*

Iuris ejus] Certus eſt ſenſus in h verbis nullus. Manutius & Hotoma nus, ſi non utraque vox delenda e bene ſubſtituunt *viris*, *equis.* Idem.

ntinenti labore erant confecti, noxque jam ſuberat,
men munitione flumen à monte ſecluſit, ne noctu
mpeiani aquari poſſent. Quô jam perfectô opere,
i de deditione, miſſis legatis, agere cœperunt. Pauci
dinis Senatorii, qui ſe cum iis conjunxerant, noctu
gâ ſalutem petierunt. Cæſar primâ luce omnes eos,
i in monte conſederant, ex ſuperioribus locis in pla-
ciem deſcendere atque arma projicere juſſit: quod u-
ſine recuſatione fecerunt, paſſiſque palmis, projecti
terram, flentes, ab eo petierunt ſalutem; conſola-
s conſurgere juſſit; & pauca apud eos de lenitate ſuâ
cutus, quo minore eſſent timore, omnes conſervavit;
ilitibuſque ſuis juſſit, ne qui eorum violarentur, neu
id ſui deſiderarent. Hac adhibitâ diligentiâ, ex ca-
is ſibi legiones alias occurrere, & eas quas ſecum du-
rat, invicem requieſcere, atque in caſtra reverti juſ-
: eodemque die Lariſſam pervenit. In eô præliô non
plius CC milites deſideravit; ſed centuriones, fortes
os, circiter XXX amiſit. Interfectus eſt etiam fortiſ-
nè pugnans Craſtinus, cujus mentionem ſupra feci-
us, gladiô in os adverſum conjectô. Neque id fuit
lſum, quod ille in pugnam proficiſcens dixerat. Sic
im Cæſar exiſtimabat, eô præliô excellentiſſimam vir-
tem Craſtini fuiſſe; optimeque eum de ſe meritum
dicabat. Ex Pompeiano exercitu circiter millia XV ce-
cidiſſe

De lenitate ſua] Salluſtius teſtatur ſarem manſuetudine & clementia um fuiſſe. Seneca etiam ait lib. de 2: *Cum ſarcinam*, inquit, *deprehen- t epiſtolarum ad Pompeium miſſarum, is qui videbantur aut in adverſis, aut eutris fuiſſe partibus, combuſſit. Quam- enim moderate ſoleret iraſci, maluit ta- non poſſe. Gratiſſimum putavit genus iæ, neſcire quid quiſque peccaſſet.* Idem.

Lariſſam pervenit] Pompeius hanc em, teſte Dione, ingredi noluerat, culpam ſuſtinendam haberet: & n cives illi obviam iiſſent, dixiſſe fertur, Valerio Maximo auctore, *Ite, præſtate illud officium victori.* Idem.

In os adverſum] Sic ut gladius ſupra occiput exiret, quemadmodum Plutarchus ait. *Montan.*

Optimeque eum de ſe meritum] Appianus ſcribit, Cæſarem memorem virtutis ejus & navatæ operæ, inſigne illi ſepulcrum excitari, & munera, quibus ampliſſimis defunctum donavit, eodem cum illo inferri, juſſiſſe. *Idem.*

Circiter millia XV] Sic quidem Oroſius. Appianus ait quoſdam ſcripſiſſe XXV. Sed ſi Pompeius XLV millia ha-
buit,

cidiſſe videbantur : ſed in deditionem venerunt ampliu millia XXIV. Namque etiam cohortes, quæ præſidi in caſtellis fuerant, ſeſe Sullæ dediderunt. Multi præ terea in finitimas civitates refugerunt : ſignaque milita ria ex prælio ad Cæſarem ſunt relata CLXXX, & aquil IX. L. Domitius ex caſtris in montem refugiens, quur vires eum laſſitudine defeciſſent, ab equitibus eſt inte fectus. Eodem tempore D. Lælius cum Claſſe ad Brun diſium venit; eademque ratione, qua factum à Libon antea demonſtravimus, inſulam objectam portui Brur diſino tenuit. Similiter Vatinius, qui Brundiſio præera tectis inſtratiſque ſcaphis elicuit naves Lælianas; atqu ex his longius productam unam quinqueremem; & m nores duas in anguſtiis portus cepit: itemque per equi tes diſpoſitos aquâ prohibere claſſiarios inſtituit. Se Lælius, tempore anni commodiore uſus ad navigan dum, onerariis navibus Corcyrâ Dyrrhachioque aquar ſuis ſupportabat; neque à propoſito deterrebatur; ne

qu

buit, in deditionemque venerunt XXIV millia, verior eorum qui ceciderunt numerus eſt XV. Aſinius tamen Pollio *ſex* tantum *millia* fuiſſe tradit, auctore Appiano & Plutarcho; niſi ſi civium Romanorum eum numerum forte ſcripſit. *Ciaccon.*

Signa militaria ex prælio ad Cæſarem ſunt relata CLXXX, *& aquilæ* LIX] Liber meus habet, *aquilæ* IX & quamvis numerus indicet *novem*; *o* tamen ſuperpoſitum, *octo* ſignificat; nam ex novem legionum aquilis, quas habuit Pompeius, veriſimile eſt aliquam unam fuiſſe conſervatam. Legendum itaque videtur *aquilæ* VIII. Cum autem ſinguli manipuli ſigna ſingula ferebant, & cohors manipulos tres habebat, non omnia ſigna relata eſſe videntur. *Idem.*

L. Domitius ex caſtris refugiens] Non ſine cauſa *Domitii* meminit, ut hominis infeſtiſſimi, qui ſucceſſor Galliarum nominatus erat. Cicero Philipp. 2, à M. Antonio occiſum memorat. Cæterùm præter Domitium perierunt novem ſ natores, & equites illuſtriores circit XL, quorum interitum Cæſar prude diſſimulat. *Glandor.*

Cum claſſe ad Brundiſium venit] videtur abundare : aut quoniam cla Aſiaticæ præerat, ut ſupra hôc librô c citur, forte legendum, *cum claſſe Aſia ca Brundiſium venit.* Quomodo de C ſio dixit infra : *Iiſdem fere tempori Caſſius cum claſſe Syrorum*, &c. Et ſup hoc ipſo libro : *Quibus cognitis rebus C Pompeii filius, qui claſſi Ægyptiæ præer* Et ſæpe alibi. Veriſimile eſt ſcriptu fuiſſe, *cum claſſe Aſiat. Brundiſium.* I que, *ad*, ex poſtremâ ſyllabâ vocis *ſiat.* remanſiſſe. *Ciaccon.* Lælius aute idem eſt, quem in exordio hujus li Aſiaticis navibus cum C. Triariô pra ctum dixit. *Montan.*

Vatinius] De Vatinii contra Oc vium victoriâ navali ſequenti libro cetur. *Idem.*

Caſſi

ue ante prælium in Theſſaliâ factum cognitum, aut gnominiâ amiſſarum navium, aut neceſſariarum rerum iopiâ, ex portu inſulaque expelli potuit. Iiſdem fere emporibus Caſſius cum claſſe Syrorum & Phœnicum Cilicum in Siciliam venit: & quum eſſet Cæſaris laſſis diviſa in duas partes, & dimidiæ parti præeſſet . Sulpicius prætor Liboque ad fretum, dimidiæ M. omponius ad Meſſanam, prius Caſſius ad Meſſanam avibus advolavit, quàm Pomponius de ejus adventu ognoſceret, perturbatumque eum nactus, nullis cu-odiis neque ordinibus certis, magnô ventô & ſecun-ô completas onerarias naves tædâ & pice & ſtupâ reli-uiſque rebus, quæ ſunt ad incendia, in Pomponianam laſſem immiſit, atque omnes naves incendit XXXV; quibus erant XX conſtratæ: tantuſque eô factô timor ceſſit; ut, quum eſſet legio præſidio Meſſanæ, vix pidum defenderetur: & niſi eô ipsô tempore nuncii de Cæſaris victoria per diſpoſitos equites eſſent allati, exi-imabant plerique futurum fuiſſe, ut amitteretur. Sed pportuniſſimè nunciis allatis opidum fuit defenſum; Caſſiuſque ad Sulpicianam inde claſſem profectus eſt & ibonem: applicatiſque noſtris ad terram navibus, pro-ter eundem timorem, pari, atque antea, ratione egit. Secun-

Caſſius cum claſſe] Memorabile eſt, uod Plutarchus in Pompeio ſcribit, um Pompeius tantum navalibus co-is valeret, non aliud ipſius gravius eccatum fuiſſe, aut callidius Cæſaris onſilium, quàm quod tam procul à aſſis auxilio prælium abſtraxerit. *Ho-man.* Tres autem Caſſii fuerunt, Lu-us, Caius, & Quintus. Ex his Lucius Quintus pro Cæſare erant, Caius o Pompeio. *Glarean.*

P. Sulpicius] Idem forte eſt ille P. ulpicius Rufus, Tragicus & grandis rator: cujus in ſuperioribus libris ali-uoties mentio facta eſt. Sed ibi Lega-is vocatur, hic Prætor. *Montan.*

Prætor Liboque] Plerique libri ha-bent *Prætor Vibone ad fretum.* Plinius *Hippo quod nunc Vibonem Valentiam vo-camus.* Ptolemæus ita quoque nomi-nat, non longè à Locris poſt Brutios in Italiâ. Fere eſt ut lectioni huic ſubſcri-bam; Libonis enim nuſquam mentio-nem factam legi, qui à partibus Cæſaris ſtetiſſet, ſed quidem Pompeii, claſſi Achaicæ ab illo præfectus. *Idem.*

M. Pomponius] Gens Pomponiâ fa-milias habuit Baſſorum, Secundorum, Atticorum Labeonumque. Quis autem qualiſve hic fuerit, ignorare me fateor. De Meſſanâ aliâs dictum. *Idem.*

Secundum nactus ventum, onerarias naves circiter x praeparatas ad incendium immiſit: & flammâ ab utro que cornu comprehensâ, naves ſunt combuſtæ v Quumque ignis magnitudine venti latius ſerperet; m lites, qui ex veteribus legionibus erant relicti præſidi navibus, ex numero ægrorum, ignominiam non tule runt, ſed ſua ſponte naves conſcenderunt, & à terr ſolverunt: impetuque facto in Caſſianam claſſem quinqueremes II, in quarum altera erat Caſſius, cepe runt. Sed Caſſius exceptus ſcapha refugit. Prætere duæ ſunt deprehenſæ triremes. Neque multò poſt d præliô factô in Theſſaliâ cognitum eſt; ut ipſis Pom peianis fides fieret. Nam ante id tempus fingi à legat amiciſque Cæſaris arbitrabantur. Quibus rebus cogn tis, ex iis locis Caſſius cum claſſe diſceſſit. Cæſar o mnibus rebus relictis, perſequendum ſibi Pompeium ex ſtimavit, quaſcumque in partes ex fuga ſe recepiſſet; n rurſus copias comparare alias, & bellum renovare po ſet; & quantum itineris equitatu efficere poterat, quoti die progrediebatur; legionemq; unam minoribus itiner bus ſubſequi juſſit. Erat Edictum Pompeii nomine Am phipoli propoſitum, uti omnes ejus provinciæ juniores Græci civeſque Romani, jurandi cauſsâ convenirent: ſe utrum avertendæ ſuſpicionis cauſſa Pompeius propo ſuiſſet, ut quàm diutiſſimè longioris fugæ conſilium oc cultaret, an novis delectibus, ſi nemo premeret, Ma cedoniam tenere conaretur, exiſtimari non poterat. Ipſ ad anchoram una nocte conſtitit; & vocatis ad ſe Am phipoli hoſpitibus, & pecunia ad neceſſarios ſumptu corrogata, cognito Cæſaris adventu, ex eô locô diſce ſit, &

Amphipoli] *Amphipolis* civitas Thraciam Macedoniæ jungens, ita dicta eſt, quod eam Strymon amnis circumfluat, Philippo Macedoni (teſte Thucydide) & Athenienſibus bellorum cauſam aliquando dedit: eam Braſides Lacedæmoniorum Dux occupavit. Dicta etiam eſt, ut Sophianus teſtatur, *Eion*, *Cra demna*, *Anadramos*, *Myrica & Nover via*. *Nunc autem Chryſopoli*. Idem.

Mity

t, & Mitylenas paucis diebus venit. Biduum tempe-ate retentus, navibuſque aliis additis actuariis, in Ci-ciam atque inde Cyprum pervenit. Ibi cognoſcit, con-nſu omnium Antiochenſium civiumque Romanorum, ui illic negotiarentur, arcem ante captam eſſe, exclu-endi ſui cauſſâ; nunciosque dimiſſos ad eos, qui ſe ex iga in finitimas civitates recepiſſe dicerentur, ne An-ochiam adirent: id ſi feciſſent, magnô eorum capitis ēriculô futurum. Idem hoc L. Lentulo, qui ſuperiore nno conſul fuerat, & P. Lentulo conſulari, ac non-ullis aliis acciderat Rhodi; qui quum ex fugâ Pom-eium ſequerentur, atque in inſulam veniſſent, o-ido ac portu recepti non erant: miſſiſque ad eos unciis, ut ex iis locis diſcederent, contra volun-tem ſuam naves ſolverunt. Jamque de Cæſaris ad-entu fama ad civitates perferebatur. Quibus cogni-s rebus, Pompeius, depoſitô adeundæ Syriæ con-ſiliô,

Mitylenas] *Mitylenæ, arum*, ut hoc co, vel *Mitylene, es*, ut Plutarchus, bs maxima in inſula Lesbô, à cujus omine nunc ipſa tota *Mitylene* dicitur, ndita eſt à Mitylene Macari filia. Pa-a eſt Theophanis hiſtorici, Pompeii-ue familiaris. Vitruvius magnificen-m urbis commendat, ſed ſtructuram prudentiæ arguit. Nam flante coro ſiunt ejus cives, auſtro ægrotant, ſe-entrione ſanitati reſtituuntur. Hodie phiano *Mitylin* dicitur. Profectus eſt tem Mitylenas Pompeius, ut filium uxorem Corneliam, quam illic pro-er bellorum tumultus ſepoſuerat, aſ-meret, teſtibus Plutarcho, Lucano, & ppiano. Urbem autem hanc, ut & ariſſam, intrare recuſavit; ſed cives ei oviam progreſſos, & auxilium facul-teſque ſuas offerentes, bonô animô ſſe, & Cæſari bono clementique viro irere juſſit. *Idem.*

Cyprum] *Cyprus* olim etiam *Acanti-s, Ceraſtis Aſpelia, Amathuſa, Macha-s, Cryptus* & *Colinia*, inſula inſignis eſt in ſinu Iſſico, inter Ciliciam & Syriam, eximiæ fertilitatis, habens in ambitu tria millia quadringenta & viginti ſta-dia. Hebræis *Chittim*, hodie *Cipro*. Zie-glerus.

Rhodi] *Rhodus*, prius *Ophiuſa*, poſteà *Telchines*, inſula eſt maris Mediterra-nei clariſſima, Apollini olim ſacra. Nunc *Rhodo*. Sophian.

Depoſito adeundæ Syriæ] Lucanus ait, Pompeium conſtituiſſe ſe orientalibus hominibus (ut Parthis & Medis) crede-re, & iſthinc nova auxilia contra Cæ-ſarem comparare: ſed Lentuli conſulis ſententiâ in concilio victum, iter ad Ptolemæum Ægypti regem inſtituiſſe. Idem Plutarchus teſtatur, & rationem addit: quia nempe Parthia in præſens ad ſuſcipiendum & tegendum infirmos ipſos, & ad erigendum, magniſque cum copiis emittendum ſatis haberet opum. Contradicit autem utriſque Dio; refu-tans eos, qui Pompeium ad Parthos profugere voluiſſe ſcribunt. *Tantò enim*, ait, *poſt Craſſi expeditionem odio habebant*

ſiliô, pecuniâ ſocietatis ſublatâ, & à quibuſdam privatis ſumptâ, & æris magnô pondere ad militarem uſum in naves impoſitô, duobuſque millibus hominum armatis, partim quos ex familiis ſocietatum delegerat, partim à negotiatoribus coëgerat, quoſque ex ſuis quiſque ad hanc rem idoneos exiſtimabat, Peluſium pervenit. Ibi caſu rex erat Ptolemæus, puer ætate, magnis copiis cum ſorore Cleopatrâ gerens bellum; quam paucis ante menſibus per ſuos propinquos atque amicos regno expulerat, caſtraque Cleopatræ non longô ſpatiô ab ejus caſtris diſtabant. Ad eum Pompeius miſit, ut pro hoſpitiô atque amicitiâ patris Alexandriâ reciperetur, atque illius opibus in calamitate tegeretur. Sed qui ab eô miſſi erant, confectô legationis officiô, liberius cum militibus regis colloqui cœperunt, eoſque hortari, ut ſuum officium Pompeio præſtarent, neve ejus fortunam deſpicerent. In hoc erant numero complures Pompeii milites; quos ex ejus exercitu acceptos in Syriâ Gabinius Alexandriam tranſduxerat, belloque confecto apud Ptolemæum patrem pueri reliquerat. His tunc cognitis rebus amici regis, qui propter ætatem ejus in procuratione

Romanos Parthi, Pompeiumque imprimis, utpote Craſſi neceſſarium: ut legatum quoque ejus ſuppetiarum petendarum cauſa miſſum, jure gentium violato, in vincula conjecerint. Neque verò Pompeius ſuſtinuiſſet, ſupplex rebus everſis ad inimiciſſimos ſibi homines confugere, à quibus ſalvis etiamnum rebus nihil impetraverat. Montan.

Pecuniâ ſocietatis] Per *pecuniam ſocietatis* nimirum eam intelligit Cæſar, quam Syri ex ſocietatis jure de publico pendebant. Nam ſtatim ſequitur etiam à privatis quibuſdam pecuniam eſſe ſumptam à Pompeio. *Rhellican.*

Peluſium pervenit] Peluſium ad oſtium Nili urbs eſt; *Damiata* hodie Zieglero & Caſtaldo; *Bilbin* C. Aug. Curioni. *Damiatam* non eſſe Peluſium, ſed *Tamiatin* Stephani Byſant. dicit *Gylius*. Auctor autem Pompeio hujus itineris Theophanes ille Lesbius erat. Nam cùm alii Africam & regem Jubam præferrent; hic Ægyptum: à quâ tum triduo itinere aberant: ubi etiam Ptolemæus patri in regno ſucceſſerat: in quod per Pompeium reſtitutus fuerat. *Montan.*

Cleopatra] Eadem eſt, quæ poſtea Antonio nupta, & ab Auguſto victa, ſe ipſam interemit. *Idem.*

Gabinius Alexandriam] Pompeio Syriam Romanis vendicante, & Scaurum prætorem in eâ conſtituente, à Senatu in Scauri locum Gabinius ſubſtitutus eſt, qui bellum Alexandrinis intulit. Alexandria autem Buonacciolo *Scandena* hodie. *Idem.*

Amici regis] Inter eos, apud quos regn

ne erant regni; ſive timore adducti, ut poſtea prædicabant; ne, ſollicitato exercitu regio, Pompeius Alexandriam Ægyptumque occuparet; ſive deſpectâ ejus fortunâ, ut plerumque in calamitate ex amicis inimici exiſtunt; iis, qui erant ab eo miſſi, palam liberaliter reſponderunt, eumque ad regem venire juſſerunt. Ipſi clam conſiliô initô, Achillam præfectum regium ſingulari hominem audacia, & L. Septimium tribunum militum ad interficiendum Pompeium miſerunt. Ab his liberaliter ipſe appellatus, & quadam notitia Septimii productus, quod bello prædonum apud eum ordinem duxerat, naviculam parvulam conſcendit cum paucis ſuis; & ibi ab Achillâ & Septimiô interficitur. Item L. Len-

regni Ægyptiaci procuratio erat, nominantur à Plutarcho tres, cæteros cubicularios, conſiliarios educatoreſque regios auctoritate & imperio antecedentes: Photinus nempe Eunuchus ſummam omnium rerum gubernans, & Ægyptius Achillas, & Theodotus Chius, mercede regem oratoriam docens. Eorum poſtremus, oſtentandæ facundiæ causâ, neutrum aiebat tutum eſſe; nec Pompeium recipere, ne Cæſari hoſtes & Pompeio ſervi fierent: nec eundem non recipere, ne ille eo infenſus redderetur, ut & Cæſar, qui diutius perſequi Pompeium coactus eſſet. Addebat etiam ſubridens, mortuos non mordere. *Idem.*

Bello Prædonum] Piratæ dum Populus Romanus domi ſeditionibus & bello Cimbrico laborat, maria latrociniis vexabant, qui à M. Antonio prætore, à Byſantiis adjuto, in Ciliciam profligati ſunt. Inde cum majore iterum mole convaleſcerent, ut per Mediterraneum mare ubique latrocinarentur, à P. Servilio proconſule per quinquennium in Ciliciâ variè afflicti ſunt. Pergamenon etiam archipirata, qui Ciliciam prædabatur, à L. Metello prætore & mari & terrâ profligatus eſt. Sed cùm ipſorum potentiam hactenus per tot annos tres etiam Imperatores frangere non potuerunt, quin mare Mediterraneum latrociniis ita infeſtarent, ut commeatus & annonæ commercia intercluderent, bellum piraticum lege Gabiniâ ipſi Pompeio permiſſum eſt; ut maria, inſulas, oras maritimas & continentem ad quingenta à litore ſtadia, exercitus, claſſes P. Romani poteſtate extraordinariâ imperio haberet. Pompeius rem per XV legatos aggreſſus proſpere geſſit, ita ut extremâ hieme bellum ab ipſo apparatum ſit, ineunte vere ſuſceptum, mediâ æſtate confectum. *Stadius.*

Cum paucis ſuis] *Pauci* iſti ſunt libertus Philippus, & famulus Scynes, & duo centuriones, quos Pompeius, ſalutatâ Corneliâ uxore, mariti exitum lamentante, cimbam, in quâ Achillas & Septimius, ingredi juſſit. Eos ille ſequutus, cum Achillas manum porrigeret deſcendenti, converſus ad uxorem iambos hos Sophoclis protulit:

Etenim tyranni quiſquis intrat in domum,
Fit ſervus ejus, liber etſi venerit. Montanus.

Ab Achillâ & Septimio interficitur] Plutarchus ſcribit, Septimium primum enſem in eum averſum adegiſſe: ſecundum Salvium, qui centurio ipſius fuerat:

L. Lentulus comprehenditur à rege, & in cuſtodiâ ne catur. Cæſar, quum in Aſiam veniſſet, reperiebat T. Ampium conatum eſſe tollere pecunias Epheſô ex Fan Dianæ; ejuſque rei cauſsâ, ſenatores omnes ex provin ciâ vocaſſe; ut iis teſtibus in ſummâ pecuniæ uteretur: ſed interpellatum adventu Cæſaris profugiſſe. Ita duo bus temporibus Epheſiæ pecuniæ Cæſar auxilium tulit. Item conſtabat, Elide in templo Minervæ, repetitis at que enumeratis diebus, quo die prælium ſecundum fe ciſſet Cæſar, ſimulacrum Victoriæ, quod ante ipſam Mi nervam collocatum erat, & ante ad ſimulacrum Minervæ ſpectabat; ad valvas ſe templi limenque convertiſſe. Eo demque die Antiochiæ in Suriâ bis tantus exercitus cla mo

ſtat: tertium Achillam vulneraſſe. Pompeium nihil ſe indignum elocutum, utraque manu vultum ſuâ togâ texiſſe, atque ita concidiſſe, annos natum undeſexaginta. Tum deinde præciſum caput ad Regem allatum, cadaver autem in litore abjectum, ac diu relictum, donec Philippus quidam Pompeii libertus fragmentis naviculæ piſcatoriæ pro rogô congeſtis, ipſum combuſſit. Qua de re Cicero lib. de Divin. 2 ita ſcribit: *An Cn. Pompeium cenſes tribus ſuis Conſulatibus, tribus triumphis, maximarum rerum gloriâ lætaturum fuiſſe, ſi ſciſſet ſe in ſolitudine Ægyptiorum trucidatum iri, amiſsô exercitu: poſt mortem verò ea conſecutura, quæ ſine lacrymis non poſſumus dicere?* Item lib. Tuſc. 3: *Conſtabat eos qui concidentem vulneribus Cn. Pompeium vidiſſent, cùm in illo acerbiſſimo miſerrimoque ſpectaculo ſibi timerent, quod ſe claſſe hoſtium circumfuſos viderent, nihil tum egiſſe, niſi ut remiges hortarentur, & ut ſalutem adipiſcerentur fugâ: poſteaquam Tyrum veniſſent, tum afflictari lamentarique cœpiſſe.* Hotoman.

Item L. Lentulus] Oroſius lib. 6, cap. 15, neſcio quem ſecutus auctorem, ſcribit Pompeianam claſſem tum quoque direptam, omnibus qui in eâ fuere crudeliſſimè trucidatis, occiſô etiam Pompeiô Bithynicô. Porro ſequenti di comprehenſum & necatum L. Lentu lum, tradit Plutarchus. *Glandor.*

In Aſiam veniſſet] Cæſar iturus in Aſiam, tranſmiſit Helleſpontum, ubi oc currentem ſibi C. Caſſium ſupplicem recepit, ut habet Appianus. *Idem.*

T. Ampium] Alii legunt *T. Appium* pro quo *Tampium* habet Velleius. *Ampia* verò familia nota eſt ex antiquis de nariis & lapidibus. *Viſinus.*

Duobus temporibus] Nam & ante Scipionem idem conantem nunciatu Cæſaris adventus abſterruit. *Montan.*

Elide in templo Minervæ] *Elis* civita apud Olympiam Ægyptiam eſt. Sed præter hæc victoriæ Cæſaris prodigia etiam oſtenta, quibus Pompeii clades prædicta fuit, Dio enumerat. Ait ille *Fulmina in caſtra Pompeii deciderant Ignis in aëre ſupra vallum Cæſaris viſus, i caſtra Pompeii decubuerat: ſignis ejus militaribus apes inſederant: victimæ multæ, quum jam ad altaria adducerentur aufugerant.* Montan.

Antiochiæ in Suria] Syriæ urbs Antiochia eſt, ſuper Oronte fluvio; *Rebla ta* Hebræis. Tempore Juſtiniani *Theopolis*, teſte Volaterrano. hodie *Alepp* Villanovano. *Ortel.*

Ptole

nor & ſignorum ſonus exauditus eſt; ut in muris armata civitas diſcurreret. Hoc idem Ptolemaïde accidit. Pergami in occultis ac remotis templi; quo, præter ſacerdotes, adire fas non eſt, quæ Græci Ἄδυτα appellant, tympana ſonuerunt. Item Trallibus in templo Victoriæ, ubi Cæſaris ſtatuam conſecraverant, palma per eos dies in tecto inter coagmenta lapidum ex pavimento exſtitiſſe oſtendebatur. Cæſar paucos dies in Aſiâ moratus, quum audiſſet Pompeium Cypri viſum; conjectans eum in Ægyptum iter habere, propter neceſſitudines regni reliquaſque ejus loci opportunitates; cum legionibus, unâ, quam ex Theſſaliâ ſe ſequi juſſerat, & alterâ, quam ex

Ptolemaïde] Ptolemaïs urbs Palæſtinæ, *Aca* etiam dicta. Mercatori nunc *Acon*, & aliquibus *Acre*. Ortel.

Pergami] Pergamum Aſiæ Minoris oppidum, Galeni Medicorum Principis patria; *Pergamo* Sophiano. *Montan.*

Ἄδυτα] Vox Græca ἄδυτον, *ſecretum & Penetrale ſacrum*, dicitur ἀπὸ τοῦ α privandi particula καὶ δύμι, id eſt, *non ingredior* ſeu *ſubeo*. Rhellican.

Trallibus] Tralli Aſiæ urbs inter Mæandrum & Caycum fluvios, à Plinio & Ptolemæo Cariæ, à Strabone Ioniæ, à Stephano Lydiæ annumerata. Aliis nominibus etiam *Evanthia*, *Seleucia*, & *Antiochia* appellata. *Montan.*

Vbi Cæſaris ſtatuam] Mirum eſt Cæſarem grande hoc miraculum præteriiſſe, quod Dio tradit: nempe ipſam Deam ad ſimulacrum Cæſaris, cui ex obliquô collocata fuerat, ſe obvertiſſe. *Montan.*

Palma per eos dies in tecto inter coagmenta lapidum ex pavimento extitiſſe] Videtur contrarium, *in tecto eſſe*, & *ex pavimento extitiſſe*. Valerius lib. 1, cap. 6, nihil de tecto: *Palmam*, inquit, *viridem Trallibus in æde Victoriæ ſub Cæſaris ſtatua inter coagmenta lapidum juſtæ magnitudinis enatam*. Videndum an intelligi debeat ex pavimento intecto, hoc eſt lapidibus conſtrato, palmam extitiſſe. *Ciaccon.* Enumerant autem Dio, Gellius, Julius Obſequens, Valerius Maximus, Lucanus plura prodigia. Inter ea etiam hæc notatu ſatis digna. Nimirum quod Syris duo juvenes pugnæ hujus exitum annuntiantes; nuſquam poſtea apparuerunt: quodque Cornelius quidam ſacerdos, & *loco nobilis & ſacerdotii religionibus venerandus, & caſtitate vitæ ſanctus: repente motâ mente* (verba Gellii ſunt) *conſpicere ſe procul dixit pugnam acerrimam pugnari; ac deinde cedere alios, alios urgere, cædem, fugam, tela volantia, inſtaurationem pugnæ, impreſſionem, gemitus, vulnera, proinde ut ſi ipſe in prælio verſaretur, coram videre ſeſe vociferatus eſt: ac poſtea ſubitò exclamavit, viciſſe Cæſarem. Ea Cornelii ſacerdotis hariolatio levis tum quidem viſa eſt & vecors: magnæ mox admirationis fuit; quod non modo pugnæ dies, quæ in Theſſaliâ pugnata eſt, neque prælii exitus, qui erat prædictus, idem fuit; ſed omnes quoque pugnandi reciprocæ vices, & ipſa exercituum duorum conflictatio vaticinantis motu atque verbis repræſentata eſt.* Montan.

Propter neceſſitudines regni, &c.] Ptolemæi namque pater per Pompeium regno ſuo priſtino reſtitutus erat. *Rhellicanus.*

Reliquaſque ejus loci opportunitates] Quippe quod finitima regio, principatu ingenti prædita, felix præterea, navibus, frumento pecuniiſq; potens eſſet. *Idem.*

ex Achaiâ à Fuſiô legatô evocaverat equitibuſque DCCC & navibus longis Rhodiis X, & Aſiaticis paucis Alexandriam pervenit. In his erant legionibus hominum II millia CC. Reliqui vulneribus ex præliis & labore ac magnitudine itineris confecti conſequi non potuerant. Sed Cæſar, confiſus fama rerum geſtarum, infirmis auxiliis proficiſci non dubitaverat, atque omnem ſibi locum tutum fore exiſtimabat. Alexandriæ de Pompeii morte cognoſcit: atque ibi primum è navi egrediens clamorem militum audit, quos rex in opido præſidii cauſſa reliquerat; & concurſum ad ſe fieri videt, quod faſces anteferrentur. In hoc omnis multitudo majeſtatem regiam minui prædicabat. Hôc ſedatô tumultu, crebræ continuis diebus ex concurſu multitudinis concitationes fiebant: compluresque milites hujus urbis omnibus partibus interficiebantur. Quibus rebus animadverſis, legiones ſibi alias ex Aſiâ adduci juſſit, quas ex Pompeianis militibus confecerat. Ipſe enim neceſſariò Eteſiis tenebatur; qui Alexandriâ navigantibus ſunt adver-

De Pompeii morte] Livius & Valerius auctores ſunt Ptolemæum regem Cæſari caput Pompeii & annulum obviam miſiſſe, ad quorum conſpectum ille lacrymas non tenuit. Lucanus tamen eas lacrymas fictas fuiſſe ait. *Glandorp.*

Quod faſces anteferrentur] Supple *Cæſari*, utpote conſuli. Cum P. enim Servilio conſul creatus erat, ut ipſe à capite hujus libri teſtatur. Porro (ſi Feneſtellæ credimus) duodecim numero lictores conſulem antecedebant: qui cum faſcibus virgarum ſecurim præferebant. *Rhellican.* Quid autem ſit *faſces anteferrentur*, verba Trebellii Pollionis in Æmiliani Tyranni vita, quæ ſubſcribam, declarant: *Qui cum Theodoto vellet imperium proconſulare decernere, à ſacerdotibus eſt prohibitus: qui dixerunt faſces conſulares ingredi Alexandriam non licere. Cujus rei etiam Ciceronem, cum contra Gabinium loquitur, meminiſſe ſatis novimus. Denique non extat memoria rei frequentatæ. Quare ſcire oportet, Herennium Celſum veſtrum parentem, dum conſulatum cupit, hoc quod deſiderat non licere. Fertur enim apud Memphim in aurea columna Ægyptiis literis ſcriptum, tunc demum Ægyptum liberam fore, cum in eam veniſſent Romani faſces & prætexta Romanorum: quod apud Proculum Grammaticum doctiſſimum ſui temporis virum, cùm de peregrinis regionibus loquitur, invenitur.* Montan.

Quas ex Pompeianis] Dio: *Cæſar deditos omnes conſervans, eos qui ex delectibus conſcripti erant, inter ſuas legiones conſcripſit.* Idem.

Ipſe enim neceſſario eteſiis tenebatur, &c.] Cæſar diſertis verbis ait, *Eteſias ventos ab Alexandriâ navigantibus adverſos eſſe.* Etenim Cicero lib. 2 de naturâ deorum, ventos illos admodum ſalu-

erſiſſimi venti. Interim controverſias regum ad populum Romanum & ad ſe, quod eſſet conſul, pertinere xiſtimans, atque eò magis officio ſuo convenire, quod iperiore conſulatu cum Patre Ptolemæo & lege & SC. ocietas erat facta; oſtendit ſibi placere, regem Ptolemæum atque ſororem ejus Cleopatram, exercitus, quos aberent, dimittere; & de controverſiis jure apud ſe otius, quàm inter ſe armis, diſceptare. Erat in prouratione regni propter ætatem pueri nutritius ejus, euuchus, nomine Pothinus. Is primum inter ſuos queri tque indignari cœpit, regem ad dicendam cauſſam evoari: deinde adjutores quoſdam conſcios ſui nactus ex egiis amicis, exercitum à Peluſiô clam Alexandriam vocavit; atque eundem Achillam, cujus ſupra memiimus, omnibus copiis præfecit. Hunc incitatum ſuis regis inflatum pollicitationibus, quæ fieri vellet, literis nunciiſque edocuit. In teſtamento Ptolemæi patris æredes erant ſcripti ex duobus filiis major, & ex duaus ea, quæ ætate antecedebat. Hæc uti fierent, per mnes Deos perque fœdera, quæ Romæ feciſſet, eodem

lubres & navigantibus commodos ſe dicit: quippe quorum flatu nimii mperentur calores, & à quibus etiam aritimi curſus celeres ac certi dirigan-r. Cui & Strabo lib. 17 aſſentitur di-ns, eteſias Alexandrinis ineunte æ-ate à borealibus partibus & pelago ſpirare, ut æſtatem optimè tranſige-queant. Hactenus illi de Eteſiarum fectu. Quo autem anni tempore ii-em oriantur, ex Aulo Gellio & Plinio dicerimus. Ille namque lib. 2, cap. 22, t eos certô anni tempore (eamque ob uſam οἱ ἐτησίαι ἀπὸ τοῦ ἔτους, id eſt, *no*, nomen ſortiti ſunt) quando vide-et canis exoritur, ex aliâ atque aliâ eli parte ſpirare. Hic verò lib. 2, cap. , illi conſentiens, aſſerit, biduo poſt nis exortum aquilones continuis adraginta diebus perflare, *quos ete-*, inquit, *vocant: mollirique creditur eis Solis vapor, geminatus ardore ſyderis.* Et paulo inferius in eodem capite; *Eteſiæ*, inquit, *noctu deſinunt flare, & à tertiâ diei horâ oriuntur. In Hiſpania & Aſia ab oriente eſt eorum flatus. In Ponto ab Aquilone. Reliquis in partibus à Meridie.* Tantum illi. Ex quorum poſteriore, & III Africæ tabulâ apud Ptolemæum nunc facile conjici poteſt, curnam Alexandriâ naviganteis, eteſias ventos diverſos habeant. Quum enim Alexandria Ægypti metropolis partim verſus occaſum Solis, partim contra aquilonem ſita ſit: ſive quis in Hiſpaniam & Aſiam (quo haud dubiè Cæſar ipſe navigaturus fuerat, ſi ſecundos nactus eſſet ventos) ſive in Pontum regionem, ſive in parteis meridionaleis navigiô aliquis veheretur, eteſiis flantibus, cum iiſdem luctandum erat. *Rhellican.*

dem teſtamento Ptolemæus populum Romanum ob
ſtabatur. Tabulæ teſtamenti, unæ per legatos ejus R
mam erant allatæ; ut in ærario ponerentur; (eæ, qu
propter publicas occupationes poni non potuiſſen
apud Pompeium ſunt depoſitæ;) alteræ, eodem exe
plo, relictæ atque obſignatæ Alexandriæ profereba
tur. De his rebus quum ageretur apud Cæſarem; iſq
maximè vellet pro communi amicô atque arbitrô co
troverſias regum componere; ſubitò exercitus regius
quitatuſque omnis venire Alexandriam nunciatur. C
ſaris copiæ nequaquam erant tantæ, ut eis extra o
dum, ſi eſſet dimicandum confideret. Relinquebatu
ut ſe ſuis locis opido teneret, conſiliumque Achil
cognoſceret. Milites tamen omnes in armis eſſe juſſi
Regemque hortatus eſt; ut ex ſuis neceſſariis, quos h
beret maximæ auctoritatis, legatos ad Achillam mitt
ret; & quid eſſet ſuæ voluntatis, oſtenderet. A qu
miſſi Dioſcorides & Serapion, qui ambo legati Rom
fuerant, magnamque apud patrem Ptolemæum auct
ritatem habuerant, ad Achillam pervenerunt. Quos i
le, quum in conſpectum ejus veniſſent, prius, quà
audiret, aut, cujus rei cauſsâ miſſi eſſent, cognoſcere
corripi ac interfici juſſit. Quorum alter accepto vulne
occupatus, per ſuos pro occiſo ſublatus, alter interf
ctus eſt. Quô factô, regem ut in ſuâ poteſtate hab
ret, Cæſar effecit; magnamque regium nomen apu
ſuos auctoritatem habere exiſtimans; & ut potius pr
vat

Vt in ærario ponerentur] Obſervabis apud vetuſtos Romanos in more fuiſſe, publica inſtrumenta & diplomata in ærario unà cum theſauris conſervare: quum apud nos in archivis & cameris, hoc eſt, teſtudinibus altis conſerventur. *Rhellican.*

Alteræ eodem exemplo, &c.] Annotabis & hoc, quod Valla rectè docuerit, *exemplum* etiam pro *exemplari* (quam *copiam* vulgus ſcribarum nunc voca apud probatos auctores uſurpari. *Ide*

Pro communi amico] Id eſt, pro communis amicus cum regis Ptol mæi; tum ſororis ejus erat. Nam quu pater eorum rex & amicus à popu Romanô vocaretur, & Cæſar ejuſde populi conſulem ageret: conſentaneu eſt, illum utriuſque communem am cum fuiſſe. *Idem.*

ıtô paucorum & latronum conſiliô, quàm regiô ſuſce-
:um bellum videretur. Erant cum Achillâ copiæ, ut
eque numero neque genere hominum, neque uſu
i militaris contemnendæ viderentur. Millia enim XX
ı armis habebat. Hæ conſtabant ex Gabinianis militi-
us: qui jam in conſuetudinem Alexandrinæ vitæ atque
centiæ venerant, & nomen diſciplinamque populi Ro-
ani dedidicerant, uxoreſque duxerant, ex quibus ple-
que liberos habebant. Huc accedebant collecti ex
ædonibus latronibuſque Suriæ Ciliciæque provinciæ
nitimarumque regionum. Multi præterea, capitis da-
nati exſuleſque convenerant: fugitiviſque omnibus
oſtris certus erat Alexandriæ receptus, certaque vitæ
onditio; ut dato nomine militum eſſent numero: quo-
ım ſi quis à Domino comprehenderetur, concurſu
ilitum eripiebatur, qui vim ſuorum, quod in ſimili
ulpa verſabantur, ipſi pro ſuô periculô defendebant.
Ii regum amicos ad mortem depoſcere; hi bona locuple-
ım diripere ſtipendii augendi cauſſa; regis domum obſi-
ere; regno expellere alios, alios accerſere, vetere quo-
am Alexandrini exercitus inſtituto conſueverant. Erant
ræterea equitum millia II, qui inveteraverant complu-
ibus Alexandriæ bellis. Hi Ptolemæum patrem in re-
num reduxerant, Bibuli filios duos interfecerant, bel-
a cum Ægyptiis geſſerant. Hunc uſum rei militaris ha-
bebant.

Hæ conſtabant ex Gabinianis militibus, c.] Plutarchus in Antonii vitâ refert, olemæi precibus Gabinium addu-um, ut exercitum, quem in Syria ha-ebat, in Ægyptum traduceret. *Idem.*

Atque licentiæ venerant, &c.] Strao lib. 17 tradit Alexandriam duobus aribus allui, uno à ſeptentrione, quod *Ægyptium* dicitur: alterô à meridie, uod *Mariæ lacus*, & *Marææotis* appellaır. Hinc procul dubio factum eſt, ut x omnium rerum copiâ, luxus, inglues, ac totius vitæ licentia orta ſit, quâ & Gabiniani milites ex diutinô commerciò jam infecti erant. *Idem.*

Bibuli filios duos interfecerant] Valer. lib. 4, cap. 4: *M. Bibulus vir ampliſſimæ dignitatis, & ſummis honoribus functus, cùm in Syriâ moraretur provinciâ, duos egregiæ indolis filios ſuos à Gabinianis militibus occiſos eſſe cognovit.* Seneca etiam ad Marciam cap. 14: *Bibuli, melioris quam fortioris viri, duo ſimul filii interfecti ſunt, Ægyptio quidem militi ludibrio habiti; ut non minus ipſa orbitate, auctor ejus, digna res lacrymis eſſet.* Montan.

Quæ

bebant. His copiis fidens Achillas, paucitatemque m
litum Cæſaris deſpiciens, occupat Alexandriam, pr
terea opidi partem, quam Cæſar cum militibus ten
bat, primo impetu domum ejus irrumpere conatus e
Sed Cæſar diſpoſitis per vias cohortibus impetum
jus ſuſtinuit. Eodemque tempore pugnatum eſt ad po
tum: ac longè maximam ea res attulit dimicationer
Simul enim, diductis copiis, pluribus viis pugnabatu
& magnâ multitudine naves longas occupare hoſtes c
nabantur: quarum erant auxilio L miſſæ ad Pompeiun
quæ, præliô in Theſſaliâ factô, domum redierant.
læ triremes omnes & quinqueremes erant, aptæ inſtr
ctæque omnibus rebus ad navigandum. Præter ha
XXII erant, quæ præſidii cauſſa Alexandriæ eſſe conſu
verant, conſtratæ omnes. Quas ſi occupaſſent, claſ
Cæſari erepta, portum ac mare totum in ſua poteſta
haberent: commeatu auxiliiſque Cæſarem prohiberen
Itaque tantâ eſt contentione actum, quantâ agi debui
quum ille celerem in ea re victoriam, hi ſalutem ſua
conſiſtere viderent. Sed rem obtinuit Cæſar, omneſq
eas naves & reliquas, quæ erant in navalibus, ince
dit; quod tam latè tueri tam parvâ manu non potera
confeſtimque ad Pharum navibus milites expoſuit. Ph
rus eſt in inſulâ turris, magnâ altitudine, mirificis op
rib

Quæ erant in navalibus incendit, &c.] Paulus Oroſius libr. 6, cap. 15, refert navium iſtarum incendiô urbis partem flammis correptam, quadragintaque librorum millia, proximis forte ædibus condita, exuſta eſſe. *Rhellican.*

Pharus eſt in inſulâ turris, &c.] Strabo hanc turrim in præcitatô locô ad hunc deſcribit modum: *Ipſumque inſulæ promontorium eſt petra quadam mari circumdata, qua turrim habet multis tabulatis excelſam, & albo lapide mirificè extructam, eodem nomine quô inſula. Eam Soſtratus Gnidius regum amicus poſuit ob navigantium ſalutem*, &c. De quo vide L
cianum in ratione com. hiſtoriæ:
Herodianum ab initio lib. 4. Hic na
que ædificii forma in ſimilitudine g
phicâ Phari cujuſlibet (appellativu
enim non proprium nomen) deſcri
tur. *Idem*. In inſulam hanc Cæſar co
niam duxit. Solinus: *Eſt & Pharos*, i
quit, *colonia à Cæſare Dictatore deduct*
ex quâ facibus accenſis nocturna dirigi
navigatio. Nam Alexandria inſidioſo
ceſſu aditur, fallacibus vadis, cæco m
Montan.

bus exſtructa, quæ nomen ab inſula accepit. Hæc inſu-, objecta Alexandriæ, portum efficit: ſed à ſuperioribus gionibus in longitudinem paſſuum DCCCC in mare jactis olibus, anguſto itinere & ponte cum opido conjun-tur. In hâc ſunt inſulâ domicilia Ægyptiorum & vi-us, opidi magnitudine: quæque ubique naves impru-entiâ aut tempeſtate paullulum ſuo curſu deceſſerint, s more prædonum diripere conſueverunt. Iis autem vitis, à quibus Pharus tenetur, non poteſt eſſe, pro-ter anguſtias, navibus introïtus in portum. Hoc tum ritus Cæſar, hoſtibus in pugnâ occupatis, militibuſ-ue expoſitis, Pharum apprehendit, atque ibi præſi-ium poſuit. Quibus eſt rebus effectum, uti tutò fru-entum auxiliaque navibus ad eum ſupportari poſſent. imiſit enim circum omnes propinquas regiones; at-ue inde auxilia evocavit: reliquis opidi partibus ſic eſt ugnatum, ut æquô præliô diſcederetur, & neutri pel-rentur (id efficiebant anguſtiæ loci) pauciſque utrim-ue interfectis, Cæſar loca maximè neceſſaria comple-us, noctu præmunit. Hôc tractu opidi pars erat regiæ xigua, in quam ipſe habitandi cauſſa initio erat indu-tus, & theatrum conjunctum domui, quod arcis te-ebat locum, adituſque habebat ad portum, & ad reli-ua navalia. Has munitiones inſequentibus auxit diebus; t pro muro objectas haberet, neu pugnare invitus co-eretur. Interim filia minor Ptolemæi regis vacuam poſ-eſſionem regni ſperans ad Achillam ſe ex regia transje-it, unaque bellum adminiſtrare cœpit. Sed celeriter ſt inter eos de principatu controverſia orta; quæ res pud milites largitiones auxit. Magnis enim jacturis ſi-i quiſque eorum animos conciliabat. Hæc dum apud hoſtes

In mare jactis molibus, &c.] Strabo as moles deſcribit: *Agger autem eſt ns quidam à continente in inſulam, ad cidentalem ejus partem porrectus, duos tantum aditus relinquens in Eunoſti portum, atque ipſos ponte junctos: quod opus non modo pons erat in inſulam, ſed etiam aquaductus quum habitaretur.* Idem.

Pro-

hoſtes geruntur, Pothinus, nutritius pueri, & proc
rator regni in parte Cæſaris, quum ad Achillam nun
cios mitteret, hortareturque, ne negotio deſiſteret, ne
ve animô deficeret, indicatis deprehenſiſque internu
ciis, à Cæſare eſt interfectus. Hæc initia belli Alexan
drini fuerunt.

A.Hir

Procurator regni in parte Cæſaris] Quidam legunt, *in poteſtate Cæſaris.* Quod paulo ſupra dixerit: *Quô factô Regem ut in ſua poteſtate haberet, Cæſar effecit.* Sed *in parte Cæſaris*, magis placet: nam & Hirtius infra de bello Alexandrino dixit: *erat autem magna multitudo opidanorum in parte Cæſaris; quam domiciliis ipſorum non moverat.* Duæ nim erant partes, una Arſinoæ filiæ m noris Ptolemæi & Achillæ, altera R gis Ptolemæi & Cæſaris. Atqui hac i parte erat Pothinus. *Ciaccon.*

Hæc initia belli Alexandrini fuerunt Hæc non habentur in meo libro. *Idem*

A. Hi

A. HIRTII PANSÆ
COMMENTARIORVM
DE
BELLO ALEXANDRINO
LIBER VNVS.

BEllô Alexandrinô conflatô, Cæſar Rhodô atque ex Suriâ Ciliciâque omnem claſſem acceſit, ex Cretâ ſagittarios, equites ab rege Nabatæorum Malcô evocat; tormenta undique conquiri & frumentum mitti, auxiliaque adduci jubet. Interim munitiones quotidie operibus augentur: atque omnes opidi partes, quæ minus firmæ eſſe videantur, teſtudinibus atque muſculis aptantur: ex ædificiis

A *Hirtii Panſæ commentariorum de bello Alexandrino liber unus*] Manuſc. *Incipit quartus liber Iulii Conſtantini Cæſaris bellum Alexandrinum.* Venet. Beal. Baſil. *A. Hirtii aut Opii Commentarum de bello Alexandrino liber quartus.* ...ſc. *A. Hirtii ſive Oppii de bello Alexan...no C. Iulii Cæſaris liber unus.* Montan.

A *Rege Nabatæorum Malco*] Nabathæa regio orientalis, pertingit uſque ad mare rubrum ex latere dextro, ad Perſicum ex ſiniſtro. Nomen habet à Nabath Iſmaëlis primogenito. Strabo & Plinius Arabiam Petræam Nabatæam vocant. Sacra ſcriptura eam Amalechitis attribuit. Hodie Zieglero *Barraab*, Caſtaldo *Bengaucal* dicitur. *Malcum* autem hunc eundem eſſe exiſtimo, quem Dio *Malchum* nominat, à Ventidio, Parthis devictis, gravi ære mulctatum, quod Pacoro ſuppetias miſiſſet. *Montan.*

Teſtudinibus atque muſculis aptantur] Vox *aptantur*, ſatis hic apta non videtur Juſto Lipſio, qui *quatiuntur, captantur*, aut tale aliquid mallet libr. 1 Poliorc. dial. 9: *è ſequentibus enim*, inquit, *liquet Cæſarem hoc feciſſe, ut munitiones ſuas proferret, & plus loci occuparet.* Itaque ſententia eſt, teſtudines & muſculos

ciis autem per foramina in proxima ædificia arietes im mittuntur; quantumque aut ruinis dejicitur, aut pe vim recipitur loci, in tantum munitiones proferuntu Nam incendio fere tuta eſt Alexandria; quod ſine con tignatione ac materia ſunt ædificia, & ſtructuris atqu fornicibus continentur, tectaque ſunt rudere aut pavi mentis. Cæſar ſtudebat maximè, ut, quam anguſtiſſi mam partem opidi palus à meridie interjecta efficiebat hanc operibus vineiſque agendis, à reliqua parte urb excluderet: illud ſperans, primum, ut, quum eſſet i duas partes urbs diviſa, acies unô conſiliô atque impe riô adminiſtraretur: deinde, ut laborantibus ſuccurri atque ex alterâ opidi parte auxilium ferri poſſet. In pr mis verò, ut aquâ pabuloque abundaret: quarum alte rius rei copiam exiguam, alterius nullam omnino facu tatem habebat: quod utrumque palus largè præbere po terat. Neque verò Alexandrinis in gerendis negoti cunctatio ulla aut mora inferebatur: nam in omnes pa tes, per quas fines Ægyptii regnumque pertinet, legato

con

los admotos ad opidi minus firmas partes, eaſque dejectas. *Brant.*

Ac ſine materia] Id eſt, ligno, unde prius in Cæſare *materiari* pro lignari habuimus. *Rhellican.*

Tectaque ſunt rudere] Supplendum, *novo.* Teſte namque Vitruvio lib. 7, de Architectura cap. 1, & Franciſco Mario Grapaldo materia pavimenti, ſaxa ſcilicet contuſa, ſive teſtæ fractæ, & glarea cum calce, *rudus novum* vocatur. nam & dirupti pavimenti poſtea *rudus vetus* nuncupatur. Plinius; *Complanatæ erant vetere rudere viæ.* De novo Vitruvius architectus: *Tunc ſuper ſtratum duces rudus, hoc eſt, ſaxo contuſa duabus partibus; & una calcis temperatæ conſtitues.* Unde *rudetum*, plenum rudere locum dicimus; & *eruderare*, rudera abſportare. *Idem.*

Aut pavimentis] *Pavimentum*, eſt ſolidamentum, & incruſtatio. Plinius pavimenta primùm in Italiâ feſtucis ſoli fieri, idque apertè ipſo nomine ſigni cari, ſcribit; varias deinde paviment rum ſpecies recenſet; demum ex hum pulsâ in cameras tranſiſſe teſtatur lib 36, cap. 25. *Glandor.*

Palus à meridie interjecta] Lacus à m ridie Alexandriam alluit: nomen *Marea* ſive *Mareotis.* Hunc Nilus mu tis foſſis è ſuperioribus partibus ſim & lateribus adauget, eſtque portus i longè copioſior & ditior maritimo. V de Strabonem lib. 17. *Idem.*

Quarum alterius rei copiam exiguam Ex ſequentibus intelligi poteſt, Cæ rem per *alterius rei tenuem copiam*, quam innuere. Paulo enim inferius i quit nullum omnino Alexandriæ fo tem fuiſſe; & partem fluminis Nili eâ urbis parte extitiſſe, quam adverſ rii obtinebant. *Rhellican.*

Pr

onquiſitoreſque, delectus habendi cauſſâ, miſerant; nagnumque numerum in opidum telorum atque tormentorum convexerant, & innumerabilem multitudinem adduxerant. Nec minus in urbe maximæ armorum rant inſtitutæ officinæ. Servos præterea puberes armaerant: quibus domini locupletiores victum quotidianum ſtipendiumque præbebant. Hâc multitudine diſpoſitâ, munitiones ſemotarum partium tuebantur. Veteanas cohortes vacuas in celeberrimis urbis locis habeant; ut, quacunque regione pugnaretur, integris viribus ad auxilium ferendum opportunæ eſſent. Omnius viis atque angiportis triplicem vallum obduxerant. rat autem quadrato exſtructus ſaxo, nec minus XL edes altitudinis habebat. Quæque partes urbis inriores erant, has altiſſimis turribus denorum tabuatorum munierant. Præterea alias ambulatorias toidem tabulatorum confixerant; ſubjectiſque eas ros, funibus jumentiſque [objectis,] directis plateis quamcumque erat viſum partem movebant. Urbs ertiliſſima & copioſiſſima omnium rerum apparatus ſug-

.*Præterea alias ambulatorias*, &c.] Fues & jumenta admovet, quæ facile huc uc agerent; maximè quia directæ & e multiplici flexu plateæ. An is ſens & lectio? Nam alii libri aliter, & *uteis* non *plateis* habent. Tum dixe, pluteos objectos, qui tegerent hoines & jumenta: nec malè pro hâc ente *obtectis*. Et talis motus actioque rrium. *Lipſ.* Sed reſpice pag. 63. *Mont.*

Vrbs fertiliſſima, &c.] Locus iſte exire videtur, ut opidi iſtius primora, ſitum & fertilitatem ex bonis incemus auctoribus. Q. ergo Curtius .4, ab Alexandro muri ambitum denatum, quicquid loci eſt inter paluem & mare, circiter octoginta ſtadia. inius verò lib. 5. cap. 10, illud ad hunc odum deſcribit: *Sed jure laudatur in ore Ægyptii maris Alexandria, à Mao Alexandro condita in Africæ parte, ab oſtio Canopico* XII M *paſſ. juxta Maræotim lacum. Metatus eſt eam Dinocrates architectus pluribus modis memorabili ingenio, quindecim millium paſſuum laxitate inſertâ, ad effigiem Macedonicæ chlamydis, orbe gyrato, laciniosam dextrâ lævaque, anguloſo procurſu, jam tum tamen quintâ ſitus parte regi dicatâ.* Hæc illi de urbis conditore & ſitu. Strabo autem libr. 17, ejus poſitum & ubertatem ita deſcribit: *Quum Alexander eò veniſſet, loci opportunitate perſpecta, ſtatuit urbem ad portum collocare. Opulentia, quæ poſtmodum ſecuta eſt, ſignum referunt, quod in fabricæ deſignatione contigit. Nam quum architecti ambitus lineam gypſo deſignarent, & adventante rege terra defeciſſet, qui farinam operariis diſpenſabant, partem illis præbuere, quâ vias in plures diviſerunt: atque id (ut mihi videtur) in bonum omen acceptum eſt. Opportunitas quidem multiplex eſt.*

 Nam

ſuggerebat. Ipſi homines ingenioſiſſimi atque acutiſſi
mi, quæ à nobis fieri viderant, eâ ſolertiâ efficiebant
ut noſtri illorum opera imitari viderentur: & ſua ſpon
te multa reperiebant, unoque tempore & noſtras mu
nitiones infeſtabant, & ſuas defendebant. Atque hæ
principes in conſiliis concionibuſque agitabant. Popu
lum Romanum paullatim in conſuetudinem ejus regi
venire occupandi. Paucis annis antea Gabinium cur
exercitu fuiſſe in Ægypto. Pompeium ſe ex fuga eoder
recepiſſe; ac Cæſarem veniſſe cum copiis: neque mort
Pompeii quidquam profectum, quò minus Cæſar apu
ſe commoraretur: quem ſi non expuliſſent, futuram e
regno provinciam: idque agendum maturè. Namqu
eum

Nam duo maria locum undique alluunt, alterum à ſeptentrione, quod Ægyptium dicitur: alterum à meridie, quod Mariæ lacus & Maraotis appellatur. Hunc Nilus multis foſſis tum è ſuperioribus partibus, tum è lateribus adauget: per quæ multò plura importantur, quàm è mari. Quare portus qui in lacu eſt, ditior eſt maritimô. Quæ hac exportantur ex Alexandriâ plura ſunt, quàm quæ importantur. Quod qui Alexandriæ fuit, & dicæarchiam exercuit, probè tenet: cùm onerarias naves viderit, & venientes, & recidentes, quando graviores ac leviores ultro citroque navigant; ac divitias, quæ ex utraque parte in maris & in lacus portum advehuntur. Montanus.

Ipſi homines ingenioſiſſimi] Alexandrinorum indolem ita Dio deſcribit: *Ad audendum omnia*, ait, *illis ſatis animorum, naturâque ſunt ad temere verbis exequenda, quæcunque ſibi propoſuerint, promptiſſimi: iidem ad bellum ejuſque labores ineptiſſimi: quamquam in ſeditionibus (quæ apud eos frequentiſſimæ & maximæ eveniunt) ad cædes ſubinde deveniant, contendendique de re propoſitâ, ſtudio vitam maximè contemnant; in iiſque perire, bonum quoddam imprimis expetendum exiſtiment.* Montan.

Gabinium cum exercitu] Gabinius expilatâ Syriâ, à Mithridate Medo ſollic
tabatur, ut Orodi bellum inferre
Quando eodem tempore Ptolemæus
cum literis Pompeii adveniens, Gab
nio exercituique ejus magnam pecu
niæ vim promitteret: partim illico
partim ubi in regnum eſſet reſtitutus
quod Berenice ea tempeſtate obtine
bat. Addixit illi ſuam operam Gab
nius, omiſsô Parthicô bellô, & in Æ
gyptum contendit: quam nulli Ro
mano cum exercitu ingredi licebat
quia Sibyllæ carminibus continebatur
regem orbis naſciturum, eâ à Roman
devictâ. Intravit tamen Pompeii auct
ritate nixus & avaritiâ ſtimulatus,
victâ Berenice Archelaoque, quem i
la, occisô Seleucô, ſecundis nupti
in matrimonium regnique conſortiu
aſſumſerat, Ptolemæo Ægyptum re
didit. Geſta hæc ſunt anno ab U. C
DCXCIX, ſeptennium ante hoc Cæſar
Alexandrinum bellum. *Montan.*

Ex regno provincia] Mutabatur re
gnum in provinciam, cùm adempt
aut immutatis legibus Magiſtratui Ro
mano ſubjiceretur, & ab eo vectigal
tributaque exigerentur. Sed aliaru
provinciarum gravior, aliarum miti
conditio erat, pro ſingularum merit
aut delictis. *Idem.*

Pr

ũm, interclusum tempeſtatibus propter anni tempus, ecipere tranſmarina auxilia non poſſe. Interim, diſſenone orta inter Achillam, qui veterano exercitui præ‑ rat, & Arſinoën Regis Ptolemæi minorem filiam, ut ipra demonſtratum eſt, quum uterque utrique inſidia‑ etur, & ſummam imperii ipſe obtinere vellet; præoc‑ upat Arſinoe per Ganymedem eunuchum nutritium ium, atque Achillan interficit. Hôc occisô ipſa ſinë llô ſociô & cuſtode omne imperium obtinebat. Exerci‑ is Ganymedi tranſditur. Is ſuſceptô officiô, largitionem milites auget, reliqua pari diligentiâ adminiſtrat. Ale‑ ındria eſt fere tota ſuffoſſa, ſpecuſque habet ad Nilum ertinentes, quibus aqua in privatas domos inducitur, uæ paullatim ſpatio temporis liqueſcit ac ſubſidit. Hac ti domini ædificiorum, atque eorum familia, conſue‑ erunt. Nam quæ flumine Nilo fertur, adeo eſt limoſa que turbida; ut multos varioſque morbos efficiat. Sed a plebes ac multitudo contenta eſt neceſſario, quod ons urbe tota nullus eſt. Hoc tamen flumen in ea parte urbis

Propter anni tempus] Supple, *hyberm.* Vero namque ſimile eſt, pleram‑ ıe æſtatis partem jam tranſactam fuiſ‑ : quippe quum tamdiu Pompeius & æſar inter ſe in Macedoniâ & Theſſa‑ pugnaſſent. *Idem.*

Tranſmarina auxilia] Ut ex Rhodô, riâ, Ciliciâque; item Cretâ: unde mirum audierat Cæſarem auxilia po‑ ılare. *Idem.*

Uterque utrique] Græcâ imitatione ἁτερ@ ἑκατέρῳ, teſte Budæo.

Alexandria eſt fere ſuffoſſa] Ad eun‑ m modum Romam fuiſſe penſilem ſubternavigatam, tradit Plinius lib. , cap. 15. *Gland.*

Nam quæ flumine Nilo fertur adeo eſt noſa atque turbida] Servius ad illum rſum Virgilii lib. 4 Georgic.

Et viridem Ægyptum nigra fœcundat arena.

ovum enim, inquit, *limum ſemper trahit, qui efficit fecunditatem, unde & Nilus dictus eſt, quaſi νέαν ἰλὺν trahens. Nam antea Nilus latinè Melo dicebatur.* Feſtus: *Melo*, inquit, *aliô nomine Nilus vocatur.* M. Tullius, lib. 2 de natur. Deor. *Ægyptum Nilus irrigat, & cum totâ æſtate obrutam oppletamque tenuerit, tum recedit, mollitoſque & oblimatos agros ad ſerendum relinquit.* Et Mela: *Non pererrat*, ait, *tantùm Ægyptum Nilus; ſed æſtivô ſidere exundans etiam irrigat; adeo efficacibus aquis ad generandum alendumque, ut præter id quod ſcatet piſcibus, quod Hippopotamos Crocodiloſque, vaſtas belluas, gignit, glebis etiam infundat animas, ex ipſaque humo vitalia effingat. Hoc cô maniſeſtum eſt, quod ubi ſedavit diluvia, ac ſe ſibi reddidit, per humentes campos, quædam nondum perfecta animalia, ſed tum primum accipientia ſpiritum, & ex parte jam formata, ex parte adhuc terrea viſuntur.* Montan.

urbis erat, quæ ab Alexandrinis tenebatur. Quô factô eſt admonitus Ganymedes, poſſe noſtros aquâ interclu di; qui diſtributi munitionum tuendarum cauſſâ vicatim ex privatis ædificiis ſpecubus & puteis extractâ aqua utebantur. Hôc probatô conſiliô, magnum ac difficile opus aggreditur. Interſeptis enim ſpecubus, atque omnibus urbis partibus excluſis, quæ ab ipſo tenebantur aquæ magnam vim ex mari rotis ac machinationibus exprimere contendit. Hanc locis ſuperioribus fundere in partem Cæſaris non intermittebat. Quamobrem ſalſior paullò præter conſuetudinem aqua trahebatur ex proximis ædificiis, magnamque hominibus admirationem præbebat, quam ob cauſſam id accidiſſet; nec ſatis ſibi ipſi credebant; quum ſe inferiores ejuſdem generis ac ſaporis aqua dicerent uti, atque ante conſueſſent, vulgoque inter ſe conferebant, & deguſtando, quantum inter ſe differrent aquæ, cognoſcebant. Parvo verò temporis ſpatio, hæc propior bibi non poterat omnino. Illa inferior corruptior jam ſalſiorque reperiebatur. Quo facto dubitatione ſublata, tantus inceſſit timor; ut ad extremum caſum omnes deducti viderentur; atque alii morari Cæſarem dicerent; quin naves conſcendere juberet; alii multò graviorem extimeſcerent caſum; quod neque celari Alexandrinos poſſent in apparandâ fugâ, quum hi tam parvô ſpatiô diſtarent ab ipſis; neque, illis imminentibus atque inſequentibus, ullus in naves receptus daretur. Erat autem magna multitudo opidanorum in parte Cæſaris: quam domiciliis ipſorum non moverat; quod ea ſe fidelem palam noſtris eſſe ſimulabat, & deſciviſſe à ſuis videbatur, ut, ſi mihi defendendi eſſent Alexandrini, quod ne-

qu

Vt, ſi mihi defendendi eſſent Alexandrini] Fortaſſe legendum, *at mihi defendendi eſſent Alexandrini*, &c. Eſtque hic evidens argumentum, Cæſarem hujus libri auctorem non eſſe, qui nuſquam in ſuperioribus Commentariis de ſe in primâ perſonâ loqui conſuevit. *Glandor.*

Neque fallaces eſſent] Sententiam han-

que fallaces eſſent, neque temerarii, multa oratio fruſtra abſumeretur. Quum verò uno tempore & natio eorum & natura cognoſcatur, aptiſſimum eſſe hoc genus ad proditionem, nemo dubitare poteſt. Cæſar ſuorum timorem conſolatione & ratione minuebat. Nam puteis foſſis aquam dulcem poſſè reperiri affirmabat. Omnia enim litora naturaliter aquæ dulcis venas habere. Quod ſi alia eſſet litoris Ægyptii natura, atque omnium reliquorum; tamen, quoniam mare liberè tenerent, neque hoſtes claſſem haberent, prohiberi ſeſe non poſſè, quò minus quotidie aquam navibus peterent, vel à ſiniſtrâ parte à Paratoniô, vel à dextrâ ab inſulâ; quæ diverſæ navigationes nunquam uno tempore adverſis ventis præcluderentur. Fugæ verô nullum eſſe conſilium non ſolùm iis, qui primam dignitatem haberent; ſed ne iis quidem, qui nihil præterquam dé vitâ cogitarent. Magnô negotiô impetus hoſtium adverſos ex munitionibus ſuſtineri: quibus relictis, nec locô, nec numerô pares eſſe poſſe. Magnam autem moram & difficultatem adſcenſum in naves habere, præſertim ex ſcaphis: ſummam eſſe contra in Alexandrinis velocitatem, locorumque & ædificiorum notitiam. Hos præcipuè in victoriâ inſolentes, præcurſuros, & loca excelſiora atque ædificia occupaturos. Ita fugâ navibuſque no-

hanc de Ægyptiorum & Alexandrinorum moribus confirmat Flavius Vopiſcus in Saturnino, & Ammianus Marcellinus lib.22. *Idem.*

Omnia enim litora] Phyſici rationem hujus reddunt, quod craſſa maris aqua & ſalſa, neutiquam denſa loca penetret; Tenuis autem & dulcis aqua terram facile ſubeat. *Idem.*

A Parætonio] *Parætonium* Marmariæ opidum, portum habens XL fere ſtadiorum. Hodie *Porto Raſſa* Caſtaldo, *Berton* Mercatori. Sed *Parætonium* urbs eſt prope Alexandriam, quam Stephanus *Animoniam* vocat. *Montanus.*

Ab inſula] Supplendum *Pharo*, de quâ in fine ſuperioris libri. Atque hactenus Cæſar ſuos conſolatus eſt: nunc verò quando ſubjungit, *Fugæ verò*,&c. Aliquot rationibus diſſuadet, fugam non eſſe adornandam. Et primum quidem per argumentum à majori ad minus: Quod ſi, inquit, hoſtium impetus adverſos vix ex munitionibus ſuſtinemus, quo pacto fugientes eorum inſultum ſuſtineremus? Deinde à Romanorum difficultate, & Alexandrinorum facilitate argumenta ſumit. *Rhellican.*

noſtros prohibituros. Proinde ejus conſilii oblivîſce rentur, atque omni ratione eſſe vincendum cogitareni Hâc oratione apud ſuos habitâ, atque omnium menti bus excitatis, dat centurionibus negotium; ut, reliqui operibus intermiſſis, ad fodiendos puteos animum con ferant, neve quam partem nocturni temporis intermit tant. Quô ſuſceptô negotiô, atque omnium animis a laborem incitatis, magna unâ nocte vis aquæ dulcis in venta eſt. Ita operoſis Alexandrinorum machinationi bus, maximiſque conatibus, non longi temporis labo re, occurſum eſt. Eô biduô legio XXXVII ex dedititii Pompeianis militibus, cum frumentô, armis, telis tormentis impoſita in naves à Domitiô Calvinô, ad li tora Africæ, paullò ſupra Alexandriam, delata eſt. Ha naves euro, qui multos dies continenter flabat, portun capere prohibebantur. Sed loca ſunt egregia omni ill regione ad tenendas anchoras. Hi, quum diu retineren tur, atque aquæ inopia premerentur, navigiô actuari Cæſarem faciunt certiorem. Cæſar ut per ſe conſiliun caperet, quid faciendum videretur, navim conſcendit atque omnem claſſem ſequi juſſit, nullis noſtris militi bus impoſitis: quod, quum longius paullò diſcederet munitiones nudare nolebat; quumque ad eum locun acceſſiſſet, qui appellatur Cherrhoneſus, aquandiqu cauſſa remiges in terram expoſuiſſet; nonnulli ex nume ro, quum longius à navibus prædatum proceſſiſſent ab equitibus hoſtium ſunt excepti. Ex iis cognoverunt Cæſarem ipſum in claſſe veniſſe, nec ullos milites in na-

vibus

Reliquis operibus intermiſſis] Supple, *munitionibus ejus partis Alexandriæ, quam Cæſar tenebat.*

Cumque ad eum locum acceſſiſſet, qui appellatur Cherrhoneſus] Quatuor inſignes Cherrhoneſi à Geographis memorantur, *Taurica*, *Cimbrica*, *Aurea* & *Græca*: illa inter mare Adriaticum & Creticum ſita. At de nulla iſtarum Hirtius hic mentionem facit. Solus Ptole mæus (quantum ego ſcio) lib.4,cap.5 tabulâ Africæ III, magnam Cherrho neſum ſupra Alexandriam, verſus oc caſum ponit: de quâ nimirum Hirtiu hic loquitur. *Rhellican.* Dicitur auten Cherrhoneſus peninſula à χέῤῥος, quo antiquis terram ſignificabat. *Gland.*

Na

vibus habere. Quâ re compertâ, magnam ſibi facultatem fortunam obtuliſſe bene gerendæ rei crediderunt. Itaque naves omnes, quas paratas habuerant ad navigandum, propugnatoribus inſtruxerunt, Cæſarique redeunti cum claſſe occurrerunt: qui duabus de cauſſis eo die dimicare nolebat; quod & nullos milites in navibus habebat, & poſt horam x diëi res agebatur: nox autem allatura videbatur majorem fiduciam illis, qui locorum notitiâ confidebant: ſibi etiam hortandi ſuos auxilium defuturum; quod nulla ſatis idonea eſſet hortatio, quâ neque virtutem poſſet notare, neque inertiam. Quibus de cauſſis naves, quas potuit, Cæſar ad terram detraxit: quem in locum illos ſucceſſuros non exiſtimabat. Erat una navis Rhodia in dextro Cæſaris cornu longè ab reliquis collocata. Hanc conſpicati hoſtes, non tenuerunt ſeſe: magnoque impetu IV ad eam conſtratæ naves & complures apertæ contenderunt. Cui coactus eſt Cæſar ferre ſubſidium: ne turpiter in conſpectu contumeliam acciperet; quamquam, ſi quid gravius illi accidiſſet, meritò caſurum judicabat. Prælium commiſſum eſt magna contentione Rhodiorum: qui quum in omnibus dimicationibus & ſcientia & virtute præſtitiſſent, tum maximè illo tempore totum onus ſuſtinere non recuſabant; ne quod ſuorum culpa detrimentum acceptum videretur. Ita prælium ſecundiſſimum eſt factum. Capta eſt una hoſtium quadriremis: depreſſa eſt altera. Deinde omnes epibatis nudatæ: magna præterea multitudo in reliquis navibus propugnatorum eſt interfecta. Quod niſi

Naves quas potuit, Cæſar ad terram detraxit] *Detrahere naves* hic eſt, eas de mari in litus trahere, quod mare altius ſit, quàm breve litoris vadum, deorſumque ex altô & pelagô in vadoſa litora deduci videantur. Græcis κατάγειν, ut docet Adr. Turneb. lib. 14 adverſ. cap. 16. *Brant.*

Meritò caſurum] Quod ſcilicet longius à reliquis navigiis diſceſſerat. *Rhelicanus.*

Epibatis] Ἐπιβάτης Græcis non tantùm is dicitur, qui in navi vehitur, & remigat, ſed etiam pugnat. Unde & verbum ἐπιβατεύω, id eſt, *aggredior.* Quo fit, ut quum Hirtius ait, naves *omnibus epibatis nudatas*, ſimul cum remigibus etiam propugnatores innuat. *Id.*

niſi nox prælium diremiſſet, tota claſſe hoſtium Cæſa[r] potitus eſſet. Hac calamitate perterritis hoſtibus, ad[-]verſo vento leniter flante, naves onerarias Cæſar remul[-]co victricibus ſuis Alexandriam deducit. Eô detrimen[-]tô adeo ſunt fracti Alexandrini, quum non jam virtut[e] propugnatorum, ſed ſcientiâ claſſiariorum ſe victos vi[-]derent, ·.· quibus, & ſuperioribus locis ſublevabantur ut ex ædificiis defendi poſſent: & materiam cunctam objicerent, quod noſtræ claſſis oppugnationem etiam ad terram verebantur. Iidem, poſtea quàm Ganyme[-]des in concilio confirmavit ſeſe & eas, quæ eſſent amiſ[-]ſæ, reſtituturum, & numerum adaucturum, magn[â] ſpe & fiduciâ veteres efficere naves, accuratiuſque hui[c] rei ſtudere atque inſervire inſtituerunt: ac, tametſi am[-]plius cx navibus longis in portu navalibuſque amiſerant non tamen reparandæ claſſis cogitationem depoſuerunt Videbant enim non auxilia Cæſari, non commeatus ſupportari poſſe, ſi claſſe ipſi valerent. Præterea nauti[-]ci homines, & urbis & regionis maritimæ, quotidia[-]noque uſu à pueris exercitati ad naturale ac domeſti[-]cum bonum refugere cupiebant; &, quantum parvu[-]lis navigiis profeciſſent, ſentiebant. Itaque omni ſtu[-]dio ad parandam claſſem incubuerunt. Erant omnibus oſtiis Nili cuſtodiæ exigendi portorii cauſſa diſpoſitæ. Na-

Sed ſcientia claſſiariorum] Supple, *Rhodienſium*; quos modo Hirtius tantâ navigandi ſcientiâ ac virtute in pugnando fuiſſe commemorat, ut in navali illô præliô totum onus ſuſtinere non recuſarent. *Idem.*

Quibus & ſuperioribus locis] Id eſt, à quibus, ſcilicet *claſſiariis Cæſareanis*. *Sublevabantur*, ſcilicet *Alexandrini*, *locis ſuperioribus*, id eſt, eminentioribus. *Idem.*

Omnibus oſtiis Nili] Servilius Nilum dici exiſtimat, quaſi νέαν ἰλὺν, hoc eſt novum trahentem limum, quod oblimet, hoc eſt, limo obturet & oppleat Ægyptum. Naſcitur in Africæ deſertis, montibus Lunæ, ſed haud ſtatim Nilus dicitur. Nam primum ingentem lacum Nilidem, nunc *Zaire*, & *Zembre*, cxx millia Germanica permeans, cum diu ſimplex ſævuſque receptis dexterâ magnis aquis deſcendit, Aſtapus cognominatus, quod Æthiopum linguâ ſignificat, aquam ex tenebris profluentem. Circa Meroën, inſularum quas innumeras latéque patentes ſpargit, clariſſimam, lævô alveô Aſtabores dictus eſt, hoc eſt ramus aquæ venientis ex tenebris; dextrô verò Aſtuſapes, quod latentis ſignificationem adjicit, nec ante, quàm ubi rurſus coit, Nilus dictus eſt.

Naves veteres erant in occultis regiæ navalibus, quibus multis annis ad navigandum non erant uſi. Has reficiebant; illas Alexandriam revocabant. Deerant remi: porticus, gymnaſia, ædificia publica detegebant: aſſeres remorum uſum obtinebant. Aliud naturalis ſollertia, aliud urbis copia, ſubminiſtrabat. Poſtremò non longam navigationem parabant; ſed præſentis temporis neceſſitati ſerviebant, & in ipſo portu confligendum videbant. Itaque paucis diebus, contra omnium opinionem, quadriremes XXII, quinqueremes V confecerunt; ad has minores apertaſque complures adjecerunt: & , in portu periclitati remigio, quid quæque earum efficere poſſet, idoneos milites impoſuerunt, ſeque ad confligendum omnibus rebus paraverunt. Cæſar Rhodias naves IX habebat; (nam, X miſſis, una in curſu litore Ægyptio defecerat;) Ponticas VIII, Lycias V, ex Aſia XII. Ex his quinqueremes V erant, & quadriremes X. Reliquæ intra hanc magnitudinem, & pleræque apertæ. Tamen virtute militum confiſus, cognitis hoſtium copiis, ſe ad dimicandum parabat. Poſtquam eò ventum eſt, ut ſibi uterque eorum confideret, Cæſar Pharon claſſe circumvehitur, adverſaſque naves hoſtibus conſtituit: in dextro cornu Rhodias collocat, in ſiniſtro Ponticas. Inter has ſpatium CD paſſuum relinquit, quod ſatis eſſe ad explicandas naves videbatur. Poſt hunc ordinem reliquas naves ſubſidio diſtribuit: quæ

...t. Inde partim aſper, partim navi... a patiens; mox præcipiti curſu pro...eſſus, inter occurſantes ſcopulos non ...uere immenſo fragore creditur, ſed ...ere. Poſtea lenis fractis aquis domi...que violentiâ & ſpatiô feſſus, tandem ...d Delta opidum per omnem Ægy...tum vagus & diſperſus in mare Ægy...ium ſe evomit. *Cluver.* Ait autem Hir...us *omnibus oſtiis.* Undecim oſtia Ni...s habet, ſed ex his quatuor falſa vo...ntur, reliqua ſeptem clariſſima. nomina eorum ſunt: Canopicum, Bolbiticum, Sebenniticum, Pharnaticum, Mendeſicum, Taniticum & Peluſiacum. Hodie incolis, teſte Jovio, *Abbahuis*, & Hebræis, ut Arias Montanus ait, *Phiſon* dicitur. Ignoſce lector. Celebritas fluvii, licet importunè ſatis, hæc prolixiora mihi extorſit. *Montan.*

Quinqueremes] Naves ſunt, quæ quinque ordines remorum habent, quadriremes, quæ quatuor, & ſic porro. *Idem.*

quæ quamque earum ſequatur, & cui ſubveniat, co ſtituit atque imperat. Non dubitanter Alexandrini cla ſem producunt atque inſtruunt; in fronte colloca XXII. Reliquas ſubſidiarias in ſecundo ordine conſt tuunt. Magnum præterea numerum minorum navigi rum & ſcapharum producunt cum malleolis ignibuſqu ſi quid ipſa multitudo, & clamor, & flamma noſtr terroris afferre poſſent. Erant inter duas claſſes vac tranſitu anguſto, quæ pertinent ad regionem Africa Sic enim prædicant, partem eſſe Alexandriæ dimidia Africæ. Satiſque diu inter ipſos eſt exſpectatum, ab n tris tranſeundi fieret initium: propterea quod, eo q intraſſent, & ad explicandam claſſem, & ad receptum ſi durior accidiſſet caſus, impeditiores fore videbai tur. Rhodiis navibus præerat Euphranor, animi magn tudine ac virtute magis cum noſtris hominibus, quàı cum Græcis, comparandus. Hic ob notiſſimam ſciei tiam atq; animi magnitudinem delectus eſt ab Rhodiis qui imperium claſſis obtineret. Qui, ubi Cæſaris an mum advertit; Videris mihi, inquit, Cæſar, vereri, hæc vada primus navibus intraveris, ne prius dimicar

co

In fronte collocant XXII] Id eſt, in dextrô ac ſiniſtrô cornu, quorum utrumque *frons* μεταφορικῶς appellatur ab Æliano de ſtruendis aciebus, ubi ſic inquit: *Phalanx ſeorſum in primas, ſummaſque partes duas à fronte per totam ſui altitudinem ſecatur: quarum altera cornu dextrum, & Caput vocatur, altera cornu lævum, & Pes dicitur*, &c. *Idem.*

Cum malleolis] Qualia inſtrumenta muralia *malleoli* ſint, cum ex Vegetio, tum ex Ammiano Marcellino doceri poſſumus: quorum ille lib. 4, cap. 18, ſic ait: *Malleoli velut ſagittæ, & ubi adhæſerint (qui ardentes ſunt) univerſa conflagrant.* Hic verò lib. 23, in hæc verba: *Malleoli teli genus figuratur hac ſpecie: ſagitta eſt cannea inter ſpiculum & arundinem multifidô ferrô coagmentata, quæ in muliebris coli formam, quo vertuntur li tea ſtamina, concavatur venter ſubtilite & pluriſariam patens, atque in alveô ip ignem cum aliquô ſuſcipit alimentô. Et miſſa lentius arcu invalido, ignitur, i enim rapidô reextinguitur, ſi hæſerit u quam, tenaciter cremat, & in quaque co ſperſa acrior: excitat æſtus incendiorum nec remediô ullô quam ſuperjectô pulve conſopitur.*

Partem eſſe Alexandriæ dimidiam A fricæ] Pomponius Mela, lib. 1, ait ea in maris Ægyptiaci litore ſitam, & A fricæ conterminam eſſe. Unde collig tur Alexandriam dimidiâ ex parte Aſiaticam oram, & alterâ medietate Africam pertinere. Siquidem Aſiæ pr ma pars Ægyptus eſt, ut idem Mela tr dit. *Rhellican.*

R

ogaris quàm reliquam claſſem poſſis explicare. Nobis m committe, nos prælium ſuſtinebimus: neque tuum dicium fallemus; dum reliqui ſubſequantur. Hos uidem diutius in noſtro conſpectu gloriari magno nos & dedecori & dolori eſt. Cæſar illum adhortatus, que omnibus laudibus proſecutus, dat ſignum pugnæ. ogreſſas ultra vadum IV Rhodias naves circumſiſtunt lexandrini, atque in eas impetum faciunt. Suſtinent i, atque arte ſollertiaque ſe explicant: ac tantum dorina potuit, ut in diſpari numero nulla tranſverſa hoſti ojiceretur, nullius remi detergerentur, ſed ſemper ventibus adverſæ occurrerent. Interim ſunt reliquæ ſubcutæ. Tum neceſſariò diſceſſum ab arte eſt propter guſtias loci: atque omne certamen in virtute conſtit. Neque verò Alexandriæ fuit quiſquam aut noſtroum, aut opidanorum, qui aut in opere, aut in oppunatione occupatum animum haberet, quin altiſſima cta peteret, atque ex omni proſpectu locum ſpectacu caperet, precibuſque & votis victoriam ſuis ab Diis nmortalibus expoſceret. Minimè autem erat par prælii ertamen. Noſtris enim prorſus neque terra neque mari fugium dabatur victis: omniaque victoribus erant fuıra in incerto. Illi, ſi ſuperaſſent navibus, omnia tenerent; ſi inferiores fuiſſent, reliquam tamen fortunam ericlitarentur. Simul illud grave ac miſerum videbaır, perpaucos de ſumma rerum ac de ſalute omnium de-

Remi detergerentur] Hoc in pugnâ ivali ſummopere cavendum, ne remi latere detergantur aut defricentur. emis enim præternavigando deterſis, æterquam quod inhabiles reddantur ves, cum ad fugiendum, tum ad perquendum, etiam aditum faciunt quod omnium perículoſiſſimum eſt) l apertam & lateralem invaſionem. *ervechius.*

Omniaque victoribus] Supple *Cæſarea-, erant futura in incerto*, ſcilicet *propter Alexandrinorum perfidiam.* Etenim Hirtius ipſe ſupra ab initio iſtius libri teſtatur, eos eſſe genus hominum ad proditionem natum. *Rhellican.*

Perpaucos] Scilicet *Cæſareanos. decertare de ſummâ*, ſupple *rei*, *ac ſalute omnium.* Hoc indè fortaſſis eveniebat: quod viderent cum gloriam, tum victoriæ commodum non ad ſingulos ſed ad unum Cæſarem pervenire. Ad hæc quod non pro patriâ, ſed alienâ & externâ terrâ, & regnô adipiſcendô decer-

decertare: quorum ſi quis aut animo aut virtute ceſſi
ſet, reliquis etiam eſſe cavendum, quibus pro ſe pu
gnandi facultas non fuiſſet. Hæc ſuperioribus diebus ſa
penumero Cæſar ſuis expoſuerat; ut hoc majori anim
contenderent, quod omnium ſalutem ſibi commend
tam viderent. Eadem ſuum quiſque contubernalem, a
micum, notum proſequens erat obteſtatus; ne ſua
atque omnium falleret opinionem, quorum judicio de
lectus ad pugnam proficiſceretur. Itaque hôc animô e
decertatum, ut neque maritimis nauticiſque ſollertia a
que ars præſidium ferret; neque numero navium pra
ſtantibus multitudo prodeſſet, neque flexi ad virtute
ex tanta multitudine viri virtuti noſtrorum poſſent ad
æquari. Capitur hôc præliô quinqueremis una, & b
remis cum defenſoribus remigibuſque; & deprimun
tur tres, noſtris incolumibus omnibus. Reliquæ pro
pinquam fugam ad opidum capiunt; quas protexerun
ex molibus atque ædificiis imminentibus, & noſtros ad
ire propius prohibuerunt. Hoc ne ſibi ſæpius accider
poſſet, omni ratione Cæſar contendendum exiſtimavi
ut inſulam molemque ad inſulam pertinentem in ſua
redigeret poteſtatem. Perfectis enim magnâ ex part
munitionibus in opido, & illam, & urbem uno tem
pore tentari poſſe confidebat. Quô captô conſiliô, co
hortes x, & levis armaturæ electos, quos idoneos e
equitibus Gallis arbitrabatur, in navigia minora ſca
phaſque imponit: alteram inſulæ partem diſtinendæ ma
nu

decertarent. Quum è contra Alexandrinorum quiſque pro focis & aris, liberis & uxoribus ſuis pugnaret. *Idem.*

Quibus pro ſe facultas pugnandi non fuiſſet] Nimirum quod remigando armis decertare non poſſent. *Idem.*

Maritimis nauticiſque] Supple, *Alexandrinis.* Hâc enim in re admodum ſolertes fuiſſe & loci ſitus & Hirtius ſupra oſtendit. *Idem.*

Alteram inſulæ] Scilicet *Phari partem, quæ adhuc ab hoſtibus tenebatu*
Etenim quando ſub calcem ſuperio
libri Cæſar ſcribit,Pharum à ſe occup
tam: vero ſimile eſt alteram inſulæ pa
tem, ejuſdem Cæſaris præſidiô mun
tam fuiſſe, alteram verò ab hoſtib
obtentam. Id quod & inſequentia d
clarant verba, ubi Pharitas oppugnat
fugam cepiſſe, atque à portu pulſos e
meminit. *Idem.*

E

us cauſſa cum conſtratis navibus aggreditur, præmiis agnis propoſitis, qui primus inſulam cepiſſet. At prió impetum noſtrorum pariter ſuſtinuerunt. Uno enim mpore & ex tectis ædificiorum propugnabant; & lira armati defendebant, quò propter aſperitatem loci on facilis noſtris aditus dabatur: & ſcaphis navibuſque ngis v mobiliter & ſcienter anguſtias loci tuebantur. ed ubi locis primùm cognitis vadiſque pertentatis, auci noſtri in litore conſtiterunt; atque hos ſunt alii bſecuti; conſtanterque in eos, qui in litore æquo initerant, impetum fecerunt; omnes Pharitæ terga verrunt. His pulſis, cuſtodiâ portus relictâ, ad litora & icum applicaverunt; ſeque ex navibus ad tuenda ædicia ejecerunt. Neque verò diutius ipſi [ex] munitioe ſe continere potuerunt. Etſi erat non diſſimile, atue Alexandriæ, genus ædificiorum (ut minora maoribus conferantur,) turreſque editæ & conjunctæ mu- locum obtinebant. Neque noſtri aut ſcalis, aut cratius, aut reliquis rebus parati venerant ad oppugnanum; ſed terror hominibus mentem conſiliumque eriit, & membra debilitat; ut tunc accidit. Qui ſe in æuô locô ac planô pares eſſe confidebant, iidem pererriti fugâ ſuorum & cæde paucorum, xxx pedum altudine in ædificiis conſiſtere auſi non ſunt, ſeque per olem in mare præcipitaverunt, & DCCC paſſuum inervallum ad opidum enataverunt. Multi tamen ex iis cati interfectique ſunt. Sed numerus captivorum omnio fuit DC. Cæſar, prædâ militibus conceſsâ, ædificia iripi juſſit; caſtellumque ad pontem, qui propior erat haro, communivit; atque ibi præſidium poſuit. Hunc fugâ

Et ſcienter anguſtias loci tuebantur] as nimirum *anguſtias* innuit, quas Cær in ipſo calce ſuperioris libri ita deribit, ut *anguſtum* iter vocet, quod à perioribus regionibus inſulæ Phari in ngitudinem paſſuum nongentorum moles in ſalum jactæ efficiant. *Idem.*

Ad pontem, qui propior erat Pharo] Cæſar quoque in modò allegatô loco ait, Pharum inſulam ponte cum opidô, nimirum Alexandriâ, conjungi. Itaque Hirtius hic refert Cæſarem in eâ pontis parte

ſuga Pharitæ reliquerant; fortiorem illum propioten que opido Alexandrini tuebantur. Sed eum poſtero di ſimili ratione aggreditur; quod his obtentis duobus omnem navigiorum excurſum & repentina latrocini ſublatum iri videbatur. Jamque eos, qui præſidio eur locum tenebant, tormentis è navibus ſagittiſque depu lerat, atque in opidum redegerat, & cohortium III in ſtar in terram expoſuerat: non enim plures conſiſter anguſtiæ loci patiebantur. Reliquæ copiæ in navibu ſtationem obtinebant. Quô factô, imperat pontem ad verſus hoſtem prævallari; &, quà exitus navibus erat fornice exſtructô, quô pons ſuſtinebatur, lapidibus op pleri atque obſtrui: quorum alterô opere effectô, nul la omnino ſcapha egredi poſſet: alterô inſtitutô, omne Alexandrinorum copiæ ex opido ſe ejecere, & contr munitiones pontis latiore loco conſtiterunt: eodemque tempore quæ conſueverant navigia per pontes ad incendia onerariorum emittere, ad molem conſtituerunt. Pugnabatur à noſtris ex ponte, ex mole; ab illis ex areâ, quæ erat adverſus pontem, & ex navibus contra molem. In his rebus occupato Cæſare, militeſque hortante, remigum magnus numerus & claſſiariorum ex longis navibus noſtris in molem ſe ejecit. Pars eorum ſtudio ſpectandi ferebatur; pars etiam cupiditate pugnandi. H primùm navigia hoſtium lapidibus ac fundis à mole repellebant; ac multum proficere multitudine telorum videbantur. Sed poſtquam ultra eum locum ab latere eorum aperto auſi ſunt egredi ex navibus Alexandrini pauci, ut ſine ſignis certiſque ordinibus, ſine ratione prodie-

parte præſidium poſuiſſe, quæ Pharo propior erat. *Idem.*

Iamque eos, qui præſidiô eum locum tenebant] *Eum locum*, ſupple *pontem*, hoc eſt, partem pontis, quæ Alexandriæ magis erat affinis. *Idem.*

Et cohortium trium inſtar] Id eſt, circiter tres; quæ locutio Latinis (quantum ego judicare poſſum) infrequen. eſt. *Idem.*

Quorum alterô opere effectô] Videlice pontis fornice lapidibus oppletô. *Idem*

Altero] Scilicet ut pons adverſun hoſtes prævallaretur. *Idem.*

Ad incendia onerariarum] Supple, *Romanarum.* Paulò enim ſuperius me mini

erant, ſic temere in naves refugere cœperunt. Quorum fuga incitati Alexandrini ex navibus egrediebantur, oſtroſque acrius perturbatos inſequebantur. Simul qui navibus longis remanſerant, ſcalas rapere naveſque terrâ repellere, properabant; ne hoſtes navibus poentur. Quibus omnibus rebus perturbati milites noi cohortium trium, quæ in ponte ac primâ mole conterant, quum poſt ſe clamorem exaudirent, fugam orum viderent, magnam vim telorum adverſi ſuſtirent, veriti ne ab tergo circumvenirentur, & diſceſſu avium omnino reditu intercluderentur, munitionem pontem inſtitutam reliquerunt, & magno curſu incití ad naves contenderunt. Quorum pars proximas naa naves multitudine hominum atque onere depreſſa t; pars reſiſtens & dubitans, quid eſſet capiendum onſilii, ab Alexandrinis interfecta eſt: nonnulli feliore exitu expeditas ad anchoram naves conſecuti inolumes diſceſſerunt: pauci allevati ſcutis, & animo d conandum nixi, ad proxima navigia adnatarunt. æſar, quoad potuit, cohortando ſuos ad pontem & unitiones contendere, eodem in periculo verſatus eſt. oſtquam univerſos cedere animadvertit, in ſuum naviium ſe recepit. Quò multitudo hominum inſecuta quum rumperet: neque adminiſtrandi neque repellendi à tera facultas daretur; fore, quod accidit, ſuſpicatus, ſe ex navigio ejecit, atque ad eas, quæ longius conſtierant, naves adnatavit. Hinc ſuis laborantibus ſubſiio ſcaphas mittens nonnullos conſervavit. Navigium uidem ejus multitudine depreſſum militum unà cum ominibus interiit. Hôc prælio deſiderati ſunt ex numerô

le-

init Hirtius magnum numerum miorum navigiorum, & ſcapharum cum alleolis ignibuſque ab Alexandrinis ntra Romanos inſtructum eſſe. *Idem.*
Seſe ex navigio ejecit] Suetonius trat, Cæſarem per ducentos paſſus nataſſe elatâ lævâ, ne libelli, quos tenebat manu, madefierent, paludamentô inſuper tractô, ne ſpoliô potiretur hoſtis. Etſi Dion ac Appianus veſtem ab Alexandrinis interceptam, & loco trophæi ſuſpenſam, memorant. *Gland.*

Ma-

legionariorum militum CD, & paullò ultra eum numerum claſſiarii & remiges. Alexandrini eô locô caſtellum magnis munitionibus multiſque tormentis confirmaverunt, atque, egeſtis ex mari lapidibus, liberè ſunt uſi poſtea ad mittenda navigia. Hôc detrimentô milites noſtri tantum abſuerunt ut perturbarentur, ut incenſi potius atque incitati magnas acceſſiones fecerint in operibus hoſtium expugnandis, in præliis quotidianis, quandocumque ſors obtulerat procurrentibus & erumpentibus Alexandrinis * manum comprehendi multum operibus, & ardentibus ſtudiis militum nec divulgata Cæſaris cohortatio ſubſequi legionum aut laborem aut pugnandi poterat cupiditatem: ut magis deterrendi & continendi à periculoſiſſimis eſſent dimicationibus quàm incitandi ad pugnandum. Alexandrini, quum Romanos & ſecundis rebus confirmari, & adverſis incitari viderent, neque ullum belli tertium caſum noſſent, quò poſſent eſſe firmiores, ut conjecturâ conſequi poſſumus, aut admoniti à regis amicis, qui in Cæſaris erant præſidiis, aut ſuô priore conſiliô, per occultos nuncios regi probatô; legatos ad Cæſarem miſerunt, ut dimitteret regem, tranſireque ad ſuos pateretur: paratam enim omnem multitudinem eſſe, confectam tædiô puellæ, fiduciariô regnô, dominatione crudeliſſimâ Ganymedis; facere id, quod rex imperaſſet quo ſi auctore in Cæſaris fidem amicitiamque venturi eſſent, nullius periculi timorem multitudini fore impedimento, quò minus ſe dederent. Cæſar, etſi fallacem gentem, ſemperque alia cogitantem, alia ſimulantem ben-

Manum comprehendi multum operibus, & ardentibus ſtudiis militum] Locus iſte in omnibus exemplaribus (quæ mihi videre contigit) corruptiſſimus eſt: Wolffianum, Aldinum & Gryphianum hâc adjectâ ſtellulâ legit. Solus Beroaldi codex abſque ullô aſteriſcô ita, ſed æquè hianter: *& erumpentibus Alexandrinis manibus comprehendendi multum operibus, & ardentibus ſtudiis militum,* & cætera. Hæc ego me non intelligere ingenuè confiteor. *Rhellican.*

Fiduciariô regnô] *Fiduciarium regnum* vocat, quod aliquando ſit reſtituendum

ene cognitam habebat, tamen petentibus dare veniam
ile eſſe ſtatuit: quod ſi quo pacto ſentirent ea, quæ po-
ularent, manſurum in fide dimiſſum regem credebat;
n, id quod magis illorum naturæ conveniebat, ducem
l bellum gerendum regem habere vellent, ſplendidius
que honeſtius ſeſe contra regem, quàm contra con-
narum ac fugitivorum manum, bellum eſſe geſturum.
aque regem cohortatus, ut conſuleret regno paterno,
arceret præclariſſimæ patriæ, quæ turpiſſimis incendiis
ruinis eſſet deformata, cives ſuos primum ad ſanita-
m revocaret, deinde conſervaret, fidem Populo Ro-
ano ſibique præſtaret; quum ipſe tantum ei crederet,
ad hoſtes armatos eum mitteret: dextram tenens, di-
ittere cœpit adultâ jam ætate puerum. At regius ani-
us diſciplinis fallaciſſimis eruditus, ne à gentis ſuæ mo-
bus degeneraret, flens orare contra Cæſarem cœpit,
e ſe dimitteret: non enim regnum ipſum ſibi conſpe-
u Cæſaris eſſe jucundius. Compreſſis pueri lacrimis,
æſar ipſe commotus celeriter, ſi illa ſentiret, fore eum
cum affirmans, ad ſuos dimiſit. Ille, ut ex carceri-
us in liberum curſum emiſſus, adeo contra Cæſarem
criter bellum gerere cœpit; ut lacrimas, quas in col-
quiô projecerat, gaudiô videretur profudiſſe. Acci-
diſſe

m; tanquam bonâ fide concredi-
m. Quomodo T. Livius *fiduciariam*
itatem: ac ſupra etiam Cæſar, *fidu-*
riam operam dixit. *Glandorp.*

Ille ut ex carceribus in liberum curſum
iſſus] Tranſlatio ducta à quadrigis
rcenſibus, quæ mittebantur à magi-
atu, ſtatimque proſilientes è carceri-
s ſpatia corripiebant, tantâ interdum
rſus celeritate & contentione, ut ha-
nas non audirent. Virg. lib. I Georg.
calcem:

Vt cùm carceribus ſeſe effudere quadrigæ,
Addunt ſe in ſpatia, & fruſtra retinacula tendens
Fertur equis auriga, nec audit currus habenas.

Erant autem *carceres* repagula quædam unde curſus initium erat, quibus coërcebantur equi, ne inde exirent priuſquam magiſtratus ſignum dediſſet, ut docet Ad. Turneb. lib. 25 adverſ. cap. 2. Græci βαλβίδας ſeu ἀφετηρίας appellant, unde illa: *à carceribus ad metam, à meta ad carceres.* M. Tul. in Catone majore: *nec verò velim, quaſi decurſô ſpatiô, à calce ad carceres revocari.* Brant.

Vt lacrymas, quas in colloquiô projecerat, gaudiô videretur profudiſſe] Etiam gaudium lacrymas interdum excutit, præſertim inſperatum. Terent. Adelph.

diſſe hoc complures Cæſaris legati, amici, centurione militeſque lætabantur; quod nimia bonitas ejus fallaci pueri eluſa eſſet. Quaſi verò id Cæſar, bonitate tantur adductus, ac non prudentiſſimô conſiliô, feciſſet. Quur duce aſſumto Alexandrini nihilo ſe firmiores factos, at languidiores Romanos animadverterent; eludentibu que militibus regis ætatem atque infirmitatem; magnur dolorem acciperent, neque ſe quidquam proficere vi derent; rumoreſque exſiſterent, magna Cæſari præſi dia, terreſtri itinere, Suriâ Ciliciâque adduci, quo nondum Cæſari auditum erat. Interea commeatum qui noſtris mari ſupportabatur, intercipere ſtatuerun Itaque expeditis navigiis, locis idoneis ad Canopum i ſtatione diſpoſitis navibus, inſidiabantur noſtris com meatibus. Quod ubi Cæſari nunciatum eſt, claſſem ju bet expediri atque inſtrui. Præficitur T. Nero. Profi

ciſcun

act.3, ſcena 5: *Oh, lacrumis gaudiô.* Ubi Donat. *immoderata lætitia lacrymas habet.* Et Heautont. act. 2, ſcen. 2:

—— lacrumis opplet os totum ſibi, ut
Facile ſcires deſideriô id fieri tuô.

Auctor eſt Joſephus, lib.12 antiq. Judaic. cap.2, Ptolemæum Philadelphum Regem Ægypti, quum illi libri ſacri literis aureis deſcripti porrigerentur, præ gaudiô in lacrymas prorupiſſe: *nam*, inquit, *ſæpius natura hoc ſummô gaudiô patitur, quod etiam dolentibus ſolet accidere.* Idem. Cur autem ſubitâ magnâque læticiâ affecti lacrymentur, cauſam eſſe Phyſici docent, diffuſionem & apertionem meatuum, qui à cerebrô humectati, ad oculos humorem deferant. Terentianum eſt: *Homini ilico lacrymæ cadunt quaſi puero gaudium.* Gland.

Ad Canopum] Canopus ſive Canobus Ægypti urbs, patria Claudiani Poëtæ, diſtans Alexandriâ cxx ſtadia, ita dicta eſt à Canobô Amyclæô, Menelai navis gubernatore, ibique ſepultô: nam devictâ Troiâ, in Ægyptum vi ventorum delatus cum Helenâ, gubernatorem ictu ſerpentis amiſit; in cujus memoria urbs hæc condita: relictis in eâ, qui a navigandum inutiles erant. Virgil. Georg.

Nam quia Pellæi gens fortunata Ca
nopi
Accolit effuſô ſtagnantem flumi
Nilum.

Hodie Caſtaldo *Bichieri*, Zieglero *B chir* dicitur. *Montan.*

Præficitur T. Nero] Hic Tiberius Ne ro pater eſt Tiberii Neronis Imperato ris, qui Auguſto in principatu ſucceſſi Suetonius auctor eſt, eum non leve operam Cæſari in hôc bellô Alexandr nô contuliſſe. Quare etiam in Scipion locum Pontifex ab illo eſt creatus, Narbonem Arelatemque ad coloni deducendas miſſus eſt. Idem tame Cæſare cæsô præmia tyrannicidis ſuffr giô ſuô decrevit: & poſtea pace conc liata, Auguſto uxorem Liviam Druſi lam gravidam tunc (hoſtis enim eju fuerat) petenti conceſſit. Et paulo po obiit. *Montan.*

M

iſcuntur in eâ claſſe Rhodiæ naves, atque in his Euhranor, ſine quo nulla umquam dimicatio maritima; ulla etiam parum feliciter confecta erat. At fortuna, uæ plerumque eos, quos plurimis beneficiis ornavit, d duriorem caſum reſervat, ſuperiorum temporum iſſimilis, Euphranorem proſequebatur. Nam quum ad anopum ventum eſſet; inſtructaque utrimque claſſis onflixiſſet; & ſua conſuetudine Euphranor primus præum commiſiſſet; & illic triremem hoſtium perforaſſet c demerſiſſet; proximam longius inſecutus, parum ceeriter inſequentibus reliquis; circumventus ab Alexanrinis eſt: cui ſubſidium nemo tulit: ſive quod in ipſo tis præſidii pro virtute ac felicitate ejus putarent eſſe; ve quod ipſi ſibi timebant. Itaque unus ex omnibus eô rælio bene rem geſſit, ſolus cum ſua quadriremi victrie periit. Sub idem tempus Mithridates Pergamenus agnæ nobilitatis domi ſcientiæque in bello, & virtus, fidei dignitatiſque in amicitia Cæſaris, miſſus in uriam Ciliciamque initio belli Alexandrini ad auxilia cerſenda, cum magnis copiis quas celeriter & proenſiſſimâ civitatum voluntate, & ſuâ diligentiâ confeerat, itinere pedeſtri, quo conjungitur Ægyptus Suæ, Peluſium adduxit: idque opidum firmô præſidiô ccupatum ab Achillâ propter opportunitatem loci, namque tota Ægyptus maritimô acceſſu Pharô, pedeeri Peluſiô, veluti clauſtris, munita exiſtimatur) repen; magnis circumdatum copiis, multiplici præſidio ertinaciter propugnantibus, & copiarum magnitudie, quas integras vulneratis defeſſiſque ſubjiciebat, & perſe-

Mithridates Pergamenus] Mithridas, natus ex pellice Mithridatis ejus, qui x Ponti bellum diuturnum cum P. . geſſit, Cæſaris favore & beneficenâ, cui in bellô civili militavit, Tearchiam Galatiæ & Boſpori regnum ecutus eſt, interemtus poſtea à Lyndro. Vide Strabon. lib. 13. *Glandor.*

Ægyptus Suriæ] Conjungitur Phœnice, quæ Suriæ pars, (ea enim dividitur in Palæſtinam, Phœnicem, Antiochenen, Comagenen & Cœlen,) Ægypto. Phœnice enim quondam erat, quicquid terrarum inter Eleutherum flumen & Peluſium opidum Ægypto mari interno objacet. *Cluver.*

perſeverantiâ conſtantiâque oppugnandi, quo die eſ aggreſſus, in ſuam redegit poteſtatem, præſidiumqu ibi ſuum collocavit. Inde re bene geſta Alexandriam a Cæſarem contendit; omneſque eas regiones, per qua iter faciebat, auctoritate ea, quæ plerumque adeſt vi ctori, pacarat, atque in amicitiam Cæſaris redegerat Locus eſt fere regionum illarum nobiliſſimus non it longè ab Alexandria, qui nominatur Delta; quod no men à ſimilitudine literæ cepit. Nam pars quædam flu minis Nili, (mirè) derivata inter ſe, duobus itineribu paullatim, medium inter ſe ſpatium relinquens, diver ſiſſimô ad litus intervallô, mari conjungitur. Cui loc quum appropinquare Mithridatem Rex cognoviſſet; & tranſeundum ei flumen ſciret; magnas adverſus eum co pias miſit, quibus vel ſuperari delerique Mithridatem vel ſine dubio retineri poſſe credebat. Quemadmodun autem optabat eum vinci; ſic ſatis habebat interclusun à Cæſare à ſe retineri. Quæ primæ copiæ flumen à Del ta tranſire, & Mithridati occurrere potuerunt, prælium com-

Delta] Ægyptus dividitur in *ſuperiorem & inferiorem: inferior Delta* dicitur. Hodie autem duplici nomine Delta inſignitur: nam ea pars quæ verſus orientem Nilo adjacet, ab incolis *Bechria:* quæ verò ad occidentem, *Errif* vocatur. *Ioannes Leo.*

Nam pars quædam, &c.] Locus eſt nonnihil vitiatus, quem ſic reſtitues: *Nam pars quædam fluminis Nili derivata duobus itineribus*, &c. *Mari conjungitur*, præpoſitione *à* expuncta. *Glandorp.* Expunctionem hanc probat Ciacconius. Sentit enim (verba ejus ſunt) Nilum ad locum, qui Delta dicitur, dividi divaricarique, deinde paullatim creſcere, medium ſpatium demum diverſiſſimis & longè à ſe diſtantibus locis mari conjungi: quamquam & dictiones, *ad litus*, abundare exiſtimo, ſed ſuperiorem locum non ſatis caſtigatum eſſe credo. *Montan.*

Quum appropinquare Mithridatem Rex] Joſephus totum hoc negotium fuſius ita deſcribit. *Poſt mortem Pompeii, dum Cæſar contra Ægyptum pugnaret, Antipater Iudæorum potentiſſimus mandatis Hyrcani obediens, dum per Corycum tranſiret, & minimè potuiſſet per Peluſium viam conficere, ſed in Aſcalon moraretur; Antipater ei tria millia armatos Iudæos adduxit, necnon & Arabum nobiliſſimos auxiliatores ei paravit: & propter eum omnes Syri propenſius Cæſaris parteis adjuvabant. Verùm etiam Blicus potentiſſimus, & Ptolemæus filius ejus, Libanum montem habitantes, cum omnibus civitatibus eandem pro Cæſare mentem habebant. Mithridates autem ſurgens è Syriâ, quum ad Peluſium perveniſſet, & eum non ſuſcepiſſent, civitatem obſidebat; cujus maximâ virtute Antipater primus partem muri dejecit, & reliquis viam ingredi civitatem paravit. Et Peluſium quidem*

commiſerunt, feſtinantes præripere ſubſequentibus victoriæ ſocietatem. Quorum impetum Mithridates magnâ cum prudentiâ, conſuetudine noſtrâ caſtris vallatis ſuſtinuit. Quum verò incautè atque inſolenter ſuccedere eos munitionibus videret; eruptione undique facta, magnum numerum eorum interficit. Quod niſi locorum notitiâ reliqui ſe texiſſent, partimque in naves, quibus flumen tranſierant, recepiſſent, funditus deleti eſſent. Qui ut paullulum ab illo timore ſe recrearunt, adjunctis iis, qui ſubſequebantur, rurſus Mithridatem oppugnare cœperunt. Mittitur à Mithridate nuncius Cæſari, qui rem geſtam perferret. Cognoſcit ex ſuis, eadem hæc accidiſſe Rex. Ita pene ſub idem tempus & rex ad opprimendum Mithridatem proficiſcitur, & Cæſar ad recipiendum. Celeriore fluminis Nili navigatione Rex eſt uſus, in qua magnam & paratam claſſem habebat. Cæſar eodem itinere uti noluit; ne navibus in flumine dimicaret: ſed, circumvectus eo mari, quod Africæ partis eſſe dicitur, ſicuti ſupra demonſtravimus, prius tamen Regis copiis occurrit, quàm is Mithridatem aggredi poſſet, eumque ad ſe victorem incolumi exercitu recepit. Conſederat cum copiis rex locô naturâ munitô, quod erat ipſe excelſior planitiâ ex omnibus partibus ſubjectâ. Tribus autem ex lateribus variis genere munitionibus tegebatur. Unum latus erat adjectum

dem ita devaſtatur. Antipatrum autem & Mithridatem euntes ad Cæſarem, quum Ægyptii Iudæi tranſire provinciam vetarent, quæ Oniæ dicitur, Antipater eos flexit ad Cæſaris amicitiam, principis ſacerdotum literas eis oſtendens. Quod quum audiſſent Memphitidem habitantes, ſimili modo Mithridatem ad ſe invitaverunt. Ad quos cum profectus fuiſſet, & ad locum, qui dicitur Delta, perveniſſet, confligit cum hoſtibus, circa locum, qui dicitur Iudæorum expeditio. Habebat autem dextrum cornu Mithridates, lævum autem Antipater. Sed commiſſô præliô, inclinatur cornu, quô Mithridates pugnabat: qui periclitatus eſſet, niſi per ripam fluvii cum ſuis militibus Antipater currens, devictis jam adverſariis mortis eum periculo liberaſſet. Nam victores Ægyptios ad fugam convertens, & perſecutus, caſtra eorum devaſtavit, Mithridatemque fugientem retinuit. Sed revera hæc Joſephus ſatis in gratiam gentis ſuæ, Mithridatis laudibus detrahens, Hirtioque contradicens, ſcripſit. *Montan.*

ctum flumini Nilo ; alterum editiſſimô locô ductum ut partem caſtrorum obtineret ; tertium palude cingebatur. Inter caſtra Regis & Cæſaris iter flumen intercedebat anguſtum, altiſſimis ripis ; quod in Nilum influebat. Aberat autem ab Regis caſtris millia paſſuum circiter VII. Rex, quum hoc itinere venire Cæſarem comperiſſet, equitatum omnem expeditoſque delecto pedites ad id flumen miſit, qui tranſitu Cæſarem prohiberent, & eminus ex ripis prælium impar inirent. Nullum enim proceſſum virtus habebat, aut periculum ignavia ſubibat. Quæ res incendit dolore milites equiteſque noſtros; quod tam diu pari prælio cum Alexandrinis certaretur. Itaque eodem tempore equites Germani diſperſi vada fluminis quærentes, partim demiſſioribus ripis flumen tranſnarunt; & legionarii, magnis arboribus exciſis, quæ longitudine utramque ripam contingerent, projectis, repentinoque aggere injecto, flumen tranſierunt. Quorum impetum adeo pertimuerunt hoſtes; ut in fugâ ſpem ſalutis collocarent: ſed id fruſtra; namque ex eâ fugâ pauci ad regem refugerunt: pene omni reliquâ multitudine interfectâ. Cæſar, re præclariſſimè geſtâ, quum ſubitum adventum ſuum judicaret magnum terrorem Alexandrinis injecturum, protinus victor ad regis caſtra pertendit. Hæc quum & opere magno vallata, & loci naturâ munita adverteret; conſertamque armatorum multitudinem collocatam in vallo videret; laſſos itinere ac præliando milites ad oppugnanda caſtra ſuccedere noluit. Itaque, non magnô intervallô relictô ab hoſte, caſtra poſuit. Poſterô die caſtellum, quod rex in proximô vicô non longè à ſuis caſtris muniverat, brachiiſque cum opere caſtrorum conjunxerat;

Brachiiſque cum opere caſtrorum conjunxerat, &c.] *Brachia* hic μεταφορικῶς pro curvis munitionibus in brachiorum humanorum ſimilitudinem formatis accipi videntur, ut in illô Virgilianô, lib. 3 Æneid.

—— *geminô demittunt brachia murô*
Turriti ſcopuli. ——

Quod

at, vici obtinendi cauſſà, Cæſar aggreſſus, omnibus opiis expugnat; non quò id minori numero militum onſequi difficile factu putaret; ſed ut ab eâ victoriâ, erterritis Alexandrinis, protinus caſtra regis oppugnaet. Itaque eô curſu, quô refugientes Alexandrinos ex aſtellô in caſtra ſunt milites inſecuti, munitionibus ucceſſerunt, acerriméque eminus præliari cœperunt. Duabus ex partibus aditus oppugnationis noſtris dabaur; unâ, quam liberum acceſſum habere demonſtrai; alterâ, quæ mediocre intervallum inter caſtra & flunen Nilum habebat. Maxima & electiſſima Alexandriorum multitudo defendebat eam partem, quæ facillinum aditum habebat. Plurimùm autem proficiebant oſtes in repellendis vulnerandiſque noſtris, qui in regione fluminis Nili propugnabant. Diverſis enim telis oſtri figebantur, adverſi ex vallo caſtrorum, averſi ex lumine, in quo multæ naves inſtructæ funditoribus & agittariis noſtros impugnabant. Cæſar, quum videret nilites acrius præliari non poſſe, nec tamen multum profici propter locorum difficultatem; quumque aninum adverteret excelſiſſimum locum caſtrorum relictum eſſe ab Alexandrinis; quod & per ſe munitus eſſet, & ſtulio partim pugnandi, partim ſpectandi, decucurriſſent n eum locum, in quo pugnabatur; cohortes illò circuire caſtra, & ſummum locum aggredi, juſſit; hiſque Carſulenum præfecit, & animi magnitudine, & rei militaris ſcientiâ virum præſtantem. Quò ut ventum eſt, paucis defendentibus munitionem, noſtris contra militibus acerrimè pugnantibus, diverſô clamore & præliô

Quod Donatus ita exponit, *cautes ſunt n formam brachiorum*. Rhellican.

Liberum acceſſum haberi] Scilicet à planitie, quæ ex omni parte regiæ munitioni ſubjecta erat. *Idem.*

Hiſque Carſulenum præfecit] *Carſuleni* operâ uſus eſt & Cæſar in bellô Gallicô, quemadmodum videre eſt ejus belli Commentariô quartô. Periit in conflictu Mutinenſi, dum pugnat adverſus M. Antonium. Vide epiſtolas Ciceronis libr. 10 familiarium, ut vocant. *Glandorp.*

lio perterriti Alexandrini, trepidantes in omnes parte diſcurrere cœperunt. Quorum perturbatione, noſtro rum animi adeo ſunt incitati, ut pene eodem tempor ex omnibus partibus, primi tamen editiſſimum locu caſtrorum caperent: ex quo decurrentes magnam mu titudinem hoſtium in caſtris interfecerunt. Quod peri culum plerique Alexandrini fugientes acervatim ſe d vallo præcipitaverunt in eam partem, quæ flumini era adjuncta. Horum primis in ipsâ foſsâ munitionis ma gna vi oppreſſis, ceteri faciliorem fugam habuerunt Conſtat fugiſſe ex caſtris regem ipſum, receptumque i navem, & multitudine eorum, qui ad proximas nave adnatabant, demersô navigiô periſſe. Re feliciſſimè ce lerrimeque geſtâ, Cæſar, magnæ victoriæ fiduciâ proximô terreſtri itinere Alexandriam cum equitibus contendit; atque ea parte opidi victor introiit, quæ præſiſidio hoſtium tenebatur. Neque eum conſilium ſuum fefellit, quin hoſtes, eô præliô auditô, nihil jam de bello eſſent cogitaturi. Dignum adveniens fructum virtutis & animi magnitudinis tulit: omnis enim multitudo opidanorum, armis projectis munitionibuſque ſuis relictis, veſte eâ ſumptâ, quâ ſupplices dominantes deprecari conſueverunt, ſacriſque omnibus prolatis, quorum religio-

Fugiſſe ex caſtris regem] Idem tradit Livius lib. 112, quanquam Strabo lib. 17, cæſum tradat. L. Florus, in limo, ubi obrutus foret, in honore aureæ loricæ repertum refert. Suetonius auctor eſt, veritum Cæſarem Ægyptum provinciam facere, ne quando violentiorem præſidem nacta, novarum rerum materia eſſet. Eadem de cauſſa princeps Auguſtus redactam in poteſtatem Populi Romani, non niſi per Equitem Ægyptum adminiſtrari voluit, vetitis etiam Senatoribus, ne Ægyptum ſine ſuo juſſu peterent. *Idem.*

Veſte eâ ſumptâ, quâ ſupplices dominantes deprecari conſueverunt] Infra de Deiotaro Rege: *Depoſitis regiis inſignibus, neque tantum privato veſtitu, ſed etiam reorum habitu ſupplex ad Cæſarem venit oratum ut ſibi ignoſceret.* Cottidiana olim Romanorum veſtis alba fuit, præcipuè toga. Ideoque diſcrimen inter cives à colore veſtis nullum, niſi quod divites munduli, elegantes ſemper in togâ ſuâ à fullone niveâ; vulgo fere ſordidiores eſſent, & togis magis pallentibus ac obſoletis. Sed & viri illuſtres ac nobiles rei facti per dies judicii ſumebant hanc togam ſordidam, poſitâ niveâ, ut miſerabiliores eſſent in veſte plebeiâ. Itaque rei in ſordibus eſſe dicuntur, aut ſordidati, non pullati, ne quis erret, qui color tantùm funebris. *Lipſius.*

igione precari offenſos iratoſque animos regum erant ſoliti, advenienti Cæſari occurrerunt, ſeque ei dedide-runt. Cæſar in fidem receptos conſolatus, per hoſtium munitiones in ſuam partem opidi magna gratulatione venit ſuorum, qui non tantùm bellum ipſum ac dimicationem, ſed etiam talem adventum ejus felicem fuiſſe ætabantur. Cæſar Ægyptô atque Alexandriâ potitus reges conſtituit, quos Ptolemæus teſtamento ſcripſerat, atque obteſtatus erat Populum Romanum, ne mutarentur. Nam majore ex duobus pueris rege amiſſo, minori tranſdidit regnum, majorique ex duabus filiis Cleopatræ, quæ manſerat in fide præſidiiſque ejus. Minorem Arſinoën, cujus nomine diu regnaſſe impotenter Ganymeden docuimus, deducere ex regno ſtatuit; ne qua rurſus nova diſſenſio, prius quàm diuturnitate confirmarentur regis imperia, per homines ſeditioſos naſceretur. Legione veteranâ VI ſecum deductâ, ceteras ibi relinquit; quò firmius eſſet eorum regum imperium: qui

Ptolemæus teſtamento ſcripſerat] Neme ut ex duobus filiis major, & ex duabus filiabus ea, quæ ætate antecedebat, hæres fieret. *Montan.*

Nam majori ex duobus pueris, &c.] Eadem Tranquillus in Cæſare his ſcripſit verbis, addens conſilii Cæſareani rationem. *Regnum*, inquit, *Ægypti victor Cleopatræ fratrique ejus minori permiſit, veritus provinciam facere; ne quandoque violentiorem nacta præſidem, novarum rerum materia eſſet.* Idem.

In fide præſidiiſque ejus] Cùm enim Photinus Cæſari inſidias ſtrueret, & jam bellum pararet, ille Cleopatram, regno ejectam, ex agris clanculum ad ſe evocavit: *Quæ cum uno ſuorum amicorum Apollodorô Siculô in lembum ingreſſa, jam nocte ingruente* (ita dicit Plutarchus) *ad regiam pervenit, cumque latere aliter non poſſet, in longum porrecta ſtragulo ſe illigari ab Apollodorô, atque ita ad Cæſarem per fores apportari paſſa eſt. Hâc primùm Cleopatræ technâ captus ac protervitate creditur Cæſar: victus deinde ſuavitate conſuetudinis ejus & jucunditate, in gratiam fratris eam reſtituit, ita ut unà regnaret.* Idem verò auctor teſtatur alios culpam belli hujus Photino deferre: alios illud nullâ neceſſitate, ſed ob amorem Cleopatræ ſuſceptum eſſe pro certo affirmare. Dio originem ad exactiones pecuniarum refert: quas Cæſar tam impiè corradebat, ut etiam à ſacris non abſtineret. Et addit: Ægyptios refugiſſe Cleopatræ imperium; cui utpote elegantiſſimæ formæ, Cæſarem amoribus obnixè deditum, regimen delaturum verebantur. *Montan.*

Minorem Arſinoëm] Arſinoæ Cyprum inſulam conceſſiſſe Cæſarem, ait Dio. *Idem.*

Ceteras ibi relinquit] Paulò poſt diſceſſum Cæſaris, Cleopatra, in regnum reſtituta, filium ex eo peperit, ut teſtatur Plutarchus, quem Alexandrini Cæſarionem appellarunt. *Idem.*

qui neque amorem ſuorum habere poterant, quod
deliter permanſerant in Cæſaris amicitiâ; neque vet
ſtatis auctoritatem, paucis diebus reges conſtituti.
mul ad imperii noſtri dignitatem utilitatemque pub
cam pertinere exiſtimabat, ſi permanerent in fide reg
præſidiis eos noſtris eſſe tutos, & hos, ſi eſſent ingra
poſſe iiſdem præſidiis coërceri. Sic rebus omnibus co
fectis & collocatis ipſe itinere terreſtri profectus eſt
Suriam. Dum hæc in Ægypto geruntur, rex Deiotar
ad Domitium Calvinum, cui Cæſar Aſiam, finitim
que provincias adminiſtrandas tranſdiderat, venit;
ratum, ne Armeniam Minorem, regnum ſuum, ne
Cappadociam, regnum Ariobarzanis, poſſideri vaſt
rique pateretur à Pharnace: quô malô niſi liberarent
imperata ſibi facere, pecuniamque promiſſam Cæſari n
poſſe ſe perſolvere. Domitius non tantum ad explicand
ſumtus rei militaris, quum pecuniam neceſſàriam e
judicaret; ſed etiam turpe populo Romano & Cæſ
vict

Deiotarus] Steterat hic primum à partibus Pompeii, ſed ignoverat illi Cæſar. Poſtea tamen Bruto percuſſori Cæſaris, extremâ jam ſenectute, auxiliatus eſt. *Idem.*

Armeniam Minorem] Armenia Minor, ita dicta reſpectu Majoris, clauditur ab ortu Euphrate amne, à meridie Amano monte, ab occaſu & ſeptentrione monte Scordiſco. Mediam ſecat Antitaurus. Hodie *Pegian* & *Bozoch*, quondam etiam Leucoſyria. *Cluver.*

Cappadociam] Cappadocia, quæ nunc quatuor complectitur regiones, *Genech*, *Suas*, *Anadole* & *Amaſiam*, ab ortu habet Armeniam minorem, à meridie Ciliciam, ab occaſu Pamphyliam & Galatiam, à ſeptentrione Pontum Euxinum. *Idem.*

Ariobarzanis] Ariobarzanes hoc bello à Cæſare Armeniæ parte donatus eſt. Cujus beneficii memoriam occiſô etiam Cæſare non depoſuit. Cùm enim Caſſius Brutuſque Aſiæ provincias ſuis partibus adjungerent: detrectavit cum Rhodiis Lyciiſque eorum ſocie tem. Itaque captus tandem, à Caſſio terfectus eſt. *Montan.*

Pateretur à Pharnace] Pharnace quem Pompeius victor, Mithridate tre cæſo, regem Boſpori fecerat, per caſionem belli civilis inter Pompeiu & Cæſarem ad univerſum regnum cuperandum animum adjeciſſe, ſcri Dion; ac primum quidem regionem mnem Colchorum ſibi ſubjeciſſe, inde abſente Deiotaro, cùm is eſſet caſtris Pompeii, totam Armeniam c nonnullis Cappadociæ & Ponti trac bus & civitatibus Bithynicæ præfect contributis, occupaſſe: atque hæc om Cæſarem neglexiſſe, quod tum in gyptô hærens nondum eam conſtitu ſet, haberetque ſpem, per alios Ph nacem reprimi coërcerique poſſe, ec Domitio Calvino totam Aſiam cum mnibus exercitibus quotquot in ea rent, commiſiſſe. *Glandor.*

P.

ctori ſibique infame eſſe ſtatueret, regna ſociorum atque amicorum ab externo rege occupari, nuncios conſtim ad Pharnacem miſit, Armeniâ Cappadociâque cederet, neve occupatione belli civilis populi Romani jus majeſtatemque tentaret. Hanc denunciationem cum majorem vim habituram exiſtimaret, ſi propius es regiones cum exercitu acceſſiſſet; ad legiones profectus, unam ex tribus XXXVI ſecum ducit, II in Ægyptum ad Cæſarem mittit, literis ejus evocatas; quarum altera in bellô Alexandrinô non occurrit; quod itinere terreſtri per Suriam erat miſſa. Adjungit Cn. Domitius legioni XXXVI duas à Deiotarô, quas ille diſciplinâ atque armaturâ noſtrâ complures annos conſtitutas habebat, equiteſque centum; totidemque ab Ariobarzane ſumit. Mittit P. Sextium ad C. Plætorium quæſtorem, ut legionem adduceret, quæ ex tumultuariis militibus in Pontô confecta erat; Quinctumque Patiſium in Ciliciam ad auxilia accerſenda. Quæ copiæ celeriter omnes juſſu Domitii Comanæ convenerunt. Interim legati à Phar-

P. *Sextium*] Eundem eſſe credo, quem Cæſar lib. II de bell. Gall. P. Sextium Baculum, primopilum virumque fortiſſimum nominat. *Mont.*

C. *Plætorium*] Alii *Prætorium* legunt, ſed rectius *Plætorium*: quemadmodum etiam ſcribitur in fine libri de bello Africano. Eô enim locô Hirtius Plætorium Ruſtianum diu multumque navibus longis jactatum periiſſe auctor eſt. Sed alius ille ab hoc noſtro: is enim à Pompeii, hic à Cæſaris partibus ſtetit. *Idem.*

Quinctumque Patiſium] Cicero lib. 12, epiſt. 15: *aut comparaverat Patiſcus proqueſt. homo mihi cum familiaritate, tum etiam ſenſibus in rep. conjunctiſſimus.* Sed MC. *Patiſium*: Gryphii verò liber & Mſ. *Patiſcium*. Videndum an is ſit, quem *Petiſſium* vocat Cicero Phil. 13: *alite illa naufragia Cæſaris amicorum, Cyronem, Muſtellam, Petiſſium.* & Phil. 12: *Mea bona donare ſe dixit Petiſſio Vrbinati.* Ciaccon. Glandorpius eundem eſſe opinatur, qui poſteà ad Cæſaris percuſſores defecit, cumque iis interiit.

In Ciliciam] *Cilicia antea ad Ægypti Peluſium pertinebat, Lydiis, Medis, Armeniis, Pamphyliâ, ſub imperiô Cilicum conſtitutis: mox ab Aſſyriis ſubacta in breviorem modum ſcripta eſt. Plurima jacet campô, ſinu latô recipiens Iſſicum mare, à tergo montium Tauri & Amani jugis clauſa. A Cilice nomen trahit, quem ætas priſtina pene ultra ævum memoriæ abſcondit. Hunc aiunt Phœnice ortum, qui antiquior Iove de primis terræ alumnis habetur.* Solinus. Matrem urbium habet Tarſum, Apoſtoli Pauli natalibus inclytam. Cluverius & Belonius hodie regionem hanc *Carmaniam* vocari contendunt. *Montan.*

Comanæ] Ignoraſſe videtur Rhellicanus *Comanam* duplicem fuiſſe, *Cappadociæ*

Pharnace reſponſa referunt, Cappadociâ ſe deceſſiſſ Armeniam minorem recepiſſe, quam paterno nomi jure obtinere deberet; denique ejus regni cauſſa integ Cæſari ſervaretur: paratum enim ſe facere; quod is ſt tuiſſet. Cn. Domitius, quum animadverteret eum Ca padociâ deceſſiſſe, non voluntate adductum, ſed nec ſitate; quod facilius Armeniam defendere poſſet, ſub ctam ſuo regno, quam Cappadociam longius remota quodque omnes III legiones adducturum Domitium p taſſet; ex quibus cum II ad Cæſarem miſſas audiſſe audaciuſque in Armeniâ ſubſtitiſſet; perſeverare cœpi ut eo quoque regno decederet: neque enim aliud j eſſe Cappadociæ atque Armeniæ: nec juſtè eum poſt lare, ut in Cæſaris adventum res integra differretur: enim eſſe integrum, quod ita eſſet, ut fuiſſet. His r ſponſis datis, cum iis copiis, quas ſupra ſcripſi, pro ctus eſt in Armeniam, lociſque ſuperioribus iter f cere inſtituit. Nam ex Ponto à Comanis jugum e tum ſilveſtre eſt, pertinens in Armeniam Minorem, q Cappadocia finitur ab Armenia. Cujus itineris has e

[c

docia nempe & *Ponticam*. Ille Comanam hanc in Cappadociâ ſitam ait, amne Saro eam præterfluente. Sed revera *Pontica Comana* hoc loco deſignatur; quam Strabo lib. XII, hominibus abundare teſtatur, & ex Armeniâ venientibus emporium præclarum nominat. *Conveniunt*, ait auctor hic inter alia, *eò homines ſub exitus Deæ undique ex urbibus & agro, viri & mulieres ad feſtivitatem: ſemperque etiam alii multi peregrini causâ votorum & ſacrificia Deæ exhibendi gratiâ ibi degunt. Delicatò victu utuntur incolæ; & omnia ipſorum prædia vitibus ſunt conſita. Multæ ibi ſunt mulieres corpore quæſtum facientes, pleræque ſacræ. Nam urbs hæc quaſi parva quædam Corinthus eſt: quod hic quoque ob multitudinem meretricum Veneri ſacrarum plurimi peregrè agebant, ac feſtos dies agitabant, & mercatores atque milites planè exhauriebantur ſumptibus: adeo ut proverbium de ortum ſit:*

Non cuivis homini contingit adire rinthum. Idem.

Paterno nomine] Pater hujus Pha cis Mithridates magnus Ponti Rex f In eum Pharnaces mirè impium, t Oroſiô, ſe geſſit. Quum enim ille percitus duos filios trucidaſſet, hic e citu conſcriptô in patrem movit: a inexorabilis obſeſſo, ut ex altiſſimis ribus proſpectanti voces has deſper extorſerit: *quoniam Pharnaces*, inq *me mori jubet, vos ſi eſtis Dii patrii, cor ut quandoque & ipſe hanc vocem beris ſuis audiat*. Idem.

Id enim eſſe integrum] Id eſt, o tuiſſe Pharnacem ex minore Arm omnino decedere, ſi rem integran Cæſaris adventum differre volui *Rhellican.*

N

[ertas] opportunitates, quod in locis ſuperioribus nul-
s impetus repentinus accidere hoſtium poterat, &
uod Cappadocia, his jugis ſubjecta, magnam com-
eatus copiam erat ſubminiſtratura. Complures inte-
n legationes Pharnaces ad Domitium mittit, quæ de
ace agerent; regiaque munera Domitio ferrent. Ea
onſtanter omnia aſpernabatur, nec ſibi quidquam fore
atiquius; quàm dignitatem Populi Romani & regna
ciorum recuperare, legatis reſpondebat. Magnis &
ontinuis itineribus confectis, quum adventaret Nico-
olim, quod opidum in Armeniâ Minore poſitum eſt,
anô ipſum locô, montibus tamen altis ab duobus la-
ribus objectis, ſatis magnô intervallô ab opidô re-
otis, caſtra poſuit longè à Nicopoli circiter millia paſ-
um VII. Quibus ex caſtris, quum locus anguſtus at-
ue impeditus eſſet tranſeundus, Pharnaces in inſidiis
electos pedites omneſque pene diſpoſuit equites. Ma-
nam autem multitudinem pecoris intra eas fauces diſ-
pari juſſit; paganoſque & opidanos in iis locis obver-
ri: ut ſi amicus Domitius eas anguſtias tranſiret; ni-
l de inſidiis ſuſpicaretur, quum in agris & pecora &
omines animadverteret verſari, tamquam amicorum
dventu. Sin verò ut in hoſtium fines veniret, prædâ
ripiendâ milites diſſiparentur, diſperſique cæderen-
r. Hæc quum adminiſtraret, nunquam tamen inter-
ittebat legatos de pace atque amicitiâ mittere ad Do-
itium: quum hôc ipsô crederet eum facilius decipi
oſſe. At contra ſpes pacis Domitio in iiſdem caſtris
orandi attulit cauſſam. Ita Pharnaces, amiſſa proxi-
i temporis occaſione, veritus, ne cognoſcerentur in-
diæ, ſuos in caſtra revocavit. Domitius poſtero die
pro-

Nicopolim] Nicopolis commune mul-
urbibus nomen eſt. Nam & in Epi-
, Bithyniâ & Thraciâ, præter hanc
meniæ Minoris urbem, etiam ſita
. Hæc autem à Pompeio condita eſt, originem nominis à victoriâ trahens, quam ille obtinuit, cum Mithridatem victum perſequeretur. Verba Strabonis lib. XII: *Ad extremum in ultimam Pontici regni marginem confugit ingruente Pom-*

propiùs Nicopolim acceſſit, caſtraque opido contul
Quæ dum muniunt noſtri, Pharnaces aciem inſtru
ſuo more atque inſtituto. In fronte enim, ſimplici dir
cta acie, cornua trinis firmabantur ſubſidiis. Eade
ratione hæc media collocabantur acie, duobus dext
ſiniſtrâque intervallis, ſimplicibus ordinibus inſtruct
Perfecit inceptum caſtrorum opus Domitius, parte c
piarum pro vallô inſtructâ. Proximâ nocte Pharnace
interceptis tabellariis, qui de Alexandrinis rebus liter
ad Domitium ferebant, cognoſcit Cæſarem magnô
periculô verſari, flagitarique à Domitiô, ut quampr
mum ſibi ſubſidia mitteret; propiuſque ipſe Alexan
driam per Suriam accederet. Quâ cognitâ re, Pharn
ces victoriæ loco ducebat, ſi trahere tempus poſſe
quum diſcedendum celeriter Domitio putaret. Itaqu
ab opido, quà facillimum acceſſum & æquiſſimum a
dimicandum noſtris videbat, foſſas II directas, non i
magnô mediô intervallô relictô, IV pedum altitudin
in eum locum deduxit, quo longius conſtituerat ſua
non producere aciem. Inter has foſſas aciem ſemper in
ſtruebat: equitatum autem ab lateribus omnem extra fo
ſam collocabat: qui neque aliter utilis eſſe poterat,
multum numerô anteibat noſtrum equitatum. Dom
tius autem, quum Cæſaris magis periculo, quàm ſuo
commoveretur; neque ſe tutò diſceſſurum arbitraretu
ſi conditiones, quas rejecerat, rurſus appeteret, au
ſine cauſſa diſcederet; ex propinquis caſtris in acie
exercitum eduxit. XXXVI legionem in dextro corn
collocavit, Ponticam in ſiniſtro Deiotari legiones
mediam aciem contulit; quibus tamen anguſtiſſimu
frontis reliquit intervallum; reliquis cohortibus in ſub
di

Pompeio Mithridates, montem in Aciliſena aqua præditum apud Daſtita occupans, haud procul Euphrate, qui dividit minorem Armeniam ab Aciliſena: ibi tantiſper duravit dum Pompeio obtinente coactus fuit per montes in Colchidem, atque i in Boſporum fugere. Pompeius ibi locor in ipsâ Armeniâ condidit Nicopolim, q etiamnum conſtat, & commodè habitat Montan.

Ac

is collocatis. Sic utrimque acie inſtructa ; proceſſum t ad dimicandum. Signo ſub idem tempus ab utroque ito, concurritur: acriter variéque pugnatur. Nam xxvi legio, quum extra foſſam in equitatum regis npetum feciſſet, adeo ſecundum prælium fecit, ut œnibus opidi ſuccederet, foſſamque tranſiret, adverſque hoſtes aggrederetur. At Pontica ex altera parte gio, quum paullulum averſa hoſtibus ceſſiſſet, foſſam tem circuire [acies] ſecundò conata eſſet, ut aper latere aggrederetur hoſtem; in ipſo tranſitu foſſæ nfixa & oppreſſa eſt. Deiotari verò legiones vix imtum ſuſtinuerunt. Ita victrices regis copiæ cornu ſuô xtrô, mediaque acie converterunt ſe ad xxxvi legiom: quæ tamen fortiter vincentium impetum ſuſtiiit. Magnis copiis hoſtium circumdata, præſentiſſiô animô pugnans, in orbem ſe recepit ad radices iontium: quò Pharnaces inſequi, propter iniquitam loci, noluit. Ita, Ponticâ legione penè totâ amiſ, magnâ parte Deiotari militum interfectâ, xxxvi gio in loca ſe ſuperiora contulit, non amplius ccl ſideratis. Ceciderunt eô præliô ſplendidi ac illuſtres i nonnulli equites Romani. Quô tamen incommo Domitius acceptô, reliquias exercitus diſſipati colgit, itineribuſque tutis per Cappadociam ſe in Aſiam icepit. Pharnaces rebus ſecundis elatus, quum de æſare ea, quæ optabat, ſperaret, Pontum omnibus opiis occupavit: ibique & victor, & crudeliſſimus rex,

Acies ſecundo] Ciacconii conjectu- haud contemnenda eſt. Ita forte le- dum ait: *cum paululum averſus ho- ceſſiſſet, foſſam autem tranſire ut ſe- da acies conata eſſet.* Idem.

n orbem ſe recepit] In orbem ſe reci- bant milites, cùm à nimiâ multitudi- hoſtium preſſi, confertim ſe conglo- rarent, & denſatis ſcutis in orbem nſiſterent: tantum ut inſultus hoſtiles exciperent, non ut ipſi eos invaderent. *Idem.*

In Aſiam recepit] Scilicet *propriè dictam*, quæ in duas ab Agrippâ (teſte Plinio lib. 5, cap. 27.) diviſa eſt partes. Nam alioquin & Cappadocia (per quam Domitius iter fecit) Aſiæ generaliter dictæ regio eſt. Porro *Aſia* proprie ſic vocata terminatur à Septentrione Bithyniâ, ab occaſu reliquâ Propontidis parte,

rex, quum ſibi fortunam paternam feliciore eventu de ſtinaret, multa opida expugnavit; bona civium Roma norum Ponticorumq; diripuit: ſupplicia conſtituit in eo qui aliquam formæ atque ætatis commendationem habe bant, ea quæ morte eſſent miſeriora; Pontumque nu lo defendente, paternum regnum ſe recepiſſe glorian obtinebat. Sub idem tempus in Illyrico eſt incommo dum acceptum, quæ provincia ſuperioribus menſibu retenta non tantùm ſine ignominiâ, ſed etiam cum lau de erat. Namque eò miſſus æſtate cum II legionibu Q. Cornificius Cæſaris quæſtor pro prætore, quamqua erat provincia minimè copioſa ad exercitus alendos, & finitimô bellô ac diſſenſionibus vaſtata & confecta, ta me

parte; Helleſpontô, Ægeô, Cariô, Myrtoôque pelagô. *Rhellican.*

Fortunamque paternam feliciore eventu] Mithridates, vel potius Mithradates, ut habent Faſti Capitolini, pater hujus Pharnacis, ambitione & regnandi cupidine bellum grave & diuturnum Romanis moverat, uſus occaſione Cimbrici, Servilis Socialiſque belli. Dum enim iis vires Romanorum diſtinerentur, ille primùm, pulſo Ariobarzane Cappadocum rege, regnum ejus invaſit, Bithyniamque imperio ſuo adjecit. Nec his contentus, ulterius progreſſus eſt, ſævitiâ quaſi virtute utens. Interfectis unâ die unâque horâ 150000 Romanæ civitatis hominibus, quotquot nempe in Aſiâ deprehendere poterat, Cycladas, Delon, Eubœam ipſaſque Athenas occupavit. Et jam Italiam urbemque Romam regius terror afflabat, cùm Lucius Sylla primùm ruentem ad victorias hoſtem repreſſit, & oppreſſiſſet, niſi metu Marii reducere in Italiam exercitum, quàm debellare victum maluiſſet. Irritatus tantùm cladibus Mithradates, animoſius inſurrexit, ſed ut denuo vinceretur. Lucullus ita eum cecidit, ut, teſte Floro, Granicus & Æſapus amnes cruenti redderentur. Sic attritus tertiò fortunam tentavit. Concitatô totô pene oriente & ſeptentri ne, tandem anno DCXC ab U. C. h eſt anno quam ceperat triceſimo ſecu do, bellum hoc confectum eſt à Por peiô, unô præliô nocturnô in Armeni Poſt illud enim Mithradates nihil v luit, quamquam omnia expertus. hoc eſt quod hoc loco habetur, Pha nacem fortunam paternam feliciore ventu ſibi deſtinaſſe. *Montan.*

Morte eſſent graviora] Quæ ea eſſe oſtendit inferius: *Neque exſectis viri tatem reſtituere poſſe, quod quidem ſupp cium gravius morte cives Romani ſubi ſent.* Ciaccon. Confirmant etiam h ſuccedentis ætatis ſcriptores. Nam Plutarchus ἀπλήςως, id eſt, *immod rate* victoriâ uſum, & Dion captâ di ptâque Amiſo, puberes omnes occid ſe, & Appianus pueris quoque man præcidiſſe, tradunt. *Gland.*

Q. Cornificius] Hic eſt *Q. Cornificius* quem extant epiſtolæ Ciceronis lib familiarium, quomodo vocant, 12. P iit poſt cædem Cæſaris in Africâ, cu Ciceronis & Senatus partes tueret *Idem.*

Pro prætore] Qui hodie appellan *Proprætor*, *Proconſul*, apud veteres cebantur *Pro prætore*, *Pro conſule*. Ide

Oc

men prudentiâ ac diligentiâ ſuâ, quod magnam curam ſuſcipiebat, ne quò temere progrederetur, & recepit & defendit. Namque & caſtella complura locis editis poſita, quorum opportunitas caſtellanos impellebat ad decurſiones faciendas, & bellum inferendum, expugnavit; eâque prædâ milites donavit; quæ erat tenuis; tamen in tanta provinciæ deſperatione erat grata, præſertim virtute parta: & quum Octavius ex fuga Pharſalici prælii magna claſſe in illum ſe ſinum contuliſſet, paucis navibus Iadertinorum, quorum ſemper in Rempublicam ſingulare conſtiterat officium, diſperſis Octavianis navibus erat potitus; ut vel claſſe dimicare poſſet, adjunctis captivis, navibus ſociorum: & quum diverſiſſima parte orbis terrarum Cn. Pompeium victor Cæſar ſequeretur; compluresque adverſarios in Illyricum, propter Macedoniæ propinquitatem, ſe, reliquiis ex fuga collectis, contuliſſe audiret; literas ad Gabinium mittit, uti cum legionibus tironum, quæ nuper erant conſcriptæ, proficiſceretur in Illyricum; conjunctiſque copiis cum Q. Cornificio, ſi quod periculum provinciæ inferretur, depelleret: ſin ea non magnis copiis tuta eſſe poſſet, in Macedoniam legiones adducerent: omnem enim illam partem regionemque, vivo Cn. Pompeio, bellum inſtauraturam eſſe credebat. Gabinius, ut in Illyricum venit, hiberno tempore anni, ac difficili,

Octavius] M. Octavius tempore belli Pharſalici cum Scribonio Libone Achaicæ claſſi præfuit, partes Pompeii ſummô ſtudiô defendens, quemadmodum ſupra demonſtratum eſt Commentario tertio. *Idem.*

Iadertinorum] Opidum Iadertinorum *Iadera* eſt, Apolloniæ & Salonis, teſte Mela, vicina: juxta eandem *Iader* fluvius labitur. Hodie Sophiano & Fapolio *Zara* dicitur. *Montan.*

Cum diverſiſſima parte orbis terrarum, &c.] Ex Theſſaliâ enim Europæ parte in Aſiam, ac inde Alexandriam uſque Cæſar Pompeium fugientem perſecutus eſt: ut ſupra ſub finem libri 3 bellorum civilium patet. *Rhellican.*

Propter Macedoniæ propinquitatem, &c.] Plinius lib. 4 naturalis hiſtoriæ, cap. 23, à Lyſſo (quod Liburniæ opidum eſt) Macedoniam incipere refert. Quum ergo Pompeiani ſe ex fugâ in Macedoniâ collegiſſent, facilem & compendiarium aditum in Illyridem habebant. *Idem.*

cili, ſive copioſiorem provinciam exiſtimans, ſive mu tum fortunæ victoris Cæſaris tribuens, ſive virtute ſcientiâ ſuâ confiſus, quam ſæpe in bellis periclitat magnas res & ſecundas ductu auſuque ſuo geſſerat; n que provinciæ facultatibus ſublevabatur, quæ parti erat exinanita; partim infidelis; neque navibus, inte cluſo mari tempeſtatibus, commeatus ſupportari pot rat; magniſque difficultatibus coactus, non ut voleba ſed ut neceſſe erat, bellum gerebat. Ita, quum duriſ mis tempeſtatibus, propter inopiam, caſtella aut op da expugnare cogeretur, crebra incommoda accipi bat: adeoque eſt à barbaris contemptus; ut, Salona ſe recipiens in opidum maritimum, quod cives Roma ni fortiſſimi fideliſſimique incolebant, in agmine dim care ſit coactus. Quô prœliô duobus millibus militu amplius amiſſis, centurionibus XXXIIX, tribunis IV cum reliquis copiis Salonam ſe recepit; ſummaque il difficultate rerum omnium preſſus paucis menſibus mo bo periit. Cujus & infelicitas vivi & ſubita mors in ma gnam ſpem Octavium adduxit provinciæ potiundæ quem tamen diutius in rebus ſecundis & fortuna, qu plurimum in bellis poteſt, diligentiaque Cornificii, virtus Vatinii verſari paſſa non eſt. Vatinius, Brundi quum eſſet, cognitis rebus, quæ geſtæ erant in Illyric quum crebris literis Cornificii ad auxilium provinci ferendum evocaretur: & M. Octavium audiret cu barbaris fœdera percuſſiſſe, compluribuſque locis n ſtrorum militum oppugnare præſidia, partim claſſe p ſe, partim pedeſtribus copiis per barbaros; etſi gra valetudine affectus, vix corporis viribus animum ſ

qu

Salonam] Præcedenti libro Salonas urbem hanc Cæſar nominat, numero plurali. Hodie Favolio *Arvinata*. Sophiano *Salona*. Sed reſpice ſuperius. *Montan.*

In agmine dimicare ſit coactus] *Agmen* hoc loco ſignificat inceſſum progreſſum & iter exercitus quopia tendentis, quemadmodum apud V gilium lapſum aquæ ſeu fluminis:

——leni fluit agmine Tibris. Gla dor.

E

uebatur ; tamen virtute vicit incommodum naturæ ;
ifficultateſque hiemis & ſubitæ præparationis. Nam
uum ipſe paucas in portu naves longas haberet ; literas
1 Achaiam ad Q. Kalenum miſit , uti ſibi claſſem mit-
eret. Quod quum tardius fieret , quàm periculum no-
rorum flagitabat ; qui ſuſtinere impetum Octavii non
oterant ; navibus actuariis , quarum numerus erat ſatis
1agnus ; magnitudine quamquam non ſatis juſta ad
ræliandum , roſtra impoſuit. His adjunctis navibus
ongis , & numerô claſſis auctô , militibus veteranis im-
oſitis , quorum magnam copiam habebat , ex omnibus
egionibus , qui numero ægrorum relicti erant Brundi-
i , quum exercitus in Græciam tranſportaretur , pro-
ectus eſt in Illyricum , maritimaſque nonnullas civita-
es , quæ defecerant , Octavioque ſe tranſdiderant ; par-
im recipiebat , partim remanentes in ſuo conſilio præ-
ervehebatur : nec ſibi ullius rei moram neceſſitatem-
ue injungebat , quin ; quàm celerrimè poſſet , ipſum
)ctavium perſequeretur. Hunc oppugnantem Epidau-
um terrâ marique , ubi noſtrum erat præſidium , ad-
entu ſuo diſcedere ab oppugnatione coëgit, præſidium-
ue noſtrum recepit. Octavius , quum Vatinium claſ-
em magna ex parte confectam ex naviculis actuariis ha-
ere cognoviſſet , confiſus ſua claſſe , ſubſtitit ad inſu-
m Tauridem ; quâ regione Vatinius inſequens naviga-
at , non quod Octavium ibi reſtitiſſe ſciret ; ſed quod
um longius progreſſum inſequi decreverat. Quum pro-
ius Tauridem acceſſiſſet , diſtenſis ſuis navibus , quod
x tempeſtas erat turbulenta , & nulla ſuſpicio hoſtis ,
repen-

Epidaurum] Tria fuerunt hoc no-
ine opida : Epidaurus enim , Æſcu-
pii templô celebris urbs , in Pelopon-
esô ſita fuit , ut & altera in Laconiâ ,
rtiaque in Illyrico ad mare. Hanc
trabo & Pauſanias *Limiram* cogno-
ninatam tradunt. Sophianus & Mer-
ator hodie *Raguſi.* Ortelius Turcicè
Dobronicha vocari teſtantur. Epidaurus
à Gothis diruta eſt , & ex illius ruinis
condita *Racuſia* , ſive *Raguſi* , civitas
quidem libera , Turcis tamen tributa-
ria. *Montan.*

Inſulam Tauridem] Nullus Geogra-
phorum hujus inſulæ præter Hirtium
meminit. Ciacconius cenſet pro Tauri-

repente adverſam ad ſe venientem navem, antennis a medium malum demiſſis, inſtructam propugnatoribu animadvertit. Quod ubi conſpexit, celeriter vela ſubduc demittique antennas jubet, & milites armari; & vexill ſublatô, quô pugnandi dabat ſignum, quæ primæ na ves ſubſequebantur, idem ut facerent, ſignificabat. Pa rabant ſe Vatiniani repente oppreſſi: parati deincep Octaviani ex portu procedebant. Inſtruitur utrimque a cies, ordine diſpoſita magis Octaviana; paratior mil tum animis Vatiniana. Vatinius, quum animadverter neque navium ſe magnitudine, neque numero pare eſſe futuræ dimicationi, fortunæ rem committere ma luit. Itaque primus ſua quinqueremi in quadriremer ipſius Octavii impetum fecit. Celerrimè fortiſſimequ contra illo remigante, naves adverſæ roſtris concurrur adeo vehementer, ut navis Octaviana, roſtrô diſcuſſ lignô contineretur. Committitur acriter reliquis loc prælium, concurriturque ad duces maximè. Nam quur ſuo quiſque auxilium ferret, magnum cominus in ar guſto mari prælium factum eſt: quantoque conjunct magis navibus confligendi poteſtas dabatur, tantò ſu periores erant Vatiniani: qui admiranda virtute ex ſu navibus in hoſtium naves tranſilire non dubitabant; & dimicatione æquatâ, longè ſuperiores virtute rem fel citer gerebant. Deprimitur ipſius Octavii quadriremi multæ præterea capiuntur, aut roſtris perforatæ me guntur: propugnatores Octaviani partim in navibus ju gulantur, partim in mare præcipitantur. Ipſe Octaviu ſe in ſcapham confert: in quam plures quum confug rent, depreſsâ ſcaphâ, vulneratus tamen adnatat a ſuum myoparonem. Eo receptus, quum prælium nc dir

de reponendam eſſe fortaſſe *Tragurium*. Et revera nec admodum abludit convenientia nominis, & in hoc tractu iſta inſula ab omnibus collocatur. Dalmatiæ quippe adjacet in mari Adriaticô, cum ejuſdem nominis civitate. Plini marmor hujus inſulæ admodum cor mendat. Bordonius hodie *Trau* voca dicit. *Idem.*

Adnatat ad ſuum myoparonem] *My par*

lirimeret, tempeſtate magna velis profugit. Sequun-
ur hunc ſuæ naves nonnullæ, quas caſus ab illô pericu-
ô vindicarat. At Vatinius re bene geſtâ receptui cecinit;
uiſque omnibus incolumibus in eum ſe portum victor
ecepit, quo ex portu claſſis Octaviana ad dimicandum
rocesſerat. Capit ex eô præliô penterem I, triremes II,
ierotas VIII; complureſque remiges Octavianos: po-
eroque ibi die fuit, dum ſuas captivaſque naves reſice-
et. Poſt diem III contendit in inſulam Iſſam; quod
ò ſe recepiſſe ex fugâ credebat Octavium. Erat nobi-
ſſimum regionum earum opidum, conjunctiſſimum-
ue Octavio. Quò ut pervenit, opidani ſupplices ſe
atinio dediderunt; comperitque ipſum Octavium,
arvis pauciſque navigiis ventô ſecundô regionem Græ-
iæ petiſſe, inde ut Siciliam, deinde Africam, cape-
et. Ita brevi ſpatio re præclariſſimè geſtâ, provinciâ
rece-

rones lembi ſunt piratici, nomen adepti Paro inſula, & Myunte urbe, ubi fieri
lent, unde *compoſito nomine Myopa-
n*, ut docet Adrian. Turneb. libro
rtio adverſ. cap. I, poſt Laz. Baïfium
: re navali. Salluſt. libro tertio Hiſtor.
t forte, inquit, *in navigando cohors una,
andi faſelo vecta à ceteris deerravit, ma-
que placidô à duobus prædonum myoparo-
bus circumventa*. Brant. Budæus myo-
ronem nunc vocari dicit *Piraticum*,
rigantinum ſeu *Galionem*. Montan.

Penterem] Πεντήρης Græcis dicta eſt,
ıod quinque remorum ordinibus im-
lleretur. Virgilius lib. 5 Æneïd.

Ingentemque Gyas ingenti mole Chimaram
Vrbis opus: triplici pubes quam Dardana verſu
Impellunt, terno conſurgunt ordine remi.

iremis κατὰ βαρβαρόλεξιν compoſita
detur ἀπὸ τρισὶ & *remus*. Mon-
nus.

Dierotas VIII] Glandorpius *dicrota*
to legit: & δίκροτον Græcis biremem
vocari ait: cujus inventores, teſte Demoſthene apud Plinium, Erythræi ſunt. Rhellicanus *Dieros* VIII probat, ſed quale navigii genus ſit, ignorare ſe fatetur. Nihil enim, ait, tale apud Grammaticos, ac neque apud Pollucem (qui tamen navium plerarumque ſpecies recenſet) inveni. Niſi forte *Dieros* id navigii genus ſit, quod Græci alio nomine διήρη, hoc eſt, *biremem* vocant: quod videlicet duplici remorum ordine agatur. Brantii verba ſunt. Mſ. & cuſi omnes *dierotas*. Vaſ. ad oram *dieres*: quod Græcis eſt διήρης. Lazar. Baïfius lib. de re navali *dicrota octo* legit auctoritate M. Tullii lib. 16, epiſt. 5 ad Attic. *Nam & ipſe Domitius bona planè habet dicrota*. Sunt autem δίκροτα Græcis, quæ Romanis *biremes*, quod binis remis agebantur, ut & Cæſar eas vocat libr. 3 de bell. civ. *Quatuor biremes ſubjectis ſcutulis, impulſas vectibus in interiorem partem tranſduxit*. Montan.

Iſſam] De Iſſa inſula, Dyrrhachio & Palæpharſali aliàs dictum.

receptâ & Cornificio redditâ, claſſe adverſariorum illo toto ſinu expulſa, victor ſe Brundiſium, incol mi exercitu & claſſe, recepit. Iis autem temporibu quibus Cæſar ad Dyrrhachium Pompeium obſideba & Palæpharſali rem feliciter gerebat, Alexandriæq cum periculô magnô, tum etiam majore periculi f mâ dimicabat, Caſſius Longinus in Hiſpaniâ propra tor provinciæ ulterioris obtinendæ cauſsâ relictus, ve conſuetudine naturæ ſuæ, ſive odio, quod in illa provinciam ſuſceperat quæſtor, ex inſidiis ibi vulner tus, magnas odii ſui fecerat acceſſiones, quod vel conſcientiâ ſuâ, quum de ſe mutuo ſentire provincia crederet, vel multis ſignis & teſtimoniis eorum, q difficulter odio diſſimulant, animadvertere poterat; compenſare offenſionem provinciæ exercitus amore c piebat. Itaque quum primùm in unum locum exerc tum conduxit, H-S centenos militibus eſt pollicitu Nec multô poſt, quum in Luſitaniâ Medobrega opidum montemque Herminium expugnaſſet, qu M

Q. Caſſius Longinus] *Q. Caſſius*, cùm exardeſceret bellum civile, Tribunus plebis fuit, Cæſaris partim unà cum Antonio & Curione defenſor, quem Cæſar, domitis legatis & exercitibus Pompeii, ulterioris Hiſpaniæ proprætorem conſtituit, quatuor illi legionibus attributis, quemadmodum narratum eſt ſupra Commentariô ſecundô. Notandum autem eodem tempore duos fuiſſe Caſſios in Hiſpania, nempe hunc Proprætorem, & illius Legatum: ſed Proprætori cognomen *Longini*, non item Legato, tribui videmus. Fuit & L. Caſſius Longinus Cæſaris in bello civili legatus, quem Quinti fratrem fuiſſe arbitramur. Adhæc C. L. & Q. Caſſii, & ipſi fratres, Pompeii partes ſecuti ſunt. *Glandor.*

H-S *centenos*] Alii male habent H-S centena. Si enim ſingulis militibus hoc eſt pollicitus, nimium eſt: ſi verò omnibus, parum. Quatuor enim integ legiones, hoc eſt, militum XX millia h buit, ut de equitibus taceam, quare H *centenos* legendum exiſtimo, id eſt, c narios XXV, ſinguliſque militibus id c tum. errorem ex notarum ignoratio natum arbitror, cùm ſcriptum fuiſ H-S *C.* Sic etiam legendum infra h libro *ſeſtertios centenos*, & item libro bello Africo. Hirtius de bello Gallic lib. 8: *militibus pro tanto labore duce ſeſtertios, centurionibus* II *millia nu mum prædæ nomine condonanda pollicet* V. C. *Seſter.* c. *Ciaccon.* De ſeſtertiis de quæ ſupra notata ex indice. *Mo tanus.*

Medobregam] Medobrega Luſitan urbs eſt: Vaſæô hodie *Armena.* Merul

Montemque Herminium] Mons He minius in Luſitaniâ eſt, & vulgo voc tur, teſte eodem Vaſæo, *Monte Arm nio.* Ortel.

Medobregenſes confugerant; ibique Imperator eſſet ap-
ellatus, iterum H-S centenis milites donavit. Multa præ-
erea & magna præmia ſingulis concedebat, quæ ſpe-
ioſum reddebant præſentem exercitus amorem, paul-
atim tamen & occultè militarem diſciplinam ſeverita-
emque minuebant. Caſſius, legionibus in hiberna diſ-
oſitis, ad jus dicendum Cordubam ſe recepit, con-
actumque in ea æs alienum graviſſimis oneribus pro-
inciæ conſtituit exſolvere; &, ut largitionis poſtulat
onſuetudo, per cauſſam liberalitatis ſpecioſam plura
rgitori quærebantur; pecuniæ locupletibus impera-
antur; quas Longinus ſibi expenſas ferri non tantum
atiebatur, ſed etiam cogebat: in gregem locupletium
multatum cauſſæ tenues conjiciebantur. Neque ullum
enus quæſtus, aut magni & evidentis aut minimi, &
ordidi, prætermittebatur, quo domus & tribunal im-
eratoris vacaret. Nemo erat, qui modo aliquam ja-
turam facere poſſet, quin aut vadimonio teneretur,
ut in reos referretur. Ita etiam magna ſolicitudo peri-
cu-

Medobregenſes] Medobregenſes Pli-
o *Medubricenſes*, cognomento *Plum-
rii*: ad quorum differentiam, neſci-
r. Ita legitur Norbæ Cæſariæ, hodie
lcantaræ:

MUNICIPIA
PROVINCIÆ
LUSITANIÆ STIPE
CONLATA. QUÆ OPUS
PONTIS. PERFECERUNT
ICAEDITANI
LANCIENSES. OPIDANI
TALORI
INTERANNIENSES
LANCIENSES. TRASCUDANI
ARAVI
MEIDUBRIGENSES
ARABRIGENSES
BANIENSES
PÆSURES. *Merula.*

Et ut largitionis poſtulat conſuetudo, &c.] *Cauſam liberalitatis* vocat, quod Caſſius liberalis videri volebat, quum revera prodigus, & injuſtus largitor eſſet: quippe qui aliis injuſtè auferret, quod aliis ad licentiam & luxuriam fovendam largiretur. Quæ res quàm peſtilens ſemper in omnibus rebus publicis fuerit, non tantùm Longini iſtius, ſed etiam Cæſaris largitas teſtimonio eſt. De quô lege plura apud Cicer. in officiis. *Rhellican.*

Quin aut vadimonio teneretur, aut in reos referretur] *Vadimonium* (auctore Budæo prioribus ſuis in Pandectas annotationibus) *ſponſio eſt, ſiſtendi ſe in judicio.* Quid autem ſit *tenere vadimonio*, paulo poſt idem Budæus oſtendere videtur, quum ait: *Vadimonio obſtricti hodie dici poſſunt, qui ob crimina in judicium vocati, à judicibus (ut fit) impetraverunt, ut aut ſuâ aut ſponſorum fide dimittantur eâ lege, ut in diem certum, aut quandocunque judici viſum fuerit, ad judicium ſiſtan-*

culorum ad jacturas & detrimenta rei familiaris adjungebatur. Quibus de cauſſis accidit, ut, quum Longinus Imperator eadem faceret, quæ fecerat quæſtor, ſimilia rurſus de morte ejus provinciales conſilia inirent. Horum odium confirmabant nonnulli familiares ejus, qui, quum in illa ſocietate verſarentur rapinarum, nihilo minus oderant eum, cujus nomine peccabant, ſibique quod rapuerant acceptum ferebant; quod interciderat, aut erat interpellatum, Caſſio aſſignabant. V legionem novam conſcribit, augetur odium & ex ipſo delectu & ſumptu additæ legionis, complentur equitum III millia: maximiſque onerantur impenſis: nec provinciæ datur ulla requies. Interim literas accepit à Cæſare, ut in Africam exercitum transjiceret, perque Mauritaniam ad fines Numidiæ perveniret: quod magna Cn. Pompeio Juba rex miſerat auxilia, majoraque miſſuru[s] exiſtimabatur. Quibus literis acceptis, inſolenti voluptate efferebatur; quod ſibi novarum provinciarum & fertiliſſimi regni tanta oblata eſſet facultas. Itaque ipſe in Luſitaniam proficiſcitur, ad legiones accerſendas auxiliaque adducenda. Certis hominibus dat negotium ut frumentum naveſque c prępararentur, pecuniæque deſcriberentur atque imperarentur; ne qua res, quum rediſſet, moraretur. Reditus ejus fuit celerior omnium opinione; non enim labor aut vigilantia cupienti præſertim aliquid Caſſio deerat. Exercitu coacto in unum locum, caſtris ad Cordubam poſitis, pro concione militibus exponit, quas res Cæſaris juſſu gerere deberet: pol-

ſiſtantur, quos elargites vocant, id eſt, ἐξηγγυημένους. Hæc ille. Porro non *in*, ſed *inter reos* legendum eſt, ut Beroaldinus codex habet. *Idem.*

Aut erat interpellatum] Id eſt, prolongatum, productum, Præterquam enim quod *interpellare*, ſermonem alicujus abrumpere, etiam ducere ſignificat, teſte Nonio Marcello. *Idem.*

In Africam exercitum trajiceret] Livius Caſſium propter Bogudem tranſmittere in Africam juſſum ſcribit: *Quo tempore*, inquit, *firmandi regni Bogudis cauſa, exercitum in Africam velociter trajicere conatus eſt.* Citantur hæc apud Priſcianum libro ſexto cum nonnullis aliis de hoc ipſo Caſſio. *Montan.*

Cùm

ollicetur que iis, quum in Mauritaniam transjeciſſet, -s centenos ſe daturum: v fore in Hiſpania legio-em. Ex concione ſe Cordubam recepit. Eoque ipſo ie, meridianâ horâ, quum in Baſilicam iret, quidam Iinutius Silo cliens L. Racilii libellum, quaſi aliquid eo poſtularet ut miles, ei tranſdit. Deinde poſt Raci-um (nam is latus Caſſii tegebat,) quaſi reſponſum eo peteret, celeriter datô locô, quum ſe inſinuaſ-t, ſiniſtrâ corripit eum, dextrâque bis ferit pugione. lamore ſublato, fit à conjuratis impetus univerſis. Iunatius Plancus proximum gladio transjicit lictorem. Iôc interfectô, Q. Caſſium legatum vulnerat. Ibi T. Va-

Cùm in Baſilicam iret] *Baſilicam*, in-iit Cœlius libr. antiquarum lectio-im 15, cap. 11: *principio fuiſſe locum ſtat, quô ſub tectum ad jus dicendum incipes convenirent. Cui loco dignitatis atiâ additum erat tribunal. Poſt id quo ēt ea quidem laxior, primariis tectis non ficientibus, circumaddidere porticus pa-las intrinſecus, hinc atque hinc, primùm plices, mox etiam duplices. Addidere ſuper alii ſecundum tribunal, tranſver-mque alteram ambulationem. quam uſidicam nuncupamus: quod illic rheto-m turma cauſidicique verſarentur. Erat rro perſimilis templo Baſilicæ, proinde com-ri ferme modo exornabatur.* Hactenus e. Ad quæ ſequentia Hirtii verba plu-mum faciunt, quando ait: *Silo libel-m, quaſi aliquid ab eo poſtularet ut mi-, ei tradit.* Porro Budæus, in paulo ite citatis annotationibus refert, *libel-m* à Suetonio *ſchedulam ſupplicem* vo-ri: *qua populares poſtulata ſua principi-s exponere ſolebant.* Rhellican.

Nam is latus Caſſii tegebat] Hoc loco *tus tegere* eſt latus ſiniſtrum alterius, ui vel ætate vel honore ſuperior eſt, audere: quod qui facit, tanquam pro uto ſit, quo latus, præſertimque ſini-rum tegitur, *latus tegere* dicitur, ut do-ēt Adrianus Turnebus libro decimo-uarto adverſariorum capite vigeſimo-quarto, adhibito Horatii loco, libro ſe-cundo, ſatyra quinta:

Viſne tegam ſpurco Damæ latus?
Brant.

Quaſi reſponſum ab eo peteret] Sic Ste-phanus Domitillæ procurator, ſiniſtrô, ſive, ut mavult Philoſtratus, dextrô bra-chiô velut ægrô lanis faſciiſque per ali-quot dies ad avertendam ſuſpicionem obvolutô, Domitiano Imperatori legen-ti traditum à ſe libellum & attonito ſuffodit inguina; ut in ejus vita refert Suetonius capite decimo ſeptimo: & Auguſtus ſimile periculum ſubiit, cùm in tranſitu Alpium quidam è primori-bus Galliarum per ſimulationem col-loquii propius admiſſus illum in præci-pitium pene propulerat, ni Cæſaris ſe-reno tranquilloque vultu inhibitus ac remollitus fuiſſet; ut in ejus vitâ refert idem Suetonius capite ſeptuageſimo no-no. Et Valerius Maximus libro nono capite undecimo, vehementi exclama-tione utitur, in eum qui tale facinus animo conceperat. *Idem.*

Q. Caſſium legatum] Alius hic à Q. Caſſio Longino, ut apparet. Erant nem-pe in Hiſpania duo Q. Caſſii, alter pro-prætor, alter legatus. In Pompeii ca-ſtris etiam Q. L. & C. Caſſi militabant. Sed de his jam ante dictum. *Montan.*

Vaſius & L. Mergilio ſimili confidentiâ Plancum mu[n]-cipem ſuum adjuvant. Erant enim omnes Italicenſ[es]. Ad ipſum Longinum L. Licinius Squillus involat, jace[n]temque levibus ſauciat plagis. Concurritur ad Caſſiu[m] defendendum: ſemper enim berones compluresque ev[o]catos cum telis ſecum habere conſueverat: à quibus c[æ]teri intercluduntur, qui ad cædem faciendam ſubſequ[e]bantur. Quô in numerô fuit Calpurnius Salvianus [&] Manilius Tuſculus. Minutius inter ſaxa, quæ jaciebant in itinere fugiens opprimitur, &, relatô domum Caſſi[o], ad eum deducitur. Racilius in proximam ſe domum f[a]miliaris ſui confert, dum certum cognoſceret, conf[e]ctuſne Caſſius eſſet. L. Laterenſis, quum id non dub[i]tare[t]

Omnes Italicenſes] Id eſt, Vaſius, Mergilio & Plancus Italicâ urbe, haud procul Corduba & Hiſpali, medio fere itinere inter utramque hanc urbem, ſitâ, oriundi erant. Quidam volunt Italicam iſtô locô quondam ſtetiſſe, ubi hodie haud procul Hiſpali vaſta convulſæ urbis & theatri rudera conſpiciuntur. Merula autem pagum, qui nunc *vetus Hiſpalis*, Italicam eſſe cenſet: &, præter alia argumenta, ex eo probat, quia tempore Regis Ferdinandi, qui Mauris illam extorſit, *Talcæ* nomen retinuit. *Idem.*

Semper enim berones, compluresque evocatos, cum telis habere conſueverat] Sic Baſil. & Vaſc. At Mſ. Venet. & Ber. *Semper enim berones* (Ven. *Verrones*) *compluresque habere evocatos cum telis conſueverat.* Ad. Turneb. lib. 14 adverſar. cap. 16: *Berones*, inquit, *hic qui ſunt? & nomen eſſe populi nulla uſquam mentio eſt. Quid igitur ſi Bigerones ſcribamus? nam prætermiſſio unius ſyllabæ quàm in facili ſit & proclivi, norunt omnes. Barones* mavult Lilius Gyrald. dial. 12, & P. Pithœus libr. 1 adverſar. ſubſec. cap. 8. Simeo Boſius Prætor Lemovicenſis animadverſion. ad Ciceron. lib. 5, epiſt. 11 ad Attic. ubi eſt in vulgatis: *Apud Patronem & reliquos barones te in maxima gratia poſui*, reponit *varones* à varis (q[uæ] furculæ ſunt, quæ caſſes ſuſtentant) [...] dictos, ut ἀπὸ τ̃ κάλων, id eſt à ligni[s] calones, interpretaturque homines ba[r]dos & ſtupidos, cujuſmodi olim era[nt] calones. In qua quoque ſententia [e]ſt Andr. Alciatus Juriſconſultus in Pare[r]gis. *Brant.* Berones autem Aldus, Gr[y]phius & Wolffius legunt. Beroald[us] autem *Varrones*, quorum lectio utraq[ue] conſtare poteſt. Quum enim Ptolem[æus] lib. 2 Coſmographiæ, cap. 6, tabula Eu[ro]pæ 11, *Berones* Hiſpaniæ Tarraconen[]ſis populos eſſe dicat, quorum hæ ſu[nt] civitates, Tritium, Metallum, Oliba & Varra: prior haud dubie *Berones* i[n] genere: poſterior autem *Varrones* ſpe[]ciatim Caſſii ſatellites, corporis cuſto[]des, adeoque ei prætoriæ cohortis loc[o] fuiſſe indicat. *Rhellican.*

Manilius Tuſculus] Mendoſa proc[ul] dubio hæc ſcriptura. Reponendum *Ma[]milius Tuſculanus*. Livius facit mentio[]nem *Mamilii Tuſculani*, id cognome[n] adepti, quod familia Mamilia Tuſcul[o] erat oriunda. *Urſin.*

Laterenſis] Hic eſt *M. Juventius La[]terenſis* familiaris Ciceronis, cujus ip[ſe] meminit in oratione pro Cn. Plancio [&] epiſtolis familiaribus libr. 10. *Gla[n]dorp.*

Mi-

.ret, accurrit lætus in caſtra, militibus vernaculis, & cundæ legionis, quibus odio ſciebat præcipuè Caſſium ſe, gratulatur. Tollitur à multitudine in tribunal: præ- or appellatur: nemo enim in provincia natus, aut ver- aculæ legionis miles, aut diuturnitate jam factus pro- ncialis, quô in numerô erat II legio, non cum omni rovincia conſenſerat in odio Caſſii. Nam legiones XXX : XXI paucis menſibus in Italiâ ſcriptas, Cæſar attri- uerat Longino. V legio ibi nuper erat confecta. Inte- m nunciatur Laterenſi vivere Caſſium. Quô nunciô, olore magis permotus quàm animo perturbatus reficit eleriter ſe, & ad Caſſium viſendum proficiſcitur. Re co- nita, XXX legio ſigna Cordubam infert ad auxilium feren- um Imperatori ſuo. Facit hoc idem XXI. Subſequitur has . Quum II legiones reliquæ eſſent in caſtris, Secundani eriti, ne ſoli relinquerentur, atque ex eo, quid ſenſiſ- ent, indicaretur, ſecuti ſunt factum ſuperiorum. Per- anſit in ſententia legio Vernacula, nec ullo timore de radu dejecta eſt. Caſſius eos, qui nominati erant con- ii cædis, jubet comprehendi: legionem V in caſtra re- ittit, cohortibus XXX retentis. Indicio Minutii cogno- it, L. Racilium & L. Laterenſem & Annium Scapulam axımæ dignitatis & gratiæ provincialem hominem, bique tam familiarem, quàm Laterenſem & Racilium, eadem fuiſſe conjuratione. Nec diu moratur dolo- em ſuum, quin eos interfici jubeat. Minutium liber- s tranſdit excruciandum: item Calpurnium Salvianum, ui profitetur indicium, conjuratorumque numerum au- et; verè, ut quidam exiſtimant, ut nonnulli querun- tur,

[*Militibuſque Vernaculis*] Vernacula gio antea Pompeio militans, à Varro- : ejus legato ad Cæſarem defecit. *em.*

Quin eos interfici jubebat] Hos etſi terfici juſſos, tamen vixiſſe Caſſio ſu- rſtites, ſequentium annorum hiſto- demonſtrat. Cæterùm *T. Annius* *Scapula* vir equeſtris, poſtea tumul- tus hujus excitati pœnas à Cæſare me- tuens, ejectô è provinciâ C. Treboniô, Q. Caſſii ſucceſſore, novum bellum, Hiſpanienſe videlicet, quod ſextô Com- mentariô deſcribitur, excitavit, quem- admodum auctor eſt Dion libr. 43. *Glandor.*

Seſter-

tur, coactus. Iiſdem cruciatibus affectus L. Mergili Squillus nominat plures; quos Caſſius interfici jube exceptis iis, qui ſe pecuniâ redemerunt. Nam pala H-S X cum Calpurnio paciſcitur, & cum Q. Sextio qui quaginta; qui etſi maximè nocentes ſunt multati, t men periculum vitæ dolorque vulnerum pecunia remi ſus, crudelitatem cum avaritia certaſſe ſignificabat. Al quot poſt diebus literas à Cæſare miſſas accipit: quib cognoſcit Pompeium in acie victum amiſſis copiis fugi ſe. Quâ re cognitâ, miſtam dolori voluptatem capi bat. Victoriæ nuncius lætitiam exprimebat: confectu bellum licentiam intercludebat. Sic erat dubius animi utrum nihil timere, an omnia licere mallet. Sanatis vu neribus, accerſit omnes, qui ſibi pecunias expenſas tu lerant: acceptaſque eas jubet referri. Quibus parum videbatur impoſuiſſe oneris, ampliorem pecuniam im perat; æqua autem ratione delectum inſtituit; quos e omnibus conventibus coloniiſque conſcriptos, tranſma rinâ militiâ perterritos, ad ſacramenti redemptione vocabat. Magnum hoc fuit vectigal; majus tamen cre bat odium. His rebus confectis, totum exercitum lu ſtrat. Legiones, quas in Africam ducturus erat, & au xilia mittit ad Trajectum: ipſe claſſem, quam parabat

u

Seſtertiis decem cum Calpurnio paciſcitur] Hujus feritatis & avaritiæ meminit etiam Valerius Maximus, libr. 9, cap. 4. Verùm idem non *decem ſeſtertiis* cum Calpurnio, ſed *ſexaginta ſeſtertiis* tranſactum ſcribit; quam lectionem hôc locô recipiendam eſſe arbitramur. Porro LX *ſeſtertia* faciunt mille & quingentos coronatos. *Idem.* Verba Valerii ſunt: *Q. Caſſius in Hiſpania M. Silium & Q. Calpurnium occidendi ſui gratiâ cum pugionibus deprehenſos, quinquagies ſeſtertium ab illô, ab hôc ſexagies pactus dimiſit.*

Pecunias expenſas tulerant] Budæus ait, *expenſas pecunias ferre* idem eſſe, quod acceptum ferre. Duæ enim ratio num partes ſunt, prior accepti, alte expenſi. Niſi quis hic mavult *expenſ* accipi, pro *appenſas*, ſupple *ad libellam* Rhellican.

Ad ſacramenti redemptionem vocabat Id eſt, provocabat eos, qui ſacrament militari conſcripti erant ad militiam, u ſe pecuniâ redimerent. Nam alioqui ante vigeſimum quintum annum ab que perjuriô ac noxâ, militiam deſe rere nullus poterat. *Rhellican.*

Ad Trajectum] Videtur *Trajectum* appellare fretum Herculeum, quò exe citum trajicere parabat: nam inferiu dicit, *ad ſecundam legionem contendiſſe*

qu

: inſpiceret, Hiſpalim accedit: ibique moratur: pro-terea quod edictum totâ provinciâ propoſuerat; ut, uibus pecunias imperaſſet, neque contuliſſent, ſe adi-ent. Quæ evocatio vehementer omnes turbavit. Inte-m L. Titius, qui eo tempore tribunus militum legio-s vernaculæ fuerat; nunciat famâ legionem xxx, quam). Caſſius legatus ſimul ducebat, quum Ilurgim ad opi-um caſtra haberet, ſeditione factâ, centurionibus ali-uot occiſis, qui ſigna tolli non patiebantur, diſceſſiſ-; & ad II legionem contendiſſe, quæ ad fretum alio inere ducebatur. Cognitâ re, noctu cum v cohorti-us undevicesimanorum egreditur. Mane pervenit. Ibi um diem, ut, quid ageretur, perſpiceret, moratus, 'armonem contendit. Hic, quum legio xxx & xxi, & phortes iv, & v legio, totuſque conveniſſet equitatus; udit iv cohortes à vernaculis oppreſſas ad Obuculam, um his ad ſecundam perveniſſe legionem, omneſque ibi

a ad fretum aliò itinere ducebatur ad jjiciendum. Ciaccon.

Tribunus milit. legionis vernaculæ fue-r] Legendum videtur, *erat:* namque :, *eo tempore*; & infra abundat vox *na.* Idem.

Ilurgim] Rhellicanus & Beroaldus gunt *ad opidum Leptim:* quod quidem Africâ invenitur; ſed apud nullos eographos in Hiſpaniâ. Rectius ſubſti-it Glandorpius *Iliparn*; cujus ſitus cor-ctionem hanc planè approbaret, ſi icujus codicis veteris auctoritate ſub-xa eſſet. Bæti enim, haud procul Hi-ali, circa quam Caſſius tum agebat, jacet. Sed *Ilurgim* antiqui quidam li-i habent. Bene. eſt ea in hâc regione. olemæus Ἰλοῦργιν, Plinius *Illiturgim,* luſius hodie *Aldea-elrio*, Florianus *ndujar* vocat. *Montan.*

Noctu cum v cohortibus undevicesima-rum] Legendum videtur, *cum* VI *hortibus uno & vicesimanorum.* Nam liquæ IV cohortes vigeſimæ primæ ijus legionis, quam Caſſius habe-bat, paulò poſt nominantur. *Ciaccon.*

Mane pervenit] Videtur deeſſe no-men opidi ad quod pervenit. Ut ſit *Ilurgim mane pervenit.* Idem.

Carmonem] Supra lib. II de bell. ci-vil. Cæſar hanc civitatem Carmonen-ſem longè firmiſſimam totius provinciæ vocavit. Quæ autem ab Hirtiô & Anto-ninô *Carmo*, eadem vulgo *Carmona*, Stra-boni Κάρμων, & non ſatis emendatè Ptolemæo Χαρμωνία dicitur; urbs Hi-ſpaniæ Bæticæ, non longè ab Hiſpali. *Montan.*

Hic cum legio XXX *&* XXI, *& cohortes* IV, *&* V *legio*] Caſſius exierat cum VI cohortibus legionis XXI: nunc autem reliquæ IV & V legio & XXX revocatæ, ut videtur, ab eo itinere, quod poſt ſe-ditionem ad Ilurgim habebat, conve-nere. Igitur legendum videtur: *cum le-gio* XXX *& vicesima prima cohortes* IV, &c, *Ciaccon.*

Obuculam] Obucula Singuli fluvio adjacet, haud procul ubi ille ſe effun-dit in Bætim. *Montan.*

T. Tho-

ibi ſe conjunxiſſe, & T. Thorium Italicenſem duce delegiſſe. Celeriter habitô conciliô, Marcellum Co dubam, ut eam in poteſtate retineret, Q. Caſſium l gatum Hiſpalim mittit. Paucis ei diebus affertur co ventum Cordubenſem ab eo defeciſſe; Marcellumqu aut voluntate aut neceſſitate adductum (namque varie nunciabatur) conſentire cum Cordubenſibus: cohortes legionis v, quæ fuerant Cordubæ in præſidi idem facere. Caſſius his rebus incenſus movet caſtr & poſtero die Segoviam ad flumen Silicenſe venit. I habita concione, militum tentat animos: quos cogn ſcit, non ſuâ, ſed Cæſaris abſentis cauſsâ fidiſſimos e ſe, nullumque periculum deprecaturos, dum per e Cæſari provincia reſtitueretur. Interim Thorius a Cordubam veteres legiones adducit: ac, ne diſſenſi nis initium natum ſeditiosâ militum ſuâque videret naturâ; ſimul ut contra Q. Caſſium, qui Cæſaris no mine majoribus viribus uti videbatur, æquè potente opponeret dignitatem; Cn. Pompeio ſe provinciam r cuperare velle palam dictitabat. Et forſitan etiam h fecerit odio Cæſaris & amore Pompeii: cujus nom multum poterat apud eas legiones, quas C. Var

obt

T. Thorium] Alii *Torius* legunt. Sed rectius Thorius: ita enim eſt in veteribus denariis, qui ab ipsô Thoriô ſignati circumferuntur. In numiſmate etiam Græcô, quod putamus in Ætoliâ cuſum eſſe à Proconſule ibi Thorio, inſcriptum eſt: ΕΠΙ ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ ΘΩΡΙΟΥ, in cujus alterâ parte Calydonius aper ſignatus eſt, ad Ætolos per Meleagrum pertinens, in alterâ Junonis Soſpitæ caput, quæ Lanuvii colebatur, unde oriundus erat Thorius; cum inſcriptione, ΗΡΑ ΛΑΝΟΙΑ ΠΡΟΜΗ. quod noſtram de Lanuvio opinionem mirificè adjuvat, quæ habetur in libro de familiis, *Lanuvii* ſcilicet, non *Lavinii* Junonem Soſpitam cultam fuiſſe. Illud autem ΠΡΟΜΗ videtur reſpondere Latino verbo, REGIN quod habetur in argenteo Thorii de rio, in quo eſt, I. S. M. R. hoc eſt, nos interpretamur, JUNO SOSPI MAXIMA REGINA. Pro quo Græco eſt, JUNO LANUVINA R GINA. *Urſin.*

Marcellum] Hic eſt M. Marcellus ſerninus, teſte Dione. *Montan.*

Segoviam ad flumen Silicenſe] *Sego* Plinio *Segontia*, Ptolemæo Σαγέντ urbs Bæticæ eſt, Singuli flumini ac cens, quod in Bætim influit. At re tuendum videtur *Segoviam ad flu Singulim*, pro *ad flumen Silicenſe*: S gulis quippe Segoviam præterlabit *Montan.*

I

ͻtinuerat: ſed id quâ mente commotus fecerit, con-
ctura ſciri non poteſt. Certè hoc præ ſe Thorius ſe-
bat: milites adeo fatebantur, ut Cn. Pompeii no-
en in ſcutis inſcriptum haberent. Frequens legionibus
onventus obviam prodit, neque tantum virorum, ſed
iam matrumfamilias ac prætextatorum; deprecatur-
ue, ne hoſtili adventu Cordubam diriperent: nam ſe
ontra Caſſium ſentire cum omnibus, contra Cæſarem
 facere cogerentur, orare. Tantæ multitudinis pre-
ous & lacrimis exercitus commotus, quum ad Caſ-
um perſequendum nihil opus eſſe Cn. Pompeii nomi-
 & memoriâ, tamque omnibus Cæſarianis, quàm
ompeianis Longinum eſſe in odio, neque ſe conven-
m, neque M. Marcellum contra Cæſaris cauſſam
oſſe perducere, nomen Pompeii ex ſcutis detraxerunt;
arcellum, qui ſe Cæſaris cauſſam defenſurum profi-
batur, ducem adſciverunt, prætoremque appellarunt,
 ſibi conventum adjunxerunt: caſtraque ad Cordubam
oſuerunt. Caſſius eô biduô circiter IV millia paſſuum
 Cordubâ, citra flumen Bætim in opidi conſpectu lo-
 excelsô facit caſtra: literas ad regem Bogudem in
Mau-

Prætextatorum] Id eſt, puerorum,
q prætexta adhuc & bullâ utebantur:
ͻd (teſte Budæo) fiebat uſque ad an-
m XVII, quo tempore togam viri-
 ſumebant, depoſitâ prætextâ pue-
r. Rationem idem auctor reddit, unde
texta dicta ſit: *Toga autem*, inquit,
*texta ideo dicitur, quia togæ puerili
pura prætexta erat.* Idem eôdem lo-
ndicat, nobileis tantum pueros præ-
tâ & bullâ uti ſolitos; idque ad o-
n & vota conciliandæ virtutis. Hæc
. Porro ſi quis plura hac de re diſce-
 upit, Aul. Gellium lib. 1, cap. 23, &
crobium lib. 1 Saturnalium cap. 6
at; ubi prætextæ ac bullæ originem
oſè enarrant. *Rhellican.*

*Neque Marcellum contra Cæſaris cau-
ſ*] Imo teſte Dione, Marcellus rerum
inſtabilitate conſideratâ in utramque partem ſe accommodabat, & in omnibus dictis factiſque ita medium obſervabat: ut ſive Cæſar ſive Pompeius viciſſet, victori ſuam operam navaſſe videretur. Nam dum Longino Cæſariano bellum moveret, Pompeio gratificabatur: dumque milites, Longino novas res moliente, Cæſari conſervaret, & Pompeii nomen ſcutis inſcriptum (ita Dio narrat) ipſe deleret, Cæſari inſerviebat. Succenſuit tamen Cæſar eumque relegavit: at revocatum honoribus & beneficiis affecit. *Montan.*

Flumen Bætim] Bætis Hiſpaniæ fluvius, qui & Tarteſſus vocatur; oritur in ſaltu Tygenſi, Straboni verò in Oroſpedâ monte. Hodie Cluſio & Taraphæ *Guadalquevir* dicitur. *Ortel.*

Bogu-

Mauritaniam, & ad M. Lepidum proconſulem in Hiſpaniam Citeriorem mittit, ſubſidio ſibi provinciæq[illegible] Cæſaris cauſſa quamprimum veniret. Ipſe hoſtili mo[illegible] Cordubenſium agros vaſtat, ædificia incendit. Cuj[illegible] rei deformitate atque indignitate legiones; quæ Ma[illegible]cellum ſibi ducem ceperant, ad eum concurrerunt; [illegible] in aciem educerentur, orant; priuſque confligendi ſi[illegible] poteſtas fieret, quàm cum tantâ contumeliâ nobiliſſin[illegible] cariſſimæque poſſeſſiones Cordubenſium in conſpe[illegible] ſuô rapinis, ferrô, flammaque conſumerentur. Ma[illegible]cellus, quum confligere miſerrimum putaret, quod [illegible] victoris & victi detrimentum ad eundem Cæſarem eſ[illegible] redundaturum; neque ſuæ poteſtatis eſſe; legiones B[illegible]tim tranſducit, atque aciem inſtruit. Quum Caſſiu[illegible] contra pro caſtris ſuis aciem inſtruxiſſe loco ſuperio[illegible] videret, cauſâ interpoſitâ, quod is in æquum non d[illegible]ſcenderet, Marcellus militibus perſuadet, ut ſe in c[illegible]ſtra recipiant. Itaque copias reducere cœpit. Caſſiu[illegible] quô bonô valebat, Marcellumque infirmum eſſe ſci[illegible]bat, aggreſſus equitatu legionarios ſe recipientes, co[illegible] plures noviſſimos in fluminis ripis interficit. Quum h[illegible] detrimentô, quid tranſitus fluminis vitii difficultatiſq[illegible] haberet, cognitum eſſet; Marcellus caſtra Bætim tra[illegible]fert: crebroque uterque legiones in aciem educit: n[illegible]que tamen confligitur, propter locorum difficultat[illegible] Erat copiis pedeſtribus multò firmior Marcellus: hab[illegible]

Bogudem] Bogud hic rex à Cæſare vocatus eſt, ejus commilito. Poſtea amiſsô regnô ad Antonium, ortô civili bellô inter hunc & Cæſarem Octavianum, ſe contulit: ſed tandem Methonæ, ab Agrippâ, qui urbem hanc expugnaverat, interfectus eſt. *Montan.*

Propter locorum difficultates] Scilicet quod Bætis alterum ducem ab altero ita ſejungeret, ut uterque non ſine magnô periculô flumen trajiceret: idque propter riparum altitudinem, crepidines & amfractus. *Rhellicanus.*

Multò firmior Marcellus] Dio [illegible] Marcello: *Itaque*, ait, *quamquam* [illegible] *pter ſuorum multitudinem Longinum* [illegible]*cile poterat ſuperare, tamen ſatius ei vi*[illegible] *eſt, rem eò deducere, ut quemadmodu*[illegible] [illegible]*nimo agitarat, talem ſe oſtenderet, re*[illegible] *dubiam certas ob cauſas relinqueret.* [illegible] *& ſi ubi ſuccubuiſſet, & ſicubi ſuperio*[illegible] [illegible]*ctus fuiſſet; facultatem vel ad ſe, ve*[illegible] *alios ea, quæ acta fuerant, referendi h*[illegible]*bat.* Montan.

bat enim veteranas legiones, multiſque prœliis expertas. Caſſius fidei magis, quàm virtuti legionum, confidebat. Itaque quum caſtra caſtris collata eſſent, & Marcellus locum idoneum caſtello cepiſſet, quo prohibere aquâ Caſſianos poſſet: Longinus veritus, ne genere quodam obſidionis clauderetur in regionibus alienis ſibique infeſtis, noctu ſilentio ex caſtris proficiſcitur, celerique itinere Ullam contendit; quod ſibi fidele eſſe opidum credebat. Ibi adeo conjuncta ponit mœnibus caſtra, ut & loci naturâ (namque Ulla in edito montâ poſita eſt,) & ipſa munitione urbis, undique ab oppugnatione tutus eſſet. Hunc Marcellus inſequitur, & quàm proximè poteſt Ullam caſtra caſtris confert: locorumque cognitâ naturâ, quò maximè rem deducere volebat, neceſſitate eſt adductus; ut neque confligeret, cujus ſi rei facultas eſſet, reſiſtere incitatis militibus non poterat, neque vagari Caſſium latius pateretur; ne plures civitates ea paterentur, quæ paſſi erant Cordubenſes. Caſtellis idoneis locis collocatis, operibuſque in circuitu opidi continuatis, Ullam Caſſiumque munitionibus clauſit: quæ prius quàm perficerentur, Longinus omnem ſuum equitatum emiſit: quem magno ſibi uſui fore credebat, ſi pabulari frumentarique Marcellum non pateretur; magno autem impedimento, ſi clauſus obſidione & inutilis neceſſarium conſumeret frumentum. Paucis diebus literis Caſſii acceptis, rex Bogud cum copiis venit; adjungitque ei legionem, quam ſecum adduxerat, compluresque cohortes auxiliarias Hiſpanorum. Namque, ut in civilibus diſſenſionibus accide-

Caſſius fidei magis quàm virtuti legionum confidebat] *Fidei*, ſupplendum, *erga Cæſarem*. Paulo enim ſuperius ſcribit, Caſſium Segoviæ ad Silicienſe flumen concionem habuiſſe, & comperiſſe: non ſuâ, ſed Cæſaris abſentis causâ ſibi fidiſſimos eſſe milites, nullumque periculum deprecaturos, dum per eos Cæſari provincia reſtitueretur. *Rhellican.*

Ullam contendit] Ptolemæus Οὐλίαν vocat. Apud Strabonem Ἰκλία corruptè, pro ἡ Οὐλία. Plinius libr. 3, cap. 1, *Ulia*. Et ſic legendum ubique videtur. Sed & Dio ita eam vocat lib. 43. *Ciaccon.*

 Ad

cidere conſuevit, ita temporibus illis in Hiſpaniâ non nullæ civitates rebus Caſſii ſtudebant; plures Marcello favebant. Accedit cum copiis Bogud ad exteriore Marcelli munitiones. Pugnatur utrimque acriter, cre broque, ut accidit, fortuna ſæpe ad utrumque transfe rente victoriam; nec tamen umquam ab operibus de pellitur Marcellus. Interim Lepidus ex Citeriore pro vinciâ cum cohortibus legionariis XXXV, magnôque nu merô equitum & reliquorum auxiliorum, venit ea men te Ullam; ut ſine ullô ſtudiô contentiones Caſſii Mar cellique componeret. Huic venienti ſine dubitation Marcellus ſe credit atque offert. Caſſius contra ſuis ſ tenet præſidiis, ſive eo quod plus ſibi juris deberi quan Marcello exiſtimabat, ſive eo quod, ne præoccupatu animus Lepidi eſſet obſequio adverſarii, verebatur. Po nit ad Ullam caſtra Lepidus; neque habet à Marcell quidquam diviſi. Ne pugnetur, interdicit. Ad exeun dum Caſſium invitat, fidemque ſuam in re omni inter ponit. Quum diu dubitaſſet Caſſius, quid ſibi facien dum, quidve Lepido eſſet credendum; neque ullun exitum conſilii ſui reperiret, ſi permaneret in ſententiâ poſtulat, uti munitiones disjicerentur, ſibique libe exitus daretur. Non tantùm induciis factis, ſed prop jam conſtituta opera quum complanarent, cuſtodiæqu munitionum eſſent deductæ, auxilia regis in id caſtel lum Marcelli, quod proximum erat regiis caſtris, ne que opinantibus omnibus, ſi tamen in omnibus fui

Ca

Ad exeundum Caſſium invitat] Id eſt, ut ex caſtris & munitionibus, quibus tantùm non à Marcello clauſus erat, ad colloquium haud dubie cum ipſo & Marcello habendum prodiret. Quod quò facilius Caſſio perſuaderet, *fidem ſuam in re omni interpoſuit Lepidus*, Id eſt, fidem publicam ultro citroque commeandi Caſſio dedit. *Rhellican.*

Si tamen in omnibus fuit Caſſius] Id eſt, ſi modo Caſſio minimè opinanti, de improviſo illa perfidia & induti rum violatio à Bogude rege facta e Mox enim ſubnectitur: *Nam de ejus co ſcientiâ dubitabatur*, ſcilicet *utrum fi an perfida eſſet*. Niſi accipere mavis co ſcientiam, pro *conſpiratione*, ut ſit ſenſu Nam dubitabatur, utrum Caſſius cu rege colluderet, ac rem ita ex compo ſito inter ſe gererent, nec ne. *Idem.*

M

aſſius, (nam de hujus conſcientia dubitabatur,) impe=
m fecerunt, compluresque ibi milites oppreſſerunt.
uod niſi celeriter, indignatione & auxilio Lepidi,
ælium eſſet diremptum; major calamitas eſſet acce-
ia. Quum iter Caſſio patefactum eſſet; caſtra Marcel-
s cum Lepidô conjungit. Lepidus eodem tempore
arcelluſque Cordubam cum ſuis proficiſcitur, Caſſius
armonam. Sub idem tempus Trebonius proconſul ad
ovinciam obtinendam venit. De cujus adventu ut co-
novit Caſſius, legiones quas ſecum habuerat, equita-
mque in hiberna diſtribuit: ipſe, omnibus ſuis rebus
leriter correptis, Malacam contendit; ibique adver-
ſ tempore navigandi naves conſcendit; ut ipſe prædi-
bat, ne ſe Trebonio & Lepido & Marcello commit-
ret: ut amici ejus dictitabant; ne per eam provinciam
inore cum dignitate iter faceret, cujus magna pars
o eo defecerat: ut cæteri exiſtimabant; ne pecunia illa
infinitis rapinis confecta in poteſtatem cujuſquam
niret. Progreſſus ſecunda, ut hiberna, tempeſtate,
ium in Iberum flumen noctis vitandæ cauſſa ſe contu-
lſſet; inde paullò vehementiore tempeſtate nihilò pe-
culoſius ſe navigaturum credens, profectus, adverſis
uctibus occurrentibus oſtio fluminis, in ipſis faucibus,
ium neque flectere navem propter vim fluminis, ne-
ue directam tantis fluctibus tenere poſſet, demerſâ
vi periit.

Quum

Malacam] Μαλάκη Straboni & lemæo, hodie *Malaga*, urbs Epiſco-is eſt, ſitu, civium frequentiâ re-nque omnium copiâ celebris. Eò iarum nationum mercatores, potiſ-ium verò Belgæ, quotannis con-unt, ad exportandos, quos vindemia loci ſuppeditat, delicatiſſimos fru-s: portum enim habet commodiſſi-ım. Urbs contra hoſtiles inſultus ue adeo munita, firmiſq; mœnibus fulta, ut valli invictique propugna-li vicem contra Africam obtineat: ideoque à rege armamentarium totius fere Hiſpaniæ hic locatum; omni ar-morum commeatuſque genere inſtru-ctiſſimum. Conditam à Phœnicibus nonnulli aſſerunt, anno ante Chriſtum natum IↃCCCXL. *Merula.*

In Iberum flumen] Iberus Hiſpaniæ fluvius, inter Pyrenæos & Idubedam montes, æquô ab utrôque disjunctus ſpatiô fluit, & in mare Mediterraneum ſe effundit. Hodie Cluſio & Taraphæ *Ebro*. Ortel.

Quum in Suriam Cæſar ex Ægyptô veniſſet, atq
ab iis, qui Româ venerant ad eum, cognoſceret, lit
riſque urbanis animadverteret, multa Romæ male
inutiliter adminiſtrari, neque ullam partem Reipublic
ſatis commodè geri; quod & contentionibus Tribun
tiis pernicioſæ ſeditiones orirentur; & ambitione atq
indulgentia Tribunorum militum, & qui legionibus pr
erant, multa contra morem conſuetudinemque milit
rem fierent, quæ diſſolvendæ diſciplinæ ſeveritatiſq
eſſent; eaque omnia flagitare adventum ſuum videre
tamen præferendum exiſtimavit, quas in provincias r
gioneſque veniſſet, eas ita relinquere conſtitutas, ut d
meſticis diſſenſionibus liberarentur, jura legeſque acc
perent, & externorum hoſtium metum deponerer
Hæc in Suriâ, Ciliciâ, Aſiâ celeriter ſe confecturu
ſperabat; quod hæ provinciæ nullô bellô premebantu
In Bithyniâ ac Pontô plus oneris videbat impendere
bi. Non enim exceſſiſſe Ponto Pharnacem audiera
n

Cùm in Syriam Cæſar ex Ægyptô veniſſet] Quoniam Hirtius ſupra in hôc librô ſcripſerat, Cæſarem ſubactâ Ægyptô, & regibus in eâ conſtitutis, in Syriam terreſtri itinere profectum eſſe, nec quicquam ſubjunxerat rerum inibi geſtarum: ideo nunc quid in Syriâ per eundem actum ſit, proſequitur. *Rhellicanus.*

Multa Romæ male & inutiliter adminiſtrari] Male fuiſſe Rempubl. in urbe adminiſtratam abſente Cæſare, indicat Livius, qui libro 113, P. Dolabellam Tribunum plebis legem tuliſſe ſcribit, de novis tabulis, per quam cùm ſeditio excitata eſſet, inductis in urbem a M. Antoniô Magiſtrô equitum militibus, octingenti ex plebe cæſi ſunt. Sed & Plutarchus Coſconium & Galbam Prætores à militibus interemtos tradit, ac præter Dolabellæ furorem verſas in opprobrium Cæſaris, expilationes Amantii & ebrietates Antonii & Cornificii. De Antoniô notum eſt ex Pliniô, poſt pugnam Pharſalicam leones ad curri junxiſſe, atque ita vectum cum Cyti ride mimâ per Italiam non ſine gr oſtento. Cujus rei & Cicero memi in epiſtolis ad Atticum. *Glandorp.*

Quæ diſſolvendæ diſciplinæ ſeverita que eſſent] Priſcianus libr. 18 Gra matices ait, Latinos Atticiſmo in huj modi locutionibus uti. *Quemadmod enim*, inquit, *Attici τὸ ἕνεκα omittu dicentes, τοῦ καθεύδειν πάρειμι, id dormiendi adſum, ſcilicet causâ: ita mani frequenter hac prætermiſſione ut tur in genitivo nominum, quæ ſupinor terminationes habent. ut, populi ſerva laborat, Reip. defendendæ periclitatur: eſt causâ*, &c. Ad hunc ergo mod & Aulus Hirtius hic locutus videt dicens: *quæ diſſolvendæ diſciplinæ eſſe* ſcilicet *causâ.* Rhellican.

Hæc in Syriâ, Ciliciâ, Aſiâ] Id ſupplendum, *propriè ſic dictâ*; de jam antea ſatis diximus. *Montan.*

neque exceſſurum putabat. Quum ſecundô præliô eſſet vehementer inflatus, quod contra Domitium Calvinum fecerat. Commoratus ferè in omnibus civitatibus, quæ majore ſunt dignitate, præmia benemeritis & viritim & publicè tribuit: de controverſiis veteribus cognoſcit ac ſtatuit. Reges, tyrannos, dynaſtas provinciæ, finitimoſque, qui omnes ad eum concurrerant, receptos in fidem, conditionibus impoſitis provinciæ tuendæ ac defendendæ, dimittit, & ſibi & Populo Romano amiciſſimos. Paucis diebus in eâ provinciâ conſumptis, Sex. Cæſarem amicum & neceſſarium ſuum legionibus Syriæque præficit. Ipſe eadem claſſe, quâ venerat, proficiſcitur in Ciliciam. Cujus provinciæ civitates omnes evocat Tarſum: quod opidum ferè totius Ciliciæ nobiliſſimum fortiſſimumq; eſt. Ibi, rebus omnibus provinciæ & finitimarum civitatum conſtitutis, cupiditate proficiſcendi ad bellum gerendum non diutius moratur: magniſque itineribus per Cappadociam confectis, biduum Ma-

Reges, Tyrannos, Dynaſtas] Gradatim *reges*, *tyrannos*, *dynaſtas* conjungit, quomodo Cicero in Philippicis *reges*, *tetrarchas* & *dynaſtas* memorat. Cæterum per *tyrannos* non violentos & ſanguinarios, ſed legitimos principes & paulo regibus inferiores, quomodo tum erant *tetrarchæ*, & apud nos hodie *duces* ſunt, accipit. Nam nomen id olim honeſtæ appellationis erat, quemadmodum oſtendit Virgilius, apud quem Dido lib. 4 ad Æneam inquit:

Te propter Libycæ gentis Nomadumque tyranni
Odêre. ———

Et lib. 7, Latinus rex de ipſo Ænea, quem tantopere à pietate laudat poëta:

Pars mihi pacis erit, dextram tetigiſſe tyranni.

Proinde fruſtra hôc locô tam anxiè quidam de diſcrimine *regis* & *tyranni* diſſerunt. *Glandorpius*. Cæterùm Dynaſtæ Græcis à potentiâ nomen habent, & regnorum Domini, optimates & magnates vocantur. *Rhellican.*

Sex. Cæſarem] Hic *Sex. Cæſar* etiamnum ſuperſtite Cæſare Dictatore interemtus eſt fraude Cæcilii Baſſi, equitis Pompeiani, quemadmodum notum eſt ex Liviô, Paterculô & cæteris *Glandor.*

Evocat Tarſum] *Tarſum* opidum valdè commendat Strabo lib. 14, tanquam optimarum artium ac eruditiſſimorum virorum alumnam. Ab hôc opidô, quod ibidem & natus & educatus eſſet D. Paulus, *Tarſenſis* appellatur. *Idem.* Sita Tarſus eſt in locis amœnis, fluviô Cydnô irrigata. Conditor ejus Perſeus Danaës filius eſſe fertur. Alii tamen ultimo Aſſyriorum regi Sardanapalo originem illius aſcribunt: utpote cujus ſepulchro inſcriptum, Tarſum & Anchialon uno die ab ipſo conditam. Bellonius auctor eſt Tarſum hoc tempore vocari *Hamam* & *Hamſam*. Montan.

Mazacæ commoratus, venit Comana, vetuſtiſſim[…] & ſanctiſſimum in Cappadocia Bellonæ templum; qu[…] tanta religione colitur; ut ſacerdos ejus deæ majeſta[…], imperiô & potentiâ ſecundus à rege, conſenſu ge[…] illius, habeatur. Id homini nobiliſſimo Lycomedi [...]thynio adjudicavit: qui regio Cappadocum genere [...]tus, propter adverſam fortunam majorum ſuorum m[...]tationemque generis, jure minimè dubio, vetuſtate [...]men intermiſſo, ſacerdotium id repetebat. Fratrem a[...]tem Ariobarzanis Ariaratem, quum bene meritus ut[...]que eorum de Republicâ eſſet, ne aut regni heredi[...]

Ar[...]

Mazacæ commoratus] *Mazaca* ſub monte Argeo ſita eſt, poſtea nuncupata *Cæſarea*. Commemoratur Straboni lib. 12; & Plinio lib. 6, cap. 3. *Idem.*

Venit Comana vetuſtiſſimum & ſanctiſſimum in Cappadociâ Bellonæ templum] Plura de hâc urbe & templô ſcribit Strabo librô duodecimô: τὸ τῆς Ἐνυοῦς ἱερὸν ἐκεῖνοι Κόμανα ὀνομάζουσι, πόλις δέ ἐστιν ἀξιόλογος. & reliqua quæ plura ſunt, quàm ut hic tranſcribi debeant. Dio libr. 35: *Cæterùm Comana in eâ quæ nunc vocatur Cappadocia, ſunt: creditumque eſt ſemper in hunc uſque diem ibi ſimulacrum Dianæ Tauricæ, genuſque Agamemnonis fuiſſe. Duæ urbes ſunt non procul inter ſe diſtantes, communiaque omnia habentes, & in utrâque gladius oſtentatur, quem verum Iphigeniæ eſſe autumant.* Plinius lib. 6, cap. 3: *Comana, quæ nunc Manteum Genetarum.* Ciaccon. Sita autem hæc Comana ſunt in convallibus Antitauri montis. *Montan.*

Ut ſacerdos ejus Deæ] Hujus ſacerdotis imperio, ævo Strabonis, ut ipſe auctor eſt, ſupra ſex mille ſacri Bellonæ ſervi parebant: qui, ſtatis quibuſdam feſtis diebus, mutuis ſe vulneribus laniabant. *Montan.*

Lycomedi Bithynio] Qui hic *Lycomedes*, Straboni Λυκομήδης, & pleriſque exemplaribus *Nicomedes* dicitur: quam lectionem Ciacconius & Glandorpius approbant: & hic rationem etiam hujus ſcriptionis reddit. Nicomedes, [...] plerumque dicti ſunt Bithyniæ reg[...] quorum ultimus, propter quem [...]ſar aliquando male audivit, Roma[...] regni heredes reliquit. Ejus prop[...] quum hunc fuiſſe Nicomedem no[...] indicat: ac Cæſarem ob demortui r[...] gratiam benefeciſſe, conſentaneum [...] *Idem.*

Fratrem autem Ariobarzanis Aria[...]tem] Horum fratrum meminit & [...]cero epiſtolarum 15, utpote qui a[...]rum alteri reconciliarit, ac natu ma[...]rem Ariobarzanem in regnô confirm[...]rit, quorum pater Ariobarzanes C[...]padociæ regnum obtinuerat, poſt[...]quam Mithridates rex Ponti Ariarat[...] regem interemit cum majore filiô, [...]nore pulsô, qui paulô poſt ex ani[...] mœrore deceſſit. *Glandorp.*

Ne aut regni hereditas Ariaratem ſ[...]citaret] Nimirum quod Ariobarza[...] natu major Cappadociæ regnum j[...] hereditario adiret. Supra enim Hirti[...] narrat, Deiotarum Armeniæ regem [...] Domitium ſcripſiſſe, eique ſupplica[...] ne Cappadociam regnum Ariobarza[...] poſſideri vaſtarique pateretur à Ph[...]nace. Hic ergo nunc ait, Cæſarem [...] negotium temperaſſe, dum regnu[...] Ariobarzani attribueret, ut minore[...] natu fratrum regni hereditas non ſ[...]licitaret: & major regni heres alteru[...] minorem potentiâ regali terrere [...]

co[...]

Ariaratem ſollicitaret, aut heres regni terreret, Ariobarzani attribuit, qui ſub ejus imperio ac ditione eſſet: ipſe iter cœptum ſimili velocitate conficere cœpit. Quum propius Pontum fineſque Gallogræciæ acceſſiſſet, Deiotarus tetrarches Gallogræciæ tunc quidem pene totius, quod ei neque legibus, neque moribus conceſſum eſſe ceteri tetrarchæ contendebant, ſine dubio autem rex Armeniæ Minoris ab Senatu appellatus, depoſitis regiis inſignibus, neque tantùm privato veſtitu, ſed etiam reorum habitu, ſupplex ad Cæſarem venit, oratum, ut ſibi ignoſceret, quod in ea parte poſitus terrarum, quæ nulla præſidia Cæſaris habuiſſet, exercitibus imperiiſque in Cn. Pompeii caſtris fuiſſet: neque enim ſe judicem debuiſſe eſſe controverſiarum Populi Romani; ſed parere præſentibus imperiis. Contra quem Cæſar, quum plurima ſua commemoraſſet officia, quæ conſul ei decretis publicis tribuiſſet: quumque defenſionem ejus nullam poſſe excuſationem ejus imprudentiæ recipere coarguiſſet; quod homo tantæ prudentiæ ac diligentiæ ſcire potuiſſet, quis urbem Italiamque teneret: ubi Senatus Populuſque Romanus, ubi Reſpublica eſſet: quis deinde poſt L. Lentulum, C. Marcellum conſul eſſet: ſed tamen ſe concedere id factum ſuperioribus ſuis beneficiis, veteri hoſpitio atque amicitiæ, digni-

concutere nequiret. Hoc autem ita demum eſſe confectum, ut Ariobarzanes ſub Cæſaris imperio ac ditione eſſet. *Rhellican.*

Gallogræciæ] Gallogræciæ tres gentes fuere, quarum unaquæque in tres tetrarchias diviſa fuit: ita totius populi Tetrarchæ fuerunt duodecim. Strabo lib. 12, tradit ſuâ ætate ad tres duces delatam eſſe, poſtea ad duos, deinde ad unum Deiotarum totam potentiam devolutam, cui ſucceſſerit Amyntas, poſt Amyntam Romanos Gallogræciam in provinciam redegiſſe. *Glandorp.* *Gallogræcia*, ſive *Græcogallia*, ſive *Galatia*, ita dicta eſt à Gallis, ex Italiâ poſt incenſam Romam huc tranſgreſſis. Antea Phryges tenuere & Paphlagones. Includitur autem Gallogræcia à ſeptentrione Pontico mari, ab ortu Cappadociâ, à meridie Pamphiliâ, ab occaſu Aſiâ minori & Ponto Bithyniaque. *Cluverius.*

Exercitibus imperiiſque] Deeſt aliquid huic loco, quamobrem interpoſitâ voce ſic lego: *Exercitibus imperiiſque coactus in Cn. Pompeii caſtris fuiſſet.* Ciaccon.

gnitati ætatique hominis, precibus eorum, qui frequentes concurriſſent hoſpites atque amici Deiotari ad deprecandum: de controverſiis tetrarcharum poſtea ſe cogniturum eſſe dixit: regium veſtitum ei reſtituit. Legionem autem, quam ex genere civium ſuorum Deiotarus armatura diſciplinaque noſtra conſtitutam habebat, equitatumque omnem ad bellum gerendum adducere juſſit. Quum in Pontum veniſſet, copiaſque omnes in unum locum coëgiſſet, quæ numero atque exercitatione bellorum mediocres erant; (excepta enim legione VI, quam ſecum adduxerat Alexandriâ veteranam multis laboribus periculiſque functam, multiſque militibus, partim difficultate itinerum ac navigationum, partim crebritate bellorum adeo deminutam, ut minus ∞ hominum in ea eſſet; reliquæ erant III legiones, una Deiotari, duæ, quæ in eô præliô, quod Cn. Domitium feciſſe cum Pharnace ſcripſimus, fuerant;) legati a Pharnace miſſi Cæſarem adeunt; atque in primis deprecantur, ne ejus adventus hoſtilis eſſet: facturum enim omnia Pharnacem, quæ imperata eſſent. Maximeque commemorabant nulla Pharnacem auxilia contra Cæſarem Pompeio dare voluiſſe; quum Deiotarus, qui dediſſet, tamen ei ſatis feciſſet. Cæſar reſpondit ſe fore æquiſſimum Pharnaci; ſi, quæ polliceretur, repræſentaturus eſſet. Monuit autem, ut ſolebat, mitibus verbis legatos, ne aut Deiotarum ſibi objicerent, aut nimis eô gloriarentur beneficiô, quod auxilia Pompeio non miſiſſent: nam ſe neque libentius facere quidquam, quàm ſupplicibus ignoſcere; neque provincia-

run

Repræſentaturus eſſet] Id eſt, re ipſa præſtaturus hoc, quod polliceretur. Sic enim Hirtius hic uſurpare videtur, ut ſint fortaſſis duæ dictiones, non una. Alioquin me non fugit, *repræſento*, rurſus præſento, hoc eſt, offero, ac in memoriam revoco, ſignificare. *Rhellic.* Imo ſunt editiones, quæ *re præſtaturus eſſet* legunt. At nullus hic ſcrupulus, nec verbum *repræſento* ita temere rejiciendum: ſignificat id enim præſens oculis oſtendere, ſeu in rem præſentem perducere. *Montan.*

Qu

im publicas injurias condonare iis poſſe, qui non
uiſſent in ſe officioſi: id ipſum, quod commemoraſ-
nt, officium utilius Pharnaci fuiſſe, qui providiſſet,
e vinceretur, quàm ſibi, cui Dii Immortales victoriam
ibuiſſent. Itaque ſe magnas & graves injurias civium
omanorum, qui in Pontô negotiati eſſent, quoniam
integrum reſtituere non poſſet, concedere Pharnaci:
im neque interfectis amiſſam vitam, neque exſectis vi-
litatem reſtituere poſſe; quod quidem ſupplicium gra-
us morte cives Romani ſubiſſent: Pontô verò dece-
eret confeſtim; familiaſque publicanorum remitteret;
eteraque reſtituere ſociis civibuſque Romanis, quæ
enes eum eſſent. Si feciſſet, jam tunc ſibi mitteret
unera ac dona, quæ bene rebus geſtis Imperatores ab
nicis accipere conſueſſent: miſerat enim Pharnaces
oronam auream. His reſponſis datis legatos remiſit.
t Pharnaces omnia liberaliter pollicitus; quum feſti-
antem ac properantem Cæſarem, ſperaret libentius e-
am crediturum ſuis promiſſis, quàm res pateretur,
uò celerius honeſtiuſque ad res magis neceſſarias pro-
ciſceretur, (nemini enim erat ignotum, plurimis de
uſſis ad Urbem Cæſarem revocari,) lentius agere, de-
edendi diem poſtulare longiorem, pactiones interpo-
ere, in ſummâ fruſtrari cœpit. Cæſar cognitâ callidi-
ite hominis, quod aliis temporibus naturâ facere con-
ieverat, tunc neceſſitate fecit adductus; ut celerius
omnium

Qui non fuiſſent in ſe officioſi] Ita Al-
num, Wolffianum, Beroaldinum &
ryphianum exemplar legit; ſed meo
dicio mendoſe. Cùm enim Pharna-
s officium ſuum erga Cæſarem com-
emoraſſet, quod videlicet Pompeia-
is partes non eſſet ſecutus, & per
oc Cæſari purgatus eſſe vellet: Cæſar
ſpondet, ſe purgationem illam non
cipere. Neque enim, inquit, ſatis eſt,
quis in me officioſus, & interim in
provincias, & ſocios Populi Romani in-
juriosus ſit, ut tu fuiſti. Proinde adver-
bium negandi, *non*, expungendum in
textu arbitror. Cæterùm ſchema hoc
Inverſio ſive *ἀντίστροφον* à Rhetoribus
vocatur: de quo Gellius lib. 5, cap. 10,
quaſi dicat Cæſar: Imo non mihi gra-
tificatus es in eo, quod Pompeio te non
adjunxiſti: ſed tibimet ipſi. Quod enim
illius partes non es ſecutus, hoc lucri-
feciſti, ne à me vincereris. *Rhellican.*

omnium opinione manum conſereret. Ziela eſt opid[illegible] in Pontô poſitu ipſo, ut in planô locô, ſatis munitu[illegible]. Tumulus enim naturalis, velut manu factus, excell[illegible]re undique faſtigio ſuſtinet murum. Circumpoſiti ſu[illegible] huic opido magni multique interciſi vallibus coll[illegible]: quorum editiſſimus unus, qui propter victoriam M[illegible]thridatis, & infelicitatem Triarii, detrimentumq[illegible] exercitus noſtri, ſuperioribus locis atque itineribus p[illegible]ne conjunctus opido, magnam in illis partibus hab[illegible] nobilitatem; nec multò longius millibus paſſuum [illegible] abeſt ab Ziela. Hunc locum Pharnaces, veteribus p[illegible]ternorum Felicium caſtrorum refectis operibus, cop[illegible] omnibus ſuis occupavit. Cæſar, quum ab hoſte mil[illegible] paſſuum V caſtra poſuiſſet; videretque eas valles, qu[illegible]bus regia caſtra munirentur, eôdem intervallô ſua c[illegible]ſtra munituras, ſi modo ea loca hoſtes priores non c[illegible]piſſent, quæ multò erant propiora regis caſtris; a[illegible]gerem comportari jubet intra munitiones. Quô c[illegible]leriter collatô, proximâ nocte, vigiliâ quartâ, legi[illegible]nibus omnibus expeditis, impedimentiſque in caſtris r[illegible]lictis, prima luce, neque opinantibus hoſtibus, eu[illegible] ipſum locum cepit, in quo Mithridates ſecundum pr[illegible]lium adverſus Triarium fecerat. Huc omnem compo[illegible]tare aggerem è caſtris ſervitia, quæ ageret, juſſit; [illegible] quis ab opere miles diſcederet; quum ſpatio non am[illegible]plius ∞ paſſuum interciſa vallis caſtra hoſtium divider[illegible] ab opere incepto Cæſaris caſtrorum. Pharnaces, quu[illegible] id repente prima luce animadvertiſſet, copias ſuas o[illegible]mnes pro caſtris inſtruxit; quas, interpoſitâ tantâ lo[illegible]corum iniquitate, conſuetudine magis pervulgata mil[illegible]

ta

Ziela] Plinius librô ſextô, capite tertiô: *Civitas Ziela nobilis clade Triarii & victoriâ C. Cæſaris.* Stephanus: *Ζίηλα* τετρασυλλάβως πόλις Καππαδοκίας, ἣν ἔκτισε Νικομήδης υἱὸς Ζήλας, &c. Nam *Zela* urbis in Cappadociâ eodem capite Plinius meminit, ut & Pto[illegible]mæus & Strabo. *Ciaccon.*

Quorum editiſſimus] Appianus hu[illegible] montem *Scorobam* vocat. *Montan.*

Infelicitatem Triarii] Plutarchus Luculli vitâ teſtatur, Triarium non e[illegible]

pect

ari credebat inſtrui Cæſar, vel ad opus ſuum tardandum, quò plures in armis tenerentur, vel ad oſtentaionem regiæ fiduciæ; ne munitione magis quàm manu defendere locum Pharnaces videretur. Itaque deerritus non eſt, quò minus primâ acie pro vallo inſtructâ, reliqua pars exercitus opus faceret. At Pharnaces mpulſus ſive loci felicitate, ſive auſpiciis & religionious inductus, quibus obtemperaſſe eum poſtea audieoamus; ſive paucitate noſtrorum, qui in armis erant, omperta, quum more operis quotidiani magnam ilam ſervorum multitudinem, quæ aggerem portabat, nilitum eſſe credidiſſet; ſive etiam veterani fiduciâ exeritus ſui, quem cum legione XXII in acie conflixiſſe & iciſſe, legati ejus gloriabantur; ſimul contemptu exeritus noſtri, quem pulſum à ſe, Domitiô duce, ſcieoat; initô conſiliô dimicandi, deſcendere præruptâ vale cœpit. Cujus aliquandiu Cæſar irridebat inanem oſentationem, & eô locô militum coarctationem, quem n locum nemo ſanus hoſtis ſubiturus eſſet: quum inteim Pharnaces eodem gradu, quo præruptam deſcenlerat in vallem, aſcendere adverſus arduum collem intructis copiis cœpit. Cæſar incredibili ejus vel temeriate vel fiduciâ motus, neque opinans imparatuſque ppreſſus, eodem tempore milites ab operibus vocat, rma capere jubet, legiones opponit, aciem inſtruit. Cujus rei ſubita trepidatio magnum terrorem attulit noſtris, nondum ordinibus inſtructis. Falcatæ regiæ quadrigæ permiſtos milites perturbant, quæ tamen celeriter

ectato Luculli exercitu, conſerto præo, ingentem accepiſſe cladem. Supra amq; ſeptem Romanorum millia ocubuerunt, centuriones centum & L, ibuni militum pluſquam XXIV; &, uod omnium ignominioſiſſimum eat, Mithridates Ponti rex Romanoum caſtris potitus eſt. *Rhellican.*

Falcatæ regiæ quadrigæ, &c.] Quæ forma *falcatarum quadrigarum* fuerit, ex 7 Livianô librô de bellô Macedonicô diſcere poſſumus: ubi Antiochi quadrigas in hæc deſcribit verba: *Armatæ autem in hunc maximè modum erant, cuſpides circa temonem, ab jugô decem cubitos extantes, velut cornua habebant: quibus quicquid obvium daretur, transfigerent, & in extremis jugis binæ circa*

ter multitudine telorum opprimuntur. Inſequitur h acies hoſtium; & clamore ſublato confligitur, multu adjuvante natura loci, plurimum Deorum immortaliu benignitate: qui quum omnibus caſibus belli interſun tum præcipuè eis, quibus nihil ratione potuit admin ſtrari. Magnô atque acri cominùs præliô factô, dext cornu, quo veterana legio VI erat collocata, initiu victoriæ natum eſt ab ea parte*, quum in proclive detr derentur hoſtes; multò tardius ✱ ſed tamen iiſdem Di adjuvantibus, ſiniſtro cornu mediaque acie totæ profl gantur copiæ regis. Quæ quàm facile ſubierant iniquu locum, tam celeriter gradu pulſæ premebantur loci in quitate. Itaque multis militibus partim interfectis, pa tim ſuorum ruina oppreſſis, qui velocitate effugere pc terant, armis tamen projectis, vallem tranſgreſſi nih ex loco ſuperiore inermes proficere poterant. At noſt victoriâ elati ſubire iniquum locum, munitioneſque ag gredi non dubitarunt. Defendentibus autem iis coho tibus caſtra, quas Pharnaces præſidio reliquerat, cele riter caſtris hoſtium ſunt potiti. Interfectâ multitudin omni aut captâ ſuorum, Pharnaces cum paucis equi tibus profugit. Cui niſi caſtrorum oppugnatio faculta tem attuliſſet liberius profugiendi, vivus in Cæſaris po teſtatem adductus eſſet. Tali victoria toties victor Cæ ſar incredibili eſt lætitiâ affectus, quod maximum bellun tan

circa eminebant falces, altera æquata jugo, altera inferior ad terram devexa: illa ut quicquid ab latere objiceretur, abſcinderet, hæc ut prolapſos ſubeunteſque contingeret. Item ab axibus rotarum utrimque binæ eôdem modô diverſæ deligabantur falces. Montan.

Multum adjuvante naturâ loci] Supple, *Cæſareanos*. Paulò namque ſuperius narrat Hirtius editiſſimum collem opido Zelæ conjunctum & à Cæſare occupatum eſſe: & modo ait, Pharnacem in primo congreſſu vallem adverſus arduum collem aſcendiſſe; ita, ut Cæſ hominis confidentiam, ne dicam teme ritatem, admiratus ſit. *Rhellican.*

Pharnaces cum paucis equitibus profu git] Pharnaces paulò poſt cùm in re gnum regreſſus eſſet, ab Aſandro vi ctus & occiſus eſt, teſte Dione & Ap piano. Idem docet Strabo; ſed victo rem nunc *Lyſandrum*, nunc *Aſandrum* vocat. *Glandorp.*

Maximum bellum tantâ celeritate con fecerat] Suetonius auctor eſt, intra quin tum quàm affuerat diem, quatuor qui bu

ınta celeritate confecerat: eratque ſubiti periculi re-
ɔrdatione lætior, quod victoria facilis ex difficillimis
:bus acciderat. Pontô receptô, prædâ omni regiâ mi-
tibus condonatâ, poſterô die cum expeditis equitibus
ſe proficiſcitur: legionem VI decedere ad præmia at-
ıe honores accipiendos in Italiam jubet: auxilia Deio-
ri domum remittit: II legiones cum Cœliô Vincianô
Pontô reliquit. Ita per Gallogræciam Bithyniamque
Aſiam iter facit: omniumque earum provinciarum
controverſiis cognoſcit & ſtatuit: jura in tetrarchas,
ges, civitates diſtribuit. Mithridatem Pergamenum,
quo rem feliciter celeriterque geſtam in Ægypto ſupra
ripſimus, regio genere ortum, diſciplinis etiam regiis
ducatum (nam eum Mithridates rex Aſiæ totius pro-
ter nobilitatem Pergamo parvulum ſecum aſportaverat
ı caſtra, multoſque tenuerat annos,) regem Boſphori
con-

s in conſpectum venit horis, unâ acie
ofligaſſe Pharnacem, crebrò comme-
orata Pompeii felicitate, cui de tam
ıbelli genere hoſtium præcipua mili-
laus contigiſſet. Addit idem, datis
urbem literis, tribus illum verbis
nc rei geſtæ celeritatem expreſſiſſe,
ni, Vidi, Vici, quæ non multo poſt e-
m in triumpho prætulit. Eadem a-
uunt ſcriptores Græci, Plutarchus &
on. *Idem*.

Legionem ſextam decedere ad præmia]
veteranâ emeritâ, beneque de Cæſa-
meritâ loquitur: quippe cujus virtu-
victoriæ initium modo natum erat.
ellican.

Cœliô Vincianô] Quædam exemplaria
bent *Cæliô Minutiô*, ſed perperam.
iſtimamus autem eundem eſſe, quem
œlius Rufus epiſtolarum Ciceronis o-
avo *Vicinianum* vocat, & in petitione
ilitatis repulſam paſſum eſſe ſcribit.
umq; ille locus non minus male ha-
at, quàm hic noſter, utrobique *Vini-*
anum appellandum cenſemus, ut ex
nte Viniciâ in Cœliam adoptatum
intelligas. *Glandorp.* Etiam vet. C. ha-
bet, *Viniciano*, quomodo ſcribendum
aliquando exiſtimavi, ductus auctorita-
te veteris argentei denarii, in quo no-
men *Viniciæ* familiæ notatum eſt. Ita
Cœlii quoque locum in epiſt. ad Cice-
ronem 4 lib. 8, corrigendum puto, ubi
eſt: *M. Cœlium Vinicianum*, &c. Nam
ibi male legitur *Vintianum*. Opinor au-
tem è Viniciâ familiâ a Cœlio adopta-
tum, *Cœlium Vinicianum* dictum fuiſſe,
ex uſitatâ illâ adoptionum formulâ, quâ
etiam *Q. Cæcilius Pomponianus Atticus*
eſt appellatus. *Craſſus* etiam quidam *Ju-*
nianus apud Ciceronem in epiſtolâ ad
Q. fratrem nominatur, quod eſſet è Ju-
niâ familiâ in Liciniam adoptatus: cu-
jus & in argenteo quoq; nummo men-
tionem inveni, hâc inſcriptione: CRAS-
SUS JUNI. Id autem quod eſſet igno-
tius, occaſionem aliquibus dedit depra-
vandi potius quàm corrigendi cogno-
minis. *Urſinus*.

Mithridatem Pergamenum] Idem Mi-
thridates ab eodem Aſandro, qui Phar-
nacem occiderat, ſimiliter victus &
occi-

conſtituit, quod ſub imperiô Pharnacis fuerat: provin ciaſque Populi Romani à barbaris atque inimicis regi bus, interpoſitô amiciſſimô rege, munivit. Eidem te trarchiam legibus Gallogræcorum, jure gentis & cogna tionis, adjudicavit, occupatam & poſſeſſam paucis an te annis à Deiotarô. Neque tamen uſquam diutius mo ratus eſt, quàm neceſſitas urbanarum ſeditionum pa videbatur. Rebus feliciſſimè celerrimeque confectis in Italiam celerius omnium opinione venit.

A.HIR

occiſus eſt poſt cædem Cæſaris. *Montanus.*

Poſſeßam paucis ante annis] Poſt mortem autem Cæſaris hæc omnia adempta armis, teſte Cicerone, ſibi recuperavit. *Glandorp.*

In Italiam celerius omnium opinione v nit] Appianus lib. 2 bellorum civiliu refert, præter urbanos motus, graviſſ mam militum ſeditionem à Cæſare Ro mæ ſedatam eſſe: ac deinde expeditio nem Africanam factam. *Rhellican.*

A. HIRTII PANSÆ
COMMENTARIORVM
DE
BELLO AFRICANO
LIBER VNVS.

CÆSAR, itineribus juſtis confectis, nullo die intermiſsô, ad XIV Kal. Januar. in Lilybæum pervenit: ſtatimque oſtendit, ſeſe naves velle conſcendere; quum non amplius legio-

DE ſcriptore hujus belli Africani judicium Juſti Lipſii hominis doctiſſimi, l. 2 Elect. c.22, adſcribere pretium operæ viſum. *…nter libellos*, inquit, *qui adjuncti …mentariis Julianis, unus eſt de bello …rico: qui me judice, non inter illos tan… eminet, ſed inter pleraque Romana …pta: ita terſa in eô, & ad Comicum …em pura dictio, ſimplex, cohærens & …dida narratio, nihil quæſiti coloris aut …: omnia denique illô ipsô Cæſare dignio… (non tenebo veram vocem) quàm Com…tarii illi, qui feruntur. At neglectus …en jacuit, imo vix lectus is libellus (…leo hic quoque præjudicia valent, & …litæ à magiſtellis opiniones) quem ſi ſe… inſpicis, fatebere non alium magis eſſe …genium priſci ævi. Pueris inter primos …tores formandæ linguæ ſi quis proponat, …il erret. Hirtium tamen ſive Oppium …torem ejus ſcripti Tranquillus facit. Quî poteſt, ſi ab iiſdem bellum Hiſpanienſe eſt & Alexandrinum? Nam hoc quoque Suetonius idem tradidit. Atqui tam diverſi. Certe nec Hiſpanienſis cum Alexandrino convenit: eſtque ille totus militari quodam & horridô ſtilô. Hi inter ſe abeunt totô narrationis ſermoniſque contextu: ut nulla vi mihi umquam imprimat eſſe ab eôdem patre. Aut ſi ſunt (jamdiu id ſuſpicor, atque Hirtium ſive Oppium non negem hæc potuiſſe aut meliora:) alia quadam ſcilicet & Circæa manus acceſſit, quæ malis venenis duos illos immutavit. Sanè hic unus Commentarius inter omnes, neſcio quô fatô, purus, nec interpolatus manſit, & in ſuô vultu. Excipio quod in partibus quædam labeculæ.*

CÆſar] Hoc tempore Cæſar tertium Dictator & Conſul deſignatus erat, collega in utroque magiſtratu M. Lepido. *Montan.*

Itine-

legionem tironum haberet unam, equiteſque vix D.
Tabernaculum ſecundum litus ipſum conſtituit, ut pr-
pe fluctus verberaret. Hoc eô conſiliô fecit, ne q
ſibi moræ quidquam fore ſperaret, & ut omnes in d
horaſque parati eſſent. Incidit per id tempus, ut te-
peſtates ad navigandum idoneas non haberet. Nih
tamen minus in navibus remiges militeſque continer,
& nullam prætermittere occaſionem profectionis: qui
præſertim ab incolis ejus provinciæ nunciarentur adv-
ſariorum copiæ, equitatus infinitus; legiones regiæ I
levis armaturæ magna vis, Scipionis legiones x, e
phanti cxx, claſſeſque eſſe complures. Tamen non d
terrebatur, animoque & ſpe confidebat. Interim in d
& naves longæ adaugeri, & onerariæ complures e
dem concurrere, & legiones tironum convenire: in l
veterana legio v, equitum ad II millia. Legionib
collectis VI, & equitum II millibus, ut quæque pri
legio venerat, in naves longas imponebatur, equi
autem in onerarias. Ita majorem partem navium an-
cedere juſſit, & inſulam petere Aponianam, quæ n
abeſt à Lilybæo, ibique commoratus bona paucoru
ve-

Itineribus juſtis confectis] Scilicet ex Italiâ Siciliam verſus.

Ad XIV *Kal. Januarii*] Id eſt; XIX Decembris.

In Lilybæum] Supplendum *Siciliæ inſulæ promontorium*; quod, teſte Pomponio Melâ libr. 2, Africam ſpectat: ideoque Cæſar illam petiturus, commodiſſimè ad hoc litus appulit. *Rhellic.* Tria autem ſunt præcipua Siciliæ promontoria: ex quibus quod verſus Græciam ſe extendit, Pachynum: quod verſus Italiam, Pelorum; quod in auſtrum verſus Africam, Lilybæum dicitur, cum urbe cognomine, quæ hodie Fazello *Marzaia:* ipſum verò promontorium *Capo Boei* Aretio. Sed Appianus docet, Cæſarem à Rhegiô ſolventem in Lilybæum perveniſſe. Plutarchus totum locum ſic extulit: καὶ περὶ τροπὰς μερινὰς διαβὰς εἰς Σικελίαν, καὶ βουλόμενος εὐθὺς ἀποκόψαι τὴν περὶ αυ ἡγεμόνων ἅπασαν ἐλπίδα μελλήσεω διατριβῆς, ἐπὶ τοῦ κλύσματος ἔπ τὴν ἑαυτοῦ σκηνήν. Id eſt, *Et circa bernas converſiones tranſgreſſus in liam, & volens continuò amputare rum ducum ſpem omnem cunctationi que moræ, ad ipſam alluvionem mari bernaculum ſuum fixit.* Montan.

Ab incolis ejus provinciæ] Scil. *Sic*

Interim in dies & naves longæ ada ri] Id eſt, adaugebantur: *& oner complures eadem concurrere*, id eſt, in lybæum concurrebant. Eſt namque r di verborum ἐναλλαγή. *Rhellican.*

Et inſulam petere Aponianam, quæ abeſt à Lilybæo] Quandoquidem n
a

vendit publicè. Deinde Allieno prætori, qui Siciliam obtinebat, de omnibus præcipit, & de reliquo exercitu celeriter imponendô. Datis mandatis, ipſe navem conſcendit a. d. VI Kal. Januar. & reliquas naves ſtatim eſt conſecutus. Ita ventô celerique navigiô vectus, poſt diem quartam cum longis paucis navibus in conſpectum Africæ venit: namque onerariæ reliquæ, præter paucas, vento diſperſæ atque errabundæ diverſa loca petierunt. Clupeam claſſe prætervehitur, inde Neapolim. Complura præterea caſtella & opida non longè à mari relinquit. Poſtquam Adrumetum acceſſit, ibi præſidium erat adverſariorum, cui præerat C. Conſidius: & à Clupeis ſecundum oram maritimam cum equitatu Adrumeti Cn. Piſo cum Maurorum circiter III millibus apparuit.

pud Geographos de *Aponianâ inſulâ* invenio, mendum eſſe ſuſpicor: & pro *Aponianam*, *Paconiam* legendum arbitor. Ratio autem, cur ſic legam, eſt, uod in ſeptimâ Europæ tabulâ apud tolemæum *Paconiam inſulam* video à egione Siciliæ poni verſus Africam. *lem.* Hodie Paconia maris mediterraei inſula *Pantalarea* Nicolao Delphio, *laretamo* L. Alberto dicitur. *Montan.*

Allieno] Alii *Alieno* habent, ſed *Aleno* ſcribendum eſt ex veteribus ejus miliæ denariis, in quibus A. hic ALIENUS deſignatur Siciliæ PROCOS. . Cæſare iterum Conſule, ex ſigno ium crurum, à quibus ea inſula dia eſt *Trinacria.* De eo ita infra: *Allieus interim Procoſ. è Lilybæô in naves oneriai imponit legiones* XII, *&* XIV, &c. dem tamen, ut ex hoc Hirtii loco apret, prætoriâ primum poteſtate Siciam provinciam, deinde proconſulari btinuit. Ad quos honores indicanos, in alterâ denarii parte, Siciliæ mbolum expreſſum eſt; ut diximus, ia crura. *Urſinus.* Huic *A. Allieno*, r proconſuli Cicero ſcribit, epiſtolaum libr. 13, ad finem. Adhæſit poſt- C. Caſſio, traditis legionibus, quemlmodum ipſe Caſſius ad Ciceronem ſcribens libr. 12, fatetur. *Glandorpius.*

Clupeam] Clupea ſive Clypea, civitas eſt Africæ propriè dictæ, ſita eſt in promontoriô Mercurii; verſus orientem aſpiciens Neapolim, Adrumetum, Ruſpinam, Leptim. Dictam ita volunt à clypei ſimilitudine. Hodie *Zafaran* Caſtaldo, *Quipia* Olivario. *Montan.*

Neapolim] *Neapolis* commune multis urbibus nomen eſt: nam & in Campaniâ, & in Cariâ, & in Judæâ (Samaria ita poſteà dicta eſt,) & in Africâ binæ iſtius nominis fuerunt. Hæc autem ad mare Mediterraneum ſita, verſus orientem reſpectu Clupeæ, *Leptis* etiam *parva*, cognomine *Sarrana*, à Sarranis Phœniciæ, dicitur, hodieque teſte Sceppero *Africa.* Idem.

Adrumetum] Teſte Hieronymô, civitas eſt in Bazatiô regione Africæ. Hodie *Machometta* Mercatori, *Toulb* Alfonſo Adriano. Ejuſdem nominis urbem etiam Myſia habet. *Idem.*

C. Conſidius] *C. Conſidium Longum* dicit, cujus & ſupra libr. 2 mentio facta eſt. *Idem.*

Cn. Piſo] Hic *Cn. Piſo* poſtea ſub Auguſtô principe, cùm & in Caſſii Brutique partibus fuiſſet, conceſsô reditu conſulatum geſſit. Filius ejus fuit, qui Ge-

tuit. Ibi pauliſper Cæſar ante portum commoratu dum reliquæ naves convenirent, exponit exercitum Cujus numerus in præſentia fuit peditum III millium equitum CL: caſtriſque ante opidum poſitis, ſine injuria cujuſquam conſedit; cohibetque omnes à præda Opidani interim muros armatis complent. Ante portam frequentes conſidunt, ad ſe defendendum. Quorum numerus II legionum intus erat. Cæſar circum opidum vectus, naturâ loci perſpectâ, redit in caſtra Non nemo culpæ ejus imprudentiæque aſſignabat quod neque certum locum gubernatoribus præfectiſque, quem peterent, præceperat: neque, ut mos ipſiu conſuetudoque ſuperioribus temporibus fuerat, tabellas ſignatas dederat, ut in tempore iis perlectis, locum certum peterent univerſi. Quod minimè Cæſarem fefellerat. Namque nullum portum terræ Africæ, quò claſſes decurrerent, pro certo tutum ab hoſtium præſidic fore ſuſpicabatur: ſed fortuitu oblatam occaſionem egreſſus aucupabatur. L. Plancus interim legatus petit à Cæſare, ut ſibi daret facultatem cum Conſidio agendi ſi poſſet aliqua ratione perduci ad ſanitatem. Itaque data facul-

Germanicum Cæſarem creditus eſt veneno ſuſtuliſſe. Vide Tacitum libr. 2, & 3. *Glandor.*

Exponit exercitum] Tradunt auctores, Cæſarem è navi deſcendentem, collapſum in terram, quod cùm militibus omen triſte videretur, ipſe vertit in melius, dicendo, *Teneo te Africa*, tanquam volens cecidiſſet. Vide Suetonium, Frontinum & Dionem in fine libr. 32. *Idem.*

Non nemo culpæ ejus] *Non nemo* ſignificat aliquos, ſive nonnullos, ut *nemo non*, omnes. Cicero pro Murenâ: *Hôſtis eſt in urbe, in forô, &c. Non nemo etiam in illô ſacrariô Reipubl. in ipsâ, inquam, curiâ non nemo hoſtis eſt.* Idem.

Neque certum locum gubernatoribus] Ita etiam aliquando teſſeram dabant ſignatam, nec niſi tempore & loco re ſerandam. Quod Cæſar hic contra con ſuetudinem facere neglexerat. *Montan*

Tabellas ſignatas dederat, ut in tempore iis perlectis, locum certum peterent univerſi] Similiter olim *Hamilcar Pœnorum dux, qui ut in Siciliam inopinatu appelleret claſſem, non pronunciavit, qu proficiſceretur, ſed tabellas, in quibus ſcriptum erat, quam partem peti vellet, univerſis gubernatoribus dedit ſignatas, præcepitque ne quis legeret, niſi vi tempeſtati à curſu prætoriæ navis abductus eſſet* Auctor Frontinus libr. I ſtrategemat cap. I. *Idem.*

L. Plancus] Hic eſt *L. Munatius Plancus* orator ille & diſcipulus Ciceronis ad quem extant epiſtolæ famil. ut vocant, l. 10. *Gland.* De eo jam ante. *Mont*

A Cæ-

facultate literas conſcribit, & eas captivo dat perferendas in opidum ad Conſidium. Quò ſimul atque captivus perveniſſet, literaſque, ut erat mandatum, Conſidio porrigere cœpiſſet, prius quàm acciperet ille; Unde, inquit, iſtas? Tum captivus; à Cæſare. Tunc Conſidius; Unus eſt, inquit, Scipio Imperator hoc tempore Populi Romani: deinde in conſpectu ſuo captivum ſtatim interfici jubet; literaſque nondum perlectas, ſicut erant ſignatæ, dat homini certo ad Scipionem perferendas. Poſtquam unâ nocte & die ad opidum conſumptâ, neque reſponſum ullum à Conſidiô dabatur: neque ei reliquæ copiæ ſuccurrebant: neque equitatu abundabat; & ad opidum oppugnandum non ſatis copiarum habebat, & eas tironum: neque primo adventu convulnerari exercitum volebat: & opidi egregia munitio difficiliſque ad oppugnandum erat acceſſus; & nunciabantur auxilia magna equitatus opidanis ſuppetias venire: non eſt viſa ratio ad oppugnandum opidum commorandi: ne, dum in eâ re Cæſar eſſet occupatus, circumventus à tergo ab equitatu hoſtium laboraret. Itaque caſtra quum movere vellet, ſubitò ex opidô erupit multitudo: atque equitatus ſubſidio uno tempore eis caſu ſuccurrit, qui erat miſſus ab Jubâ ad ſtipen-

A Cæſare] Ciacconius, *Conſidii*, inquit, *reſponſum oſtendit legendum hic eſſe, venio à Cæſare Imperatore, vel certè, vero ab Imperatore.* Quod & laudat Lipſius lib. 2 elector. cap. 22; omnino enim ea honoris titulique adjectio Condium offendit, & miſero captivo fuit cauſſa necis. *Brant.*

Literaſque nondum perlectas, ſicut erant ſignatæ, &c.] Hinc primum Conſidii fides Imperatori ſuo data & ſervata eluceſcit. Deinde Romana diſciplina militaris obſervanda, quâ haud dubiè cautum erat: ne quis quid cum hoſte, Imperatoris injuſſu, aut colloqueretur, aut aliô modô ageret. *Rhellican.*

Neque reſponſum ullum dabatur] Scilicet *L. Planco: neque ei*, ſcilicet *Cæſari, reliquæ copiæ ſuccurrebant.* Paulò namque ſuperius Aulus dicit, Cæſarem Allieno prætori Siciliæ in mandatis dediſſe de reliquo exercitu navibus imponendo; quod nimirum nondum erat factum. Inferius namque Hirtius ait, Rabirium Poſthumium in Siciliam ad ſecundum commeatum accerſendum, à Cæſare miſſum. *Idem.*

Et eas tironum] Scilicet *copias.* Ab exordiô hujus libri ait, Cæſari legionem unam tironum fuiſſe, quum Lilybæum attigiſſet, & jamjam navim conſcenſurus eſſet. *Idem.*

pendium accipiendum: caſtráque, unde Cæſar egreſſu iter facere cœperat, occupant: & ejus agmen extremum inſequi cœperunt. Quæ res quum animadverſa eſſet, ſubitò legionarii conſiſtunt: & equites, quamquam erant pauci, tamen contra tantam multitudinem audaciſſimè concurrunt. Accidit res incredibilis, ut equites minus XXX Galli Maurorum equitum II millia loco pellerent, urgerentque in opidum. Poſtquam repulſi & conjecti erant intra munitiones, Cæſar iter conſtitutum ire contendit. Quod quum ſæpius facerent; & modo inſequerentur, modo rurſus ab equitibus in opidum repellerentur: cohortibus paucis ex veteranis, quas ſecum habebat, in extremo agmine collocatis, & parte equitatus, iter leniter cum reliquis facere cœpit. Ita quantò longius ab opidô diſcedebatur, tantò tardiores ad inſequendum erant Numidæ. Interim in itinere ex opidis & caſtellis legationes venire, polliceri frumentum, paratoſque eſſe, quæ imperaſſet, facere. Itaque eo die caſtra poſuit ad opidum Ruſpinam Kalend. Januar. Inde movit & pervenit ad opidum Leptin liberam civitatem & immunem. Legati ex opido veniunt obviam: libenter ſe omnia facturos, quæ vellet, pollicentur

Ut equites minus XXX *Galli Maurorum equitum duo millia loco pellerent*] Mira hæc Gallorum virtus an fortuna, & quæ fidem prope ſuperet. Sed hôc ipsô librô æquè prodigioſum factum commemoratur de quatuor veteranis militibus, quibus duo millia Numidarum terga verterunt. Certè Plutarchus in Marcellô; *Galli*, inquit, *optimi equites, eaque re plurimum videntur præſtare.* Strabo libr.4: *Galli omnes naturâ pugnaces, meliores tamen equites quàm pedites.* Et apud Romanos optimus ab illis equitatus, quâ gloriâ hodieque Galli florent. *Brant.*

Iter conſtitutum ire] Figurata locutio eſt, qualis illa Pamphili Terentiani:

Hunc ſcio ſolum ſolidè mea gaudia gavisurum. Montan.

Ruſpinam] *Ruſpinæ* meminit Siliu[s] Punicorum 8:

Quæque procul cernit non æquos Ruſpina fluctus.

Straboni *Ruſpinum* dicitur mediâ pr[o]ductâ. *Montan.*

Leptim] *Leptis* hæc maritima civitas erat, inter duas Syrtes conſtituta. Diverſa ab hâc fuit *Leptis magna* tran[s] minorem Syrtim juxta Oeam opidum ſita, quam D. Hieronymus *ſemibarbaram* vocat. *Glandor.* Eadem hæc Leptis eſt cum Neapoli, de quâ paulò ſuperius. *Montan.*

Ut

centur. Itaque, centurionibus ad portas opidi & cuſtodiis impoſitis, ne quis miles in opidum introïret, aut injuriam faceret cuipiam incolæ, non longè ab opidô ſecundum litus facit caſtra. Eodem naves onerariæ, & longæ nonnullæ caſu advenerunt. Reliquæ, ut eſt ei nunciatum, incertæ locorum Uticam verſus petere viſæ ſunt. Interim Cæſar à mari non digredi, neque mediterranea petere propter navium errorem; equitatumq; in navibus omnem continere (ut arbitror, ne agri vaſtarentur,) aquam in naves jubet comportari. Remiges interim, qui aquatum è navibus exierant, ſubitò equites Mauri, neque opinantibus Cæſarianis, adorti multos jaculis convulneraverunt, nonnullos interfecerunt: latent enim in inſidiis cum equis inter convalles, & ſubitò exiſtunt, non ut in campo cominus depugnent. Cæſar interim in Sardiniam nuncios cum literis, & in reliquas provincias finitimas dimiſit; ut ſibi auxilia, commeatus, frumentum, ſimulatque literas legiſſent, mittenda curarent, exoneratiſque partim navibus longis, Rabirium Poſtumum in Siciliam ad ſecundum commeatum accerſendum mittit. Interim cum x navibus longis ad reliquas naves onerarias conquirendas, quæ deerraſſent, & ſimul mare tuendum ab hoſtibus jubet proficiſci. Item C. Salluſtium Criſpum prætorem ad Cercinam inſulam verſus, quam adverſarii tenebant, cum parte navium ire jubet; quod ibi magnum numerum fru-

Uticam] Utica hodie *Porto Farina* ...zello. *Idem.*

Sardiniam] Sardinia. quæ & *Sandaliotis* à Timæô, & *Ichnuſa* à Myrſilô appellatur, maris Mediterranei inſula eſt, vulgo *Sardegna*. Ortel.

Rabirium Poſtumum] Opinamur hunc eſſe Rabirium Poſtumum, pro quo extat oratio Ciceronis. *Glandor.*

C. Salluſtium Criſpum] Hic eſt ille Salluſtius vir patricius, princeps Hiſtoricorum: qui poſtquam quæſturâ & tribunatu plebis functus eſſet, tandem etiam Africæ ulterioris prætor deſignatus eſt, & regnô Jubæ in provinciam redactô, Rege necatô, cum exercitu proconſul præfectus à Cæſare. *Montan.*

Ad Cercinam] Cercina Mediterranei maris inſula cum urbe, teſte Plinio lib. 5, cap. 7, & Strabone lib. 17. Ejuſdem nominis, ex adverſo Africæ ad promontorium minoris Syrtis, ut auctor eſt Mela, ſita. *Idem.*

frumenti eſſe audiebat. Hæc ita imperabat, itaque unicuique præcipiebat; ut, fieri poſſet, necne, locum nullum excuſatio haberet, nec moram tergiverſatio. Ipſe interea ex perſugis & incolis, cognitis conditionibus Scipionis, & qui cum eo contra ſe bellum gerebant, miſerari (regium enim equitatum in provinciâ Africâ Scipio alebat:) tantâ homines eſſe dementiâ, ut mallent regis eſſe vectigales, quàm cum civibus in patria in ſuis fortunis eſſe incolumes. Cæſar ad III Non. Januar. caſtra movet: Leptique VI cohortium præſidio cum Saſernâ relictô, ipſe rurſus, unde pridie venerat Ruſpinam cum reliquis copiis convertit: ibique ſarcinis exercitus relictis, ipſe cum expeditâ manu proficiſcitur circum villas frumentatum: opidaniſque imperat ut plauſtra jumentaque omnia ſequantur. Itaque magno frumenti inventô numerô; Ruſpinam redit. Hoc eum iccirco exiſtimo feciſſe, ne maritima opida poſt ſe vacua relinqueret, præſidioque firmata ad claſſim receptacula muniret. Itaque, ibi relicto P. Saſernâ, fratre ejus, quem Lepti proximô opidô reliquerat cum legione, jubet comportari ligna in opidum quamplurima: ipſe cum cohortibus VII, quæ ex veteranis legionibus in claſſe cum Sulpiciô & Vatiniô rem geſſerant, ex opidô Ruſpinâ egreſſus, proficiſcitur ad portum qui abeſt ab opido millia paſſuum II; ibique claſſem ſub veſperum

Regium enim equitatum in provinciâ Africâ Scipio alebat] Hoc quid ſit, non planè intelligo. Cæterùm conditiones ſocietatis Scipionis & Jubæ ſcribit Dio lib. 43: *Juba evocatus à Scipione, cùm non pareret, omnem Africam, quæ Romanis ſubdita eſſet, ſe ei dono daturum Scipio pollicitus eſt. Eâ pollicitatione adductus Juba alios Sittio oppoſuit, ipſe rectà adverſus Cæſarem contendit*, &c. *Ciaccon.*

Cum Saſernâ] Saſernæ fratres, Publius & Caius, haud dubiè poſteri fuerunt Saſernarum patris & filii, quorum ut vetuſtiſſimorum poſt Catonem ſcriptorum meminit Plinius lib. 17, cap. 23; ac item Junius Columella in præfatione librorum de re ruſticâ. Cæterùm de horum fratrum alterô loquitur Cicero ſcribens ad Atticum lib. 14. *Saſerna collega dignus*, &c. *Glandor.*

Cum Sulpitiô & Vatiniô rem geſſerant] Id eſt, militaverant, & ſub illorum ducum auſpiciis meruerant. De Vatiniô claſſis Brunduſinæ præfectô ſupra lib. 4 bellorum civilium. *Rhellican.*

Cum

rum cum eâ copiâ conſcendit. Omnibus in exercitu inſciis, & requirentibus Imperatoris conſilium; magno metu ac triſtitiâ ſollicitabantur. Parvâ enim cum copiâ, & eâ tironum, neque omni expoſitâ, in Africâ contra magnas copias, & inſidioſæ nationis, equitatumque innumerabilem, ſe expoſitos videbant: neque quidquam ſolatii in præſentiâ, neque auxilium in ſuorum conſilio animadvertebant; niſi in ipſius Imperatoris vultu, vigore mirabilique hilaritate: animum enim altum & erectum præ ſe gerebat. Huic acquieſcebant homines; & in ejus ſcientiâ & conſilio omnia ſibi proclivia omnes fore ſperabant. Cæſar in navibus unâ nocte conſumptâ, jam cœlo albente quum proficiſci conaretur, ſubitò navium pars, de quâ timebat, ex errore eodem conferebatur. Hâc re cognitâ, Cæſar celeriter de navibus impe-

Cum eâ copiâ conſcendit] Grammatici docent *copiam* in ſingulari numero abundantiam, in plurativo autem exercitus manum ſignificare: at hic eam differentiam non ſervatam eſſe vides. *Idem.*

Omnibus in exercitu inſciis & requirentibus Imperatoris conſilium] Infra hoc lib. *omnibus inſciis neque ſuſpicantibus, vigiliâ tertiâ jubet omnes legiones ex caſtris educi.* Nota arcana Cæſaris conſilia. Metellus Pius in Hiſpaniâ interrogatus quid poſterâ die facturus eſſet: *Tunicam meam,* inquit, *ſi id eloqui poſſet, comburerem.* Videndus Jul. Frontinus libr. 1 ſtrategem. cap. 1. Vegetius quoque libr. 3 de re milit. cap. 6, ſcribit *veteres Minotauri ſignum in legionibus habuiſſe, ut quemadmodum ille in intimo & ſecretiſſimo Labyrintho abditus perhibetur, ita ducis conſilium ſemper occultum eſſet.* Brant.

Inſidioſæ nationis] Suppleto *Numidicæ* & *Mauricæ.* Non enim multò ante dicit Mauris in more eſſe, ut in inſidiis cum equis inter convalleis lateant; & ſubitò erumpant, non ut in campo juſta acie decertent. De Numidis verò (quos Herodianus à Græcis *Maurusios* vocari tradit) Procop. lib. 4, de bellô Vandalicô ita ſcriptum reliquit, ubi de fœderis religione cum Roman. Imperat. icti & violati agit: *Mauruſii interea quotquot apud Byzacium & in Numidiâ habitabant ad defectionem ex nullâ penitus causâ tendebant: ac ſtatim fœdere ſolutò arma contra Romæos parare decreverunt, & hoc quidem ex more patriò faciebant. Illis enim neque Dei metus eſt ullus, neque hominum reverentia, neque item jurisjurandi aut obſidum ulla cura, etiamſi filios, aut fratres ipſorum ducentium exercitum eos eſſe contingeret: denique cum nullo pacem habent, niſi cum his, quorum metu coërceantur.* Hæc ille. A quibus non diſſentanea Polybius lib. 3, de iiſdem ſcribens: *Eſt hic*, inquit, *Numidarum mos, ut primò ſtatim congreſſu dantes terga, paſſim fugiant: mox verò ubi viſum fuerit, gradum rurſus ſiſtant, hoſtemque incredibili audaciâ ac robore adgrediantur.* Idem.

Navium pars, de qua timebat] Nimirum de eâ navium parte loquitur, quæ Uticam verſus antea navigare viſa erat. *Idem.*

imperat omnes egredi, atque armatos in litore reliquo advenientes milites exſpectare. Itaque ſine morâ navibus eis in portum receptis, & advectis militum equitumque copiis, rurſus ad opidum Ruſpinam redit, atque ibi caſtris conſtitutis, ipſe cum cohortibus expeditis xxx frumentatum eſt profectus. Ex eo eſt cognitum Cæſaris conſilium: illum cum claſſe navibus onerariis, quæ deerraſſent, ſubſidio ire clam hoſtibus voluiſſe, ne caſu imprudentes ſuæ naves in claſſem adverſariorum inciderent: neque eam rem eos voluiſſe ſcire, qui in præſidiis relicti ſui milites fuiſſent; ne illi propter ſuorum paucitatem, & hoſtium multitudinem, metu deficerent. Interim quum jam Cæſar progreſſus eſſet à caſtris circiter millia paſſ. III, per ſpeculatores & anteceſſores equites nunciatur ei, copias hoſtium haud longè à ſe viſas. Et herclè cum eô nunciô pulvis ingens conſpici cœptus eſt. Hâc re cognitâ Cæſar celeriter jubet equitatum univerſum, cujus copiam habuit in præſentia non magnam, & ſagittarios, quorum parvus è caſtris exierat numerus, accerſi, atque ordinatim ſigna ſe leniter conſequi: ipſe antecedere cum paucis armatis. Jamque quum procul hoſtis conſpici poſſet, milites in campo jubet galeari, & ad pugnam parari: quorum omnino numerus fuit xxx cohortium cum equitibus CD, & ſagittariis **. Hoſtes interim, quorum dux erat Labienus, & duo Pacidii, aciem

Per ſpeculatores, & anteceſſores equites nunciatur ei] *Anteceſſores* vocat Turneb. libro 24 adverſ. cap. 16, *qui ante agmen eunt, locaque caſtris metandis idonea deligunt, & vias, quà duci exercitus commodè poſſit, vident. Antecurſores* dixit Cæſar lib. I de bell. civil. *ibi cum antecurſoribus Cæſaris prælio commiſſo.* Et dubitat Ciaccon. an ita hic reponendum ſit. Obſervabat autem doctiſſimus Lipſius ad Tacit. lib. 2 Hiſtor. fuiſſe antiquo more receptum, ut viris lautioribus ditioribuſque, atque adeo Principibus Imperatoribuſque Afri aut Numidæ equites eſſent, ad iter, qui præcurrebant & agmen ducebant heri aut ducis ſequentis. Adhibet Senecam epiſt. 88, & epiſt. 124. Martial. lib. 10, epigr. 6. *Brant.*

Milites in campo jubet galeari] Id eſt, armari: ut κατ' συνεκδοχὴν pars pro toto accipiatur. *Montan.*

Duo Pacidii] *Pacidiorum* præterquàm hoc loco non facile mentionem factam invenias. At *Pacilii* in gente Furia apud Livium tres commemorantur. Et familiam

ciem dirigunt mirabili longitudine, non peditum, ſed quitum confertam: & inter eos levis armaturæ Numiias & ſagittarios pedites interpoſuerant: & ita condeniverant, ut procul Cæſariani pedeſtres copias arbitraentur: & dextrum ac ſiniſtrum cornu magnis equitum opiis firmaverant. Interim Cæſar aciem dirigit ſimpliem, ut poterat, propter paucitatem. Sagittarios ante ciem conſtituit: equites dextro ſiniſtroque cornu oppoit: & ita præcipit, ut providerent, ne multitudine quitatus hoſtium circumvenirentur: exiſtimabat enim cum pedeſtribus copiis, acie inſtructa, dimicaturam. Quum utrimque exſpectatio fieret; neque Cæſar ſe moeret: & cùm ſuorum paucitate contra magnam vim oſtium artificio magis, quàm viribus, decernendum ideret; ſubitò adverſariorum equitatus ſeſe extendere, in latitudinem promovere, colleſque complecti & Cæſaris equitatum extenuare, ſimulque ad circumeunum comparare ſe cœperunt. Cæſariani equites eorum nultitudinem ægrè ſuſtinebant. Acies interim mediæ uum concurrere conarentur, ſubitò ex condenſis turnis pedites Numidæ levis armaturæ cum equitibus prourrunt; & inter legionarios pedites jacula conjiciunt. Hic quum Cæſariani in eos impetum feciſſent; illorum quites refugiebant: pedites interim reſiſtebant, dum quites rurſus curſu renovato peditibus ſuis ſuccurreent. Cæſar novô genere pugnæ oblatô, quum animadrteret ordines ſuorum in procurrendo turbari (pedites

m *Paciliorum* Ciceronis tempore viiſſe in Republ. teſtatur *domus Pacilia*, quam Q. Ciceronem emere voſſe, indicat M. frater in epiſtolis ad ticum. *Glandor.*

Aciem dirigit ſimplicem] Simplex as inſtituitur propter paucitatem milin: aliàs ubi firmiores copiæ, triplex t duplex eſt. Vide pag. XXII. *Monus.*

Acies interim mediæ] Scilicet utriuſque exercitus. Unde apparet, illud ſuperius, ubi ait: *Duo Pacidii aciem dirigunt*, ita intelligendum, ut de mediâ potiſſimum acie loquatur: præſertim quum paulò poſt ibidem ſequatur dextri ac ſiniſtri cornu inſtructio; & hic Numidas levis armaturæ inter equites mediæ aciëi procurriſſe commemoret. *Rhellican.*

tes enim, dum equites longius à ſignis perſequuntur, l. tere nudato, à proximis Numidis jaculis vulneraba tur, equites autem hoſtium pilum militis curſu facile v tabant;) edicit per ordines, ne quis miles à ſignis i pedes longius procederet. Equitatus interim Labie ſuorum multitudine confiſus Cæſaris paucitatem circur ire conatur. Equites Juliani pauci, multitudine hoſtiu defeſſi, equis convulneratis, paullatim cedere: hoſ magis magiſque inſtare. Ita puncto temporis omnib legionariis ab hoſtium equitatu circumventis, Cæſar que copiis in orbem compulſis, intra cancellos omn conjecti pugnare cogebantur. Labienus in equô, ca pite nudô, verſari in primâ acie, ſimul ſuos cohortar non nunquam legionarios Cæſaris ita appellare: Qui tu, inquit, miles tiro, tam feroculus es? Vos quoq iſte verbis infatuavit. In magnum mehercule vos per culum impulit. Miſereor veſtri. Tum miles; Non ſun inquit, tiro, Labiene; ſed de legione x veteranus. Tu Labienus; Non agnoſco, inquit, ſigna Decumanorun Tum miles; Jam me, quis ſim, intelliges. Simul caſſi dem de capite dejecit, ut cognoſci ab eo poſſet; atqu ita pilum viribus contortum, dum in Labienum mitte re contendit, equi graviter adverſo pectori affixit: & ait: Labiene, Decumanum militem, qui te petit, ſc to eſſe. Omnium tamen animi in terrorem conjecti, & maximè tironum: circumſpicere enim Cæſarem, nequ amplius facere, niſi hoſtium jacula vitare. Cæſar inte rim, conſiliô hoſtium cognitô, jubet aciem in longi tudi

Intra cancellos omnes conjecti pugnare cogebantur]. Sypontinus ait, *Cancellos* opus eſſe ſubtili materiâ in tranſverſum compactâ, ad retis ſimilitudinem factum: quod frequentia foramina habeat. At Hirtius (ſi quid ego judicare poſſum) ſimpliciter pro ſeptis hic accipere videtur: ut ſit metaphora à nocentibus ſumpta, qui feris intra ſepta concluſis objiciuntur, ut cum eis pugnen vel ſaltem ab iis, qui etiam intra ſep ſeu circum ſingulari certamine inter ſ congrediuntur, *Rhellican.*

Signa Decumanorum] Id eſt, decim legionis. *Idem.*

Cæſar interim conſiliô hoſtium cognitô Quod ſcilicet exercitus ipſius prælong hoſtium acie ita circumventus eſſet, u i

ıdinem quàm maximam porrigi, & alternis converſis ohortibus, ut una poſt alteram ante ſigna tenderet. ta coronam hoſtium dextro ſiniſtroque cornu mediam ividit: & unam partem ab altera excluſam, equitibus ıtrinſecus adortus, cum peditatu telis conjectis in fuam vertit: neque longius progreſſus, veritus inſidias, ad ſuos recipit. Idem altera pars equitum peditumue Cæſaris facit. His rebus geſtis, & procul hoſtibus epulſis convulneratiſque, ad ſua præſidia ſeſe, ſic ut rat inſtructus, recipere cœpit. Interim M. Petreius & n. Piſo cum equitibus Numidis ∞ c electis, peditatuue ejuſdem generis ſatis grandi, ex itinere rectà ſubſiio ſuis occurrunt. At hoſtes ſuis ex terrore firmatis, rſuſque renovatis animis, legionarios converſis equibus ſe recipientes noviſſimos adoriri & impedire cœerunt, quò minus ſe in caſtra reciperent. Hâc re aniıadversâ, Cæſar jubet ſigna converti, & mediô cam5 redintegrari prælium. Quum ab hoſtibus eôdem ıodô pugnaretur; nec cominus ad manus rediretur: æſariſque equites jumenta ex nauſea recenti, ſiti, lanuore, paucitate, vulneribus defatigata ad inſequendum oſtem perſeverandumque curſum tardiora haberent; ieique pars exigua jam reliqua eſſet; cohortibus equitiuſque circumdatis imperat, ut uno ictu contenderent, eque remitterent, donec ultra ultimos colles hoſtes repliſſent, atque eorum eſſent potiti. Itaque, ſignô datô, uum jam hoſtes languidè negligenterque tela mitterent,

ıorbem concluderetur. ut huic ma- occurreret, ipſe quoque aciem ſuam longitudinem porrexit. *Idem.*

Converſis cohortibus] Scilicet *ex orbe in gitudinem*. Idem.

Ut una poſt alteram ante ſigna tende-] Id eſt, extenderet ſe, ut ſit ἁπλῶς, ſimplex verbum pro compoſito. *m.*

Ita coronam] Id eſt, aciem hoſtium ronæ inſtar condenſatam; ſicuti dicimus *verba facere in coronâ doctiſſimorum virorum*, id eſt in cœtu ſeu conſeſſu frequenti. Superius enim modo dixerat Hirtius aciem hoſtium equeſtrem levis armaturæ Numidis & ſagittariis ita conſertam & condenſatam à Labienô & Pacidiô fuiſſe, ut procul Cæſariani pedeſtres copias arbitrarentur: præterea dextrum ac ſiniſtrum cornu magnis equitum copiis firmatum. *Idem.*

Curio-

rent, ſubitò immittit cohortes turmaſque ſuorum : que puncto temporis, hoſtibus nullô negotiô cam pulſis, poſt collemque dejectis, nacti locum, atque i paulliſper commorati, ita ut erant inſtructi, leniter ad ſuas recipiunt munitiones. Itemque adverſarii m accepti tum demum ſe ad ſua præſidia contulerunt. I terim eâ re geſtâ, & præliô diremptô, ex adverſariis p fugæ plures ex omni hominum genere, & præterea i tercepti hoſtium complures equites pediteſque : ex qu bus cognitum eſt hoſtium conſilium, eos hâc mente conatu veniſſe; ut novo atque inuſitato genere prælii rones legionariique pauci perturbati, Curionis exemp ab equitatu circumventi opprimerentur. Et ita Labi num dixiſſe pro concione ; tantam ſeſe multitudine auxiliorum adverſariis ſubminiſtraturum; ut etiam c dendo in ipsâ victoriâ fatigati vincerentur, atque à ſu ſuperarentur : quippe qui in illorum ſibi confideret mu titudine : primùm, quod audierat Romæ legiones v teranas diſſentire, neque in Africam velle tranſire : d inde, quod triennio in Africa ſuos milites, conſuetud ne retentos, fideles jam ſibi effeciſſet : maxima aute auxilia haberet Numidarum equitum leviſque armatu ræ. Præterea ex fuga prælioque Pompeiano, quos ſ cum à Brundiſio tranſportaverat, equites Germano Galloſque, ibique poſtea ex hibridis libertinis ſerviſqu

cor

Curionis exemplo] Sabura enim præfectus Regis Jubæ ab utroque cornu aciem Curionis equitatu ſuo circumiens, totum illius exercitum delevit. *Montanus.*

Romæ legiones veteranas diſſentire] Ita erat : non falſus iſte rumor. Rediens enim ex Pontô victor Cæſar milites tumultuantes offendit, præmia & miſſionem flagitantes, ut auctor eſt Plutarchus & Suetonius. *Idem.*

A Brundiſio] Malim legere, *quos ſecum à Dyrrhachio tranſportaverit.* Etſi enim cum Pompeiô ex Italiâ cede Labienus Brundiſio ſolvit, tamen p pugnam Pharſalicam reverſus Dyrrh chium, quoſcunque potuit ex fugâ c ligens, cùm ex mendaciô ſuis impoſui ſet de Cæſaris capitali vulnere, in Af cam trajecit. *Glandorp.*

Ibique poſtea ex hibridis] Id eſt, iis, qui partim ex ingenuis, parti ex ſervis nati erant : tractâ metapho à ſemiferis ſuibus, ut docet Plini lib. naturalis hiſtoriæ 8, cap. 53. *Rhel canus.*

D

onſcripſerat, armaverat, equoque frenato uti condo-
ierat. Præterea regia auxilia, elephantes CXX, equi-
tuſque innumerabilis. Deinde legiones conſcriptæ ex
ijuſquemodi generis amplius XII millibus. Hâc ſpe at-
ie eâ audaciâ inflammatus Labienus cum equitibus
allis Germaniſque ∞DC, Numidarum ſine frenis IIX
illibus, præterea Petreianô auxiliô adhibitô equiti-
is ∞C, peditum ac levis armaturæ quater tantis, ſa-
ittariis ac funditoribus, hippotoxotiſque compluribus.
is copiis pridiè Non. Januar poſt diem tertium, quàm
fricam attigit, in campis planiſſimis puriſſimiſque ab
ora diëi quincta uſque ad ſolis occaſum eſt decertatum.
eô præliô Petreius graviter ictus ex acie receſſit. Cæ-
r interim caſtra munire diligentius, præſidia firmare
ajoribus copiis, vallumque ab opidô Ruſpina uſque
l mare deducere, & à caſtris alterum eodem, quò
tius ultrò citroque commeare, auxiliaque ſine pericu-
ſibi ſuccurrere poſſent. Tela tormentaque ex navi-
is in caſtra comportare, remigum partem ex claſſe
allorum Rhodiorumque Epibatarumque armare, &
caſtra evocare, uti ſi poſſet, eâdem ratione, quâ
lverſarii, levis armatura interjecta inter equites ſuos
inter-

Deinde legiones conſcriptæ ex cujuſque-
di generis amplius XII *millibus*] Vaſ.
cujuſque modo generiſque. Vocem *mil-*
us ineptè intruſam delet Lipſius lib.
elect. cap. 22, contentus clauſulâ *am-*
us duodecim. Nec enim aliud velle
eſarem, quàm legiones non è ſolis
ibus, ut ſolitum Romanis, ſed è
ſcellô hominum genere conſcriptas
iis duodecim. *Brant.*

Hippotoxotiſque compluribus] Hoc eſt,
uitibus iis, qui arcu jaculantur: com-
ſita enim vox apud Græcos eſt ἀπὸ τ
τόξου καὶ ἵππου. *Montan.*

His copiis pridiè Non. Januar. poſt diem
tium, quàm Africam attigit] Liber
eus addit *omnibus*. *His copiis omnibus*.
& cum ſupra Kal. Januar. ad opidum
Ruſpinam Cæſar caſtra ponat, & ante
unâ nocte & die Adrumeti Conſidii
reſponſum exſpectans ſit moratus, ne-
ceſſe eſt ut terram Africam attigerit III
Kal. Januar. quod ita eſſe demonſtra-
tur locô ſuperiore; quô habetur *Cæſa-*
rem conſcendiſſe naves a. d. Kal. Januar.
Et poſt diem quartum, nempe III Kal.
in conſpectum Africæ veniſſe. Et hoc lo-
co omnino legendum eſt, *poſt diem* VI
quàm Africam attigit. Ciaccon.

Epibatarumque] Id eſt, claſſiario-
rum, hoc eſt, militum in navibus me-
rentium, auctore Budæo in prioribus
Pandectarum annotationibus. *Monta-*
nus.

Ity-

interponeretur: ſagittariiſque ex omnibus navibus It reis, Suriis & cujuſque generis ductis in caſtra compl ribus, frequentabat ſuas copias. Audiebat enim Sc pionem poſt diem tertium ejus diëi, quo prælium f ctum erat, appropinquare, copias ſuas cum Labier & Petreio conjungere: cujus copiæ legionum IIX, equitum IV millium eſſe nunciabantur: officinas ferr rias inſtruere; ſagittaſque & tela uti fierent complura curare, glandes fundere, ſudes comparare; literas Siciliam nunciofque mittere, ut ſibi crates materien que congererent ad arietes, cujus inopia in Africâ e ſet: præterea ferrum plumbumque mitteretur. Et an mum etiam advertebat, frumentô ſe in Africâ niſi im portatitiô uti non poſſe. Priore enim anno, propter ac verſariorum delectus, quod ſtipendiarii aratores milite eſſent facti, meſſem non eſſe factam: præterea ex omr Africâ frumentum adverſarios in pauca opida & ber munita comportaſſe, omnemque regionem Africæ ex naniſſe frumento: opida, præter pauca, quæ ipſi ſu præſidiis tueri poterant, reliqua dirui atque deleri, & eorum incolas intra ſua præſidia coëgiſſe commigrare agros deſertos ac vaſtatos eſſe. Hâc neceſſitate Cæſa coactus, privatos ambiendo, & blandè appellando aliquantulum frumenti numerum in ſua præſidia con geſſerat: & eo parcè utebatur. Opera interim ipſ quotidie circumire, & alternas cohortes in ſtatione ha ber

Ityreis] *Ityreos* Plinius in Cœleſyriâ collocat. Hos, quemadmodum ceteros Orientis populos, bonos fuiſſe ſagittarios, indicat Lucanus lib. 7, ſic canens:

Tunc & Ityrei, Medique, Arabeſque ſoluto
Arcu, turba minax, nuſquam rexêre ſagittas,
Sed petitur ſolus, qui campis imminet, aër. Glandor.

Frequentabat] *Frequentare* hoc loco eſt augere, & frequentius reddere. Sic & Cicero *omnem orationem luminib verborum frequentandam eſſe* dixit. Idem

Alternas cohortes] Vetus editio hab *alteras cohortes:* ut ſignificet duas fuiſ. Nam alternas profectò non conveni & fuerit hoc relevandis militibus; non pellendis magis hoſtibus. In libr autem Torrentii, *ad terras* compendi quodam ſcriptum; è quô libens fec rim *ad ternas.* Sed de duabus oſtend Cæſar ſolenne fuiſſe, vicinô præſerti hoſte. *Cohortes, quæ in ſtationibus eran ſecun*

:re propter hoſtium multitudinem. Labienus ſaucios .os, quorum numerus maximus fuit, jubet in ploſtris :ligatos Adrumetum deportari. Naves interim Cæſaris ıerariæ errabundæ male vagabantur, incertæ locorum ;que caſtrorum ſuorum: quas ſingulas ſcaphæ adverſa- ɔrum complures adortæ incenderant atque expugna- rant. Hâc re nunciatâ Cæſari, claſſes circum inſulas ɔrtuſque diſpoſuit; quò tutius commeatus ſupportari pſſet. M. Cato interim, qui Uticæ præerat, Cn. Pom- ium filium multis verbis aſſidueque objurgare non ſiſtebat. Tuus, inquit, pater, iſtuc ætatis quum eſ- :, & animadvertiſſet Rempublicam ab audacibus ſce- :atiſque civibus oppreſſam, bonoſque aut interfectos, t exſilio multatos, patria civitateque carere; gloria & imi magnitudine elatus, privatus atque adoleſcentulus, terni exercitus reliquiis collectis, pene oppreſſam fun- tus & deletam Italiam, urbemque Romanam in li- rtatem vindicavit: idemque Siciliam, Africam, Nu- diam, Mauritaniam mirabili celeritate armis rece- :. Quibus ex rebus ſibi eam dignitatem, quæ eſt per ntes clariſſima notiſſimaque, conciliavit; adoleſcen- uſque atque eques Romanus triumphavit. Atque ille, non

ſ...m in partem proficiſci, ac duas ex reli- ... in ſtationem ſuccedere juſſit. Abdu- x..b unâ portâ duas, & duas juſſit ſuc- ..ere. *Lipſius.*

..n ploſtris] *Ploſtrum* idem quod *plau- ..n*, nam *au* in *o* ſæpe convertitur. .. *Poſt ejuſmodi experimenta vacuo plo- .. ſubjungendi.* Montan.

..ſtuc ætatis] Ætatis tunc habebat P..peius annum 23, teſtibus Patercu- l.. Plutarchô. Nam annô 24 de Afri- c.. receptâ triumphavit Eques Roma- n.. necdum Senator; quod nemini un- q..m contigerat, quemadmodum re- fe.. abbreviator hiſtoriæ Livianæ, l. 99. ..tan.

..ab audacibus, ſceleratiſque civibus] ..ote *Cinnâ* & *Carbone*: de quibus, & aliis rebus geſtis, quæ hic recenſentur, vide Plutarchum in vita Pompeii, & Appianum libr. 1 bellorum civilium. *Glandor.*

Eques Romanus triumphavit] Pulsô Mariô Sylla dominatum invadens, pro- ſcripſerat omnes Marianæ factionis. In- ter eos Perpenna, Carbo & Domitius erant: quorum prior Siciliam, alter claſ- ſe mare, tertius Africam occupaverat. Adverſus illos miſſus Pompeius cum magnis copiis. Ad cujus adventum Per- penna ſtatim Siciliâ decedens, Pom- peius urbes miſerè affectas, vaſtatam- que Siciliam recepit, Carbonemque ca- ptum occidit. Hæc agenti in Siciliâ Se- natuſconſultum & literæ à Sylla affe- runtur, in Africam trajiceret. Ibi præ- liô

non ita amplis rebus patris geſtis, neque tam exce lenti majorum dignitate partâ, neque tantis client lis nominiſque claritate præditus, in Rempublicam e ingreſſus. Tu contra & patris nobilitate & dignitate, per te ipſe ſatis animi magnitudine diligentiaque pra ditus, nonne eniteris, & proficiſceris ad paternas clie telas, auxilium tibi Reique publicæ atque optimo cu que efflagitatum? His verbis hominis graviſſimi incit tus adoleſcentulus cum naviculis cujuſquemodi gener xxx, inibi paucis roſtratis, profectus ab Utica eſt i Mauritaniam, regnumque Bogudis eſt ingreſſus: exp ditoque exercitu, numero ſervorum, liberorum II mi lium, cujus partem inermem, partem armatam habu rat, ad opidum Aſcurum accedere cœpit: in quô op dô præſidium fuit regium. Pompeiô adveniente, op dani uſque eo paſſi propius eum accedere, donec a ipſas portas ac murum appropinquaret, ſubitò er ptione factâ proſtratos perterritoſque Pompeianos i mare paſſim naveſque compulerunt. Ita re male geſ Cn. Pompeius filius naves inde avertit, neque poſtea l tus attigit; claſſemque ad inſulas Baleares verſus co vertit. Scipio interim cum iis copiis, quas paullò an demonſtravimus, Uticæ grandi præſidiô relictô, pr fectus primum Adrumeti caſtra ponit: deinde ibi pauc di

liô victus Domitius, oppidaque, quotquot defecerant, dedita aut vi capta. Rediens ab his victoriis Pompeius triumphum petiit: obſtitit Sylla, obtendens nemini niſi conſuli aut prætori leges triumphum concedere: & hoc eò, quia verebatur, ſi Pompeius imberbis, & cui per ætatem ſenatori eſſe non liceret, triumphum in urbem inveheret, permultum eam rem odii & Syllano & Pompeiano honori conflaturam. Obtinuit tamen, annuente Syllâ, & adoleſcentulus atque eques Romanus triumphavit. *Montan.*

Bogudis] *Bogud* rex, Cæſarianus er ut liquet ex Commentario præceden Dioni *Bogóas* vocatur. *Montan.*

Aſcurum opidum] Apud Pliniu lib. 5, cap. 2, *Rhuſcurium* opidum Ti gitanæ provinciæ legitur, haud dub idem, voce ut pluribus aliis depra tiore. *Montan.*

Baleares] Vel Balearides, item G mneſiæ, inſulæ Maris Mediterran *Mallorca* & *Minorca* Mercatori & Ta phæ. Florianus *Mallorcam* incolis ol fuiſſe dictam *Clunba*, & *Minorcam* N *ra* contendit. *Ortel.*

Nec

dies commoratus, noctu itinere facto, cum Petreii & Labieni copiis ſe conjungit; atque unis caſtris factis, III millia paſſuum longè conſidunt. Equitatus interim eorum circum Cæſaris munitiones vagari, atque eos, qui pabulandi aut aquandi gratia extra vallum progreſſi eſſent, excipere. Ita omnes adverſarios intra munitiones continere. Quâ re Cæſariani gravi annonâ ſunt conflictati; ideo quod nondum neque ab Siciliâ, neque ab Sardiniâ commeatus ſupportatus erat; neque per anni tempus in mari claſſes ſine periculo vagari poterant: neque amplius millia paſſuum VI terræ Africæ quoquò verſus tenebant, pabulique inopiâ premebantur. Quâ neceſſitate coacti veterani milites equiteſque, qui multa terrâ marique bella confeciſſent, & periculis inopiâque tali ſæpe eſſent conflictati, algâ è litore collectâ, & aquâ dulci elutâ, & ita jumentis eſurientibus datâ, vitam eorum producebant. Dum hæc ita fierent, rex Juba, cognitis Cæſaris difficultatibus, copiarumque paucitate, non eſt viſum dari ſpatium convaleſcendi, augendarumque ejus opum. Itaque comparatis equitum magnis peditumque copiis, ſubſidio ſuis, egreſſus è regno, ire contendit. P. Sitius interim, & rex Bogud, con-

Neque per anni tempus] Supple, *hybernum.* Nam non ita multò ante Hirtius ait, Cæſarem ad 3 Non. Januarii caſtra moviſſe, Leptique ſex cohortium præſidiô relictô, in Ruſpinam opidum everſum eſſe. Et paulò inferius tradit, Cæſarem cum Labienô pridie nonas Januarii in campis planiſſimis puriſſimiſque decertaſſe. *Rhellican.*

P. Sitius interim, & rex Bogud, &c.] Quonam pacto Sitius in Africam venerit, & Bogudi regi ſe conjunxerit, Appianus libr.4 de civilibus Rom. bellis ita deſcribit: *Sittius* (ſic enim inibi legitur) *Romæ accuſationem propriam ferre non auſus, arreptâ fugâ, exercitum in unum comparavit. Deinde ex Italiâ & Iberiâ in Libyam enavigavit. Libycis porrò regibus ad invicem contendentibus bellô per parteis opem attulit. Quibus autem attuliſſet continuè victoriâ exultantibus, Sittii nomen adeptus eſt. Nam exercitus ejus ſplendidè armis depugnabat. Caio demum Cæſari in Libyâ perſequenti Rom. auxilium impendit, & Saborram Jubæ præfectum perilluſtrem occidit,* Hæc ille. Porro quam Libyæ partem Bogud rex tenuerit, ſupra ex 4 Hirtii lib. conjicere poſſumus, ubi ait; Caſſium ex Hiſpaniâ literas ad Regem Bogudem in Mauritaniam miſiſſe. Unde conſtat eum Maurorum regem fuiſſe. Verum enim verò quoniam & Juba Bocchi filius Mauritaniæ rex fuiſſe ſcribitur: vero ſimile eſt, utrumque obtinuiſſe aliquam Mauritaniæ partem. Cujus ſanè rei idoneum

 teſtem

conjunctis ſuis copiis, cognito regis Jubæ egreſſu propius ejus regnum copias ſuas admovere; Cirtamque opidum ejus regni opulentiſſimum adorti paucis diebus pugnando capiunt, & præterea duo opida Getulorum: quibus quum conditionem ferrent, ut opido excederent, idque ſibi vacuum tranſderent; conditionemq; repudiaſſent; poſtea ab eis capti interfectiq; ſunt omnes. Inde progreſſi agros opidaque vexare non deſiſtunt. Quibus rebus cognitis Juba, quum jam non longè à Scipione atque ejus ducibus abeſſet, capit conſilium, ſatius eſſe ſibi ſuoque regno ſubſidio ire, quàm dum alios adjuturus proficiſceretur, ipſe ſuô regnô expulſus, forſitan utraque re expelleretur. Itaque rurſus ſe recepit, atque auxilia à Scipione etiam abduxit, ſibi ſuiſque rebus timens: elephantiſque xxx relictis, ſuis finibus opidiſque ſuppetias profectus eſt. Cæſar, quum de ſuo interim adventu dubitatio in provincia eſſet: neque quiſquam crederet ipſum, ſed aliquem legatum cum copiis in Africam veniſſe; conſcriptis literis circum provinciam, omnes civitates facit de ſuo adventu certiores. Interim nobiles homines ex ſuis opidis profugere, & in caſtra Cæſaris devenire, & de adverſariorum ejus acerbitate crudelitateque commemorare cœperunt: quorum lacrimis querelisque Cæſar commotus, quum antea conſtitiſſet in ſtativi[s]

teſtem Plinium habeo, qui lib. 5, cap. 2, naturalis hiſtoriæ duplicem Mauritaniam ita deſcribit: *Namque diu regum nomen obtinuere, ut Bogudiana appellaretur extima, itemque Bochi, quæ nunc Cæſarienſis.* Quô fit, ut & Bogud conjunctis copiis ſuis cum Sitiô, tanto celerius in Jubæ regnum incurſionem facere potuerit. *Idem.* Sitius autem poſtea ab Arabione Manaſſis regis filiô, teſte Appiano, occiſus eſt. *Glandor.*

Cirtamque opidum] *Cirta* urbs mediterranea munitiſſima, Maſiniſſæ & ſucceſſorum regia, tantæ magnitudinis, ut equitum decem millia, viginti peditum emitteret, quemadmodum auctor eſt Strabo libr. 17. *Idem.* Hodie ut auctor eſt Mercator, *Tadelis* vocatur. *Montan.*

Getulorum] Getuli, teſte Salluſtio, Africæ populi, & Libyes, primi omnium ex Punicorum Annalium fide, Africam tenuerunt, aſperi incultique: quibus cibus erat caro ferina, atque humi pabulum uti pecoribus. Hi neque moribus, neque lege aut imperiô cujuſquam regebantur: vagi, palantes, quà nox coëgerat, ſedes habebant. *Montan.*

In ca

ivis caſtris; æſtate inita, cunctis copiis auxiliiſque accitis, ellum cum adverſariis gerere inſtituit; literiſque celeriter 1 Siciliam ad Allienum & Rabirium Poſtumum conſcritis, & per cataſcopum miſſis, ut ſine morâ aut ullâ excuitione hiemis ventorumque, exercitus ſibi quàm celerimè tranſportaretur: Africam provinciam perire, funituſque everti à ſuis inimicis: quod niſi celeriter ſociis oret ſubventum, præter ipſam Africam terram nihil, e tectum quidem, quò ſe reciperent, ab illorum ſcere inſidiiſque reliquum futurum. Atque ipſe in tanta rat feſtinatione & exſpectatione, ut poſtero die, quàm iſiſſet literas nunciumque in Siciliam, claſſem exerciumque morari diceret, noctes dieſque oculos menemque ad mare diſpoſitos directoſque haberet. Nec nirum. Animadvertebat enim villas exuri, agros vaari, pecus diripi trucidarique, opida caſtellaque dirui leſerique, principeſque civitatum aut interfici, aut in atenis teneri, liberos eorum obſidum nomine in ſeritutem abripi. Iis ſe in miſeriis ſuamque fidem imploantibus, auxilio propter copiarum paucitatem eſſe non oſſe. Milites interim in opere exercere, caſtra munie, turres, caſtella facere, moleſque jacere in mare non itermittere. Scipio interim elephantes hôc modô conlocefacere inſtituit. II inſtruxit acies: unam funditorum

In caſtris ſtativis] *Stativa caſtra* ſunt unitiones, in quibus conſidendo belum ducitur, aut alioqui milites pacis empore continentur. *Glandor.*

Æſtate initâ] Non dicit *æſtatem* tunc *itam*, cum tempus eſſet hybernum, d ſimulatque veniſſet ea, quæ quidem fris ob ſolis propinquitatem citius uàm Italis incumbit, Cæſarem accetis interea pluribus copiis in hoſtem noturum. *Idem.* Prope æſtas erat, prærtim in Africâ, ubi Cæſar tum ageat: quippe quæ Solis vim majorem abeat, quàm noſtra regio. Illa enim inter cancri tropicum & æquatorem magna ex parte ſita eſt: hæc verò inter tropicum cancri, & circulum Arcticum. Et quo plus pars aliqua verſus Aquilonem porrigitur, eò tardius æſtatem ſentit. *Rhellican.*

Cataſcopum] Cataſcopum videtur eſſe ſpeculatorium ſeu expeditum navigium. Iſidorus lib. 19, cap. 1: *Scapha, quæ κατάσκοπος, navigium quod Latinis ſpeculatorium dicitur.* Plutarchus in Catone vocat κατασκοπικὸν πλοῖον. Alii libri habent *Cataſcuſpum.* Ciaccon.

rum contra elephantos, quæ quaſi adverſariorum locum obtineret, & contra eorum frontem adverſam lapillos minutos mitteret: deinde in ordinem elephantos conſtituit: poſt illos autem aciem ſuam inſtruxit; ut, quum ab adverſariis lapides mitti cœpiſſent, & elephanti perterriti ſe ad ſuos convertiſſent, rurſus à ſua acie lapidibus miſſis eos converterent adverſum hoſtem: quod ægrè tardeque fiebat: rudes enim elephanti, multorum annorum doctrina uſuque vetuſto vix edocti, tamen communi periculo in aciem producuntur. Dum hæc ad Ruſpinam ab utriſque ducibus adminiſtrantur, C. Virgilius Prætorius, qui Thapſo opido maritimo præerat, quum animadvertiſſet naves ſingulas cum exercitu Cæſaris incertas locorum atque caſtrorum ſuorum vagari, occaſionem nactus, navem, quam ibi habuit actuariam, complet militibus & ſagittariis: eidem ſcaphas de navibus adjungit; ac ſingulas naves Cæſarianas conſectari cœpit: & quum plures adortus, pulſus fugatuſque inde diſceſſiſſet, nec tamen deſiſteret periclitari, forte incidit in navem, in quâ erant duo Titii Hiſpani adoleſcentes, tribuni legionis v, quorum patrem Cæſar in ſenatum legerat, & cum his T. Salienus centurio legionis ejuſdem, qui M. Meſſallam legatum obſe

Et elephanti perterriti ſe ad ſuos recipe-rent] Plinius lib. 8, cap. 8, his conſentanea ſcribit; nempe elephantes minimo ſuis ſtridore terreri: vulneratoſque & territos retrò ſemper cedere, non ſine magnâ partium ſuarum pernicie. Quod Scipio ut vir prudens & ſolertiſſimus imperator præſciens, hoc ſtratagemate eos in hoſtes convertere docuit. *Montan.*

Thapſo] Strabo lib. 17, lacum urbi huic vicinum eſſe teſtatur. *Idem.*

T. Salienus] Ne quis putet nomen hoc mendoſum eſſe, cum alibi fortaſſe apud Scriptores hujus familiæ mentio non reperiatur, placuit loco huic antiqui lapidis inſcriptionem adſcribere quem Interamnæ, vetuſtiſſimi ac celeberrimi Umbriæ municipii, ſuperioribus annis effoſſum, in ſuum doctiſſimum ac luculentiſſimum de patri antiquitatibus commentarium contul Julius Jacobonius.

M. SALIENUS.
F. CLU. GALLUS. FA-
BER. FERRARIUS.

Manut.

M. Meſſallam] Fortè hic eſt M. Valerius M. F. Meſſala Niprus, qui cum M. Piſone conſulatum geſſit, annô a U.C

obſederat Meſſanæ, & ſeditioſiſſima oratione apud eum eſt uſus: idemque & pecuniam, & ornamenta triumphi Cæſaris retinenda & cuſtodienda curaverat: & ob has cauſſas timebat ſibi. Hic propter conſcientiam peccatorum ſuorum perſuaſit adoleſcentibus ne repugnarent, ſeſeque Virgilio tranſderent. Itaque deducti à Virgilio ad Scipionem, cuſtodibus tranſditi, & poſt diem III ſunt interfecti. Qui quum duceretur ad necem, petiiſſe dicitur major Titus à centurionibus, uti ſe priorem, quàm fratrem, interficerent; idque ab eis facile impetrâſſe, atque ita eſſe interfectos. Turmæ interim equitum, quæ pro vallô in ſtationibus eſſe ſolebant, ab utriſque ducibus quotidie minutis præliis inter ſe pugnare non intermittunt: nonnunquam etiam Germani Gallique Labieniani cum Cæſaris equitibus, fide datâ, inter ſe colloquebantur. Labienus interim cum parte equitatus Leptim opidum, cui præerat Saſerna cum cohortibus III, oppugnare, ac vi irrumpere, conabatur: quod à defenſoribus propter egregiam munitionem opidi, & tormentorum multitudinem, facile & ſine periculo defendebatur. Quod ubi ejus facere equitatus ſæpius non intermittebat; & quum forte ante portam turma denſa adſtitiſſet; ſcorpione accuratius miſſo, atque eorum decurione percuſſo, & * ad Decumanam defixo, reliqui perterriti, fugâ ſe in caſtra recipiunt. Quô

U. C. DCXCIII. De Meſſanâ ante dictum. *Montan.*

Cum cohortibus III] Omnes codices hunc numerum habent, cum tamen præcedentia planè evincunt duplicari debere. Paulò enim ſuperius teſtatur Hirtius Saſernam hunc cum VI cohortibus à Cæſare Lepti relictum. Inſulſum eſt, quod quidam ad Labienum voces cum tribus cohortibus referunt; quaſi ille oppugnationem Leptis munitiſſimi opidi, tribus cohortibus aggreſſus fuiſſet. Sed nec ſenſus conſtat ſine adjectione conjunctionis, nec res ipſa admittit. *Idem.*

Scorpione] *Scorpio*, teſte Tertulliano, *ſpiculum & fiſtula eſt, patulâ tenuitate in vulnus: & virus, quâ figit, effundit.* Vegetius *Manuballiſtas* ait vocari *ſcorpiones*. Vir unus dirigebat, & utebatur, ideo non magni fuerunt. Ut illi ergo parvi, ſic proportione & foramina illa, & cavi. *Lipſius.*

Et ad decumanam defixô] Hæc lectio Aldi, Gryphii & Wolffii eſt, ſecundum quam Hirtius ſignificare vult, decurio-

Quô factô poſtea ſunt deterriti opidum tentare. Scipi interim fere quotidie non longè à ſuis caſtris paſſibu ccc inſtruere aciem; ac, majore diëi parte conſum pta, rurſus ſe in caſtra recipere. Quod quum ſæpiu fieret, neque ex Cæſaris caſtris quiſquam prodiret, ne que propius ejus copias accederet, deſpectâ patienti Cæſaris exercituſque ejus, univerſis copiis productis, elephantiſque turritis xxx ante aciem inſtructis, quàn latiſſimè potuit, porrectâ equitum peditumque mu titudine, uno tempore progreſſus, haud ita longè à Cæ ſaris caſtris conſtitit in campo. Quibus rebus cognitis Cæſar jubet milites, qui extra munitiones proceſſerant quique pabulandi aut lignandi aut etiam muniendi gra tia vallum petierant, quæque ad eandem rem opus e rant, omnes intra munitiones minutatim modeſteque ſine tumultu aut terrore ſe recipere, atque in oper conſiſtere. Equitibus autem, qui in ſtatione fuerant præcipit, ut uſque eò locum obtinerent, in quô paullò ante conſtitiſſent, donec ab hoſte miſſum telum ad ſe perveniret: quod ſi propius accederetur, quàm hone ſtiſſimè ſe intra munitiones reciperent. Alii quoque e quitatui edicit, uti quiſque ſuô locô paratus armatuſque præſto eſſet. At hæc non ipſe per ſe coram, quum de vallo perſpecularetur; ſed mirabili peritus ſcientiâ bel landi, in prætorio ſedens, per ſpeculatores & nuncios impe-

curionem illum ita percuſſum eſſe, ut *ad decumanam.* i. ſcutum ſuum ampliſſimum defixus ſit. Sic namque Feſtus Pomp. de verborum veterum ſignificatione lib. 1, inquit: *Albeſia ſcuta dicebantur, quibus Albenſes, qui ſunt Marſi generis, uſi ſunt. Hæc eadem Decumana vocabantur: quod eſſent ampliſſima, ut Decumani fluctus.* Cæterùm Beroaldi caſtigatio legit, *ad terram defixo*, quorum utrumque non ineptè huc quadrat. *Rhellican.*

Uno tempore progreſſus] *Uno tempore* dixit, pro eodem tempore, quomodo Plautus in Milite: *Uno exemplo omnes vivunt*, id eſt, eodem. *Glandor.*

Minutatim] *Minutatim* uſurpavit, pro paulatim, quemadmodum Varro in libris de re ruſticâ: *Ut minutatim aſſuefaciant.* Idem.

Mirabili peritus ſcientiâ] Hotomannus pro *peritus* ſubſtituit *præditus*: rectius Lipſius *penitus*. Montan.

In Prætoriô] *Initio prætores erant, qui nunc conſules. & ii bella adminiſtrabant. Quorum tabernaculum quoque dicebatur prato-*

mperabat, quæ fieri volebat: animadvertebat enim, quamquam magnis eſſent copiis adverſarii freti, tamen æpe à ſe fugatis, pulſis perterritiſque, & conceſſam viam & ignota peccata: quibus rebus nunquam tanta ıppeteret ex ipſorum inertiâ conſcientiâque animi victoriæ fiducia, ut caſtra ſua adoriri auderent. Præterea pſius nomen auctoritaſque magna ex parte eorum exercitus minuebat audaciam. Tum egregiæ munitiones caſtrorum, & valli foſſarumque altitudo, & extra vallum tyli cæci, mirabilem in modum conſiti, vel ſine defenſoribus aditum adverſariis prohibebant. Scorpionum, catapultarum ceterorumque telorum, quæ ad lefendendum ſolent parari, magnam copiam habebat. Atque hæc propter exercitus ſui præſentis paucitatem & tiro-

ratorium. Feſtus. Fuere etiam prætoia, id eſt, magnificæ & amplæ domus er provincias judicibus, præſidibuſque Romanis conſtitutæ: & Juriſconſultis rætorium ſumitur pro parte villæ lauiſſimè exædificatâ. *Stewech.*

Et conceſſam vitam] Ut poſt captam Maſſiliam, prælia ad Ilerdam, pugnam n campô Pharſalicô factam. *Rhellican.*

Styli cæci] *Stylos cæcos* vocat occulos & fallentes, qui quomodo in teram defigantur, demonſtratum eſt ſuora belli Gallici Commentariô ſeptinô, ubi Aleſiæ obſidio deſcribitur. *Gland.* Hirtius hoc loco *ſtylos cæcos* appellat, eò quod terræ ita inſerti eſſent, ıt præ *cæcitate*, id eſt, obſcuritate, prinâ fronte vix cernerentur. *Cæcum* enim am de animatis, quàm inanimatis dicitur, quod aut non videt, aut quod videri nequit. *Rhellican.*

Scorpionum, catapultarum] De *ſcorpionibus* ſupra diximus. *Catapultarum* autem inventio à quibuſdam Syris, à quibuſdam verò poſteriori Dionyſio Syracuſanorum tyranno accepta fertur. Et, ſi Grammaticis credimus, à *depellendo* nomen habent: &, Nonio Marcello de ſermonum proprietate expoſitore, *catapultæ jacula vel ſagittæ celeres ſunt.* Idem. Catapulta Græcis dicitur κατα-πέλτης, ἀπὸ τῆς πέλτης, id eſt, haſtâ & jaculô. Erat autem machina, quæ tela & ligna jáciebat, quamquam alii & pro inſtrumentô ſaxi-jaculô ponant. Nam vox catapultæ paulatim in deſuetudinem venit, & pro eo *balliſtam* dixere, quæ non niſi ſaxa jecit. Fuerunt catapultæ duplices, majores & minores. Iſtæ quæ tum fere trium cubitorum; hæ quæ dimidiatum. Formam catapultæ ex ligno, ferro, nervo fabrefactam, ita deſcribit Ammianus: *Ferrum inter axiculos duos firmum compaginatur & vaſtum, in modum regulæ majoris extentum, cujus ex volumine tereti, quod in mediô ars polita componit, quadratus eminet ſtylus, extenſius rectô canalis anguſti meatu cavatus & hac multiplici chordâ nervorum tortilium illigatus, eique cochleæ duæ ligneæ conjunguntur aptiſſimè: quarum prope unam aſſiſtit artifex contemplabilis, ſubtiliter apponit à temonis cavamine ſagittam ligneam, ſpiculô majore conglutinatam. Hôcque factô, hinc inde validi juvenes verſant agiliter rotabilem flexum. Cùm ad extremitatem nervorum acumen venerit ſummum, percita interno pulſu à balluſtâ ex oculis evolat, interdum nimiô ardore ſcintillans.* Lipſius.

tirocinium præparaverat, non hoſtium vi & metu commotus: patientem ſe timidumque hoſtium opinioni præbebat. Neque iccirco copias, quamquam erant paucæ tironumque, non educebat in aciem, quod victoriæ ſuorum diffideret: ſed referre arbitrabatur cujuſmodi victoria eſſet futura. Turpe enim ſibi exiſtimabat tot rebus geſtis, tantiſque exercitibus devictis, tot tam claris victoriis partis, ab reliquis copiis adverſariorum ſuorum ex fuga collectis, ſe cruentam adeptum exiſtimari victoriam. Itaque conſtituerat gloriam exultationemque eorum pati, donec ſibi veteranarum legionum pars aliqua in ſecundo commeatu occurriſſet. Scipio interim pauliſper, ut ante dixi, in eô locô commoratus, ut quaſi deſpexiſſe Cæſarem videretur, paullatim reducit ſuas copias in caſtra; & concione advocata, de terrore ſuo deſperationeque exercitus Cæſaris verba facit: & cohortatus ſuos, victoriam propriam ſe eis brevi daturum pollicetur. Cæſar jubet milites rurſus ad opus redire, & per cauſſam munitionum, tirones in labore defatigare non intermittit. Interim Numidæ Getulique diffugere quotidie ex caſtris Scipionis, & partim in regnum ſe conferre, partim, quod ipſi majoreſque eorum beneficio C. Marii uſi fuiſſent, Cæſaremque ejus affinem eſſe audiebant, in ejus caſtra perfugere catervatim non

Tirocinium] *Tirocinium* primam militiam appellat. Nam *tirocinii* voce in omni re primam actionem intelligimus. D. Hieronymus *rudimentum* vocat. *Glandorp.*

In ſecundô commeatu.] Qui per Rabirium Poſthumium accerſendus erat. *Rhellican.*

Vt ante dixi] Modò enim dixerat, Scipionem inſtructiſſimâ acie, haud ita longè à Cæſaris caſtris in campô conſtitiſſe. *Idem.*

De terrore ſuo] Scilicet *quem ipſe Cæſareanis incuſſiſſet.* Idem.

Victoriam propriam.] *Proprium* pro *perpetuo* omnibus notum eſt. Sic infra: *quod proprium gaudium bellantibus fortuna tribuere non decrevit.* Servius item exponens illud Virgilianum

—— *propria hæc ſi dona fuiſſent*,

interpretatur *proprium perpetuo.* Montan.

Beneficiô C. Marii uſi fuiſſent] Hoc nimirum tum factum eſt, quum Marius conſul unà cum L. Sylla quæſtore ſuo Jugurtham Numidarum regem devicit. De quo vide Plutarchum in Marii vitâ, & Salluſtium in bello Jugurthino. *Rhellican.*

Cæſaremque ejus affinem audiebant] Idem Plutarchus ſtatim ab initiô vitæ Cæ-

ıon intermittunt. Quorum ex numero electis homini- ɔus, illuſtriores Getulos, literis ad ſuos cives datis co- ıortatus, ut manu facta, ſe ſuoſque defenderent, & ıe ſuis inimicis adverſariiſque dicto audientes eſſent, mit- ıit. Dum hæc ad Ruſpinam fiunt, legati ex Acillâ ci- ·itate liberâ, etiam undique ad Cæſarem veniunt; ſe- ıue paratos quæcumque imperaſſet, & libenti animo acturos pollicentur: tantùm orare & petere ab eo, ıt ſibi præſidium daret, quò tutius id & ſine periculô acere poſſent: ſe & frumentum, &, quæcumque res ·is ſuppeteret, communis ſalutis gratiâ ſubminiſtratu- ·os. Quibus rebus facile à Cæſare impetratis, præſidio- ıque dato, C. Meſſium ædilitiâ functum poteſtate Acil- ·am jubet proficiſci. Quibus rebus cognitis, Conſidius ·ongus, qui Adrumeti cum II legionibus, & equitibus ɔcc præerat, celeriter, ibi parte præſidii relicta, cum ·VIII cohortibus Acillam ire contendit. Meſſius, cele- ·ius itinere confecto, prior Acillam cum cohortibus ɔervenit. Conſidius interim, quum ad urbem cum co- ɔiis acceſſiſſet, & animadvertiſſet præſidium Cæſaris ·bi eſſe, non auſus periculô ſuô rem facere, nullâ re ·eſtâ pro multitudine hominum, rurſus Adrumetum ſe ·ecipit: deinde paucis poſt diebus, equeſtribus copiis ı Labieno adductis, rurſus Acillanos caſtris poſitis ob- ·ſidere cœpit. Per id tempus C. Salluſtius Criſpus, quem pau-

·æſareanæ docet Juliam Cæſaris ami- ·am uxorem majoris Marii fuiſſe: ex ·uâ Cæſaris conſobrinus creatus ſit ·Marius minor. *Idem.*

Ut manu] Id eſt, militum catervâ ·actâ, & inter ſe conſpirante; ſe ſuoſ- ·que defenderent. *Montan.*

Legati ex Acillâ civitate libera] Variè ·egitur in ſcriptis libris hujus urbis no- ·men. Plinius lib. 5, cap. 4, de Africâ ·propriè dictâ: *Opida libera* XXX, *ex qui- ·bus dicenda intus Acolitanum, Achari- ·tanum*, &c. Ut aut illic *Acilitanum*, aut hic, *Acola*, legi debeat. Sed in ſcriptis codicibus *Achila* legitur: & à Ptole- mæô in eâ regione *Acola* refertur, ut hic *ex Acholâ*, & apud Plinium *Acho- litanum* legi debere videatur. *Ciaccon.*

C. Meſſium] C. Meſſio ædile, facien- teque ludos Florales, populus ut pro more nudarentur mimæ, præſente Ca- tone, flagitare erubuit. Auctor Valerius lib. 2, cap. 5. *Montan.*

Conſidius longus] De quo ſupra ab ini- tio libri, miſſum à Cæſare cum claſſe de- monſtravimus, Superius namque in hoc

paucis ante diebus miſſum à Cæſare cum claſſe demo. ſtravimus, Cercinnam pervenit: cujus adventu C. D. cimius quæſtorius, qui ibi cum grandi familiæ ſuæ pr. ſidio præerat commeatui, parvulum navigium nact. conſcendit, ac ſe fugæ commendat. Salluſtius interi. prætor à Cercinnatibus receptus, magnô numerô fr. menti inventô, naves onerarias, quarum ibi ſatis m. gna copia fuit, complet, atque in caſtra ad Cæſare. mittit. *Allienus interim proconſul è Lilybæo in nav. onerarias imponit legiones XIII & XIV, & equites Ga. los DCCC, funditorum ſagittariorumque mille; ac ſe cundum commeatum in Africam mittit ad Cæſarem quæ naves, ventum ſecundum nactæ, IV die in portu. ad Ruſpinam, ubi Cæſar caſtra habuerat, incolum. pervenerunt. Ita Cæſar duplici lætitia ac voluptate un. tempore auctus, frumento auxiliiſque, tandem ſuis ex hilaratis, annonæque levata ſollicitudine, deponit le giones; equiteſque ex navibus egreſſos jubet ex languo re nauſeaque reficere: dimiſſos in caſtella munitione. que diſponit. Quibus rebus Scipio, quique cum eo e. ſent comites, mirari & requirere: C. Cæſarem, qui ul trò conſueſſet bellum inferre, ac laceſſere prælio, ſubi tò commutatum non ſine magnô conſiliô ſuſpicaban tur. Itaque ex ejus patientia in magnum timorem con jecti, ex Getulis duos, quos arbitrabantur ſuis rebu amiciſſimos, magnis præmiis pollicitationibuſque pro poſitis, pro perfugis, ſpeculandi gratiâ, in Cæſaris ca ſtra mittunt: qui ſimul ad eum ſunt deducti, petierunt ut ſibi liceret ſine periculo verba proloqui. Poteſtate fa cta; Sæpenumero, inquiunt, Imperator, complure. Getuli, qui ſumus clientes C. Marii, & propemodum omnes cives Romani, qui ſunt in legione IV & VI, ad te vo-

hoc eodem libro narrat C. Salluſtium Criſpum prætorem ad Cercinnam inſulam verſus (quam adverſarii tenebant) cum parte navium ire juſſum, quod ib. magnum numerum frumenti eſſe audierat. *Montan.*

e voluimus in tuaque præſidia confugere: ſed cuſtodiis equitum Numidarum, quò id ſine periculô minus faceremus, impediebamur: nunc data facultate pro ſpeculatoribus miſſi à Scipione, ad te cupidiſſimè venimus, ut perſpiceremus, num quæ foſſæ aut inſidiæ elephantis ante caſtra portaſque valli factæ eſſent, ſimulque conſilia veſtra contra eaſdem beſtias, comparationemque pugnæ cognoſceremus atque ei renunciaremus. Qui collaudati à Cæſare, ſtipendioque donati, ad reliquos perfugas deducuntur: quorum orationem celeriter veritas comprobavit: namque poſtero die ex legionibus his, quas Getuli nominaverunt, milites legionarii complures à Scipione in caſtra Cæſaris perfugerunt. Dum hæc ad Ruſpinam geruntur, M. Cato, qui Uticæ præerat, delectus quotidie libertinorum, Afrorum, ſervorum denique & cujuſquemodi generis hominum, qui modo per ætatem arma ferre poterant, habere, atque ſub manum Scipionis in caſtra ſubmittere non intermittit. Legati interim ex opidô Tiſdrô, in quo tritici modium millia CCC comportata fuerant à negotiatoribus Italicis aratoribuſque, ad Cæſarem venere; quantaque copia frumenti apud ſe ſit, docent; ſimulque orant, ut ſibi præſidium mittat, quò facilius & frumentum, & copiæ ſuæ conſerventur. Quibus Cæſar in præſentiâ gratias

Uticæ præerat] *Utica* magnitudine & auctoritate poſt Carthaginem ſecunda fuit, quâ exciſâ metropolis Africæ facta eſt, & receptaculum Romanorum ad res in Libyâ gerendas. Hanc cum Pompeiani propter favorem ejus in Cæſarem diruere cuperent, idque potiſſimùm ſuaderet Juba rex, Cato in diverſâ ſententiâ fuit, ac ſervandam cenſuit: quod cum obtinuiſſet, etiam tutor illi & cuſtos impoſitus eſt. Auctores ſunt Strabo lib. 17, & Livius 113. *Glandor.*

Sub manum] Id eſt, in poteſtatem.

Tiſdro] Opidi Tiſdritani ut liberi meminit Plinius lib. 5, cap. 4. *Montan.*

Tritici modium] Alii legunt *modia:* ſed omnino legendum *modium millia trecenta*, quomodo apud Ciceronem *quadraginta millia modium: Si doceo*, inquit, *judices, eos qui quadraginta millia modium lucrifaciunt*, &c. Invenitur fateor & *modium* genere neutro, & prodente Plinio lib. 18, cap. 14: *Id præſtant in jugera modia vicena:* ſed notandum utrique voci vel adjectivum nomen in eodem caſu, vel ſubſtantivum in genitivo jungendum eſſe. Nam quod Valla id genus orationis excuſat per appoſitionem Grammaticam, non omnibus doctis perinde probatur. *Glandor.*

P. Si-

tias agit: præſidiumque brevi tempore ſe miſſurum d cit: cohortatuſque ad ſuos cives jubet proficiſci. P.S tius interim cum copiis Numidiæ fines ingreſſus, caſte lô in montis locô munitô locatô, in quod Juba bel gerendi gratiâ, & frumentum & res ceteras, quæ a bellum uſui ſolent eſſe, comportaverat, vi expugnar do eſt potitus. Cæſar, poſtquam legionibus veteran II, equitatu levique armaturâ copias ſuas ex ſecund commeatu auxerat; naves VI onerarias ſtatim jubet L lybæum ad reliquum exercitum tranſportandum prof ciſci: ipſe VI Kal. Febr. circiter vigiliâ primâ impera ſpeculatores apparitoreſque omnes ut ſibi præſtò eſſen Itaque, omnibus inſciis, neque ſuſpicantibus, vigili tertiâ jubet omnes legiones ex caſtris educi, atque ſ conſequi ad opidum Ruſpinam verſus, in quo ipſe præ ſidium habuit, & quod primum ad amicitiam ejus ac ceſſit. Inde parvulam proclivitatem digreſſus, ſiniſtr parte campi, propter mare legiones ducit. Hic cam pus mirabili planicie patet millia paſſuum XV: quem ju gum ingens à mari ortum, neque ita præaltum, velu theatri efficit ſpeciem. In hôc jugô colles ſunt excelſ pauci: in quibus ſingulæ turres ſpeculæque ſingulæ per veteres erant collocatæ: quarum apud ultimam præſi dium & ſtatio fuit Scipionis. Poſtquam Cæſar ad ju gum, de quo docui, adſcendit; atque in unumquem que collem turres caſtellaque facere cœpit; atque ea mi-

P. Sitius interim] Quem antea conjunctis ſuis copiis cum rege Bogude, in Jubæ regis ditionem feciſſe incurſionem Hirtius meminit. Hic autem ab omnibus non *Sitius*, ſed *Sittius* dicitur. Ejus initia progreſſuſque in terra Africa narrat Appianus lib. 4 belli civilis: & nonnihil etiam Dio 43. *Montan.*

Apparitores] Quos Cicero in familiaribus epiſtolis *ſtatores* vocat. Qui alio nomine & *lictores* & *viatores* Latinè appellantur. *Rhellican.*

Vigiliâ tertiâ jubet omneis legiones ex caſtris educi] Scilicet quæ non procul à Lepti liberâ urbe ſecundum littus factæ erant: ut ſcribit Hirtius ſupra. *Idem.*

Propter mare] Id eſt, juxta mare, quemadmodum Virgilius: *Propter aquæ rivum viridi procumbit in herbâ.* Gland.

Velut theatri efficit ſpeciem] Sypontinus refert theatrum hemicycli formam habuiſſe, atque ita diſpoſitum, ut à fronte inter duo cornua ſcena eſſet. Cujus rei ſi figuram cognoſcere cupis, Vitruvium

ιιnus ſemihorâ efficit; & poſtquam non ita longè ab
ltimo colle turrique fuit, quæ proxima fuit caſtris ad-
erſariorum, in qua docui eſſe præſidium ſtationemque
Numidarum, paulliſper commoratus, perſpectaque na-
ura loci, equitatu in ſtatione diſpoſito, legionibus o-
us attribuit, brachiumque mediô jugô ab eô locô, ad
uem pervenerat, uſque ad eum, unde egreſſus erat,
ubet dirigi ac muniri. Quod poſtquam Scipio Labie-
uſque animadverterunt, equitatu omni ex caſtris edu-
to, acieque equeſtri inſtructa, à ſuis munitionibus cir-
iter paſſus mille progrediuntur, pedeſtremque copiam
n ſecunda acie minus paſſus CD à caſtris ſuis conſtituunt.
Cæſar in opere milites adhortari, neque adverſariorum
opiis moveri. Jam quum non amplius paſſuum MD in-
er hoſtium aciem ſuaſque munitiones eſſe animadver-
iſſet; intellexiſſetque ad impediendos milites ſuos, &
b opere depellendos, hoſtem propius accedere; ne-
eſſeque haberet legiones à munitionibus deducere; im-
erat turmæ Hiſpanorum, ut ad proximum collem pro-
erè accurrerent, præſidiumque inde deturbarent, lo-
umque caperent: eodemque jubet levis armaturæ pau-
os conſequi ſubſidio: qui miſſi celeriter, Numidas
dorti partim vivos capiunt, nonnullos equites fugien-
es convulneraverunt, locoque ſunt potiti. Poſtquam
d Labienus animadvertit, quo celerius iis auxilium fer-
et, ex acie inſtructa equitatus ſui prope totum dextrum
ornu avertit, atque ſuis fugientibus ſuppetias ire con-
endit. Quod ubi Cæſar conſpexit, Labienum à ſuis
opiis longius abſceſſiſſe, equitatus ſui alam ſiniſtram
ad intercludendos hoſtes immiſit. Erat in eo campo,
ıbi ea res gerebatur, villa permagna, IV turribus ex-
ſtru-

ium lib. 5 de Architectura, cap. 6, & vide. Unde apparet campum iſtum de quo hic loquitur Hirtius) ſemiro-undum fuiſſe: ac jugum inter duas ex-remitates ejus, veluti ſcenam quan-dam præ ſe tuliſſe. *Rhellicanus.*

Pedeſtrem copiam] En rurſus Grammaticorum differentiam inter *copiam* & *copias* non ſervatam. *Montan.*

Qui

ſtructa, quæ Labieni proſpectum impediebat, ne po ſet animadvertere ab equitatu Cæſaris ſe intercludi. Ita que non prius vidit turmas Julianas, quàm ſuos cædi tergo ſenſit. Ex qua re ſubitò in terrorem converſo equ tatu Numidarum, rectà in caſtra fugere contendit. Ga li Germanique, qui reſtiterant, ex ſuperiore loco post tergum circumventi, fortiterque reſiſtentes cor ciduntur univerſi. Quod ubi legiones Scipionis, qu præ caſtris erant inſtructæ, animadverterunt: metu a terrore obcæcatæ, omnibus portis in ſua caſtra fuger cœperunt. Poſtea Scipione ejuſque copiis campo col libuſque exturbatis, atque in caſtra compulſis, quum receptui Cæſar cani juſſiſſet, equitatumque omnem intr ſuas munitiones recepiſſet; campô purgatô, animadverti mirifica corpora Gallorum Germanorumque, qui par tim ejus auctoritatem erant ex Galliâ ſecuti, partim pretio pollicitationibuſque adducti ad eum ſe contule rant: nonnulli qui ex Curionis prælio capti conſervati que, parem gratiam in fide partienda præſtare volue rant. Horum corpora mirificâ ſpecie amplitudineque cæſa totô campô ac proſtrata diverſè jacebant. His re bus geſtis, poſtero die Cæſar ex omnibus præſidiis co hortes deducit, atque omnes ſuas copias in campo in ſtruxit. Scipio, ſuis male acceptis, occiſis vulneratiſ que, intra ſuas continere ſe munitiones cœpit. Cæſa inſtructa acie ſecundum infimas jugi radices propiu munitiones leniter acceſſit. Jamque minus mille paſ ſuum ab opido Uzita, quod Scipio tenebat, aberan legiones Julianæ, quum Scipio veritus, ne opidum amit teret, unde aquari reliquiſque rebus ſublevari ejus exer citu

Qui partim ejus auctoritatem] Loquitur de Labieno, cujus auctoritatem ſecuti ſint Germani & Galli. Proinde expuncto pronomine legendum eſt: *Qui partim Labieni auctoritatem*, &c. *ſecuti erant.* Rhellican.

Uzita] Strabo lib. 17: *Divus Cæſa Scipionem debellavit primò ad Rhuſpinum deinde apud Uzitas, poſt apud Thapſum & proximum ei lacum, & apud alia loca* Sed pro πρὸς Οὐζίτως, manuſcripti habent ἐ τίτως. *Montan.*

Suam

itus conſueverat, eductis omnibus copiis, quadruplici acie inſtructâ, ex inſtitutô ſuô, primâ equeſtri urmatim directâ, elephantiſque turritis interpoſitis armatiſque ſuppetias ire contendit. Quod ubi Cæſar animadvertit, arbitratus Scipionem, ad dimicandum paratum, ad ſe certô animô venire, in eô locô, quô paullò ante commemoravi, ante opidum conſtitit, ſuamque aciem mediam eô opidô texit. Dextrum ſiniſtrumque cornu, ubi elephanti erant, in conſpectu patenti adverſariorum conſtituit. Quum jam prope ſolis occaſum Cæſar exſpectaviſſet, neque ex eô locô, quô conſiterat, Scipionem progredi propius ſe animadvertiſſet, locoque ſe magis defendere, ſi res coëgiſſet, quàm in campo cominus conſiſtere audere; non eſt viſa ratio propius accedendi eo die ad opidum; quoniam ibi præſidium grande Numidarum eſſe cognoverat, hoſteſque mediam aciem ſuam opido texiſſe; ſibique difficile factu eſſe intellexit, ſimul & opidum uno tempore oppugnare, & in acie in cornu dextrô & ſiniſtrô, ex iniquiore loco, pugnare. Præſertim quum milites à mane diëi jejuni ſub armis ſtetiſſent defatigati. Itaque reductis ſuis copiis in caſtra, poſtero die propius eorum aciem inſtituit exporrigere munitiones. Interim Conſidius, qui Acillam, & IIX cohortes ſtipendiarias Numidis Getuliſque obſidebat, ubi C. Meſſius cohortibus præerat, diu multumque expertus, magniſque operibus ſæpe admotis, & iis ab opidanis incenſis, quum proficeret nihil, ſubitò nunciô de equeſtri præliô allatô commotus, frumentô, cujus in caſtris copiam habuerat, incensô, vinô, oleô

Suamque aciem mediam] Lego, *Scipio ſuam aciem mediam eô opidô texit.* Nam hæc de Scipione dici, ſequentia palàm docent. Forte locus eſt mutilus & nonnulla deſunt. *Montan.*

A mane diëi] *Mane* hoc loci nomen eſt, & apud poëtas ſæpe legitur *mane novum & clarum:* & veluti dicimus *ſponte mea*, & *ſatis pecuniæ.* Qua de re conſulito Priſcianum libro decimoquinto.

Jejuni ſub armis] Pro, in armis ſtetiſſent.

Q. Co-

oleô ceteriſque rebus, quæ ad victum parari ſolen corruptis, Acillam, quam obſidebat, deſeruit: atq itinere per regnum Jubæ facto, copias cum Scipioı partitus Adrumetum ſe recipit. Interea ex ſecundo con meatu, quem à Siciliâ miſerat Allienus, navis una, qua fuerat Q. Cominius & L. Ticida eques Romanu ab reſidua claſſe quum erraviſſet, delataque eſſet ven ad Thapſum, à Virgilio ſcaphis naviculiſque actuar excepta eſt, & ad Scipionem deducta. Item altera n vis triremis ex eadem claſſe errabunda, ac tempeſta ad Ægimurum delata, à claſſe Vari & M. Octavii e capta, in qua milites veterani, cum uno centurione & nonnulli tirones fuerunt: quos Varus aſſervatos ſi contumelia deducendos curavit ad Scipionem. Qui poſtquam ad eum pervenerunt, & ante ſuggeſtum ej conſtiterunt; Non veſtra, inquit, ſponte vos, cert ſcio, ſed illius ſcelerati veſtri Imperatoris impulſu imperio coactos, cives & optimum quemque nefar conſectari. Quos quoniam fortuna in noſtram detul poteſtatem, ſi, id quod facere debetis, Rempublica cum optimo quoque defenditis, certum eſt vobis vita & pecuniam donare: quapropter, quid ſentiatis, pr loquimini. Hâc habitâ oratione, Scipio, quum exiſt maſſet pro ſuô beneficiô ſine dubio ab iis gratias ſi actum iri, poteſtatem iis dicendi fecit. Ex eis Cent rio legionis XIV, Pro tuô, inquit, ſummô beneficiô

Sc

Q. Cominius] Male alii habent *Commius*. Ignota eſt familia *Commia*: *Cominia* non item: de ea enim mentio in antiquis marmoribus. Romæ in Villâ ſuburbanâ Carpenſi.

DIS. MANIBUS.
L. COMINI. L. F. POL. BASSI.
SACRUM.

Manut.

Ad Ægimurum] Inſula hæc Ægimurus, Straboni Αἰγίμουρος, haud procul à Coſurâ inter Siciliam Africamque ſita eſt: diſtans à Carthagi ſecundum calculum ejuſdem Strab nis, ut & Ptolemæi Pliniique, trigin millia paſſuum. *Montan.*

Centurio legionis XIV] Quidam hu *Pontium* Centurionem fuiſſe ſcribun de quo hæc refert Valer. Maxim. lib. cap.8: *An abigi debet Pontius ab horu exemplorum contextu? qui pro Cæſaris pa tibus excubans, Scipionis præſidiô interc ptus, cum uno modo ſalus ab eo daretur ſe futurum Cn. Pompeii generi ipſius mi te.*

Scipio, tibi gratias ago, (non enim Imperatorem te appello,) quod mihi vitam incolumitatemque belli jure capto polliceris: & forſan iſtô uterer beneficiô, ſi non ei ſummum ſcelus adjungeretur. Egone contra Cæſarem Imperatorem meum, apud quem ordinem duxi, ejuſque exercitum, pro cujus dignitate victoriaque amplius XXXVI annis depugnavi, adverſus armatuſque conſiſtam? Neque ego iſtud facturus ſum; & te magnoperè, ut de negotio deſiſtas, adhortor. Contra cujus enim copias contendas, ſi minus antea expertus es, licet nunc cognoſcas. Elige ex tuis cohortem unam, quam putas eſſe firmiſſimam, & conſtitue contra me. Ego autem ex meis commilitonibus, quos nunc in tua tenes poteſtate, non amplius X ſumam. Tunc ex virtute noſtra intelliges, quid ex tuis copiis ſperare debeas. Poſtquam hæc centurio præſenti animo adverſus opinionem ejus eſt locutus; ira percitus Scipio, atque animi dolore incenſus, annuit centurionibus, quid fieri vellet: atque ante pedes centurionem interfecit, reliquoſque veteranos à tironibus jubet ſecerni. Abducite, inquit, iſtos, nefario ſcelere contaminatos & cæde civium ſaginatos. Sic extra vallum deducti ſunt, & cruciabiliter interfecti. Tirones autem jubet inter legiones diſper-

m affirmaſſet, ita reſpondere non dubitavit: Tibi quidem, Scipio, gratias ago: ſed mihi uti iſtâ conditione vitæ non eſt opus. Sed hoc in Macedoniâ geſtum eo bello, quod Scipio adverſus Domitium geſſit, verba ipſa demonſtrant. *Ciaccon.*

Belli jure capto] Utpote in quos non amplius ſævire jus gentium & militare prohibebat. Unde facile colligitur, centurionem iſtum ideo noluiſſe Scipionem Imperatoris titulo ſalutare; quod jus bellicum non ſervaret. Supra namque legimus duos Titios captivos ab eo interemptos. *Rhellican.*

Amplius XXXVI *annis*] Ful. Urſini liber *pro cujus dignitate victoriaque amplius anno* habet. Et certè proba illa lectio: ſi non potius, demptis duabus prioribus literis ex numero, ſubſtituendum, XVI *annis depugnavi.* Non enim XXXVI annos Cæſar in imperio fuit. Sed præturâ geſtâ, ex quâ ſortitus eſt Hiſpaniam ulteriorem, & res triumpho dignas peregit, uſque ad hoc tempus ſupputantur anni XVI. *Montan.*

Sic extra vallum deducti ſunt; & cruciabiliter interfecti] Infra bello Hiſpan. *Hâc re cognitâ inſequenti nocte, vigiliâ tertiâ, teſſerâ datâ, extra vallem omnes ſunt conciſi Mundenſes duces.* Seneca libr. I de ira cap. 16: *damnatus extra vallum deductus eſt, & jam cervicem porrigebat, &c.*

 Un-

diſpertiri, & Cominium cum Ticidâ in conſpectum ſuum prohibet adduci. Quâ ex re Cæſar commotus, eos, quos in ſtationibus cum longis navibus apud Thapſum cuſtodiæ cauſsâ in ſalô eſſe juſſerat, ut ſuis onerariis longiſque navibus præſidio eſſent, ob negligentiam ignominiæ cauſsâ dimittendos ab exercitu, graviſſimumque in eos edictum proponendum curavit. Per id tempus fere Cæſaris exercitui res accidit incredibilis auditu. Namque, Vergiliarum ſignô confectô, circiter vigiliâ ſecundâ noctis, nimbus cum ſaxeâ grandine ſubitò eſt exortus. Ad hoc autem incommodum acceſſerat, quod Cæſar non, more ſuperiorum Imperatorum, in hibernis exercitum continebat; ſed in tertio quartoque die procedendo, propiuſque hoſtem accedendo, caſtra communiebat; opereque faciendo, milites ſe circumſpiciendi non habebant facultatem. Præterea ita ex Siciliâ exercitum tranſportaverat, ut præter ipſum militem & arma, neque vas, neque mancipium, neque ullam rem, quæ uſu militi eſſe conſuevit, in naves imponi

Unde colligitur, ut olim ſupplicia pleraque apud Romanos extra urbem, ubi & carnifici domicilium, ut teſtatur M. Tullius orat. pro Rabirio, *carnificem*, inquit, *non modo foro, ſed etiam cœlo hoc ac ſpiritu cenſoriæ leges atque urbis domicilio carere voluerunt:* ita militares animadverſiones extra vallum fieri ſolitas. de quo Lipſius Commentar. ad Cor. Tacit. lib. 1 & 2 Annal. & Pet. Fab. lib. 2 ſemeſt. cap. 8. *Brant.*

Vergiliarum ſignô confectô] Sunt plerique docti homines, qui Vergiliarum occaſum Heliacum hic intelligendum putent. quorum equidem ſententiam non invitus ſequerer, niſi quæ paginis aliquot narrantur, in Februariô geſta eſſe conſtaret, quo tempore Vergiliæ ſeu Pleiades procul à ſole remotæ, occidere Heliace nondum poſſunt, quas Ovidius auctor eſt in Aprili primum oculis noſtris ſubduci, Faſt. 4; non multum diſſentiente Columella, qui Calend. Aprilis id fieri ſcribit. Proinde occaſus Acronychus Vergiliarum hoc loco accipiendus eſt, ſole ſub piſcibus decurrente, poſt cujus occaſum neceſſe eſt ante ſecundam noctis vigiliam peractam Taurum quoque cum Vergiliis occidere, idque tempus noctis menſe Februario ſignificare vult auctor. Quidam publicatis in Cæſarem annotationibus, ut doceat hôc locô quamobrem Vergiliæ apparere deſinant, citat Plinium de eorundem ortu & occaſu Coſmico, quo nihil eſſe poteſt inſcitius ridiculumque magis. *Glandorp.*

More ſuperiorum Imperatorum] Legendum haud dubiè, *more ſuperiorum temporum*. Intelligit autem tempus belli Gallici. *Idem.*

Se circumſpiciendi] *Circumſpicere ſe* dixit, pro, ſibi conſulere & proſpicere de rebus neceſſariis. *Idem.*

Opi-

ꝺõni pateretur. In Africam autem non modo ſibi quid-
juam non acquiſierant aut paraverant; ſed etiam pro-
)ter annonæ caritatem, ante parata conſumpſerant.
Quibus rebus attenuati, opidò perquam pauci ſub pel-
ibus acquieſcebant. Reliqui ex veſtimentis tentoriolis
actis atque arundinibus ſcopiſque contextis permane-
oant. Itaque, ſubitò imbre grandineque conſecuta, gra-
ati pondere, tenebris aquaque omnes ſubruti disjecti-
jue, nocte intempeſta, ignibus exſtinctis, rebuſque ad
ictum pertinentibus omnibus corruptis, per caſtra paſ-
im vagabantur, ſcutiſque capita contegebant. Eadem
iocte v legionis pilorum cacumina ſua ſponte arſerunt.
Rex interim Juba de equeſtri prælio Scipionis certior fa-
tus, evocatuſque ab eodem literis, præfecto Saburâ
um parte exercitus contra Sitium relicto; ut ſi, quum
pſe aliquid auctoritatis haberet, exercitus Scipionis à
errore Cæſaris liberaretur; cum III legionibus equiti-
uſque frenatis DCCC, Numidis ſine frenis, peditibuſque
jus armaturæ grandi numero, elephantiſque XXX, egreſſus
regno ad Scipionem eſt profectus. Poſtquam ad eum
ervenit, caſtris regiis ſeorſum poſitis, cum eis copiis, quas
ommemoravi, haud ita longè à Scipione conſedit. Erat
in ca-

Opidò perquam pauci ſub pellibus acquieſcebant] *Sub pellibus*, id eſt, tabernaclis ex pellibus confectis. Mox enim ſequitur, alios tenuiores milites tentoriola ex veſtibus & arundinibus conſtruxiſſe. Cæterùm *opidò* hic adverbium eſt, non nomen: ideoque cum gravi accentu ſcribendum. *Rhellican.*

Contra Sitium relictô] Qui ſcilicet ipſius regnum ſimul cum Bogude invaſerat, & jam caſtellum cum loci natura munitum, tum omnium rerum copiâ abundans ceperat. *Idem.*

Numidis ſine frenis] Claudianus de ...s:

—— *ſonipes ignarus habenæ,*
Virga regit.

Silius Italicus:

—— *Numidæ gens inſcia freni,*
Queis inter geminas, per ludum mobilis, aures
Quadrupedem flectit, non cedens virga lupatis.

Herodianus libr. 7: *Numidæ jaculatores optimi, atque equitandi peritiſſimi, ſic ut equos etiam infrenos virgâ tantùm currentes moderentur.* De his & T. Liv. libr. 35 Ann. *Nihil primô aſpectu contemptius, equi hominesque paullu li & graciles: diſcinctus & inermis eques, præter quàm quod jacula ſecum portat: equi ſine frenis, deformis ipſe curſus, rigidâ cervice & extentô capite currentium.* Montan.

in caſtris Cæſaris ſuperiori tempore magnus terror; & exſpectatione copiarum regiarum, exercitus ejus magis ſuſpenſiore animo ante adventum Jubæ commovebatur. Poſtquam verò caſtra caſtris contulit; deſpectis ejus copiis, omnem terrorem deponit. Ita, quam antea abſens habuerat auctoritatem, eam omnem præſens dimiſerat. Quo facto facile fuit intellectu Scipioni additum animum fiduciamque regis adventu. Nam poſtero die univerſas ſuas regiſque copias cum elephantis LX productas in aciem, quàm ſpecioſiſſimè potuit, inſtruxit; ac paullo longius progreſſus à ſuis munitionibus, haud ita diu commoratus, ſe recepit in caſtra. Cæſar poſtquam animadvertit Scipioni auxilia ferè, quæ exſpectaſſet, omnia conveniſſe, neque moram pugnandi ullam fore, per jugum ſummum cum copiis progredi cœpit; & brachia protinus ducere, & caſtella munire, propiuſque Scipionem, capiendo loca excelſa, occupare contendit. Adverſarii magnitudine copiarum confiſi, proximum collem occupaverunt: atque ita longius ſibi progrediendi eripuerunt facultatem. Ejuſdem collis occupandi gratiâ, Labienus conſilium ceperat; &, quò propiore loco fuerat, eò celerius occurrerat. Erat convallis ſatis magnâ latitudine, altitudine præruptâ, crebris locis ſpeluncæ in modum ſubrutis: quæ erant tranſgrediendæ Cæſari ante, quàm ad eum collem, quem capere volebat, perveniretur: ultraque eam convallem olivetum vetus crebris arboribus condenſum. Hic quum Labienus animadvertiſſet, Cæſarem, ſi vellet eum locum occupare, prius neceſſe eſſe convallem olivetumque tranſgredi, eorum locorum peritus, in inſi-

Magnus terror & exſpectatio] Suetonius in Julio cap. 65: *Cum exſpectatio adventus Jubæ terribilis eſſet, convocatis ad concionem militibus; Scitote, inquit, pauciſſimis his diebus Regem affuturum cum* X *legionibus, equitumque* XXX, *levis armaturæ* C *millibus, elephantiſque* CCC. *Proinde deſinant quidam quærere ultra, aut opinari, mihique qui compertum habeo, credant.* Montan.

Sibi progrediendi] Legendum haud dubiè *Cæſari* vel *illi*. Nam ad præcedentem

inſidiis cum parte equitatus levique armaturâ conſedit: & præterea poſt montem colleſque equites in occulto collocaverat; ut, quum ipſe ex colle ſe equitatus oſtenderet, & re duplici perturbatus Cæſar ejuſque exercitus, neque retrò regrediundi, neque ultra procedendi oblata facultate, circumventus concideretur. Cæſar, equitatu ante præmiſſo, inſcius inſidiarum; quum ad eum locum veniſſet, abuſi, ſive obliti præceptorum Labieni, ſive veriti, ne in foſſa ab equitibus opprimerentur, rari ac ſinguli de rupe prodire, & ſumma petere collis. Quos Cæſaris equites conſecuti partim interfecerunt, partim vivorum ſunt potiti. Deinde protinus collem petere contenderunt; atque eum, decuſſo Labieni præſidio, celeriter occupaverunt. Labienus cum parte equitum vix fuga ſibi peperit ſalutem. Hâc re per equites geſtâ, Cæſar legionibus opera diſtribuit, atque in eo colle, quo erat potitus, caſtra munivit. Deinde ab ſuis maximis caſtris per medium campum, è regione opidi Uzitæ, quod inter ſua caſtra & Scipionis in planitiâ poſitum erat, tenebaturque à Scipione, duo brachia inſtituit duci, & ita erigere; ut ad angulum dextrum ſiniſtrumque ejus opidi convenirent. Id hac ratione opus inſtruebat; ut, quum propius opidum copias admoviſſet, oppugnareque cœpiſſet, tecta latera ſuis munitionibus haberet, ne ab equitatus multitudine circumventus ab oppugnatione deterreretur. Præterea, quò facilius colloquia fieri poſſent, & ſi qui perfugere vellent, id quod antea ſæpe accidebat magno cum eorum periculo, tum facile & ſine periculo fieret. Voluit etiam experiri, quum propius hoſtem acceſſiſſet; haberetne in animo dimicare. Accedebat etiam ad reliquas cauſſas, quod is locus depreſſus erat; puteique ibi nonnulli

tem nominativum *adverſarii*, quomodo debebat, pronomen *ſibi* referri non poteſt. *Glandor.*

Abuſi] Arbitror participium hoc, ut ſupervacaneum & abundans, expungendum. *Idem.*

nulli fieri poterant. Aquatione enim longâ & anguſt utebatur. Dum hæc opera, quæ ante dixi, fiebant à legionibus; interim pars aciëi ante opus inſtructa ſub hoſt ſtabat. Equites barbari leviſque armaturæ, præliis minutis cominus dimicabant. Cæſar ab eo opere quum jam ſub veſperum copias in caſtra reduceret; magno incurſu, cum omni equitatu levique armatura, Juba Scipio, Labienus in legionarios impetum fecerunt. Equites Cæſariani vi univerſæ ſubitæque hoſtium multitudinis pulſi parumper ceſſerunt. Quæ res aliter adverſariis cecidit. Namque Cæſar, ex medio itinere copiis reductis, equitibus ſuis auxilium tulit. Equites autem adventu legionum animô additô, converſis equis in Numidas cupidè inſequentes diſperſoſque impetum fecerunt, atque eos convulneratos uſque in caſtra regia repulerunt, multoſque ex iis interfecerunt. Quod ni in noctem prælium eſſet conjectum; pulviſque vento flatus omnium proſpectu offeciſſet; Juba cum Labieno capti in poteſtatem Cæſaris veniſſent; equitatuſque cum levi armatura funditus ad internecionem deletus eſſet Interim incredibiliter ex legionibus IV & VI Scipionis milites diffugere, partim in caſtra Cæſaris, partim in quas quiſque poterat regiones pervenire. Itemque equites Curiani diffiſi Scipioni ejuſque copiis, complures ſe eodem conferebant. Dum hæc circum Uzitam ab utriſque ducibus adminiſtrantur, legiones duæ IX & X ex Sicilia navibus onerariis profectæ, quum jam non longè à portu

Proſpectu] Iterum hic *i* in caſu dandi quartæ declinationis expungitur: ut alias ante bis terve in Cæſare annotatum. *Montan.*

Itemque equites Curiani diffiſi Scipioni] Lipſius lib. 2 electorum cap. 22, emendat *Curioniani*. Eos enim intelligit, qui ante ſub Curione in Africâ meruerant, & à Scipione occupati erant. Ipſe hic auctor ſupra meminit, & oſtendit eos è gente fuiſſe Gallorum. *Nonnulli*, inquit, *qui ex Curionis prœliô capti conſervatique, parem gratiam in fide partiendâ præſtare voluerant.* Brant.

Navibus onerariis] Suppleto, *ſex*. Sic enim Hirtius de hôc tertiô commeatu tranſportandô ſuperius narrat: *Cæſar poſtquam legionibus veteranis duabus, equitatu, levique armaturâ copias ſuas ex ſecundô commeatu auxerat: naveis ſex* one-

portu Ruſpinæ abeſſent, conſpicatæ naves Cæſarianas, quæ in ſtatione apud Thapſum ſtabant; veriti, ne in adverſariorum, ut inſidiandi gratia ibi commorantium, claſſem inciderent, imprudentes vela in altum dederunt: ac, diu multumque jactati tandem multis poſt diebus ſiti inopiaque confecti ad Cæſarem pervenerunt. Quibus legionibus expoſitis, memor in Italiâ priſtinæ licentiæ militaris ac rapinarum certorum hominum, parvulam modo cauſſulam nactus Cæſar, quod C. Avienus Tribunus mil. x legionis navem commeatu, familiâ ſuâ atque jumentis occupaviſſet, neque militem unum ab Sicilia ſuſtuliſſet; poſtero die de ſuggeſtu, convocatis omnium legionum tribunis Centurionibuſque; Maximè vellem, inquit, homines ſuæ petulantiæ nimiæque libertatis aliquando finem feciſſent, meæque lenitatis, modeſtiæ patientiæque rationem habuiſſent. Sed quoniam ipſi ſibi neque modum neque terminum conſtituunt, quò ceteri diſſimiliter ſe gerant; egomet ipſe documentum more militari conſtituam. C. Aviene, quod in Italia milites Populi Romani contra Rempublicam inſtigaſti; rapinaſque per municipia feciſti; quodque mihi Reipublicæque inutilis fuiſti; & pro militibus tuam familiam jumentaque in naves impoſuiſti; tuâque operâ, militibus tempore neceſſario Reſpublica caret, ob eas res, ignominiæ cauſsâ, ab exercitu meo te removeo; ho-

nerarias ſtatim jubet Lilybæum ad reliquum exercitum tranſportandum proficiſci. Montan.

Cauſſulam] Voce *cauſſulæ* utitur etiam Cicero: *Lyſias*, inquit, *parvarum rerum cauſſulas ſcripſit.* Idem.

Quò cæteri diſſimiliter ſe gerant] Hoc eſt, illorum exemplo edocti melius ſe gerant. Habes hic egregium exemplum in Cæſare alioquin naturâ leniſſimô, quando in maleficos animadvertendum ſit: nimirum tum, (ut Cicero in Officiis ſuis docet) quum nulla ſpes eſt, fore, ut in melius mutentur: aut ſi impunes dimitterentur, verendum eſſet, ne aliis peccandi licentiam augerent. *Rhell.*

Quod in Italiâ, &c.] Seditionem intelligit, quæ ipſo Alexandriæ & in Pontô agente exarſit: quod ſcelus etſi Cæſar tunc, cum in Italiam rediit, viſus eſt ignoviſſe, poſtea tamen per occaſionem in auctores animadvertit, atque etiam totas legiones diſſolvit. Sed & quoſcunque ſe abſente prædari ſolitos accepit, quò cæteri temperantius agerent, ab exercitu ſemovit. *Glandor.*

Ignominiæ cauſa] Exemplum miſſionis ignominioſæ, quam Appianus & Dio

hodieque ex Africâ abeſſe, & quantum poteſt, proficiſci jubeo. Itemque te, A. Fontei, quod Tribunus militum ſeditioſus maluſque civis fuiſti, ab exercitu dimitto. T. Saliene, M. Tiro, C. Cluſinas, quum ordines in meo exercitu, beneficio non virtute conſecuti, ita vos geſſeritis, ut neque bello fortes, neque pace boni, aut utiles fueritis, & magis in ſeditione concitandi milites adverſus veſtrum Imperatorem, quàm pudoris modeſtiæque fueritis ſtudioſiores: indignos vos eſſe arbitror, qui in meo exercitu ordines ducatis; miſſoſque facio, &, quantum poteſt, abeſſe ex Africâ jubeo. Itaque tranſdidit eos centurionibus; &, ſingulis non amplius ſingulis additis ſervis, in navi imponendos ſeparatim curavit. Getuli interim perfugæ, quos cum literis mandatiſque à Cæſare miſſos ſupra docuimus, ad ſuos cives perveniunt: quorum auctoritate facile adducti Cæſariſque nomine perſuaſi à rege Juba deſciſcunt, celeriterque cuncti arma capiunt: contraque regem facere non dubitant. Quibus rebus cognitis Juba diſtentus triplici bello, neceſſitate coactus; de ſuis copiis, quas contra Cæſarem adduxerat, VI cohortes in fines regni ſui mittit, quæ eſſent præſidio contra Getulos. Cæſar bra-

Dio diverſis verbis concipiunt. Ille enim l. 2 bell. civ. militibus miſſionem poſtulantibus Cæſarem nihil cunctatum reſpondiſſe ait: *ἀφίημι τῆς στρατείας.* Hic vero libr. 41, ita eum loquentem facit: *παύσασθε μὲν δὴ διὰ ταῦτα τῆς στρατείας, ὦ τί ἂν ὑμᾶς ὀνομάσαιμι, οὐ μέν τοι ὡς καὶ αὐτοὶ καὶ βούλεσθε καὶ φατὲ, ἀλλ' ὡς τῷ κοινῷ, καὶ ἐμοὶ συμφέρει.* Quô verbô eos cum ignominiâ miſſos fecit, ut narrat Suetonius in Jul. cap. 69. *Brant.* Miſſio autem quadruplex erat: Honeſta, Cauſſaria, Gratioſa & Ignominioſa. Ignominioſa, quâ ob delictum aut crimen militia quis ſolutus. Et ideo ſic dicta, quia nominis notam & infamiam afferebat. Exemplum hujus elegans, atque ipſa formula, in Hirtii hôc locô: cujus verba ſic cum dignitate in aſpectu omnium de tribunali prolata, æternô vulnere eos ſauciabant. *Lipſius.*

A. Fontei] M. FONTEIUS in argenteis denariis habetur, ſed non hic eſt, de quô nunc Cæſar. *Urſin.*

T. Saliene] Alii libri; *Tuſci Saliene.* Sed Aldo aſſentior, qui reponit, *T. Saliene*, de quo ſupra hôc ipsô librô, quamquam incertum ſit an ibi in hoſtium poteſtatem venerit. *Ciaccon.*

Triplici bello] Scilicet uno adverſus P. Sitium; altero adverſus Cæſarem; tertio contra Getulos, qui ab ipſo defecerant. *Rhellican.*

Cæſar brachiis perfectis] Redit ad Cæſaris munitiones deſcribendas. Quum nam-

rachiis perfectis, promotiſque eo uſque, ut telum ex pido adjici non poſſet, caſtra munit. Baliſtis ſcorpioibuſque crebris ante frontem caſtrorum, contraque oidum collocatis, defenſores muri deterrere non internittit: eoque v legiones ex ſuperioribus caſtris deduit. Quâ facultate oblatâ, illuſtriores notiſſimique conpectum amicorum propinquorumque efflagitabant, atjue inter ſe colloquebantur. Quæ res quid utilitatis haeret, Cæſarem non fallebat. Namque Getuli ex equiatu regio nobiliores, equitumque præfecti, quorum atres cum Mario ante meruerant, ejuſque beneficio gris finibuſque donati, poſt Sullæ victoriam ſub Hiemſalis regis erant poteſtate dati; occaſione capta, noe jam luminibus accenſis, cum equis calonibuſque uis circiter ∞ perfugiunt in Cæſaris caſtra, quæ erant in campo proximè Uzitæ locata. Quod poſtquam Scipio, quique cum eo erant, cognoverunt, quum commoti x tali incommodo eſſent; fere per id tempus M. Aquinium

amque ſupra duo brachia ita ab eo luci & erigi cœpta eſſe commemoaſſet, ut ad angulum dextrum ſiniſtrumque opidi Uzitæ convenirent; nunc quo pacto eadem perfecta ſint, arrat. Brachia autem hic μεταφορικῶς, pro curvis munitionibus in brahiorum humanorum ſimilitudinem ormatis accipi videntur, ut in illo Virgiliano lib. 3 Æneid.

——*geminò demittunt brachia murò*
Turriti ſcopuli.

quod Donatus ita exponit, *cautes ſunt n formam brachiorum.* Idem.

Baliſtis ſcorpionibus] De utriſque alias dictum.

Quorum patres cum Mario] Getuli genus hominum ferum incultumque, & uſque ad tempora Jugurthini belli gnarum nominis Romani, à Jugurhâ, cum à Metello victus per magnas olitudines fugeret, ad militiæ munia obeunda aſſuefacti ſunt. In Metelli hujus locum Marius cupientiſſima plebe, ringente nobilitate, conſul factus, Româ miſſus eſt cum valido ſupplemento legionum auxiliiſque populorum, regum ſociorumque. Is aut vi, aut metu, aut præmiis oſtentando, plurimos ab hoſtibus avertit: inter quos haud dubiè etiam quidam Getulorum, de quibus hic mentio, fuerunt. Et præcipuè, cùm capta ex improviſo Capſa, ſocii hoſteſque mentem illi divinam eſſe crederent, Getuli ſe partibus Marii procul dubio adjunxerunt. *Montan.*

Poſt Sullæ victoriam] L. hic Cornelius Sulla, à fortuna Felix dictus, quæſtor Marii poſt aliquot ſecunda prælia, Jugurtham à Boccho in deditionem accepit. Quæ victoria hoc loco ab Hirtio deſignatur. *Idem.*

Sub Hyempſalis regis] Scilicet *Numidiæ*, qui Maſiniſſæ ex Micipſa filio nepos fuit, ut ſcribit Salluſtius à principio belli Jugurthini. *Rhellican.*

nium cum C. Saſerna colloquentem viderunt. Scip mittit ad Aquinium; nil attinere eum cum adverſar colloqui. Quum nihilo minus ejus ſermonem nuncius a ſe referret; reſtaretque, ut reliqua, quæ vellet, per geret; viator poſtea ab Juba ad eum eſt miſſus, q diceret, audiente Saſerna; Vetat te Rex colloqui. Qu nunciô perterritus diſceſſit & dicto audiens fuit Re Uſu veniſſe hoc civi Romano miror, & ei, qui à Po pulô Romanô honores accepiſſet, incolumi patria fo tuniſque omnibus, Jubæ barbaro potius obediente fuiſſe, quàm aut Scipionis obtemperaſſe nuncio; au cæſis ejuſdem partis civibus, incolumem reverti mall Atque etiam ſuperbius Jubæ factum, non in M. Aqu nium hominem novum parvumque Senatorem; ſed i Scipionem hominem illâ familiâ, dignitate honoribu que præſtantem. Nam quum Scipio ſagulô purpureô an te regis adventum uti ſolitus eſſet, dicitur Juba cum e egiſſe, non oportere illum eodem uti veſtitu, atqu ipſe uteretur. Itaque factum eſt, ut Scipio ad album ſe veſtitum transferret, & Jubæ homini ſuperbiſſimo iner tiſſimoque obtemperaret. Poſtero die univerſas omniun copia

Cum C. Saſerna] Supple, *qui antea Leptino præſidio à Cæſare præfectus fuerat*. Idem.

Cum nihilominus ejus ſermonem nuncius ad ſe referret] Id eſt, quum adeo nihil Scipio ſuô mandatô effeciſſet, ut *nuncius*, quem ad Aquinium miſerat, *ejus*, hoc eſt, Aquinii, *ſermonem ad ſe referret*; id eſt, in ſe reciperet, ſi quid incommodi inde accipiendum foret: idemque *diceret*, ut Aquinius *quæ vellet* dicendo *perageret*. Neque enim puto Hirtium tam ineruditum, & malè Grammaticum fuiſſe, ut reciprocum pronomen *ſe*, ad Scipionem retulerit: q. d. *quum nihilominus ejus*, id eſt, Aquinii *ſermonem ad ſe*, ſupple, *Scipionem*, *nuncius referret*, *diceretque ut*, id eſt, quomodo, *reliqua quæ vellet*, ſcilicet *Aquinius*, *perageret*, videlicet *cum Saſernâ*. Idem.

Hominem illâ familiâ & dignitate] It eſt; magnus claruſque Scipio erat: ut pote qui ſocer Pompeii & Imperator inter majores numerabat, præter alio clariſſimos iſtius familiæ, P. Cornelium Scipionem, Jovis filium, ut credebatur, & patriæ liberatorem, difficilli mis deſperatiſque iſtis Annibalis tem poribus. *Montan.*

Ut Scipio ad album ſe veſtitum transferret] In prælium exeuntibus album, au purpureum paludamentum dari ſoler ſcribit Val. Max. lib. 1, c. 6. De puniceo quidem colore teſtimonia ſunt com pluria, non idem de albo. Itaq; novum quidem, quod de eo Valerius; verum tamen hic locus oſtendit. *Lipſius.*

Super

opias de caſtris omnibus deducunt: & ſupercilium quoddam excelſum nacti, non longè à Cæſaris caſtris aciem onſtituunt, atq; ibi conſiſtunt. Cæſar item producit copias, celeriterque iis inſtructis, ante ſuas munitiones, uæ erant in campo, conſtitit: ſine dubio exiſtimans, ultò adverſarios, quum tam magnis copiis auxiliiſque reis eſſent præditi, promptiuſque proſiluiſſent, ante ſe oncurſuros, propiuſque ſe acceſſuros. Equo circumvectus legioneſque cohortatus, ſignô datô, acceſſum hoium aucupabatur. Ipſe enim à ſuis munitionibus longius on ſine ratione non procedebat, quod in opido Uzitæ, uod Scipio tenebat, hoſtium erant cohortes armatæ. idem autem opido ad dextrum latus ejus cornu erat ppoſitum: verebaturque; ne, ſi prætergreſſus eſſet, x opido eruptione facta, ab latere eum adorti concideent. Præterea hæc quoque eum cauſſa tardavit; quod rat locus quidam perimpeditus ante aciem Scipionis, uem ſuis impedimento ad ultro occurrendum fore extimabat. Non arbitror eſſe prætermittendum, quemdmodum exercitus utriuſque fuerunt in aciem inſtruti. Scipio hôc modô aciem direxit. Collocabat in fron: ſuas & Jubæ legiones; poſtea autem Numidas in ſubdiaria acie ita extenuatos, & in longitudinem directos, t procul ſimplex eſſè acies media à legionariis militibus iderctur: in cornibus autem duplex eſſe exiſtimabatur. lephantos dextro ſiniſtroque cornu collocaverat, æquabus inter eos intervallis interjectis. Poſt autem elephanos, armaturas leves Numidaſque ſubſtituerat auxiliares. Equi-

Supercilium quoddam excelſum] Id eſt, llis eminentiam: metaphora ab ocurum ſuperciliis ducta. Quanquam ngè diverſa lectio in Beroaldi codice t. Nam ſic, & meô quidem judiciô ctius legit: *& ſuper alium quendam exſum natura locum*. Etenim quoniam pra legimus Labieni præſidium ex lle decuſſum, &c. Supercilium illud, ſeu præaltum illum locum haud dubiè innuit, quem Scipioniani occupaverant. *Rhellican.*

Poſt autem elephantos armaturas leveis, &c.] Levis armaturæ milites eam haud dubiè ob cauſam poſt elephantos collocavit; ut ſi lapilli in eorum terrorem ab hoſtibus ejicerentur, illi quoque lapillis emiſſis eos in hoſtem converterent. Sic

Equitatum frenatum univerſum in ſuô dextrô cornu c poſuerat: ſiniſtrum enim cornu opido Uzita claudeb tur, neque erat ſpatium equitatus explicandi. Propter Numidas leviſque armaturæ infinitam multitudinem dextram partem ſuæ aciëi oppoſuerat, fere interjec non minus ∞ paſſuum ſpatio & ad collis radices ma appulerat, longiuſque ab adverſariorum ſuiſque cop promoverat. Id hôc conſiliô; ut, quum acies II int ſe concurriſſent initio certaminis, paullò longius ej equitatus circumvectus, ex improviſo clauderet mul tudine ſua exercitum Cæſaris, atque perturbatum jac lis configeret. Hæc fuit ratio Scipionis ea die prælia di. Cæſaris autem acies hoc modo fuit collocata; ut a ſiniſtro ejus cornu ordiar, & ad dextrum perveniam Habuit in ſiniſtro cornu legionem IX, VII: in dext cornu XXX, XXIX: XIII, XIV, XXVIII, XXVI, in med acie. Ipſum autem dextrum cornu, ſecundam acie fere, in earum legionum parte cohortium collocavera Præterea ex tironum legionibus paucas adjecerat. Te tiam autem aciem in ſiniſtrum ſuum cornu contulera & uſque ad aciëi ſuæ mediam legionem porrexerat; ita collocaverat, uti ſiniſtrum ſuum cornu triplex eſſe Id eô conſiliô fecerat, quod ſuum dextrum latus mun tionibus adjuvabat; ſiniſtrum autem ut equitatus ho ſtium multitudini reſiſtere poſſet laborabat. Eodemqu ſuum omnem contulerat equitatum, &, quod ei parum confidebat, præſidio his equitibus legionem V præm ſerat; levemque armaturam inter equites interpoſuera Sagittarios variè paſſimque, locis certis, maximequ

Sic enim à Scipione inſtructos antea ex Hirtiô didicimus. *Idem.*

Cæſaris autem acies] Acies Romana quomodo conſtitui ſolita ſit, patet ex Livio & Vegetio. *Montan.*

Secundam aciem] Lectio eſt nonnihil depravata, ac videtur interpoſita conjunctione legendum hoc modo: *Ipſu autem dextrum cornu & ſecundam acie fere in earum legionum & cohortium par collocaverat.* Glandor.

Mediam legionem] Lego, *ad aci ſua media legiones porrexerat.* Idem.

cornibus collocaverat. Sic utrorumque exercitus in-
ructi non plus paſſuum CCC interjectô ſpatiô, quod
rte ante id tempus acciderat numquam, quin dimi-
aretur, à mane uſque ad horam X dieï perſtiterunt.
mque Cæſar dum exercitum reducere intra munitio-
s ſuas cœpiſſet; ſubitò univerſus equitatus ulterior
umidarum Getulorumque ſine frenis ad dextram par-
m ſe movere; propiuſque Cæſaris caſtra, quæ erant
colle, ſe conferre cœpit. Frenatus autem Labieni e-
ues in loco permanere, legioneſque diſtinere: quum
bitò pars equitatus Cæſaris cum levi armatura contra
etulos, injuſſu ac temere longius progreſſi paludem-
ue tranſgreſſi, multitudinem hoſtium ſuſtinere pauci
on potuerunt: levique armatura deſerti ac pulſi convul-
eratique, uno equite amiſſo, multis equis ſauciis, le-
s armaturæ XXVI occiſis, ad ſuos refugerunt. Quô ſe-
undô equeſtri præliô factô, Scipio lætus in caſtra no-
e copias reduxit. Quod proprium gaudium bellanti-
us fortuna tribuere non decrevit: namque poſtero die
æſar cum parte equitatus ſui Leptim, frumenti gratiâ,
iſit. In itinere prædatores equites Numidas Getuloſ-
ue ex improviſo adorti circiter centum partim occide-
unt, partim vivorum potiti ſunt. Cæſar interim quo-
die legiones in campum deducere, atque opus facere,
allumque & foſſam per medium campum ducere, ad-
erſariorumque excurſionibus iter officere non intermit-
t. Scipio item munitiones contra facere, & ne jugo à
æſare excluderetur, approperare. Ita duces utrique &
operibus occupati erant, & nihilò minus equeſtribus
ræliis inter ſe quotidie dimicabant. Interim Varus claſ-
m, quam antea Uticæ hiemis gratia ſubduxerat, co-
nito legionis VII & VIII ex Siciliâ adventu celeriter de-
ucit: ibique Getulis remigibus epibatiſque complet,
inſi-

Iter officere] *Officere* antiquorum mo-cum accuſativo junxit. Nam Plautus Truculento, *Jam hercle*, inquit, *ego te hic affatim officiam*. Idem.

L.Ci-

inſidiandique gratia progreſſus Adrumetum cum LV na vibus pervenit. Cujus adventus inſcius Cæſar L. Ciſpiu cum claſſe XXVII navium Thapſum verſus in ſtationem præſidii gratiâ commeatus ſui, mittit: itemque Q. A quilam cum XIII navibus longis Adrumetum eadem d cauſſa præmittit. Ciſpius, quò erat miſſus, celeriter pe venit. Aquila tempeſtate jactatus, promontorium ſupe rare non potuit, atque angulum quendam tutum à tem peſtate nactus cum claſſe ſe longius à proſpectu remo vit. Reliqua claſſis in ſalo ad Leptim, egreſſis remigi bus, paſſimque in litore vagantibus, partim in opido vi ctus ſui mercandi gratiâ progreſſis, vacua à defenſoribu ſtabat. Quibus rebus Varus ex perfugis cognitis, occa ſionem nactus vigiliâ ſecundâ Adrumetô ex Cothone e greſſus, primo mane Leptim univerſa claſſe vectus, na ves onerarias, quæ longius à portu in ſalo ſtabant, in cendit, & penteres duas, vacuas à defenſoribus, nullo repugnante cepit. Cæſar interim celeriter per nuncios in caſtris, quum opera circuiret, certior factus, quæ abe rant à portu millia paſſuum VI, equô admiſſô, omiſſi omnibus rebus, celeriter pervenit Leptim: ibique mo ratus; omnes ut ſe naves conſequerentur, primum ipſe navi

L. Ciſpium] Hujus *L. Ciſpii* meminit Cicero epiſt. lib. 10 ad Plancum, ubi tamen perperam pro *Lucius*, *Lævus* legitur. *Id.* Familia autem hæc non ſatis nota, licet in antiquis marmoribus etiam legatur. *Manut.*

Itemque Q. Aquilam] V.C. *Quinctium Aquilam.* Sed *Pontii Aquilæ* meminit Suetonius in Julio, & Cicero in Philippicis. *Montan.*

Ex Cothone egreſſus] *Cothon* hic navium ſtationem ſignificare videtur, quæ in anguſto maris ſinu erat. Ejuſmodi navium receptacula noſtrates *μετωπορικῶς ollas* vocant, *Haſen.* Quemadmodum enim *olla* liquoris, & carnium: ſic *Cothon* navium receptaculum eſt. Et ſicut illa in ſummo anguſta, & in imo lata: ſic & Cothonis forma eſt. Si qui autem tranſlationem vel ab ollâ, vel Cothone Sparthanorum poculo ſum ptam eſſe putaverit, cum illo nulla mihi pugna erit. Heſychio namque exponente, *κώθων μόνωτον ποτήριον, κεράμειον εἶδος ποτηρίου ἐστὶ*, hoc eſt, *poculum unius anſæ, figulina poculi ſpecies eſt.* Rhell. Sed Glandorpio Cothones ſun portus arte & manu facti. Servio etiam *Cothonia* dicuntur. *Montan.*

Equô admiſſô] *Equi admiſſi* dicuntur cum calcaribus ſtimulantur ad curſum laxatô frenô. Sic Livius inquit: *equum infeſtum immiſit.* Et Ovidius de Ponto

Nil nocet admiſſo ſubdere calcar equo.

Glandor.

Rece

vigiolum parvum conſcendit; in curſu Aquilam mul-
tidine navigiorum perterritum atque trepidantem na-
ćis, hoſtium claſſem ſequi cœpit. Interim Varus cele-
rite Cæſaris audaciaque motus cum univerſa claſſe,
converſis navibus, Adrumetum verſus fugere contendit.
Quem Cæſar in millibus paſſuum IV conſecutus, recu-
perata quinqueremi cum omnibus ſuis epibatis, atque
etiam hoſtium cuſtodibus CXXX in ea nave captis, trire-
mem hoſtium proximam, quæ in repugnando erat com-
morata, onuſtam remigum epibatarumque cepit. Re-
liquæ naves hoſtium promontorium ſuperarunt, atque
Adrumetum in Cothonem ſe univerſæ contulerunt. Cæ-
ſar eôdem ventô promontorium ſuperare non potuit,
atque in ſalo in anchoris eâ nocte commoratus primâ
luce Adrumetum accedit; ibique navibus onerariis, quæ
erant extra Cothonem, incenſis, omnibuſque reliquis aliis
aut ſubductis, aut in Cothonem compulſis, pauliſper
commoratus, ſi forte vellent claſſe dimicare, rurſus ſe
recepit in caſtra. In ea nave captus eſt P. Veſtrius eques
Romanus, & P. Ligarius Afranianus, quem Cæſar in
Hiſpania cum reliquis dimiſerat; & poſtea ſe ad Pom-
peium contulerat; inde ex prælio effugerat, in Afri-
camque ad Varum venerat. Quem ob perjurium perfi-
diamque Cæſar juſſit necari. P. Veſtrio autem, quod
ejus frater Romæ pecuniam imperatam numeraverat,
&

Recuperatâ quinqueremi] Mirum ni utramque recuperarit, cum duas quinqueremes amiſiſſe traditum ſit. Proinde legere malim: *Utraque recuperata quinqueremi*, &c. deinde *hoſtium cuſtodibus* CXXX *in iiſdem captis*. Idem.

P. Veſtrius] Dubito num pro *P. Veſtrio* legendum ſit, *P. Veſtorius*, ut Fratrem ejus intelligas *C. Veſtorium*, cujus ſæpe inde Cicero meminit in epiſtolis ad Atticum. *Glandor.*

Et P. Ligarius Afranianus] Ligarium ideo *Afranianum* vocat, quod in Hiſpaniis ſub Afraniô & Petreiô meruerat. *Rhellican.*

Quem ob perjurium perfidiamque Cæſar juſſit necari, &c.] Ligarium ideo perfidum ac perjurum indubiè vocat, quod fidem & jusjurandum violaſſet, quo ſe in Hiſpaniâ obſtrinxerat. Nam (ut Cæſar ipſe lib. I de bello civili memoriæ prodit) Afraniani & Petreiani milites ita dimiſſi erant, ut poſthac à neutris partibus in bello civili ſtarent. *Idem.*

Suam

& quod ipſe ſuam cauſam Cæſari probaverat, ſe Naſi dii claſſe captum, quum ad necem duceretur, benef cio Vari eſſe ſervatum; poſtea facultatem ſibi nulla datam tranſeundi, ignovit. Eſt in Africa conſuetud incolarum, ut in agris, & in omnibus fere villis ſu terra ſpecus, condendi frumenti gratia, clam habean atque id propter bella maximè, hoſtiumque ſubitu adventum præparent. Qua de re Cæſar certior per in dicem factus, tertiâ vigiliâ legiones II cum equitat mittit à caſtris ſuis millia paſſuum X; atque inde magn numerô frumenti onuſtos recepit in caſtra. Quibus re bus cognitis Labienus progreſſus à ſuis caſtris millia pa ſuum VII, per jugum & collem, per quem Cæſar pr diè iter fecerat, ibi caſtra duarum legionum facit; a que ibi ipſe quotidie exiſtimans Cæſarem eadèm ſæp frumentandi gratia commeaturum, cum magno equi tatu levique armatura inſidiaturus locis idoneis conſ dit. Cæſar interim de inſidiis Labieni ex perfugis ce tior factus, paucos dies ibi commoratus, dum hoſt quotidianô inſtitutô, ſæpe idem faciendo in negliger tiam adducerentur, ſubitò mane imperat portâ Decu manâ legiones ſe VIII veteranas cum parte equitatus ſe qui. Atque, equitibus præmiſſis, neque opinantes inſi diatores ſubitò in convallibus latentes levi armatur

cor

Suam cauſam Cæſari probaverat] Id eſt, ſe ſufficienter expurgaverat: quo autem pacto, in orationis contextu ſequitur. *Idem.*

Eſt in Africa conſuetudo incolarum, &c.] Eadem conſuetudo Italis, ut audio, ruſticis. Africanorum conſuetudo in recondendis frumentis & ſuperioribus & inferioribus Pannoniis jam eſt: ut hi non tantum frumentum, verùm etiam vina & pretioſiſſimas quaſque res ſuas in ſubterraneis terræ meatibus condant; & adeo humilibus caſulis ſuper eos ſtructis habitent, ut non admodum laborent, etiamſi incendio conflagrent. Si quando enim incendium earum fo te fortuna fit, jocularibus illud dict proſequuntur, dicentes: *aranearum tel tandem expurgatas eſſe.* Eandem co ſuetudinem veteribus Germanis fui Cornelius Tacitus in libello de illoru moribus in hæc aſſerit verba: *Solent ſubterraneos ſpecus aperire, eoſque mu inſuper fimô onerant, ſuffugium hyemi, receptaculum frugibus: quia rigorem f gorum ejuſmodi locis molliunt, & ſi quan hoſtis advenit, aperta populatur, abdi autem & defoſſa aut ignorantur, aut ipſô fallunt, quod quærenda ſunt.* Idem.

Ip.

concidit circiter D. Reliquos in fugam turpiſſimam conjecit. Interim Labienus cum univerſo equitatu fugientibus ſuis ſuppetias occurrit. Cujus vim multitudinis quum equites pauci Cæſariani jam ſuſtinere non poſſent; Cæſar inſtructas legiones hoſtium copiis oſtendit. Quô factô perterritô Labienô ac retardatô, ſuos equites recepit incolumes. Poſtero die Juba Numidas eos, qui locô amiſsô fugâ ſe receperant in caſtra, in cruce omnes ſuffixit. Cæſar interim, quoniam frumenti inopia premebatur, copias omnes in caſtra conducit; atque præſidio Lepti, Ruſpinæ, Acillæ relicto, Ciſpio Aquilæque claſſe tranſdita, ut alter Adrumetum, alter Thapſum mari obſiderent, ipſe caſtris incenſis, IV noctis vigiliâ, acie inſtructâ, impedimentis in ſiniſtra parte collocatis, ex eô locô proficiſcitur, & pervenit ad opidum Agar, quod à Getulis ſæpe antea oppugnatum, ſummaque vi per ipſos opidanos erat defenſum. Ibi in campo caſtris unis poſitis, ipſe frumentatum circum villas cum parte exercitus profectus, magnô inventô hordei, olei, vini, fici numerô, paucô tritici, atque recreatô exercitu, rediit in caſtra. Scipio interim, cognito Cæſaris diſceſſu, cum univerſis copiis per jugum Cæſarem ſubſequi cœpit; atque ab ejus caſtris millia paſſuum VI longè, trinis caſtris diſpartitis copiis, conſedit. Opidum erat Zetta, quod aberat à Scipione millia paſſuum X, ad ejus regionem, & partem caſtro-

Ipſe caſtris incenſis] Supple, *quæ propter Uzitam poſita erant.* Idem.

Et pervenit ad opidum Agar] De hôc opido nihil apud Geographos invenio. Nam quod Plinius & alii *Agræ* in Arabiâ ſitæ meminerunt; nihil ad hunc locum facit. Neque enim hic de Arabicô opidô ab *Agaris* D. Abrahami ancillæ & concubinæ nomenclaturâ nominatô, ſed de Africanô ſermonem haberi contextus circumſtantia ſatis oſtendit. Statim namque ſubjungit, id à Getulis diu multumque oppugnatum. At illi non ita pridem (ut Hirtius paulò ante teſtatur) à Jubâ defecerant, & proxima quæque ipſius loca invaſerant. *Idem.*

Opidum Zetta] *Zettam*, vel *Zetam*, Strabo videtur appellare *Zellam* libro Geographiæ decimo ſeptimo. *Glandor.* Mercator Zetam Africæ minoris opidum maritimum, & hodie *Zerbi* vocari ait. *Montan.*

caſtrorum collocatum, à Cæſare autem diverſum ac remotum, quod erat ab eo longe millia paſſuum XIII. Huc Scipio legiones II frumentandi gratiâ miſit. Quod postquam Cæſar ex perfugâ cognovit, caſtris ex campo in collem ac tutiora loca collocatis, atq; ibi præſidio relicto, ipſe IV vigiliâ egreſſus præter hoſtium caſtra proficiſcitur cum copiis, & opido potitur. Legiones Scipionis comperit longius in agris frumentari: &, quum eò contendere conaretur, animadvertit copias hoſtium iis legionibus occurrere ſuppetias. Quæ res ejus impetum retardavit. Itaque, captô C. Mutiô Reginô equite Romanô Scipionis familiariſſimô, qui ei opido præerat, & P. Atriô equite Romanô de conventu Uticenſi, & camelis XXII regis adductis, præſidiô ibi cum Oppiô legatô relictô, ipſe ſe recipere cœpit ad caſtra. Quum jam non longè à caſtris Scipionis abeſſet, quæ eum neceſſe erat prætergredi; Labienus Afraniuſque cum omni equitatu levique armatura, ex inſidiis adorti, agmini ejus extremo ſe offerunt, atque ex collibus primis exſiſtunt. Quod poſtquam Cæſar animadvertit, equitibus ſuis hoſtium vi oppoſitis, ſarcinas legionarios in acervum jubet comportare, atque celeriter ſigna hoſtibus inferre. Quod poſtquam cœptum eſt fieri; primo impetu legionum, equitatus & levis armatura hoſtium nullô negotiô locô pulſa & dejecta eſt de colle. Quum jam Cæſar exiſtimaſſet hoſtes pulſos deterritoſque finem laceſſendi facturos; & iter cœptum pergere cœpiſſet; ite-

Iis legionibus] Supplendum, *quæ frumentatum profectæ erant.*

Occurrere ſuppetias] Id eſt, auxilio venire. Quam loquendi formam ut infrequentem, & mutilam obſervabis: deeſt enim, *ad ferendum*, aut ſimile quiddam. *Rhellican.*

Oppio legato] Dio P. cujuſdam Oppii quæſtoris, & M. Oppii quæſtoris meminit. Suetonius etiam Oppium quendam, ſecundum aliquorum opinionem, belli Gallici noviſſimum imperfectumque librum ſuppleviſſe tradit. Num autem unus ex his tribus fuerit hic legatus, ignorare me fateor. *Montanus.*

Exiſtunt] *Exiſtere* propriè emergere, apparere & exoriri eſt. Cicero pro M. Cœlio: *Exiſtat igitur pro hâc familia aliquis, & potiſſimum Cæcus ille*, &c. *Qui ſi extiterit, ſic loquetur.* Et in de divinatione: *Anguis ab ara exſtitit.* Gland.

Vi

terum celeriter ex proximis collibus erumpunt, atque adem ratione, qua ante dixi, in Cæſaris legionarios mpetum faciunt Numidæ leviſque armaturæ, mirabili elocitate præditi; qui inter equites pugnabant, & unà ariterque cum equitibus accurrere & refugere conſue-erant. Quum hoc ſæpius facerent, & Julianos profi-iſcentes inſequerentur, & refugerent inſtantes, propius ion accederent, & ſingulari genere pugnæ uterentur; oſque jaculis convulnerare ſatis eſſe exiſtimarent: Cæ-ar intellexit nihil aliud illos conari, niſi, ut ſe cogerent aſtra in loco ponere, ubi omnino aquæ nihil eſſet; ut xercitus ejus jejunus, qui à quartâ vigilia uſque ad ho-am x diëi nihil guſtaſſet, ac jumenta ſiti perirent. Quum am ad ſolis occaſum eſſet, & non totos c paſſus in ho-iam iv eſſet progreſſus, equitatu ſuo, propter equorum nteritum, extremo agmine remoto, legiones invicem d extremum agmen evocabat. Ita vim hoſtium, placidè eniterque procedens, per legionarium militem commo-lius ſuſtinebat. Interim equitum Numidarum copiæ de-trâ ſiniſtrâque per colles præcurrere, coronæque in mo-dum cingere multitudine ſua Cæſaris copias, pars agmen xtremum inſequi. Cæſaris autem non amplius tres aut quatuor milites veterani, ſi ſe convertiſſent, & pila viri-ous contorta in Numidas infeſtos conjeciſſent, amplius i millium numero ad unum terga vertebant; ac rurſus d aciem paſſim, converſis equis, ſe colligebant, atque n ſpatio conſequebantur, & jacula in legionarios con-iciebant. Ita Cæſar modo procedendo, modo reſiſten-do, tardius itinere confecto, noctis horâ primâ omnes uos ad unum in caſtris incolumes, ſauciis x factis redu-xit. Labienus, circiter ccc amiſſis: multis vulneratis, ac defeſſis, inſtando omnibus, ad ſuos ſe recepit. Sci-pio interim legiones productas cum elephantis, quos ante caſtra in acie, terroris gratiâ, in conſpectu Cæſaris collocaverat, reducit in caſtra. Cæſar contra ejuſmodi

hoſtium genera copias ſuas, non ut Imperator exercitum veteranum, victoremque maximis rebus geſtis, ſed ut laniſta tirones gladiatores condocefacere, quo pede ſe reciperent ab hoſte, & quemadmodum obverſi adverſariis, & in quantulô ſpatiô reſiſterent, modo procurrerent, modo recederent, comminarenturq; impetum, ac prope quo loco, & quemadmodum tela mitterent, præcipit. Mirificè enim hoſtium levis armatura anxium exercitum noſtrum atque ſollicitum habebat: quia & equites deterrebat prælium inire, propter equorum interitum: quod eos jaculis interficiebat; & legionarium militem defatigabat propter velocitatem: gravis enim armaturæ miles ſimul atque ab his inſectatus conſtiterat, in eoſque impetum fecerat, illi veloci curſu facile periculum vitabant. Quibus ex rebus Cæſar vehementer commovebatur: quia, quodcumque prælium, quoties erat commiſſum, equitatu ſuo, ſine legionario milite, hoſtium equitatui levique armaturæ eorum nullô modô par eſſe poterat. Sollicitabatur autem his rebus, quod nondum hoſtium legiones cognoverat; & quonam modo ſuſtinere ſe poſſet ab eorum equitatu levique armatura, quæ erant mirifica, ſi legiones quoque acceſſiſſent. Accedebat etiam hæc cauſſa, quod elephantorum magnitudo multitudoque

Ut laniſta tirones] Vocem *laniſta* vulgo à laniandis corporibus formant; nec perſuadent. Iſidorum potius audio, qui Tuſcum verbum eſſe vult, & illis carnificem ſignare: & audio eò libentior, quia res gladiatoria petita à Tuſcis. Laniſtæ avium etiam apud Columellam, qui aves condocefaciebant ad pugnam. Emebant autem laniſtæ futuros gladiatores, aut expoſiticios pueros huic rei tollebant. In ludo autem duo erant genera: *Tirones* ſeu *novitii*, & *veterani*. Veterani nobiliores & uſu longo edocti. Ad tirones cura & inſtitutio præcipuè pertinebat. Ratio moduſque inſtituendi, ut rudibus batuerent cum laniſtâ: ſive etiam, ut ad palum exercerentur, militum inſtar. Sed prius illud de rudibus *batuere* proprie dicebant: & gymnaſium ipſum *Batualia*, vulgo *Battalia*, γυμνασίαι τῶν μονομάχων. Et hæc exercitatio & velut meditatio novis gladiatoribus ad cædem. *Lipſius.*

Gravis armatura] Id eſt, gravibus armis induti, *Cæſareani* videlicet, *ſimulatque*, id eſt, poſtquam, *ab his*, ſcilicet *levis armaturæ Numidis*, *inſectatus*, hoc eſt, impetitus. Paſſivè namque hôc locô participium deponentale accipitur, ſicuti apud vetuſtos plura alia verba hujuſmodi. *Rhellican.*

que militum animos detinebat in terrore; cui uni rei tamen invenerat remedium. Namque elephantos ex Italiâ tranſportari juſſerat, quo & miles noſter ſpeciemque & virtutem beſtiæ cognoſceret, & cui parti corporis ejus telum facile adjici poſſet: ornatuſque ac loricatus elephantus quum eſſet, quæ pars ejus corporis nuda ſine tegmine relinqueretur, ut eò tela conjicerentur. Præterea ut jumenta beſtiarum odorem, ſtridorem, ſpeciem, conſuetudine captarum non reformidarent. Quibus ex rebus largiter erat conſecutus: nam & milites beſtias manibus pertractabant, earumque tarditatem cognoſcebant, equiteſque in eas pila præpilata conjiciebant; atque in conſuetudinem equos patientia beſtiarum adduxerat. Ob has cauſſas, quas ſupra commemoravi, ſollicitabatur Cæſar, tardiorque & conſideratior erat factus,

Elephantos ex Italiâ] Bene animadvertit Ciacconius, & poſt illum Lipſius, legendum eſſe *ex Italiâ*, non *in Italiam*, ut peſſimè omnes editiones habebant. Correctionem ipſa hiſtoria probat, ut & Dio lib. 43: *Quamquam nec ſolum Scipionem Cæſar aggredi auſus fuit, imprimis metu elephantorum, quos non tam pugnæ cauſſâ, quàm quod ab iis equitatus ejus conturbabatur, ſummopere timebat. Itaq; milites, quantum ejus fieri poterat, caſtris continens, ex Italiâ milites elephantoſque convocabat, non quod iis magnopere in prælio fideret, erat enim eorum non magnus numerus, ſed ut ejus equi eorum uſu atque voci aſſuefacti, hoſtium quoque elephantos timere deſinerent.* Montan.

Quæ pars ejus corporis nuda] Teſtis eſt Plinius, qui lib. 1, c. 7 docet, ex præliis cum eodem Pyrrho commiſſis cognitum eſſe, elephantorum promuſcidem facillimè amputari poſſe. *Rhellic.*

Largiter erat conſecutus] Id eſt, voti compos factus. *Idem.*

Pila præpilata] Quotquot mihi legere licuit auctores *pili præpilati* deſcriptionem malam tradunt: inter quos Grapaldus, Rhellicanus & Glandorpius, pilis his ferreas cuſpides affingentes. Unus Lipſius negat, & obtuſo acumine pilæ inſtar rotunda fuiſſe probat. Apponam ejus verba: Vocem, ait, ſic explico & firmo ex Plinio, lib. 9, c. 30, ubi de locuſtarum marinarum cornibus, dicit *ea propriâ rotunditate præpilata.* De re, ex Quinctiliano liquet, lib. 5 Inſtitut. *Declamationes quibus ad pugnam, velut præpilatis, exerceri ſolebamus.* Opponit veris micantibuſque telis præpilata; ſicut declamationes, quæ Scholæ & exercitii ſunt forenſibus orationibus & pugnæ. Pergit, & ipſum hunc Hirtii locum adducit. Quis ibi cenſebit, ſubjungit, veris ferratiſque pilis petitos elephantos? Sed etiam cum à *pilis* ſejungit, & reſtrictè præpilata pila dicit, oſtendit, non, ut vulgata, cum ferro fuiſſe. Simile in Plinio, libr. 7, cap. 6, item de elephantis: *L. Piſo introductos duntaxat in circum, atque ut contemptus eorum creſceret, ab operis haſtas præpilatas habentibus, per Circum totum actos.* Profecto ibi quoque obtuſas accipere eſt, in ludicrâ modo inſectatione & exactione. Hæc ille. *Montanus.*

factus, & ex priſtina bellandi conſuetudine celeritateque exceſſerat. Nec mirum: copias enim habebat in Gallia bellare conſuetas locis campeſtribus, & contra Gallos homines apertos minimeque inſidioſos; qui per virtutem, non per dolum, dimicare conſueverunt. Tum autem erat ei laborandum, ut conſuefaceret milites hoſtium dolos, inſidias, artificia cognoſcere, & quid ſequi, quid vitare conveniret. Itaque quò hæc celerius conciperent, dabat operam, ut legiones non in unô locô contineret, ſed per cauſſam frumentandi, huc atque illuc raptaret: ideo quod hoſtium copias ab ſe ſuoque veſtigio non diſceſſuras exiſtimabat. Atque poſt diem III productas accuratius ſuas copias, ſicut inſtruxerat, propter hoſtium caſtra prætergreſſus æquô locô invitat ad dimicandum. Poſtquam eos abhorrere videt, reducit ſub veſperum legiones in caſtra. Legati interim ex opido Vacca, quod finitimum fuit Zetæ, cujus Cæſarem potitum eſſe demonſtravimus, veniunt: petunt & obſecrant, ut ſibi præſidium mittat: ſe res complures, quæ utiles bello ſint, adminiſtraturos. Per id tempus de eorum voluntate ſtudioque erga Cæſarem tranſfuga ſuos cives facit certiores. Jubam regem celeriter cum copiis ſuis, antequam Cæſaris præſidium eo perveniret, opidum adcucurriſſe, utque adveniente multitudine circumdata, eo potitum: omnibuſque ejus opidi incolis ad unum interfectis, dediſſe opidum diripiendum delendumque militibus. Cæſar interim, luſtrato exercitu a. d. XII Kal. April. poſtero die productis univerſis copiis, proceſſus à ſuis caſtris millia paſſuum V, à Sci-

Vacca] Opidum hoc magnum atque opulentum, Numidiæ forum erat, & bellô Jugurthinô eundem caſum ſubiit, quem hoc tempore: nam poſtquam Romanorum præſidium, feſto quodam per omnem Africam die, perfidè interfeciſſent: biduo poſt altu à Metello capta, militibus in prædam conceſſa eſt. *Idem.*

De eorum voluntate ſtudioque erga Cæſarem] Lipſius lib. 2 Elector. cap. 22, omnia hæc verba, tanquam gloſſema, tollit. *Idem.*

Proceſſus à ſuis caſtris] *Proceſſus* aut par-

Scipionis circiter II millium interjectô ſpatiô, in acie
onſtitit. Poſtquam ſatis diuque adverſarios à ſe ad di-
nicandum invitatos ſuperſedere pugnæ animadvertit,
educit copias. Poſtero die caſtra movet, atque iter ad
pidum Sarſuram, ubi Scipio Numidarum habuerat
ræſidium, frumentumque comportaverat, ire conten-
lit. Quod ubi Labienus animadvertit, cum equitatu le-
ique armatura agmen ejus extremum carpere cœpit:
tque ita lixarum mercatorumque, qui ploſtris merces
ortabant, interceptis ſarcinis, additô animô, propius
udaciuſque accedit ad legiones, quod exiſtimabat mi-
ites ſub onere ac ſub ſarcinis defatigatos pugnare non
oſſe. Quæ res Cæſarem non fefellerat: namque expe-
ditos ex ſingulis legionibus tricenos milites eſſe juſſerat.
Itaque eos in equitatum Labieni immiſſos turmis ſuo-
rum ſuppetias mittit. Tum Labienus, converſis equis,
ſignorum conſpectu perterritus, turpiſſimè contendit
fugere; multis ejus occiſis, compluribus vulneratis.
Milites legionarii ad ſua ſe recipiunt ſigna, atque iter
inceptum ire cœperunt. Labienus per jugum ſummum
collis dextrorſus procul milites ſubſequi non deſiſtit.
Poſtquam Cæſar ad opidum Sarſuram venit, inſpectan-
tibus adverſariis, interfectô præſidiô Scipionis, quum
ſuis auxilium ferre non auderent, fortiter repugnante
P. Cornelio Scipionis evocato, qui ibi præerat, atque à
multitudine circumventô interfectôque, opidô potitur;
atque ibi frumento exercitui datô, poſterô die ad opi-
dum Tiſdram pervenit, in quo Conſidius per id tempus
fuerat cum grandi præſidio cohorteque ſua gladiatorum.
Cæſar opidi naturâ perſpectâ, atque inopiâ ab oppu-
gnatio-

participium præteritum verbi deponentalis à *procedor* eſt: aut mendum in omnibus exemplaribus (quæ mihi ſaltem videre contigit) eſt; & vice *proceſſus*, *progreſſus* legendum. *Rhellican.*

Scipionis evocato] Erat hic P. Cornelius miles veteranus, qui expletis licet ſtipendiis, in gratiam Scipionis militiam duxit. Tales enim evocati erant, ut aliàs oſtenſum. *Montan.*

Atque inopia] Lipſius allegatô ſtatim locô, *naturâ perſpectâ aquæ inopiâ*, corri-

gnatione ejus deterritus, protinus profectus circiter millia paſſuum IV ad aquam fecit caſtra; atque, inde IV die egreſſus, redit rurſus ad ea caſtra, quæ ad Agar habuerat. Idem facit Scipio, atque in antiqua caſtra copias reducit. Thabenenſes interim, qui ſub ditione & poteſtate Jubæ eſſe conſueſſent, in extremâ ejus regni regione maritimâ locati, interfectô regiô præſidiô, legatos ad Cæſarem mittunt; rem à ſe geſtam docent. Petunt orantque, ut ſuis fortunis, de Populo Romano quod bene meriti eſſent, auxilium ferret. Cæſar, eorum conſilio probato, M. Criſpum Tribunum cum cohorte & ſagittariis tormentiſque compluribus præſidio Thabenam mittit. Eodem tempore ex legionibus omnibus milites, qui aut morbo impediti, aut, commeatu dato, cum ſignis non potuerant ante tranſire in Africam, ad millia IV, equites CD, funditores ſagittariique ∞ uno commeatu Cæſari occurrerunt. Itaque tum his copiis & omnibus legionibus eductis, ſicut erat inſtructus, IIX millibus paſſuum à ſuis caſtris, ab Scipionis verò IV millibus paſſuum longè conſtitit in campo. Erat opidum infra caſtra Scipionis nomine Tegea, ubi præſidium equeſtre circiter CD habere conſueverat. Eò equitatu dextra ſiniſtraque directo ab opidi lateribus, ipſe

corrigit ex locô qui infra: *Adverſarios non eorum virtute confidere, ſed aquarum inopiâ fretos deſpicere ſe.* Idem.

M. Criſpum] Quidam legunt *M. Criſpium*. Sed hujus *M. Criſpi* multa mentio fit à Dione libro quadrageſimo ſeptimo, & à Cicerone Philipp. II, cum ſcribit: *Q. Marcio Criſpo Procoſ. L. Statio Murco Procoſ.* Legendum tamen exiſtimo apud Ciceronem, *M. Criſpo Procoſ.* ex ipſo Dione, nam de eodem apud utrumque agi non dubium eſt. *Ciaccon.*

Aut commeatu datô] Id eſt, jure commeandi, hoc eſt, proficiſcendi ad ſuos: quod & *miſſionem* Latini vocant. Ad hunc modum Livius lib. I ſecundi belli Punici, in oratione Hannibalis ad Hiſpanos uſurpavit, ubi Hannibal ſic inquit: *Itaque quum longinqua à domo inſtet militia, incertumque ſit, quando domos veſtras, & quæcunque ibi ſunt chara, viſuri ſitis. Si quis veſtrum ſuos viſere vult, commeatum do.* Obſervabis itaque *commeatus* vocabulo tria ſignificari, miſſionem, vulgo *ein urlaub*, ſeu *paſport:* cibum publicum, quo milites in expeditione utuntur: & tranſportationem. *Rhellican.*

Tegea] Fuit etiam ejuſdem nominis urbs in Arcadiâ, ubi Pan præcipuis honoribus cultus; ut & in Cretâ inſulâ, à Thalthybiô condita. *Montan.*

Ca-

ipſe, legionibus ex caſtris eductis, atque in jugo inferiore inſtructis, non longius fere ∞ paſſus ab ſuis munitionibus progreſſus, in acie conſtitit. Poſtquam diutius in uno loco Scipio commorabatur & tempus diëi in otio conſumebatur; Cæſar equitum turmas ſuorum jubet in hoſtium equitatum, qui ad opidum in ſtatione erat, facere impreſſionem; levemque armaturam, ſagittarios funditoreſque eodem ſubmittit. Quod ubi cœptum eſt fieri; & equis concitatis Juliani impetum feciſſent: Pacidius ſuos equites exporrigere cœpit in longitudinem, ut haberent facultatem turmas Julianas circumfundere, & nihilò minus fortiſſimè acerrimeque pugnare. Quod ubi Cæſar animadvertit, CCC, quos ex legionibus habere expeditos conſueverat, ex proxima legione, quæ ei prælio in acie conſtiterat, jubet equitatui ſuccurrere. Labienus interim ſuis equitibus auxilia equeſtria ſummittere, ſauciiſque ac defatigatis integros, recentioribuſque viribus equites ſubminiſtrare. Poſtquam equites Juliani CD vim hoſtium ad IV millia numero ſuſtinere non poterant, & à levi armatura Numidarum vulnerabantur, minutatimque cedebant; Cæſar alteram alam mittit, qui ſatagentibus celeriter occurrerent. Quo facto ſui ſublati univerſi in hoſtes impreſſione facta, in fugam adverſarios dederunt, multis occiſis, compluribus vulneratis. Inſecuti per III millia paſſuum, uſque in colles hoſtibus adactis, ſe ad ſuos recipiunt. Cæſar in horam X commoratus, ſicut erat inſtructus, ſe ad ſua caſtra recepit, omnibus incolumibus. In quô præliô Pacidius graviter pilo per caſſidem caput ictus, complureſque duces ac fortiſſimus quiſque interfecti vulneratique ſunt. Poſtquam nulla conditione cogere adverſarios poterat, ut in æquum locum deſcende-

Cæſar alteram alam mittit, qui ſatagentibus] *Alam* ſcilicet *equitum. Satagentibus*, hoc eſt, laborantibus, anxiis, &, ut noſtrum vulgus loquitur, *ſatis quod agerent habentibus.* Rhellican.

derent, legionumque periculum facerent; neque ipſ propius hoſtem caſtra ponere propter aquæ penuriam ſ poſſe animadverteret, adverſarios non eorum virtut confidere, ſed aquarum inopiâ fretos, deſpicere ſe intellexit: pridie Non. April. tertiâ vigiliâ egreſſus, ab Agar XVI millia paſſuum nocte progreſſus, ad Thapſum, ubi Vergilius cum grandi præſidio præerat, caſtra ponit: opidumque eo die circummunire cœpit, locaque idonea opportunaque complura præſidiis occupare: ne hoſtes intrare ad ſe, ac loca interiora capere poſſent. Scipio interim, cognitis Cæſaris conſiliis, ad neceſſitatem adductus dimicandi, ne per ſummum dedecus fidiſſimos ſuis rebus Thapſitanos & Vergilium amitteret; confeſtim Cæſarem per ſuperiora loca conſecutus, millia paſſuum IIX à Thapſo binis caſtris conſedit. Erat ſtagnum ſalinarum, inter quod & mare, anguſtiæ quædam non amplius mille & quingentos paſſus intererant; quas Scipio intrare, & Thapſitanis auxilium ferre conabatur:

Ab Agar XVI *millia paſſuum*] Vegetius ait, *horis quinque æſtivis, viginti quinque millia paſſuum, militari gradu confici.* Et ſunt pro hoc modo, aut ſupra eum (ubi celeritate opus) exempla. Ut hoc loco, ubi Cæſar *tertiâ vigiliâ egreſſus ab Agar, ſedecim millia paſſuum nocte progreſſus, ad Thapſum caſtra ponit.* En tot illa millia conficit nec ſex totis horis, idque nocturnis, & (quod notes) æſtivis. Eæ autem ſane noctu breviores, pro more Romano: atque hæc ſub Junium menſem geſta. Simile celeritatis exemplum jam ante idem Cæſar dedit ad Gergoviam, nunciô acceptô de Æduorum defectione, poſt mediam noctem *legiones quatuor expeditas, & equitatum educit: paſſuum millia* XXV *progreſſus*, agmen Æduorum conſpicit, moratur, in deditionem accipit: *tribuſque horis nocturnis exercitui ad quietem datis, ſummô ſtudiô militum, ante ortum ſolis, in caſtra redit.* Sed & idem, periclitante Q. Cicerone, cum M. Craſſus horâ tertiâ diëi adveniſſet, *eo die circiter viginti millia paſſuum progreditur*. Lipſ.

Ad Thapſum] Cæſar eô conſiliô Thapſum petiit, quemadmodum indicat Dion, ut vel auxiliaturis ôpido Pompeianis prælio congrederetur, vel inſpectantibus ipſis urbem caperet. Verba Dionis ſunt: *Cæſar intelligens, quod non poſſet Pompeianos invitos cogere, ut venirent ad manus, de ſuis præſidiis contendit ad Thapſum, ut aut ipſis auxiliaturis opido irrueret in ipſos, aut caperet opidum inſpectantibus.* Montan.

Loca interiora capere] Nam Thapſus, ut teſtatur Dion, quodammodo in Cherſoneſô ſita eſt, hinc mari & inde ſtagnô, modicô tantùm Iſthmô intercedente, communita. *Glandorp.*

Stagnum ſalinarum] Id eſt, foſſarum, in quibus ſal fit in maritimis locis. De quo lege Plinium lib. 31, cap. 7. *Rhellicanus.*

atur: quod futurum Cæſarem non fefellerat. Namue pridie in eô locô, caſtello munito, ibique trinô ræſidiô relictô, ipſe cum reliquis copiis, lunatis caris, Thapſum operibus circummunivit. Scipio intem excluſus ab incepto itinere, ſupra ſtagnum poſtero ie & nocte confectâ, cœlo albente, non longè à caris præſidioque, quod ſupra commemoravimus, ∞ c aſſibus, ad mare verſus conſedit, & caſtra munire œpit. Quod poſtquam Cæſari nunciatum eſt, milites b opere deductos, caſtris præſidio Aſprenate proconıle cum legionibus II relicto, ipſe cum expeditâ copiâ ı eum locum citatim contendit; claſſiſque parte ad 'hapſum relicta, reliquas naves jubet poſt hoſtium terum quammaximè ad litus appelli, ſignumque ſuum bſervare: quô ſignô datô, ſubitô clamore factô, ex nproviſo hoſtibus averſis incuterent terrorem; ut perurbati ac perterriti reſpicere poſt terga cogerentur. Quo poſtquam Cæſar pervenit, & animadvertit aciem ro vallo Scipionis, elephantoſque dextro ſiniſtroque ornu collocatos, & nihilo minus partem militum ca:ra non ignaviter munire: ipſe acie triplici collocatâ, egione X ſecundâque dextro cornu, IIX & IX ſiniſtro, ppoſitis V legionibus in quarta acie, ante ipſa cornua uinis cohortibus contra beſtias collocatis, ſagittariis, unditoribus in utriſque cornibus diſpoſitis, levique arıaturâ inter equites interjectâ, ipſe pedibus circum ıilites concurſans, virtuteſque veteranorum, prælia- ue ſuperiora commemorans, blandeque appellans, aıimos eorum excitabat. Tirones autem, qui numquam n acie dimicaſſent, hortabatur; ut veteranorum virtutem

Lunatis caſtris] Id eſt, in lunæ forıam poſitis, quemadmodum & *lunati* ocantur *calcei*. Sic & Virgilius *peltas* *ınatas* vocat, quod (ut Servius expoit) *in modum Lunæ mediæ eſſent forma*. Idem.

Aſprenate] *Aſprenates* erant gentis Noniæ. Accipimus autem hic *L. Nonium Aſprenatem* patrem, cujus filius, & ipſe *L. Nonius Aſprenas* dictus, conſul ſub Auguſto & principis ejus amicitia clarus extitit. *Glandorp.*

Lega-

tutem æmularentur, eorumque famam, nomen locum-que, victoriâ partâ, cuperent poſſidere. Itaque in ci-cumeundo exercitum, animadvertit hoſtes circa vallu trepidare, atque ultro citroque pavidos concurſare & modo ſe intra portas recipere, modo inconſtant immoderateque prodire. Quumque idem à pluribus a-nimadverti cœptum eſſet: ſubitò legati evocatique ob-ſecrare Cæſarem, ne dubitaret ſignum dare: victoria ſibi propriam à Diis Immortalibus portendi. Dubitant Cæſare atque eorum ſtudio cupiditatique reſiſtente, ſi-bique eruptione pugnari non placere clamitante, & etiam atq; etiam aciem ſuſtentante; ſubitò dextro cornu injuſſu Cæſaris, tubicen, à militibus coactus, canere cœ-pit. Quô factô ab univerſis cohortibus ſigna in hoſtem cœpere inferri, quum centuriones pectore adverſo re-ſiſterent, vique continerent milites; ne injuſſu Impera-toris concurrerent, nec quidquam proficerent. Quod poſtquam Cæſar intellexit, incitatis militum animis re-ſiſti nullô modô poſſe, ſignô Felicitatis datô: equo admiſsô in hoſtem contra principes ire contendit. A dextro interim cornu funditores ſagittariique concit tela in elephantos frequentes injiciunt. Quô factô be-ſtiæ

Legati evocatique] Non tantùm centurionibus comparabantur evocati, ſed & ipſis legatis quandoque, ut hôc locô apparet, adjungebantur. De dignitate & privilegiis eorum fuſius ante dictum. *Montan.*

Eruptione pugnari] *Eruptione pugnari* vocat, cùm non expectatô ducis imperiô, milites temere in hoſtem feruntur ac irruunt. *Glandorp.*

Tubicen,&c.] Idem confirmat L.Florus, qui, quod nunquam aliàs accidiſſet, ante imperium ducis ſua ſponte ſigna ceciniſſe ſcribit. *Idem.*

Signô felicitatis datô] Signum pugnæ triplex, vel tunica ruſſa in Prætorii faſtigio haſtâ extenſa, vel claſſicum, vel teſſera, Græcis σύνθημα, quod datur unô alterôve verbô ſub ipſam pugnar ab Imperatore. Hôc locô Cæſari *felic tas*: aliàs etiam *Venus genitrix*: Bruto al quando *libertas*: Auguſto *Apollo*: Cyr *Jupiter ſocius, Dux, ſervator.* Et plerumq tale aliquid, breve & ominis boni: u puta, *victoria, palma, virtus, Deus nobiſ cum, triumphus imperatoris*, & alia pr libitu Ducum ſupremorum. Veteres fe re nomina Deorum dabant, quos au patria, aut ipſi duces colebant. Etſi ali quoque, imo & dicta, & verſus. *Li pſius.*

Principes] *Principes* erant qui à prin cipio gladiis pugnabant, unde & no men. Poſtea alii minus illuſtres ſumpt in eum locum, nempe Haſtati. *Idem*

Vn-

iæ, ſtridore ſundarum lapidumque perterritæ, ſeſe
onvertere, & ſuos poſt ſe frequentes ſtipatoſque pro-
rere, & in portas valli ſemifactas ruere contendunt.
em Mauri equites, qui in eodem cornu cum elephan-
s erant, præſidio deſerti principes fugiunt. Ita celeri-
r beſtiis circuitis, legiones vallo hoſtium ſunt potitæ:
paucis acriter repugnantibus interfectis, reliqui con-
tati in caſtra, unde pridiè erant egreſſi, confugiunt.
on videtur eſſe prætermittendum de virtute militis ve-
rani v legionis. Nam quum in ſiniſtro cornu elephan-
is vulnere ictus, & dolore concitatus in lixam inermem
npetum feciſſet, eumque ſub pede ſubditum, deinde
enu innixus pondere ſuo, proboſcide erectâ vibranti-
ue, ſtridore maximo premeret atque enecaret: miles
ic non potuit pati, quin ſe armatum beſtiæ offer-
et. Quem poſtquam elephantus ad ſe telô infeſtô
enire animadvertit, relicto cadavere militem pro-
oſcide circumdat, atque in ſublime extollit armatum.
Qui in ejuſmodi periculo quum conſtanter agendum ſi-
i videret, gladio proboſcidem, quo erat circumda-
is, cædere, quantum viribus poterat, non deſtitit:
uo dolore adductus elephantus, milite abjecto, maxi-
no cum ſtridore curſuque converſus, ad reliquas beſtias
recepit. Interim Thapſo qui erant præſidio, ex opido
ruptionem portâ maritimâ faciunt: &, ſive ut ſuis
ubſidio occurrerent; ſive, ut, opidô deſertô, fugâ ſa-
utem ſibi pararent, egrediuntur, atque ita per mare
mbilici fine ingreſſi, terram petebant. Qui à ſervis
pue-

Unde pridie erant egreſſi] Nempe ad III millia paſſuum à Thapſo diſſita. *Glandorp.*

Confugiunt] Fuga exercitus Scipionis tiam Jubam traxit, tradente id ipſum Dione, his verbis: ἰδὼν δὲ ταῦτα Ἰόβας, οὕτως ἐξεπλάγη, καὶ ἔδεισεν, ὡς μήτε ἐς χεῖράς τινι ὑπομεῖναι ἐλθεῖν, μήτε τὸ στρατόπεδον διὰ φυλακῆς ποιήσασθαι. ἐκεῖνος μὲν οὖν φυγῶν, &c. *Montanus.*

Gladio proboſcidem, &c. cadere] Idem fecit bellô Tarentinô quartæ legionis Centurio C. Minutius, teſte L. Floro lib. I & Vegetio libro tertio. *Glandorp.*

Umbilici fine] Rhellicanus, Ciacco-
nius

pueriſque, qui in caſtris erant, lapidibus piliſque pr
hibiti terram attingere, rurſus ſe in opidum receperun
Interim Scipionis copiis proſtratis, paſſimque totô cam
pô fugientibus, confeſtim Cæſaris legiones conſequi
ſpatiumque ſe non dare colligendi. Qui poſtquam ad e
caſtra, quæ petebant, perfugerunt, ut refectis caſtr
rurſus ſeſe defenderent; ducem aliquem requirunt
quem reſpicerent, cujus auctoritate imperioque rem ge
rerent. Qui poſtquam adverterunt neminem ibi eſſe præ
ſidio, protinus armis abjectis in regia caſtra fugere con
tendunt. Quo poſtquam pervenerunt, eaque ab Julia
nis teneri vident, deſperata ſalute in quodam colle con
ſiſtunt; atque armis demiſſis, ſalutationem more mili
tari faciunt. Quibus miſeris ea res parvo præſidio fuit
Namque milites veterani irâ & dolore incenſi, non mo
d

nius & Brantius exponunt *umbilici fine*, *uſque ad finem umbilici*; quaſi Thapſenſibus mare ingreſſis aqua uſque ad umbilicum pertigerit: quo modo etiam fere locutus eſt Salluſtius: *fine inguinum*, ait, *ingrediuntur mare*. Quemadmodum autem hæc expoſitio non planè rejicienda: ita etiam Glandorpii interpretationem hiſtoria admittere videtur: qui *umbilici fine* exponit, quaſi Thapſenſes per ſinum, quem mare Mediterraneum juxta opidum Thapſum facit, terram petiiſſent. Nec, ut dixi, iſta expoſitio ſpernenda: præcipuè cùm umbilicus etiam, citato auctore teſte, curvaturam & veluti gremium maris, Thapſum ex bona parte circumdantis, utpote in Cherſoneſo, ut auctor Dio eſt, ſitæ, indicet. Et procul dubio per finem hujus umbilici tranſire tentarunt, propter vadum: in fine enim maris ſinus plerumque minus profundi ſunt. *Montanus.*

Ducem aliquem requirunt, &c.] Scipio enim (teſtante Appiano lib. 2 de bellis civilibus) per mare duodecim cataphractis navibus aufugerat. *Montan.*

Salutationem more militari faciunt] Id eſt, facta ſalutatione, admonent ac verſarios viciſſitudinis rerum human rum: quippe quod ea calamitas, qu ipſi tunc premebantur, aliis quoque a cidere poſſet. Ideoque quemadmodu ſecum in ſimili caſu agi vellent, ide cum ipſis nunc agant; atque ultrò ipſ armis abjectis in deditionem accipian *Rhellican.*

Namque milites veterani irâ & dolo incenſi, &c.] Veteranorum iſthæc ſiv inclementia ſive crudelitas inde or eſt, quod Scipio ante commilitone ipſorum crudeliter necaverat. Quum enim ex ſecundo Cæſaris commeat duæ naves forte fortuna in Scipioni nos duces incidiſſent, militeſque vete rani in illis vecti ad Scipionem deduct eſſent: ad unum omnes ab eodem in terfecti ſunt; eò quod Cæſari Impera tori ſuo fidem datam ſervantes in illiu verba jurare nollent. Porro quod i textu ſequitur, tantùm abfuiſſe, ut Cæ ſareani Scipionianis parcerent, uti e tiam *urbanos* quoſdam *de ſuo exercitu quos auctores appellabant*, *interfecerint* hunc habet ſenſum: eos etiam in Ju liano exercitu in capitis diſcrimen con jectos

lo ut parcerent hoſti, non poterant adduci; ſed etiam x ſuo exercitu illuſtres urbanos, quos auctores appellaant: complures aut vulnerarunt aut interfecerunt: in uo numero fuit Tullius Rufus quæſtorius qui pilo tranſectus conſultò à milite interiit: item Pompeius Rufus rachium gladio percuſſus, niſi celeriter ad Cæſarem dcucurriſſet, interfectus eſſet. Quô factô complures quites Romani ſenatoreſque perterriti ex prælio ſe receerunt; ne à militibus, qui ex tantâ victoriâ licentiam bi aſſumpſiſſent immoderatè peccandi, impunitate propter maximas res geſtas, ipſi quoque interficerentur. taque ii omnes Scipionis milites, quum fidem Cæſaris nplorarent, inſpectante ipſo Cæſare, & à militibus derecante eis uti parcerent, ad unum ſunt interfecti. Cæar trinis caſtris potitus, occiſiſque hoſtium x millibus, ugatiſque compluribus, ſe recepit, L militibus amiſſis, aucis ſauciis, in caſtra: ac ſtatim ex itinere ante opilum Thapſum conſtitit, elephantoſque LXIV ornatos rmatoſque cum turribus ornamentiſque capit, captos ante

ctos, qui aliis auctores erant, ut Scipioniani in deditionem acciperentur, ſque parceretur. Quod ſi juxta Beoaldinum codicem legas *actores*, in undem ſenſum cum ſuperiore exponi oteſt. *Actores* enim inter alia ſignifiata, ii quoque dicuntur, qui aliorum auſas agunt, eoſque defendunt. *Idem.* ro *auctores* vel *actores* Lipſius reponit *utores*. Milites ſcilicet turbidi & feoces, quoſdam etiam è ſuis interecere, quos favere (ſolitum in ciilibus bellis) & pronos eſſe dicebant n hoſtem. Iis *fautorum* nomen indium, per laſciviam militarem. Nomiatim uſurpavit Hirt. de bell. Hiſpan. *t diligentiâ adhibitâ perquirerent, qui ſſent ſuarum partium, itemque adverſaiorum victoriæ fautores.* Montan.

Cùm fidem Cæſaris implorarent] *Implorare*, ut Servius exponit in Virg. lib. 10 Æn. *eſt auxilium cum miſeratione depoſcere: quâ ratione bene dicimus; imploro te ut miſero feras auxilium.* Hirtius noſter ſupra lib. 8 de bell. Gall. *repente ſuorum omnium invocat fidem.* Cæſar, lib. 5: *ſuorumque fidem implorare cœpit.* Brant.

Trinis caſtris potitus] Plutarchus hæc Scipionis, Afranii & Jubæ fuiſſe tradit. *Montan.*

Occiſis hoſtium decem millibus] Plutarchus in hâc pugnâ *quinque hoſtium myriadas*, id eſt, quinquaginta millia interemta ſcribit. Cæterùm hanc victoriam VI Idus Aprilis conſecutus eſt, de quâ Ovidius Faſtorum quarto:

Hæc, ait, illa dies Libycis quâ Cæſar in oris
Perfida magnanimi contudit arma Jubæ. Gland.

Ornamentiſque capit] Expungo verbum *capit*. Nec enim veriſimile eſt, tum primùm repetente caſtra Cæſare, cepiſſe in itinere elephantos, quos in pugnâ

ante opidum inſtructos conſtituit. Id hôc conſiliô, poſſet Vergilius, quique cum eo obſidebantur, rei ma le geſtæ ſuorum indicio à pertinacia reduci. Deinde ipſ Vergilium appellavit, invitavitque ad deditionem, ſuam que lenitatem & clementiam commemoravit. Quer poſtquam animadvertit reſponſum ſibi non dare, ab c pido receſſit. Poſtero die, divinâ re factâ, concione ac vocatâ, in conſpectu opidanorum milites collaudat; tc tumque exercitum veteranum donavit. Præmia fortiſſi mo cuique ac bene merenti pro ſuggeſtu tribuit. Ac ſta tim inde digreſſus, C. Rebello proconſule cum III a Thapſum legionibus, & Cn. Domitio cum II Tiſdræ ubi Conſidius præerat, ad obſidendum relictis, M Meſſalla Uticam ante præmiſſo, cum equitatu ipſe eo dem iter facere contendit. Equites interim Scipionis qui ex prælio fugerant, quum Uticam verſus iter face rent, perveniunt ad opidum Paradam. Ubi, quum al incolis non reciperentur, ideo quod fama de victori Cæſaris præcucurriſſet: vi opido potiti, in mediô for lignis coacervatis, omnibuſque rebus eorum congeſtis ignem ſubjiciunt; atque ejus opidi incolas cujuſque ge neris ætatiſque, vivos conſtrictoſque in flammam con jiciunt, atque ita acerbiſſimo afficiunt ſupplicio. De inde protinus Uticam perveniunt. Superiore tempor M. Cato, quod Uticenſibus propter beneficium leg Juliæ parum in ſuis partibus præſidii eſſe exiſtimaverat ple

pugnâ & in expugnatione caſtrorum procul dubio intercepit. *Idem.*

Id hoc conſilio] Legendum, *idque.*

Suamque lenitatem & clementiam] Clementiâ Cæſar nullam admirabiliorem virtutem habuit, etiam Cicerone teſte, cujus gratiâ putat D. Auguſtinus, Deo ſic providente, clariſſimum in orbe nomen obtinuiſſe. *Idem.*

Paradam] Strabo libr. 17: *Pharam* vocat. Φάραν δ' Σκιπίων⊙ ἱππεῖς ἐνέπρησαν. Id eſt, *Pharan verò Scipionis equites incenderunt.* Idem.

Legis Juliæ] Julius Cæſar multas le ges tulit; at Hirtius de ea nimirum h loquitur, quâ cautum erat, ut liberis p pulis libertas non auferretur. De qu conſule M. Ciceronem in 38 oratione quam in L. Piſonem habuit. Quum e go & Uticenſes ſuam, hoc eſt, civiur Romanorum libertatem Cæſaris ben ficio retinuiſſent, ad illius partes eò f cilius declinabant. *Rhellican.*

Po

lebem inermem opido ejecerat, & ante portam Belli- am caſtris foſſaque parvulâ duntaxat munierat, ibique uſtodiis circumdatis, habitare coëgerat, ſenatum au- em opidi cuſtodia tenebat. Eorum caſtra ii equites ad- rti expugnare cœperunt, ideo quod eos partibus Cæ- aris faviſſe ſciebant; ut eis interfectis, eorum pernicie lolorem ſuum ulciſcerentur. Uticenſes animô additô x Cæſaris victoria, lapidibus fuſtibuſque equites repu- erunt. Itaque, poſtquam caſtra non potuerant potiri, Jticam ſe in opidum conjecerunt; atque ibi multos U- icenſes interfecerunt, domoſque eorum expugnaverunt c diripuerunt. Quibus quum Cato perſuadere nullâ ra- ione quiret; ut ſecum opidum defenderent, & cæde apiniſque deſiſterent; &, quid ſibi vellent, ſciret: ſe- landæ eorum importunitatis gratia, ſingulis H-S C divi- it. Idem Sulla Fauſtus fecit, ac de ſuâ pecuniâ largitus ſt: unaque cum iis ab Utica proficiſcitur, atque in re- gnum ire contendit. Complures interim ex fuga Uticam erveniunt. Quos omnes Cato convocatos unà cum CCC, qui pecuniam Scipioni ad bellum faciendum con- ulerant, hortatur, ut ſervitia manumitterent opidum- que defenderent. Quorum quum partem aſſentire, par- em animum mentemque perterritam atque in fuga de- tinatam habere intellexiſſet; amplius de ea re agere de- ſtitit,

Portam Bellicam] Uticæ hoc nomine portam fuiſſe jam ante ex commenta- rio ſecundo indicatum eſt. *Idem.*

C *diviſit*] Accipio centum ſeſtertios cuique donatos, id eſt, duos coronatos, & dimidium unius: quod ſi cui minu- tius videbitur, & denarios datos velit, decem erunt coronati Francici. *Glan- dorpius.*

Idem Sylla Fauſtus fecit, &c.] Sylla Fauſtus (ut Cæſar ſupra lib. I bellorum civilium teſtatur) inter belli initia ex ſenatuſconſultô in Mauritaniam miſſus erat. *Rhellican.*

Atque in regnum ire contendit] Be- roaldus legit: *atque in regnum Jubæ ten- dit.* Quæ lectio vel ob hoc mihi magis probatur, quod in jam citato Cæſaris libro & loco, ſtatim ſuperioribus an- nectitur: nempe quod ad eundem Se- natum, extra urbem coactum, relatum ſit de rege Jubâ, ut Populi Romani ſo- cius eſſet, atque amicus. *Idem.*

Unà cum trecentis] Cato trecentes cives Romanos Uticæ negotiantes in conſilium delegerat, ſenatumque vo- cabat, nec erat quicquam majoris ne- gocii, quod non ad illos, utpote belli ſocios, referret, teſte Plutarchô. *Glan- dorpius.*

 Libe-

ſtitit, naveſque iis attribuit: ut, in quas quiſque parte vellet, proficiſceretur. Ipſe omnibus rebus diligentiſſi mè conſtitutis, liberis ſuis L. Cæſari, qui tum ei pr quæſtore fuerat, commendatis; & ſine ſuſpicione, vul tu atque ſermone, quo ſuperiore tempore uſus fuerat quum dormitum iſſet, ferrum intrò clam in cubiculu tulit, atque ita ſe transjecit. Qui dum animâ nondu exſpiratâ concidiſſet: &, impetu facto in cubiculum e ſuſpicione, medicus familiareſque continere atque vul nus obligare cœpiſſent, ipſe ſuis manibus vulnus crude liſſimè divellit, atque animo præſenti ſe interemit

Quen

Liberis ſuis L. Cæſari, &c. *commendatis*] Solent parentes in vitæ diſcrimine liberos ſuos amicis commendare. Supra lib. 2 de bell. civ. *Hi de ſua ſalute deſperantes, ut extremo vitæ tempore homines facere conſueverant, aut ſuam mortem miſerabantur, aut parentes ſuos commendabant, ſi quos ex eo periculo fortuna ſervare potuiſſet.* Brant.

Et ſine ſuſpicione, vultu atque ſermone, &c.] Quo vultu Cato apparuerit, & quem ſermonem ante obitum ſuum habuerit, item quo pacto ſibi mortem conſciverit, cum Plutarchus, tum Appianus Alexandrinus luculenter deſcribunt. Et quia ad hæc Hirtii verba intelligenda non parum faciunt, idcirco illius (utpote brevius totum negotium complectentis) huc tranſcribere viſum eſt. *Circa veſperam*, inquit, *à balneô ad cœnam tranſiit. Diſcumbens porro convivatus eſt eo more, quo à Pompeii nece conſueverat, nihil ſolitæ converſationis omittens: neque plura aut pauciora convivio inferens. Cum aſtantibus etiam de his, qui enavigaverant, ſermonem protulit, rogans, an proſpero uterentur vento? Poſtremò in cubiculum delatus, ceteros omneis, filiô exceptô, à ſe dimiſit: quem ſolitò arctius complexus eſt. Poſthæc enſem lecto aſſidere ſolitum minimè intuens, exclamare cœpit: Se hoſtibus ab domeſticis inermem prodi. Amicis autem illum adhortantibus, & ſe nihil in eum machinari profitentibus, verum, ut ſine enſe quieſcere vellet, ſuadentibus, apertius hæc inquit: Non mihi mori cupienti, enſe opus eſt, facillimè quidem vel veſte ſpiritum licet opprimere, vel caput parieti ultrò impingere, vel in collum præcipitare me ipſum; ut peream, vel retentô ſpiritu obire mortem. Multaque alia elocutus, ut enſem proferrent, exoravit. Quô allatô, Platonis librum, qui de anima inſcribitur, ab illis poſcens, legere perſeveravit. Cum à lectione deſiſſet, qui portis præſidebant, quieti indulgere monuit. Ipſe autem ſe ſub pectore impreſſo enſe vulneravit. Effluentibus itaque viſceribus cum ſtrepitus inſecutus eſſet, qui ad portas morabantur, ſubitò accurrunt. Medici quoque adhuc viſcera illæſa reducere, & vulnus colligare tentabant. Ille reaſſumpto ſpiritu, diſſimulare iterum, ac ſeipſum increpans, quod minus altè vulnus impreſſiſſet, gratias illis veluti ſalutis ſuæ auctoribus ultrò reddere, demum ſe quiete indulgere dixit. Illi arrepto enſe diſceſſere, & quaſi quieturo præcluſerunt portas. Cato dormientis ſimilitudine prælata, obligationes vulneris ſilens ipſe manibus diripuit ambabus, & ſuturas corporis perfregit feræ in modum. Vulnus præterea & ventrem unguibus digitiſque laceravit viſceraque disjecit; quoad tandem extinctus eſt; annum jam quinquageſimum ætatis agens.* Rhellican.

Atque animô præſenti ſe interemit] Cato exceſſit è vitâ anno ætatis XLIX.

Mor-

Quem Uticenſes, quamquam oderant partium gratiâ, amen, propter ejus ſingularem integritatem, & quod iſſimillimus reliquorum ducum fuerat, quodq; Uticam nirificis operibus munierat, turreſque auxerat, ſepulturâ fficiunt. Quô interfectô, L. Cæſar, ut aliquid ſibi ex a re auxilii pararet, convocatô populô, concione habitâ, cohortatur omnes, ut portæ aperirentur: ſe in Cæſaris clementiâ magnam ſpem habere. Itaque, portis patefactis, Uticâ egreſſus, Cæſari Imperatori obiam proficiſcitur. Meſſalla, ut erat imperatum, Uticam pervenit, omnibuſque portis cuſtodias ponit. Cæar interim à Thapſo progreſſus Uſcetam pervenit; ubi cipio magnum frumenti numerum, armorum, telorum ceterarumque rerum cum parvô præſidiô habueat. Id adveniens potitur: deinde Adrumetum pervenit. Quo quum ſine mora introïſſet, armis, frumento pecuniâque conſideratâ, Q. Ligario, C. Conſidio filio, qui tum ibi fuerat, vitam conceſſit. Deinde eodem die Adrumeto egreſſus, Livineio Regulo ibi cum legione elicto, Uticam ire contendit: cui in itinere fit obvius L. Cæſar, ſubitoque ſe ad genua projecit, vitamque ſibi, nec

Mortem ejus certatim collaudant ſcritores ethnici. At D. Auguſtinus imbecillioris quàm fortioris animi facinus eſſe, quod ſeipſum interemerit, affirnat, longeque illi M. Regulum præfert ib. de Civitate Dei primo cap. 23. & 24. Ceterùm Cæſar, ut eſt apud Valerium ib. 5, cap. 1, comperta ejus morte, invidere ſe dixit ejus gloriæ, quoniam & lle ſuæ invidiſſet; liberiſque patrimonium incolume ſervavit. *Glandor.*

Sepultura afficiunt] Cato ſepultus eſt ab Uticenſibus in litore maris, ubi poſtmodum erecta ſtatua eſt enſem manu tenens, auctore Plutarcho. *Idem.*

Q. Ligario] Glandorpius *Q. Ligurio* egit, quem *Q. Conſidii filium* fuiſſe dicit per adoptionem, ſicut *M. Aquinius* ob eandem cauſam *Catonis filius*. Manutius autem, pro *C. Conſidio* ſubſtituit *C. Conſidii legato*. Majorem applauſum correctio hæc mereretur, ſi auctoritati veteris codicis alicujus eſſet innixa. Nam ex oratione Ciceronis pro Ligario notum eſt Ligarium Conſidii legatum fuiſſe. Sed quia teſtimonio iſto deſtituitur, tutius retinetur *C. Conſidio filio*: ita ut intelligatur Conſidii Longi filius, cujus crudelitas ex præcedentibus nota. Latinè autem dicitur *C. Conſidius filius* pro *C. Conſidii filius*. Montan.

Livineio Regulo] Malè alii habent *Luneio Regulo*. Præterquam enim quod Cicero epiſt. lib. 13. *Livineii Reguli*, ut familiaris ſui, mentionem facit: etiam denarius iſtius familiæ argenteus, teſte Urſino, ita præfert. *Idem.*

nec amplius quidquam, deprecatur. Cui Cæſar facil & pro ſuâ naturâ & inſtituto conceſſit. Item Cæcinæ C. Ateio, P. Atrio, & L. Cellæ patri & filio, M. Eppio M. Aquinio, Catonis filio, Damaſippique liberis ex ſu conſuetudine, tribuit: circiterque noctem luminibu accenſis Uticam pervenit, atque extra opidum ea noct manſit. Poſtero die mane opidum introiit; concione que advocata, Uticenſes incolas cohortatus, gratia pro eorum ſtudio erga ſe agit: cives autem Romano negotiatores, & eos, qui inter CCC pecunias contule rant Varo & Scipioni, multis verbis accuſatos, & d eorum ſceleribus longiori habitâ oratione, ad extremum, ut ſine metu prodirent, edicit: ſe eis duntaxa vitam conceſſurum, bona quidem eorum ſe venditurum; ita tamen, ut, qui eorum bona ſua redemiſſet, ſe bonorum venditionem inducturum, & pecuniam multæ nomine relaturum, ut incolumitatem retiner poſſent. Quibus metu exſanguibus, de vitaque ex ſuo promeritô deſperantibus, ſubitò oblatâ ſalute, libente cupidique conditionem acceperunt: petieruntque à Cæſare, ut univerſis CCC uno nomine pecuniam imperaret. Itaque bis millies H-S his impoſito, ut per trienniun

Cui Cæſar facile,&c. conceſſit] Conceſſit quidem Cæſar L. Cæſari propinquo ſuo vitam, ſed in breve tempus. Nam paulo poſt cauſam dicere juſſus, per inſidias interfectus eſt: quia ipſe ſuâ voce morti eum addicere nolebat. *Idem.*

C. Ateio, P. Atrio & L. Cellæ] Pro *Ateio*, quod probat Manutius, alii præferunt *Ceteio*,& Glandorpius *Eteio*. Quia *P. Eteii*, ut viri boni, mentionem facit Cicero libr. I de Divinat. Et *T. Eteii* meminerunt Valerius ac Plinius, etſi apud utrumque perperam *Eterius* legatur. *P. Atrius* autem hic diverſus eſt ab illo, qui Zetæ captus fuit. Pro *L. Cellæ* Manutius mavult *L. Ocellæ*, cujus familia reperitur. *Idem.*

M. Eppio] *M. Eppius* Scipionis in Africa Legatus dicitur in argenteô denariô, Q. METELLI. PII. SCIPIONIS. IMP. *Ful. Urſin.*

Damaſippique liberis] Mentio fit hujus Licinii Damaſippi ſenatoris in ipſa calce lib. II de bell. Civil. *Montan.*

Bis millies H-S.] Malè alii bis mille ſeſtertium habent: qui tantum ſunt aurei quinquaginta, monetæ Francicæ quam pecuniam ridiculum ſit trecenti imperatam. Sed nec *bis mille ſeſtertia* quæ faciunt aureorum quinquaginta millia, digna trecentis pro ſalute & rerum incolumitate mulcta fuerit. Legendum igitur *bis millies ſeſtertium*, qua ſumma ad quinquagies centena millia coronatorum aſſurgit: grandis ſanè & immenſa pecunia, quam tamen ſi pro ratâ

ium ſex penſionibus Populo Romano ſolverent, nullo orum recuſante, ac ſe eodem die demum natos prædi-antes, læti gratias agunt Cæſari. Rex interim Juba, t ex prælio fugerat, unà cum Petreio interdiu in villis atitando, tandem, nocturnis itineribus confectis, in egnum pervenit: atque ad opidum Zamam, ubi ipſe lomicilium, conjuges liberoſque habebat: quò ex cun-tô regnô omnem pecuniam cariſſimaſque res compor-averat, quodque initô bellô operibus maximis mu-ierat, accedit. Quem antea opidani, rumore exopta-o de Cæſaris victoria audito, ob has cauſſas opido rohibuerunt; quod bello contra Populum Romanum uſcepto, in opido Zama lignis congeſtis, maximam in mediô forô pyram conſtruxerat: ut, ſi forte bello foret ſuperatus, omnibus rebus eò coacervatis, dehinc civi-bus cunctis interfectis, eodemque projectis, igne ſub-jecto, tum demum ſe ipſe inſuper interficeret, atque unà cum liberis, conjugibus, civibus cunctaque gaza regia cremaretur. Poſtquam Juba ante portas diu mul-tumque primò minis pro imperio egiſſet cum Zamenſi-bus: deinde quum ſe parum proficere intellexiſſet, pre-cibus quoque oraſſet, uti ſe ad ſuos Deos penates ad-mitterent; ubi eos in ſententia perſtare animadvertit, nec minis, nec precibus ſuis moveri, quò magis ſe re-ciperent: tertiò petit ab eis, ut ſibi conjuges liberoſque redderent, ut ſecum eos aſportaret. Poſtquam ſibi ni-hil omnino opidanos reſponſi reddere animadvertit, nullâ re ab iis impetratâ, ab Zama diſcedit, atque ad vil-

ratâ parte dividas, neminem ad cenſum Senatorium multatum comperies, etſi meruerant, qui ſuppeditatâ Cæſaris hoſtibus pecuniâ, Senatores dici & haberi ſuſtinebant, cenſu Senatorio, id eſt, vicenis aureorum millibus multari. *Glandorpius.*

Eodem die demum natos] Cicero; *non minus nobis jucundi atque illuſtres ſunt ii dies, quibus conſervamur, quàm illi, quibus naſcimur: quod ſalutis certa lætitia eſt, naſcendi incerta conditio: & quod ſine ſenſu naſcimur, cum voluptate conſervamur.* Unde & *natalis reditus* eidem dictus. *Montan.*

Zama] Strabo libr. 17, Zamam à Romanis dirutam teſtatur. *Idem.*

villam ſuam cum M. Petreio pauciſque equitibus ſe confert. Zamenſes interim legatos de iis rebus ad Cæſarem Uticam mittunt, petuntque ab eo; uti ante quàm rex manum colligeret, ſeſeque oppugnaret, ſibi auxilium mitteret: ſe tamen paratos eſſe, ſibi, quoad vita ſuppeteret, opidum, ſeque ei reſervare. Legatos collaudatos Cæſar domum jubet antecedere, ac ſuum adventum prænunciare. Ipſe poſtero die Utica egreſſus cum equitatu ire in regnum contendit. Interim in itinere ex regiis copiis duces complures ad Cæſarem veniunt, orantque ut ſibi ignoſcat. Quibus ſupplicibus veniâ datâ Zamam perveniunt. Rumore interim perlato de ejus lenitate clementiaque propemodum omnes regni equites Zamam perveniunt ad Cæſarem; ab eoque ſunt metu periculoque liberati. Dum hæc utrobique geruntur, Conſidius qui Tiſdræ cum familiâ ſuâ, gladiatoriâ manu, Getuliſque præerat, cognita cæde ſuorum, Domitiique & legionum adventu perterritus, deſperata ſalute, opidum deſerit, ſeque clam cum paucis barbaris pecuniâ onuſtus ſubducit, atque in regnum fugere contendit. Quem Getuli ſui comites in itinere, prædæ cupidi, concidunt; ſeque in quaſcumque potuere partes conferunt. C. interim Vergilius, poſtquam terra marique clauſus ſe nihil proficere intellexit, ſuoſque interfectos, aut fugatos, M. Catonem Uticæ ſibi ipſum manus intuliſſe, regem vagum à ſuis deſertum ab omnibus aſpernari; Saburam ejuſque copias ab Sitio eſſe deletas; Uticæ Cæſarem ſine mora receptum; de tanto exercitu reliquias eſſe nullas, quæ ſibi ſuiſque liberis prodeſſent: à Caninio proconſule, qui eum obſidebat, fide accepta, ſeque & ſua omnia & opidum proconſuli tranſdit. Rex interim Juba ab omnibus civitatibus excluſus, deſpe-

Utrobique] Supplendum *Utica & Zama*.

Aſpernari] *Aſpernari* paſſivè dixit, quemadmodum ante *infectatus*. Glandorpius.

Cona-

ꝺerata ſalute, [quum jam conatus eſſet] cum Petreio, ·t per virtutem interfecti eſſe viderentur, ferro inter ſe ·epugnant: atque firmior imbecilliorem Juba Petreium ·acile ferro conſumpſit. Deinde ipſe ſibi quum conare·ur gladio transjicere pectus, nec poſſet, precibus à ·ervô ſuô impetravit; ut ſe interficeret; idque obtinuit. ·. interim Sitius, pulſo exercitu Saburæ præfecti Jubæ, ·pſoque interfecto, quum iter cum paucis per Maurita·iam ad Cæſarem faceret, forte incidit in Fauſtum A·franiumque, qui eam manum habebant, qua Uticam ·iripuerant, iterque in Hiſpaniam tendebant, & erant ·umero circiter ∞ D. Itaque celeriter nocturno tempo·e, inſidiis diſpoſitis, eos prima luce adortus, præter ·aucos equites, qui ex primo agmine fugerant, reliquos aut interficit, aut in deditionem accipit: Afranium & Fauſtum vivos capit cum conjuge & liberis. Paucis ·oſt diebus, diſſenſione in exercitu orta, Fauſtus & Afranius interficiuntur. Pompeiæ cum Fauſti liberis Cæ·ar incolumitatem ſuaque omnia conceſſit. Scipio inte·im cum Damaſippô & Torquatô & Plætoriô Ruſtianô ·avibus longis diu multumque jactati, quum Hiſpaniam ·eterent, ad Hipponem Regium deferuntur, ubi claſſis P. Si-

Conatus eſſet] Legendum, *cùm jam* ·*onvivatus eſſet*, eaque lectio confirma·ur ex L. Floro. *Idem.*

Imbecilliorem Juba, &c.] Diverſum ·radunt Livius & Florus, nempe Jubam à Petreio interemptum, qui poſtea ſuf·fecerit & ſibi. *Idem.*

Impetravit] Rectius leges, *flagitavit*, ſeu *contendit:* ſequitur enim, *idque obtinuit.* Idem.

Fauſtus & Afranius interficiuntur] Sic & Appianus. Florus tamen, quod miror, diverſum tradit, nempe occiſos à Cæſare, ut poſteris caveretur. *Idem.*

Pompeiæ] Pompeia hæc Pompeii Magni filia fuit: Fauſtus enim Sylla Pompeii gener erat. *Montan.*

Cum Damaſippo] *L. Licinium Damaſippum* accipit. Alius ab hoc eſt, cujus meminerunt Cicero in epiſtolis & Horatius in Sermonibus:

Inſanit veteres ſtatuas Damaſippus emendo. Gland.

Et Torquato] Hic eſt *L. Manlius Torquatus*, quem præfectum Orico in poteſtatem Cæſaris veniſſe & conſervatum, legimus ſupra libro tertio. Hunc periiſſe in bello civili, teſtatur & Cicero in Bruto. *Idem.*

Plætorio Ruſtiano] Forte *Plætorio Ceſtiano*. Ita enim eſt in argenteis denariis. Niſi *Ruſtiano* retineamus, quemadmodum eſt in vet. C. ut ſit *Ruſtius* aliquis in *Plætoriam* familiam adoptatus, & ex formulâ *Ruſtianus* dictus. *Urſin.*

Hipponem Regium] Tria quondam hoc

P. Silii per id tempus erat. A qua pauciora ab amplioribus circumventa navigia deprimuntur: ibique Scipio cum iis, quos paullò ante nominavi, interiit. Cæſar interim, Zamæ auctione regiâ factâ boniſque eorum venditis, qui cives Romani contra Populum Romanum arma tulerant, præmiiſque Zamenſibus, qui de rege excludendo conſilium ceperant, tributis, vectigalibuſque regiis abrogatis, ex regnoque provinciâ factâ, atque ibi Criſpô Salluſtiô proconſule cum imperiô relictô, ipſe Zama egreſſus Uticam ſe recepit. Ibi bonis venditis eorum, qui ſub Juba Petreioque ordines duxerant, item Thapſitanis H-S XX millia, conventui eorum H-S XXX millia, Adrumetanis H-S XXX, conventui eorum H-S L millia, multæ nomine, imponit. Civitates bonaque eorum ab omni injuria rapiniſque defendit. Leptitanos, quorum ſuperioribus annis Juba bona diripuerat, & ad ſenatum queſti per legatos, atque arbitris à ſenatu datis, ſua receperant, tricies centenis millibus pondo olei in

annos

hoc nomine fuerunt opida. Locrorum in Brutiis, & duplex in Africa, nempe aut Hippo Διάῤῥυτος Plinio & Ptolemæo, aut Hippo regius. Hujus præſul & Epiſcopus quondam clariſſimus Auguſtinus. Mercator, Numidiæ urbem eſſe ait, hodieque vocari *Bona*. Mont.

Ibi Scipio interiit] Tradunt Scipionem, ubi navim ſuam captam ſenſit, gladium in viſcera adegiſſe, deinde requirentibus ubi eſſet Imperator, reſpondiſſe: *Imperator bene ſe habet.* Auctores ſunt Livius & Florus. *Montan.*

Salluſtio P. R. proconſule] Idem memorat & Dion, qui avarè & rapaciter Salluſtium provinciam habuiſſe ſcribit. *Idem.*

H-S XX *millia*] *Seſtertium viginti millia* tantùm ſunt quingenti coronati. Proinde malim legere, *ſeſtertium vicies*, quæ ſumma eſt L millium coronatorum. Veriſimilis certè & civitati mediocri præſtabilis. *Glandor.*

H-S XXX *millia*] *Seſtertium triginta millia*, ſeu *triginta ſeſtertia*, ſunt ſeptingenti & quinquaginta coronati. Apparet ſcriptum *ſeſtertium tricies*, quod facit aureorum ſeptuaginta quinque millia, quam lectionem indocti non ſatis aſſequentes mutarunt in *triginta millia*. Idem.

Conventui eorum H-S L *millia*] *Seſtertium quinquaginta millia*, ſunt mille ducenti & quinquaginta aurei coronati. At *ſeſtertium quinquagies*, quomodo hic legendum cenſeo, ſummam centum & viginti quinque millium in auro conficit. *Idem.*

Centenis millibus pondo] Lego *pondo*, non *ponderis*. Pertinet autem huc illud Plutarchi, Africanâ victoriâ Cæſarem tantum agri in ditionem ſubegiſſe; ut annuo proventu percepturus eſſet fiſcus tritici quidem ducenta millia modiorum Atticorum, olei verò pondo tricies centena millia. *Idem.*

Cara-

annos ſingulos multat: ideo quod initio per diſſenſionem principum ſocietatem cum Jubâ inierant, eumque armis, militibus, pecuniâ juverant. Tiſdritanos, propter humilitatem civitatis, certô numerô frumenti multat. His rebus geſtis, Idibus Jun. Uticæ claſſem conſcendit, & poſt diem III Caraleis in Sardiniam pervenit. Ibi Sulcitanos, quod Naſidium ejuſque claſſem receperant, copiiſque juverant, H-S C millibus multat: & pro decumis octavas pendere jubet: bonaque paucorum vendit: & ante diem III Kal. Quinct. naves conſcendit: & à Caralibus ſecundum terram provectus, duodetrigeſimo die, eo quod tempeſtatibus in portubus cohibebatur, ad urbem Romam venit.

A.HIR-

Caraleis] Ita Livius, Strabo & Florus opidum hoc inſulæ Sardiniæ vocant. Procul dubio vitioſe Plinius & Mela *Calaris* habent. Verba hujus ſunt libr. 2: *Urbium in Sardinia antiquiſſimæ ſunt Calaris & Sulchi.* Et ille lib. 3, cap. 7: *Calaritanos & Sulchitanos populos ejuſdem inſulæ* vocat. Leander Albertus hodie opidum hoc *Caglire* dici ait. *Montan.*

H-S *centum millibus*] *Seſtertium centum millia*, ſive *centum ſeſtertia*, ſunt coronatorum duo millia & quingenti. Suſpicor legendum *ſeſtertium centies*, quod æſtimatur coronatorum ducentis quinquaginta millibus. Porro *Caraleis* & *Sulchi* præſtantiores urbes ſunt Sardiniæ, auctore Strabone libr. 5. *Glandorpius.*

Duodetrigeſimo die] Vet. C. habet, *Tricenſimo*, antique, ut REMISSA QUADRAGENSIMA, in æreis nummis. Contra in aliquibus nominibus, *n*, literam antiqui rejiciebant, ut Cicero qui *Horteſium* dicebat, non, *Hortenſium*. Urſin.

Ad urbem Romam venit] Plutarchus in Julii vita aſſerit eum, de Alexandrinis, Pharnace & rege Juba triumphaſſe, poſtquam ex Africa domum redierat. *Rhellican.*

A. HIRTII PANSÆ COMMENTARIORVM DE BELLO HISPANIENSI LIBER VNVS.

PHARNACE ſuperato, Africâ receptâ; qu ex iis prælíis cum adoleſcente Cn. Pompeic profugiſſent, quum & ulterioris Hiſpaniæ po- titus eſſet, dum Cæſar muneribus dandis ir Ita-

Appendix Rerum geſtarum Cæſaris in Italiâ uſque ad bellum Hiſpanienſe.

CÆSARI ex Africâ reverſo ſingulares honores habiti ſunt. Inprimis decreta eſt ſupplicatio XL *dierum, deinde quatuor triumphi, Dictatura in decennium, & Præfectura morum in triennium. Ipſe triumphis actis, Gallico videlicet, Alexandrino, Pontico, & Africano, magna militi præmia, magna populo congiaria donavit, ludos fecit, epulum dedit, gladiatores & naumachiam in honorem filiæ Juliæ edidit, ædem Veneri genitrici dicavit, forum ſui nominis extruxit. Adhæc Senatui & equeſtri ordini judicia communicavit, annum conſtituit, Senatum ſupplevit, patricios allegit.* Hæc ex Paterculo, Suetonio, Plutarcho, & Dione. *Glandorp. De hujus libri auctore cum veteres, tum recentiores dubitant; ego quæſtionis nodum ita enodandum cenſuerim. Primùm quando Suetonius Tranquillus in Cæſaris vita inquit,* belli Alexandrini, Africani & Hiſpanienſis incertum autorem eſſe. *Ac non tantùm Aldi, ſed omnium eruditorum, qui ſextum hunc librum perlegerunt, calculo, ultimi libri ſtilus à reliquis* δὶς διὰ πασῶν *diſtat. Quid ſi dicamus, Hirtium quarti & quinti de bello Civili hiſtoriam ſcripſiſſe, & ſexti ab Oppio deſcriptam? Tametſi namque Hirtius in octavi libri de bello Gall. præfatiuncula meminerit, ſe ab rebus geſtis Alexandriæ uſq; ad finem vitæ Cæſaris hiſtoriam perſecutum: tamen quia poſteriores libri de vitæ exitu deſiderantur, vero ſimile eſt, & illum ſextum Hirtii librum de rebus Hiſpanicis injuriâ temporis interiiſſe, aut quod vero magis conſentaneum eſt, nuſquam eſſe ſcriptum, eumque ab Oppiô qualicunque dicendi genere, ſeu de novo compoſitum, ſeu amiſſum eſſe reſtitutum. Etenim quando C. Oppius Cæſaris*

Italiâ detinetur, quò facilius præſidia contra compararet Pompeius, in fidem uniuſcujuſque civitatis confugere cœpit. Ita partim precibus, partim vi, bene magnâ comparatâ manu, provinciam vaſtare cœpit. Quibus in rebus nonnullæ civitates ſuâ ſponte auxilia mittebant. Item nonnullæ portas claudebant. Ex quibus ſi qua opida vi ceperat, quum aliquis ex ea civitate optimè

*ſaris in bello Africano legatus fuit, ab eoque (ut in ſuperiori libro legimus) Zettenſi præſidio præfectus eſt: apparet eum nominis Juliani, & laudum ejus promovendarum aque ſtudioſum fuiſſe, ut Hirtius. A qua ſententia nec Volaterranus longè abeſſe videtur. Quum enim in libris ſuis περὶ τῆς ἀνθρωπολογίας inſcriptis Gn. Oppii tribuni plebis, & Q. Oppii Aſiæ proconſulis meminiſſet, lib.*17*, inquit*, C.Oppium virum Julii Cæſaris amiciſſimum fuiſſe, ab eoque commentarium de bello Hiſpanienſi ſcriptum. *At dixerit aliquis, probabile non eſſe, quenquam aut Julii aut Octaviani Cæſaris ſeculo tantâ barbarie uſum, quanta in hoc Commentario deprehenditur. Cui reſponderim, Oppio illi in Latinè ſcribendo idem accidere potuiſſe, quod multis aliis in ſuâ vernaculâ contingit. Qui enim ab adoleſcentia ſe in commentando & ſtilo exercendo in quacunque tandem linguâ non exercuerunt; dum id in maturâ jam ætate tentant, præter unum eundemque ſermonis colorem, innumeros barbariſmos & ſolœciſmos committunt, orationemque crebris hyperbatis, καὶ ἀνανταποδότοις obſcurant, & hiulcam reddunt. Id quod huic auctori (quippe magis exercitato in militiâ, quàm in foro & hiſtoria ſcribenda, uſu veniſſe in aliquot infra locis indicabimus.* Rhellican.

PHarnace ſuperato] Nihil commercii fuit Pharnaci cum bellis civilibus, niſi quod illorum occaſione paterno regno recuperando ſtuduit. Proinde videant docti, quomodo hunc locum legendum judicent. Mihi non diſplicuerit pro *Pharnace, Scipione* legere; eò quod Scipio dux partium in Africâ fuerit; quô poſt aliquot leviora prælia pugnâ demum Thapſitanâ devicto, quicunque evadere potuerunt, agminatim ad Cn. Pompeium in Hiſpaniam confugerunt. *Gland.*

Cum Cn. Pompeio] Ex veritate hiſtoriæ ita locus legendus erat: *Scipione ſuperatô, Africâ receptâ, qui ex his præliis cum adoleſcente Sex. Pompeio profugerunt, cum & ulterioris Hiſpaniæ Cneus frater potitus eſſet*, &c. *Quò facilius præſidia ſibi compararet Cneus, in fidem uniuſcujuſque* &c. Idem.

Cæſar muneribus dandis in Italia detinetur] Quibus Cæſar munera dederit, ac quæ ſpectacula poſt varios triumphos Romæ ediderit, cum Plutarchus, tum Appianus declarant. Quorum ille in Cæſaris vitâ ſic inquit: *Poſt triumphos ingentia militibus donaria dedit. Ad conciliandum ſibi plebem ſpectacula edidit: conviviaque celebravit: unô die in duobus ac viginti millibus tricliniis epulum præbens univerſis.* Hic verò lib. 2 bell. civilium ad hunc modum: *Militi drachmas quinque mille Atticas, turmæ ductoribus totidem, tribunis militum equitibuſque in duplo majus. Adhæc ſingulis ex populo minam unam Atticam. Spectacula quoque multifariam edidit equorum, & muſici pedeſtriſque certaminis: virorum mille ad totidem certantium, & equeſtres pugnas ducentorum pariter: & aliud ex peditibus equiſque præludium ſubinde immiſcens, elephantorum viginti bellum utrinque locatorum. Navalem præterea pugnam remigum quater millium: mille bellatoribus utraque ex parte inſidentibus.* Montan.

Ali-

mè de Cn. Pompeio meritus civis eſſet, propter pecunia magnitudinem aliqua ei inferebatur cauſſâ; ut, eo de me dio ſublato, ex ejus pecunia latronum largitio fieret. Ita paucis commodis hoſte hortato, majores augebantur co piæ. Ideoque, crebris nunciis in Italiam miſſis, civitate contrariæ Pompeio auxilia ſibi depoſtulabant. C. Cæſa dictator III, deſignatus IV, multis itineribus ante con fectis, quum celeri feſtinatione ad bellum conficiendum in Hiſpaniam conveniſſet, legati Cordubenſes, qui a Cn. Pompeio diſceſſerant, Cæſari obviam veniunt: a qui-

Aliquà ei inferebatur cauſa] Id eſt, alicujus criminis accuſabatur, Græca dicendi forma. Græci namque dicunt, ἐπιφέρειν τὴν αἰτίαν, id eſt, *intentare crimen.* Rhellican.

Latronum largitio fieret] *Latrones*, teſte Feſto, *eos antiqui dicebant, qui conducti militabant*, ἀπὸ τῆς λατρείας. *At nunc viarum obſeſſores dicuntur, quod à latere adoriuntur, vel quod latenter inſidiantur.* Varr. lib. 6 de lingua lat. *Latrones dicti ab latere, qui circum latera erant regi, atque ad latera habebant ferrum, quos poſtea à ſtipatione, ſtipatores appellarunt, & qui conducebantur mercede.* Servius ad illud Virg. lib. 12 Æneid.

——— *fixumque latronis*
Impavidus frangit telum.

Modo venatoris, inquit: & eſt Græcum: nam λατρεύειν *dicunt obſequi & ſervire mercede, unde latrones vocantur conducti milites. Moris autem erat, ut hos Imperator circum ſe haberet, & primos mitteret ad omne diſcrimen. Varro tamen dicit hoc nomen poſſe habere etiam Latinam etymologiam, ut latrones dicti ſint quaſi laterones, quia circum latera Regum ſunt, quos nunc ſatellites vocant, una tamen eſt ſignificatio, licet diverſa etymologia. Plautus in Pyrgopolinice oſtendit, quid ſint latrones dicens; Rex me Seleucus miſit ad conducendos latrones.* Hæc Servius. Plautus Milite:

Nam Rex Seleucus me opere oravit maximo,
Ut ſibi latrones cogerem & conſcriberem.

Rurſum:

Nam ego hodie ad Seleucum Regem miſi Paraſitum meum,
Ut latrones quos cònduxi, hinc ad Seleucum duceret,
Qui ejus regnum tutarentur, mihi dum fieret otium.

Latrones, id eſt, milites ſeu ſtipatores. Sic Maroni, teſte eodem Honorato, *fures* pro *ſervis*: *Quid domini facient, audent cum talia fures?* Vide prov. *Quot ſervi, tot hoſtes.* Brant.

Hoſte hortato] Barbariſmus eſt: Deponentiali enim participio loco paſſiv abuſus eſt auctor hic: qui paſſim à veteri latinitatis geniô recedit. Specimina habes: *Sileat verbum facere, jugulationem magnam facit.* Duræ certè Romanis auribus phraſes. *Montan.*

Majores augebantur] Legendum *magis agebantur copiæ*, vel *majores reddebantur.*

Cæſar dictator tertiò] Apud Plutarchum eſt: ὕπατος ἀποδειχθεὶς τὸ τέταρτον, id eſt, *Conſul deſignatus quartum.* Sed facile convenit, cum Cæſar utrumque foret, & Conſul videlicet & Dictator. *Glandor.*

Celeri feſtinatione] Traditum eſt à ſcriptoribus, Cæſarem à Româ Obulconem viceſimo ſeptimo die perveniſſe in caſtra, quæ eo tempore fuere ibidem. Vide Strabonem tertio, Appianum ſecundo, Eutropium ſexto libro. *Idem.*

Pro-

quibus nunciabatur, nocturno tempore opidum Cordubam capi poſſe; quod nec opinantibus adverſariis ejus provinciâ potitus eſſet; ſimulque quod tabellarii à Cn. Pompeio diſpoſiti omnibus locis eſſent, qui certiorem Cn. Pompeium de Cæſaris adventu facerent. Multa præterea veriſimilia proponebant. Quibus rebus adductus, quos legatos ante exercitui præfecerat, Q. Pedium, & Q. Fabium Maximum, de ſuo adventu facit certiores; et, quem ſibi equitatum ex provincia feciſſent, præſidio mitterent. Ad quos celerius, quàm ipſi opinati ſunt, appropinquavit; atque, ut ipſe voluit, equitatum ſibi præſidio habuit. Erat idem temporis Sex. Pompeius frater, qui cum præſidio Cordubam tenebat, quod ejus provinciæ caput eſſe exiſtimabatur. Ipſe autem Cn. Pompeius adoleſcens Ullam opidum oppugnabat, & fere jam aliquot menſibus ibi detinebatur. Quo ex opidô, cognitô Cæſaris adventu, legati clam præſidia Cn. Pompeii, Cæſarem quum adiſſent, petere cœperunt; ut ſibi primo quoque tempore ſubſidium mitteret. Cæſar eam civitatem omni tempore optime de Populo Romano meritam eſſe ſciens, XI cohortes ſecundâ vigiliâ jubet proficiſci, parique equites numero: quibus

Provincia] Supplendum, *ulterioris Hiſpaniæ*, quæ eadem & à fluvio *Bethi*, *Bethica* vocatur: cujus metropolis Corduba (ut auctor iſte infra ſcribit) erat. Quâ de re ſupra libr. I bellorum civilium plura, ſi quis volet, legere poteſt. *Rhellican.*

Qui certiorem Cn. Pompeium facerent] Et hæc ταυτολογία ſatis indicat, ſcriptorem iſtum parum exercitatum in ſcribendo fuiſſe. Quum enim relativa pronomina in hoc reperta ſint, ut eandem rem modo dictam, ſine ambiguitate & faſtidio referant: ille Battologum magis quam Brachylogum agere voluit. *Idem.*

Ex provinciâ] Supple, *citerioris Hiſpaniæ*; quam Cæſar ſupra lib. I bellorum civilium ab ipſo ſtetiſſe commemorat. *Idem.*

Sextus Pompeius frater] Scilicet Cneô junior.

Per idem tempus] Legendum arbitramur: *Per idem tempus Sex. Pompeius frater cum præſidio Cordubam tenebat*, &c. *Glandor.*

Ullam] Hujus opidi & ſuperiore Commentario facta mentio eſt. Dioni Οὐλία vocatur. *Idem.*

Clam præſidia] Beroaldus legit: *clam præter præſidia.* Idem.

Provinciæ notum] *Notum provinciæ* dixit, pro gnarum & peritum. *Idem.*

L. Ju-

bus præfecit hominem ejus provinciæ notum, & non parum ſcientem, L. Julium Patiecum. Qui quum ad Cn. Pompeii præſidia veniſſet, incidit idem temporis, ut tempeſtate adverſa vehementique vento afflictaretur. Quâ vi tempeſtatis ita obſcurabatur, ut vix proximum cognoſcere poſſet. Cujus incommodum ſummam utilitatem ipſis præbebat. Ita quum ad locum venerunt, jubet binos equites incedere, & recta per adverſariorum præſidia ad opidum contendere: mediiſque ex præſidiis quum quæreretur, qui eſſent; unus ex noſtris reſpondit, ut ſileat verbum facere: nam id temporis conari ad murum accedere, ut opidum capiant: & partim tempeſtate impediti vigiles non poterant diligentiam præſtare, partim illô reſponsô deterrebantur. Quum ad portam appropinquaſſent, ſignô datô, ab opidanis ſunt recepti; & pedites equiteſque, clamore facto, diſpoſitis ibi partim, qui remanſere, eruptionem in adverſariorum caſtra fecerunt. Sic illuc quum inſcientibus accidiſſet, exiſtimabat magna pars hominum, qui in iis caſtris fuiſſent, ſe prope captos. Hôc miſsô ad Ullam præſidio, Cæſar, ut Pompeium ab ea oppugnatione deduceret, ad Cordubam contendit: ex quo itinere loricatos viros fortes cum equitatu ante præmiſit. Qui ſimul in conſpe-

L. Julium Patiecum] Nominatur à Cicerone lib. 6 Fam. Sed & in Valerio Maximo libr. 5, cap. 4, de duobus fratribus Patiecis in Hiſpaniâ natis mentio eſt. Fortaſſe idem Cæſar de bello Gall. lib. 5: *Q. Junii ex Hiſpaniâ* mentionem faciens, aliquem ex hâc familiâ intellexit. Legendum autem puto omnibus his in locis, *Paciaci*, quæ ſanè familia hodieque in Hiſpaniâ nobiliſſima eſt. *Manut.*

Bene magna multitudo] *Bene* pro *valde*, ſic hôc librô: *Bene magnum tempus conſumpſerunt.* Item: *adverſarii bene multis vulneribus affecti*, & ſæpius. Uſurpatum & M. Tullio. Horatio aliiſque tam oratoribus quàm poëtis. Imperator quoque Juſtinianus in §. *Pœnales. Inſtit. de action. Pœnales*, inquit, *actiones bene multas ex ſuâ juriſdictione introduxit* Cujus contrarium *male* non abſimilem ſæpe ſignificationem ſortitur. Terent. *Adelph. Illud rus nullâ aliâ cauſâ tam malè odi.* Horat. lib. 1, ſat. 3:

—— *& male laxus*
In pede calceus hæret. ——

Rurſum:

—— *male parvus*
Si cui filius eſt ——

Virgilius *latè Regem*, pro latè regnantem. *Brant.*

Ad

pectum opidi ſe dederunt, in equis recipiuntur. Hoc à Cordubenſibus nequaquam poterat animadverti. Appropinquantibus, ex opido bene magna multitudo ad equitatum concidendum quum exiſſet; loricati, ut ſupra ſcripſimus, ex equis deſcenderunt, & magnum prælium fecerunt: ſic ut ex infinitâ hominum multitudine pauci in opidum ſe reciperent. Hoc timore adductus Sext. Pompeius literas fratri miſit; ut celeriter ſibi ſubſidio veniret: ne prius Cæſar Cordubam caperet, quàm ipſe illo veniſſet. Ita Cn. Pompeius Ullâ prope captâ, literis fratris excitus, cum copiis ad Cordubam iter facere cœpit. Cæſar, quum ad flumen Bætim veniſſet, neque propter altitudinem fluminis tranſire poſſet, lapidibus corbes plenos demiſit. Ita, inſuper ponte facto, copias ad caſtra tripartito tranſduxit. Tenebant adverſus opidum è regione pontis trabes, ut ſupra ſcripſimus, bipar-

Ad equitatum concidendum cum exiſſet] Id eſt, quum putaret multitudo ex opido egreſſa ſibi cum equitibus ſolummodo rem fore. *Rhell.*

Ad Cordubam] Iterum auctor malè Latinus: dum præpoſitionem nomini urbis præponit. Corduba autem duorum Senecarum & Lucani patria, Hiſpaniæ Bæticæ ſeu Ulterioris Hiſpaniæ Metropolis eſt, & vulgo *Cordua* vocatur. Sed jam ante de hac urbe. *Montan.*

Bætim] Bætis oritur in ſaltu Tygenſi, vel, ut Strabo habet, ex Oroſpeda monte, hodieque *Guadalquevir* dicitur, teſte Cluſio. *Montan.*

Tenebant adverſus opidum è regione pontis trabes] *Adverſus opidum*, ſupple, *Cordubam*; quæ non longè à Bæti fluvio ſita eſt, ut in ſecunda Europæ tabula cernere licet. Cæterùm quia ambiguum eſt, utrum *trabes* accuſandi, an nominandi caſus ſit: oratio quoque ambigua redditur. Neſcias enim an caſtra tenuerint trabes, an trabes caſtra. Conſtructionem ergo impeditam, huiuſmodi conjectura expedire tentabimus; ut quum modo dixerit auctor, Cæſaris copias tripartito ad caſtra per pontem traductas eſſe, in verbo *tenebant*, ſubaudiendum ſit *caſtra*, & ſit ſenſus: *caſtra Cæſaris tenebant*, hoc eſt, pertingebant, *trabes è regione pontis adverſus opidum*. Siquidem & Cæſar ſupra librô primô de bellis Gallicis non diſſimili formâ loquendi utitur (niſi quod hic ſimplex, illic verò compoſitum verbum ponitur) quando ait, *pontem ex Genevâ opidô ad Helvetios pertinuiſſe*, hoc eſt, pertigiſſe. Quid autem ſibi cum hoc velit, quod addit, *ut ſupra ſcripſimus, bipartitò*, ingenuè fateor me ignorare. Nuſquam enim neque hoc, neque in aliis libris (quantum ego memini) hujus trajectionis & caſtrametationis recordatur, Niſi forte pro *bipertitò*, *tripertitò* legendum ſit; & *ſupra* adverbio uſus ſit auctor, pro *modo*. Atque hanc expoſitionem quæ ſequuntur, non frivolam eſſe comprobant; quando ait pari ratione à Pompeio cis Bætim caſtra eſſe fixa. *Rhellican.* Aliter Glandorpius. Ait ille: Quod ſi legas, *tendebant*, lectio

bipartito. Huc quum Pompeius cum ſuis copiis veniſſet, ex adverſo pari ratione caſtra ponit. Cæſar, ut eum ab opido commeatuque excluderet, brachium ad pontem ducere cœpit. Pari idem conditione Pompeius. Hic inter duces duos fit contentio, uter prius pontem occuparet. Ex qua contentione quotidiana minuta prælia fiebant, ut modo hi; modo illi ſuperiores diſcederent. Quæ res quum ad majorem contentionem veniſſet, ab utriſque cominus pugna iniqua, dum cupidius locum ſtudent tenere, propter pontem coanguſtabantur; & fluminis ripis appropinquantes coanguſtati præcipitabantur. Hic alteri alteris non ſolum mortem morti exaggerabant, ſed tumulos tumulis exæquabant. Ita diebus compluribus cupiebat Cæſar, ſi qua conditione poſſet, adverſarios in æquum locum deducere, & primo quoque tempore de bello decernere. Quum animadverteret adverſarios minimè velle; quos ideo à via retraxerat, ut in æquum deduceret; copiis flumen tranſductis, noctu jubet ignes fieri magnos. Ita firmiſſimum ejus præſidium Ateguam proficiſcitur. Id quum Pompeius ex perfugis

ctio fuerit tolerabilis, hoc ſenſu: fuiſſe conſtitutas trabes adverſus opidum è regione pontis bipartitò, quæ eſſent munimento ponti.

Cominus] Si legas pro *cominus*, *commiſſa*, nihil fuerit incommodi. *Gland.*

Sed tumulos tumulis exæquabant] Id eſt, quantum acervum & ſtragem cæſorum unus faciebat exercitus, tantum & alter. *Rhellican.*

De bello decernere] *Decernere de totô bellô*, eſt depugnare pro ſumma rei. *Montan.*

Quos ideo à viâ detraxerat, ut in æquum deduceret] Reclamantibus omnibus, quos viderim, libris, lego: *quos ideo ab Uliâ retraxerat.* Nam Cn. Pompeius Uliam oppugnabat, à cujus oppugnatione fratris literis revocatus erat, ut ſibi ſubſidium ferret; idque eô conſiliô Cæſar fecerat; ut eum in æquum locum deduceret, ubi pari conditione bellum geri poſſet. Nam Uliam in editô monte ſitam fuiſſe refert Hirtius de bello Alexandrino. *Ciaccon.*

Copiis flumen tranſductis] locus hic per aliquot verſus conciſus & mutilus eſt. Nec enim quomodo à Cordubâ diſceſſerit Cæſar, aut quomodo Ateguam venerit, quâve ratione Pompeii præſidium illuc introductum ſit, narratur. Profectò quod ad præſidium attinet, nonnihil huic loco lucis affert Julius Frontinus Stratagematum libr. 3, cap. 14, cujus verba ſic habent: *Bello civili cum Ategua urbs in Hiſpaniâ Pompeianarum partium obſideretur, Maurus interrex, tanquam Cæſarianus Tribunus cornicularius, vigiles quoſdam excitavit, à quibus aliquos evitans, conſtantiâ fallaciâ ſuæ per medias Cæſaris copias præſidium Pompeii traduxit.* Gland.

Ate-

fugis reſciſſet, eâ die per viarum anguſtias carra complura multaſque balliſtas retraxit, & ad Cordubam ſe recepit. Cæſar munitionibus Ateguam oppugnare, & brachia circumducere cœpit. Cujus rei Pompeio quum nuncius eſſet allatus, eo die proficiſcitur. Cujus in adventum, præſidii cauſſâ Cæſar complura caſtella occupavit, partim ſuo equitatu, partim ut pedeſtres copiæ in ſtatione & in excubitu, caſtris præſidio eſſe poſſent. Hic in adventu Pompeii incidit, ut matutino tempore nebula eſſet craſſiſſima. Itaque in illa obſcuratione cum aliquot cohortibus & equitum turmis circumcludunt Cæſaris equites & concidunt: ſic ut vix in ea cæde pauci effugerent. Inſequenti nocte caſtra ſua incendit Pompeius, & trans flumen Salſum per convalles caſtra inter duo opida Ateguam & Ucubim in monte conſtituit. Cæſar in munitionibus ceteriſque, quæ ad opidum oppugnandum opus fuerunt, aggerem vineaſque agere inſtituit. Hæc loca ſunt montuoſa & natura edita ad rem militarem, quæ planicia dividuntur Salſo flumine: proximè tamen Ateguam, ut ad flumen ſint circiter paſſuum duo millia. Ex ea regione opidi in montibus caſtra habuit poſita Pompeius, in conſpectu utrorumque opidorum, neque ſuis auſus eſt ſubſidio venire. Aquilas habuit & ſigna XIII legionum: ſed, ex quibus

Ateguam] Quæ Plinio, Cæſari, & Hirtio, *Ategua*, Dioni Ἀττέγουα dicitur. Ejus veſtigia haud procul ab Alcali Regali indicat Navagierus, fontemque ibidem nomen ſervare notat: vocari enim *Fuente de Tevela*. *Ategua* Morali eſt *Tebala Vieja*, qui eam quoque *Teguam* nuncupari addit. *Tebe* nunc appellari memoriæ prodit Mariana, diſtareque à Corduba XVI lapide. *Merula.*

Circumcludunt Cæſaris equites] Et hic ambiguum eſt, utrum Pompeiani Cæſaris equites circumcluſerint & conciderint; an Cæſareani equites Pompeianos. At cum præcedentia, tum ſubſequentia magis arguunt Pompeianos à Cæſareanis conciſos eſſe. Modo enim ait, aliquot caſtella in hoc à Cæſare occupata, ut Pompeii adventum & inſultum reprimeret: & mox ſubjungitur, poſt cædem illam, Pompeium inſequenti nocte trans flumen Salſum fugiſſe. Quod minimè facturus fuerat indubiè, ſi qualicunque victoriâ ad Ateguam potitus eſſet. *Rhellican.*

Flumen Salſum] *Salſum* Hiſpaniæ Bæticæ fluvius: hodie *Guadajoz*, in quem influit *el rio Salado*. Cluſius.

bus aliquid firmamenti ſe exiſtimabat habere, duæ fue-runt vernaculæ, quæ à Trebonio transfugerant, & un[a] facta ex coloniis, quæ fuerunt in his regionibus: quar[-]ta fuit Afraniana ex Africa, quam ſecum adduxerat: re-liquæ ex fugitivis auxiliares conſiſtebant: nam de lev[i] armatura & equitatu longè & virtute & numero no-ſtri erant ſuperiores: Accedebat huc, ut longius bel-lum duceret Pompeius; quod loca ſunt edita, & a[d] caſtrorum munitiones non parum idonea. Nam fer[e] totius ulterioris Hiſpaniæ regio propter terræ fecundi-tatem, inopem difficilemque habet oppugnationem & non minus copioſam aquationem. Hic etiam propte[r] barbarorum crebras excurſiones omnia loca, quæ ſun[t] ab opidis remota, turribuſque & munitionibus reti-nentur, ſicut in Africa, rudere, non tegulis, tegun-tur. Simulque in his habent ſpeculas, & propter altitudi-nem, longè lateque proſpiciunt. Item opidorum magn[a] pars ejus provinciæ montibus fere munita, & natura ex-cellentibus locis eſt conſtituta; ut ſimul aditus adſcenſuſ-que habeat difficiles. Ita ab oppugnationibus natura lo[ci] diſtinentur: ut civitates Hiſpaniæ non facile ab hoſtibu[s] capiantur: quod in hoc contigit bello. Nam ubi inter A-teguam & Ucubim, quæ opida ſupra ſunt ſcripta, Pom-peius habuit caſtra conſtituta in conſpectu duorum op[i]-dorum, ab ſuis caſtris circiter millia paſſuum IV. Gru-mus eſt excellens natura, qui appellatur Caſtra Poſtu-miana. Ibi præſidii cauſsâ caſtellum Cæſar habuit con-ſtitutum. Pompeius, qui eôdem jugô tegebatur loc[i] naturâ, & quod remotum erat à caſtris Cæſaris, an[i]-mad

Duæ fuerunt vernaculæ] Superioribus Commentariis, ſecundo & quarto, duarum legionum mentio fit, *vernaculæ* videlicet & *ſecundæ*, quæ ſub Varrone, Pompeii patris legato, militantes, Cæſaris partibus tum acceſſerunt. Utramque hanc hoc loco *vernaculam* vocat. *Montan.*

Rudere] De *rudere* dictum ſup[ra] libr. 4.

Grumus eſt excellens natura] *Grumu[s]* expoſitore Nonio Marcello, *agger* [...] *congerie dicitur. Accius OEnomao, Quer[...]cumque inſtiteram grummum, aut præ[...]ſum jugum.*

nadvertebat loci difficultatem; &, quod flumine Salſo nterclúdebatur, non eſſe commiſſurum Cæſarem; ut n tanta loci difficultate ad ſubſidium ſubmittendum ſe nitteret. Iſtâ fretus opinione, tertiâ vigiliâ profectus aſtellum oppugnare cœpit; ut laborantibus ſuccurreret. Noſtri, quum appropinquaſſent, clamore repentino elorumque multitudine jactus facere cœperunt; uti nagnam partem hominum vulneribus afficerent. Quô peractô, quum ex caſtellô repugnare cœpiſſent, & majoibus caſtris Cæſari nuncius eſſet allatus, cum III legionibus eſt profectus, & quum ad eos appropinquaſſet, fuga perterriti multi ſunt interfecti, complures capti: in quibus multi præterea armis exuti fugerunt; quorum ſcuta ſunt relata LXXX. Inſequenti luce Arguetius ex Italia cum quitatu venit. Is ſigna Saguntinorum retulit V, quæ ab opidanis cepit. Suô locô præteritus eſt, quod equites x Italiâ cum Aſprenate ad Cæſarem veniſſent. Ea noɔte Pompeius caſtra incendit, & ad Cordubam verſus ter facere cœpit. Rex, nomine Indo: qui cum equitau ſuas copias adduxerat, dum cupidius agmen adverſariorum inſequitur, à vernaculis legionariis exceptus eſt & interfectus. Poſtero die equites noſtri longius ad Corlubam verſus proſecuti ſunt eos, qui commeatus ad caſtra Pompeii ex opido portabant. Ex iis capti L cum junentis ad noſtra adducti ſunt caſtra. Eodem die Q. Marcius tribunus militum qui fuiſſet Pompeii, ad nos ranſfugit. Et noctis tertiâ vigiliâ in opido acerrime pugnatum eſt; ignemque multum miſerunt: ſic ut & omne

Is ſigna Saguntinorum retulit quinque] *Saguntini* à *Sagunto* Hiſpaniæ citerio-is opido dicuntur, ut apud Plinium ib. 3, cap. 3 patet. De quorum indubiatâ erga Romanos confœderatos ſuos de Livium conſulito lib. 1 ſecundi bel- Punici: & proverbium apud Eramum, *Saguntina fames*. Rhellican. *Saguntus* vel *Saguntum* hodie *Morvedre*: in quâ multa adhuc vetuſtatis monumenta. *Aretius*.

Suo loco] Locus eſt planè depravatus. Ut autem ſenſum aliquem commodum eliciamus, lego: *Quo loco perterritus Pompeius; quod equites*, &c. *Glandorp*.

Rex nomine Indo, &c.] Plutarchus in vita Alexandri Magni tradit, Cæſa-

tem

mne genus, quibus ignis per jactus ſolitus eſt mitti. Hô[illegible] præterito tempore, C. Fundanius eques Romanus e[illegible] caſtris adverſariorum ad nos transfugit. Poſtero die e[illegible] legione vernacula milites ſunt capti ab equitibus noſtri[illegible] duo, qui dixerunt ſe ſervos eſſe. Quum venirent, co[illegible]gniti ſunt à militibus, qui antea cum Fabio & Pedio fue[illegible]rant, & à Trebonio transfugerant. Eis ad ignoſcen[illegible]dum nulla eſt data facultas, & à militibus noſtris interfe[illegible]cti ſunt. Eodem tempore capti tabellarii, qui à Cor[illegible]duba ad Pompeium miſſi erant, perperamque ad ca[illegible]ſtra noſtra pervenerant, præciſis manibus miſſi ſunt fa[illegible]cti. Pari conſuetudine, vigiliâ ſecundâ, ex opido ignem multum telorumq; multitudinem jactando benè magnum tempus conſumpſerunt, complureſque vulneribus affecerunt. Præterito noctis tempore, eruptionem in legionem ſextam fecerunt, quum in opere noſtri diſtenti eſſent, acriterque pugnare cœperunt: quorum vis repreſſa à noſtris, etſi opidani ſuperiore loco defendebantur. Quinquaginta, quum eruptionem facere cœpiſſent, tamen virtute militum noſtrorum, [qui] etſi inferiore loco premebantur, [tamen] repulſi [adverſarii] bene multis vulneribus affecti in opidum ſe contulerunt. Poſtero die Pompeius ex caſtris ſuis brachium cœpit ad flumen Salſum facere: & quum noſtri equites pauci in ſtatione fuiſſent à pluribus reperti, de ſtatione ſunt dejecti, & occiſi tres. Eo die A. Valgius ſenatoris filius, cujus frater in caſtris Pompeii fuiſſet, omnibus ſuis rebus relictis, equum conſcendit & fugit. Speculator de legione ſecundâ Pompeianâ captus à militibus & interfectus eſt. Idem temporis glans miſſa eſt inſcripta; quo die ad opidum capiendum

rem Athenis comitem quendam habuiſſe nomine *Indum.* Rhellican.

Quibus ignis per jactus ſolitus eſt mitti] Ut ſcilicet in cupis pice ac ſevo completis: quemadmodum ſupra lib. 8 de bello Gallico legitur. *Rhellican.*

Præciſis manibus] Ejus ſupplicii exemplum commemoratum eſt ſupra [illegible] belli Gallici Commentario octavo *Glandorp.*

Per idem temporis glans miſſa eſt inſcripta; quo die ad opidum, &c.] Nota[illegible] *glan*[illegible]

lum accederent, ſeſe ſcutum eſſe poſiturum. Quâ ſpe nonnulli, dum ſine periculo murum adſcendere, & opidum potiri poſſe ſe ſperarent; poſtero die ad murum opus facere cœperunt, & bene magna prioris muri pars dejecta eſt. Quô factô ab opidanis, ac ſi ſuarum partium eſſent, conſervati miſſos facere loricatos, quique præſidii cauſsâ præpoſiti opido à Pompeio eſſent, orabant. Quibus reſpondit Cæſar, ſe conditiones dare, non accipere, conſueviſſe. Qui quum in opidum reverſi eſſent, relatô reſponsô, clamore ſublatô, omni genere telorum emiſsô, pugnare pro murô totô cœperunt: propter quod fere magna pars hominum, qui in caſtris noſtris eſſent, non dubitarunt, quin eruptionem eo die eſſent facturi. Ita, coronâ circumdatâ, pugnatum eſt aliquandiu vehementiſſimè, ſimulque baliſta miſſa à noſtris turrem dejecit: qua adverſariorum, qui in ea turre fuerant, v dejecti ſunt, & puer, qui baliſtam ſolitus erat obſervare. Eô præteritô tempore, Pompeius trans flumen Salſum caſtellum conſtituit: neque à noſtris prohibitus, falsâque illa opinione gloriatus eſt, quod prope in noſtris partibus locum tenuiſſet. Item inſequenti die eâdem conſuetudine dum longius proſequitur, quô locô equites noſtri ſtationem habuerant, aliquot turmæ cum levi armatura, impetu factô, locô ſunt dejectæ, & propter paucitatem noſtrorum equitum, ſimulque levi armatura inter turmas adverſariorum protritæ. Hoc in conſpectu utrorumque caſtrorum gerebatur: & majore Pompeiani exſultabant gloriâ, longius quod noſtris cedentibus proſequi cœpiſſent. Qui quum aliquô locô à noſtris recepti eſſent, ut conſueſſent, ex ſimili virtute clamore facto, averſati ſunt præ-

glandium genus, quibus inſcribi ſolet, & ſic ad hoſtem mitti. Infra paullo: *Indicium glande ſcriptum miſit, per quod certior fieret Cæſar, quæ in opido ad defendendum compararentur.* Tangit Lipſius lib. 4, Poliorc. Dialog. 2. Sic Philippus Macedonum Rex ad Methonam à ſe obſeſſam, amiſsô oculô ſagittæ nomen Aſteris, qui miſerat, inſcriptum reppererit. *Brant.*

prælium facere. Fere apud exercitus hæc eſt equeſtr prælii conſuetudo: quum eques ad dimicandum, di miſſo equo, cum pedite progreditur, nequaquam pa habetur, id quod in hoc accidit certamine. Quum pe dites ex levi armatura lecti ad pugnam equitibus noſtri nec opinantibus veniſſent, idque in prælio animadver ſum eſſet; complures equites deſcenderunt. Ita exigu tempore eques pedeſtre; pedes equeſtre prælium face re cœpit: uſque eò, ut cædem proximè à vallo fece rint: in quô præliô adverſariorum ceciderunt CXXIII compluresque armis exuti, multi vulneribus affecti i caſtra ſunt redacti. Noſtri ceciderunt III, ſaucii XII pedites & equites V. Ejus diëi inſequenti tempore, pri ſtina conſuetudine, pro muro pugnari cœptum eſt Quum bene magnam multitudinem telorum ignemqu noſtris defendentibus injeciſſent; nefandum crudeliſſi mumque facinus ſunt aggreſſi: in conſpectuque noſtr hoſpites, qui in opido erant, jugulare, & de mur præcipites mittere cœperunt, ſicut apud barbaros quod poſt hominum memoriam nunquam eſt factum Hujus diëi extremo tempore à Pompeianis clam ad no ſtros tabellarius eſt miſſus; ut ea nocte turres aggerem que incenderent, & III vigilia eruptionem facerent Ita igne telorumque multitudine jacta, quum bene ma gnam partem muri conſumpſiſſent, portam, quæ è re gione & in conſpectu Pompeii caſtrorum fuerat, aperue runt, copiæque totæ eruptionem fecerunt, ſecumque

extu

Hoſpites] Jus hoſpitii majoribus & antiquis ſacrum religioſumque habitum eſt, cui & Jovem præeſſe crediderunt, *hoſpitalem* appellatum. Certè Buſiris & Diomedes ob id infames evaſerunt, quod ſuſceptos hoſpites jugularunt: quos etiam Hercules ob eam cauſam interemiſſe traditur. Cæterùm quemadmodum illi crudeles in alienigenas fuere; ſic aliquanto crudeliores fuere hi milites, qui cives & opidanos à quibus accepti fuere hoſpitio, jugularunt. *Gland.*

Calcatas] Apparet vocem eſſe depravatam, ac quidem in pleriſque exemplaribus aſcriptum eſt ad marginem *crates*; quod vocabulum, utpote rei militaris, huic loco rectè quadrat. *Idem.*

Har-

xtulerunt calcatas ad foſſas complendas, & harpagones ad caſas, quæ ſtramentitiæ ab noſtris hibernorum auſſâ ædificatæ erant, diruendas, & incendendas: præterea argentum & veſtimenta; ut, dum noſtri in præla detinerentur, illi cæde facta ad præſidia Pompeii ſe eciperent. Nam quod exiſtimabat eos poſſe conatum fficere, nocte tota ultra ibat flumen Salſum in acie. Quod factum licet nec opinantibus noſtris eſſet geſtum: amen virtute freti, repulſos multiſque vulneribus affectos opido repreſſerunt, prædaque & armis eorum unt potiti, vivoſque aliquos ceperunt, qui poſtero unt interfecti die. Eodemque tempore transfuga nunciavit ex opido, Junium, qui in cuniculo fuiſſet, jugulatione opidanorum factâ, clamaſſe, facinus ſe nefandum, & ſcelus feciſſe: nam eos nihil meruiſſe, quare tali pœna afficerentur, qui eos ad aras & focos ſuos recepiſſent; eoſque hoſpitium ſcelere contaminaſſe: multa præterea dixiſſe: qua oratione deterritos amplius jugulationem non feciſſe. Ita poſtero die Tullius legatus cum Catone Luſitano venit, & apud Cæſarem verba fecit: Utinam quidem Dii immortales feciſſent, ut tuus potius miles, quàm Cn. Pompeii, factus eſſem; & hanc virtutis conſtantiam in tuâ victoriâ, non in illius calamitate præſtarem. Cujus funeſtæ laudes quippe ad hanc fortunam reciderunt; ut cives Romani indigentes

Harpagones] Harpagones, *manus ferreas* à pleriſque dici, ſcribit Q. Curtius. *Montan.*

Præterea argentum & veſtimenta] Scilicet *extulerunt*. Hoc enim verbum ex ſuperioribus repetendum eſt. *Rhellican.*

Nam quod exiſtimabat eos poſſe conatum efficere] *Exiſtimabat* ſcilicet *tabellarius*, de quo idem dixit. *Idem.*

Eos] Supple *milites, cum quibus in Pompeii caſtra perrupturus erat.* Idem.

Opido repreſſerunt] Id eſt, in opidum, ut ſit ſeptimus caſus, juxta Servii expoſitionem in illo Virgilii carmine: *Inferretque Deos Latio.*

Nocte totâ ultra ibat] Legendum haud dubiè, *nocte ibat tota trans*, vel *ultra flumen*, &c. *Gland.*

Cuniculo] *Cuniculus*, meatus ſubterraneus, per quem obſeſſi fugere aut emittere quempiam poſſunt. *Idem.*

Catone Luſitano] Forte legendum, *Cum C. Antonio Luſitano.* Illius enim paulo poſt, ut comitis Tullii, meminit. *Idem.*

tes præſidii, & propter patriæ luctuoſam perniciem dedamur hoſtium numero: qui neque in illius proſpera acie primam fortunam, neque in adverſa ſecundam obtinuimus victoriam: qui legionum tot impetus ſuſtentantes nocturnis diurniſque operibus gladiorum ictus telorumque miſſus exſpectantes, victi & deſerti à Pompeio, tuä virtute ſuperati, ſalutem à tuâ clementiâ depoſcimus: petimuſque, ut, qualem te gentibus præſtitiſti, ſimilem in civium deditione præſtes. Remiſſis legatis, quum ad portam veniſſet Tiber. Tullius, quum eum introëuntem C. Antonius inſecutus non eſſet, reverſus eſt ad portam, & hominem apprehendit. Quod Tiberius quum fieri animadvertit, ſimulque pugionem eduxiſſet, manum ejus incidit. Ita refugerunt ad Cæſarem. Eodemque tempore ſignifer de legione prima transfugit, & nunciavit, quo die equeſtre prælium factum eſſet, ſuo ſigno periſſe homines XXXV: neque licere caſtris Cn. Pompeii nunciari, neque dici periſſe quemquam. Servus, cujus dominus in Cæſaris caſtris fuiſſet, uxoremque & filium in opido reliquerat, dominum jugulavit, & ita clam à Cæſaris præſidiis in Pompeii caſtra diſceſſit; & indicium glande ſcriptum miſit, per quod certior fieret Cæſar, quæ in opido ad defendendum compararentur. Ita, literis acceptis, quum in opidum reverſi eſſent, qui mittere glandem ſcriptam ſolebant, inſequenti tempore duo Luſitani fratres transfugæ nunciarunt, quam Pompeius concionem habuiſſet: quoniam opido ſubſidio non poſſet venire, noctu ex adverſariorum conſpectu ſe deducerent ad mare verſum: unum reſpondiſſe, ut potius ad dimicandum deſcenderent, quàm ſignum fugæ oſtenderent: tum,

Dedamur hoſtium numero] Non eſt uſitata phraſis, *dedi hoſtium numero*, quemadmodum *haberi in hoſtium numero*. Legendum itaque, *habeamur in hoſtium numero*. Idem.

Et hominem] Scilicet, *C. Antonium*.

Apprehendit] Supple, *Tiberius Tullius*.

Refugerunt ad Cæſarem] Scilicet *Tullius* & *Cato Luſitanus*.

Ita

um, qui ita locutus eſſet, jugulatum. Eodem tempore tabellarii ejus deprehenſi, qui ad opidum veniebant, quorum litteras Cæſar opidanis objecit; qui & vitam ſibi peteret, juſſit turrem ligneam opidanorum incendere. Id ſi feciſſet; ei ſe promiſit omnia conceſſurum. Quod difficile erat factu, ut eam turrem ſine periculo quis incenderet. Ita * facturus de ligno, quum propius acceſſiſſet, ab opidanis eſt occiſus. Eadem nocte transfuga nunciavit, Pompeium & Labienum de jugulatione opidanorum indignatos eſſe. Vigiliâ ſecundâ propter multitudinem telorum turris lignea, quæ noſtra fuiſſet, ab imô vitium fecit, uſque ad tabulatum ſecundum & tertium. Eodem tempore pro muro pugnatum acerrimè, & turrim noſtram, ut ſuperiorem, incenderunt: idcirco, quod ventum opidani ſecundum habuerunt. Inſequenti luce materfamilias de murô ſe dejecit, & ad nos tranſiliit, dixitque ſe cum familiâ conſtitutum habuiſſe, ut unà transfugerent ad Cæſarem; illam oppreſſam & jugulatam. Hoc præterea tempore tabellæ de muro ſunt dejectæ, in quibus ſcriptum eſt inventum: L. Minucius Cæſari: Si mihi vitam tribuis, quoniam à Cn. Pompeio ſum deſertus, qualem me illi præſtiti, tali virtute & conſtantiâ futurum me in te eſſe præſtabo. Eodem tempore opidanorum legati, qui antea exierant, Cæſarem adierunt, ſi ſibi vitam concederet, ſeſe inſequenti die opidum eſſe dedituros. Quibus reſpondit, ſe Cæſarem eſſe, fidemque præſtaturum. Ita ante diem XI Kalend. Martii opido po-

Ita facturus de ligno] Id eſt, lignea turri, uti modo præceſſit; ut ſit μετωνυμία, materia pro materiato. *Rhell.*

Turris lignea, quæ noſtra fuiſſet, ab imo vitium fecit] Id eſt, ruinam minata eſt, ſeu hoſtili incendio corruit. Sic enim Boëtius philoſophus, & orator Chriſtianus, cum pius, tum diſertus, illud Ciceronis exemplum in Topicis ex jure Civili ſumptum: *Si ædes exeſæ corruerint, vitiumve fecerint* &c. interpretatur. Unde mirari haud immeritò quiſpiam poſſet, quonam pacto tam elegans Jureconſultorum dicendi forma putido illi ſcriptori in mentem venerit. *Idem.*

Futurum me in te eſſe] Suſpicor, *futurum eſſe*, partem fuiſſe gloſſematis, & à librario in contextum relatum. Certè vacare nemo non videt, qui ſit paulo humanior. *Glandorp.*

potitus Imperator eſt appellatus. Et Pompeius, ex perſugi quum deditionem opidi factam eſſe ſciſſet, caſtra movi Ucubim verſus. Sed circum ea loca caſtella diſpoſuit, & munitionibus ſe continere cœpit. Cæſar movit, & pro pius caſtra caſtris contulit. Eodem tempore mane lori catus unus ex legione vernacula ad nos transfugit & nun ciavit; Pompeium opidanos Ucubenſes convocaſſe, iiſ que imperaviſſe; ut diligentiâ adhibitâ, perquirerent qui eſſent ſuarum partium, itemque adverſariorum victoriæ fautores. Hôc præteritô tempore, in opidô, quod fuit captum, ſervus eſt prehenſus in cuniculo, quem ſupra demonſtravimus dominum jugulaſſe. Is vivus eſt combuſtus. Eodemque tempore centuriones loricati IIX ad Cæſarem transfugerunt ex legione vernacula, & equites noſtri cum adverſariorum equitibus congreſſi ſunt, & ſaucii aliquot occiderunt ex levi armatura. Ea nocte ſpeculatores prehenſi ſervi III, & unus ex legione vernacula. Servi ſunt in crucem ſublati, militibus cervices abſciſſæ. Poſtero die equites cum levi armatura ex adverſariorum caſtris ad nos transfugerunt. Et eo tempore circiter XI equites ad aquatores noſtros excucurrerunt: nonnullos interfecerunt, item alios vivos abduxerunt. Ex equitibus capti ſunt equites IIX. Inſequenti die Pompeius ſecuri percuſſit homines LXXIV, qui dicebantur eſſe fautores Cæſaris victoriæ. Reliquos in opidum juſſit deduci; ex quibus effugerunt CXX, & ad Cæſarem venerunt. Hôc præteritô tempore, qui in opidô Ateguâ Burſavolenſes capti ſunt, legati profecti ſunt cum noſtris, uti

Cæſar movit] Deeſt quippiam, puta, *ſimiliter*, vel *itidem*. Idem.

Præterito tempore] Haud dubiè legendum, quemadmodum ſupra, *hoc præterea tempore*. Eſt enim facilis depravatio, *præterea*, pro *præterito*, præſertim ſi ſit librarius indoctus. *Idem.*

Cervices abſciſſæ] *Cervices* dixit plurali numero veterum more. Nam *cervicem* in ſingulari numero primus uſurpavit Q. Hortenſius Orator. *Idem.*

Poſtero die equites] Deeſt numerus, aut certè nomen aliquod, ut, *complures*, *nonnulli*, vel *aliquot*. Idem.

Pompeius percuſſit ſecuri] Crudelem & ſanguinarium fuiſſe Pompeium indicat & Caſſius apud Ciceronem epiſtolarum lib. 15. *Idem.*

Burſa-

ıti rem geſtam Burſavolenſibus referrent; quid ſperarent de Cn. Pompeio, quum viderent hoſpites jugulari: præterea multa ſcelera ab iis fieri, qui præſidii cauſſa ab his reciperentur. Qui quum ad opidum veniſſent, noſtri, qui fuiſſent equites Romani & ſenatores, non ſunt auſi introire in opidum, præterquam qui ejus civitatis fuiſſent. Quorum reſponſis ultro citroque acceptis & redditis, quum ad noſtros ſe reciperent, qui extra opidum fuiſſent, illi de præſidio inſecuti, ex averſione legatos jugularunt. Duo reliqui, qui ex cis fugerunt, Cæſari rem geſtam detulerunt, & ſpeculatores ad opidum Ateguam miſerunt. Qui quum certum comperîſſent, [legatorum reſponſa] ita eſſe geſta, quemadmodum illi retuliſſent, ab opidanis concurſu facto, eum, qui legatos jugulaſſet, lapidare, & ei manus intentare cœperunt; illius operâ ſe perîſſe. Ita vix periculo liberatus petiit ab opidanis, ut ei liceret legatum ad Cæſarem proficiſci: illi ſe ſatisfacturum. Poteſtate data, quum inde eſſet profectus, præſidiô comparatô, quum bene magnam manum feciſſet, & nocturno tempore per fallaciam in opidum eſſet receptus, jugulationem magnam facit. Principibus, qui ſibi contrarii fuiſſent, interfectis, opidum in ſuam poteſtatem recepit. Hôc præteritô tempore, ſervi transfugæ nunciaverunt, opidanorum bona vendere, ne cui extra vallum liceret exire, niſi diſcinctum. Iccirco,

Burſavolenſes] Legendum *Urſonenſes*. *Urſonem* namque commemorat Strabo inter eas civitates, in quibus Pompeii liberi debellati ſunt, niſi malis legere *Burſaonenſes:* ſed hos collocat Plinius in Hiſpaniâ Tarraconenſi. *Idem.*

Qui fuiſſent] Legendum, *erat*. Idem.

Et ſpeculatores] Oratio caret nominativo. Proinde non invitus legerim: *Urſonenſes verò ſpeculatores miſerunt* &c. *Idem.*

Qui cum certum] Legendum arbitror: *Qui cum certò comperiſſent, juxta legatorum reſponſa omnia ita eſſe geſta* &c. *Idem.*

Illius opera ſe periiſſe] Deeſt *vociferantes*, vel ſimile participium. *Idem.*

Ita vix] Lego *ille vix* &c. *Idem.*

Bona vendere] Forte legendum, *Nunciaverunt opidanorum bona vendi, edictumque ne cui* &c. *niſi diſcincto.* Quod vero de *diſcinctis* addit, id eò crediderim pertinere, quod milites olim & gladiis accingi, & in zonis pecuniam geſtare mos eſſet. *Idem.*

Iccirco, quod ex quo die opidum Ategua eſſet captum, metu conterritos complures profugere in Beturiam, neque ſibi ullam ſpem victoriæ propoſitam habere; ut ſi quis ex noſtris transfugerit, in levem armaturam conjici, eumque non amplius XVI accipere. Inſequenti tempore Cæſar caſtris caſtra contulit, & brachium ad flumen Salſum ducere cœpit. Hic dum in opere noſtri diſtenti eſſent, complures ex ſuperiore loco adverſariorum decucurrerunt. Nec detinentibus * noſtris multis telis injectis, complures vulneribus affecere. Hic tamen, ut ait Ennius, *noſtri ceſſere parumper.* Itaque, præter conſuetudinem, quum, à noſtris animadverſum eſſet cedere, centuriones ex legione V flumen transgreſſi duo reſtituerunt aciem, acriterque eximia virtute plures quum agerent, ex ſuperiore loco multitudine telorum alter eorum concidit. Ita, quum is compar prælium facere cœpiſſet, &

Iccirco quod] Abundat particula *quod.* Idem.

Beturiam] *Beturia*, regio eſt intra Betim & Anam fluvios Straboni & Plinio. *Idem.* Et hic quidem libr. 3, cap. 1. *Beturiam* in duas partes, totidemque genteis, dividit; Celticos, qui Luſitaniam attingunt, Hiſpalenſis conventus; & Turdulos, qui Luſitaniam, & Terraconenſem accolunt. *Rhell.* Hodie *Beturia* ex petrarum frequentiâ magnâ ex parte *Petroche* dicitur. *Sepulveda.*

Non amplius ſexdecim] Non eſt dubium, quin in bellis civilibus plus numeratum ſit militi, quam in aliis expeditionibus, aut pacis tempore, cum juxta leges & præſcripta majorum teneretur exercitus. Certe ſub Tiberio, compoſitâ Republicâ, non niſi *decem aſſes* in diem ſolitos accipere milites, tradit gravis autor Cornelius Tacitus. Apparet autem Pompeium per ambitionem, & quia partibus ſuis ſic conducebat, duplum, id eſt, *vicenos aſſes*, numeraſſe. Porro levi armaturæ & transfugis, quod ii pro juſtis militibus non haberentur, nec in legione militarent, tantum dediſſe *aſſes ſedecim.* Gland.

Ut ait Ennius, noſtri ceſſere parumper] Non quod, ut ego puto, ita Ennius dixerit, ſed quod familiare ei fuerit, hoc adverbio uti. Quod ejus ſcripta indicant. libro enim VI Annalium, apud Nonium in *Prognariter.*

—— *Divi,* inquit, *hoc audite parumper:*
Ut pro Romano populo prognariter armis
Certando, prudens animam de corpore mitto.

Et Annalium lib. I, apud eundem Nonium:

Te nunc ſancta precor Venus, & genetrix patris noſtri,
Ut me de cœlo viſas cognata parumper.

Idem eodem:

Inde tuetur ibi lupus, fœmina conſpicit amnes.
In campo celeri paſſu premens parumper,
Conjicit in ſilvam ſeſe. Manutius.

Clo-

e quum undique ſe circumveniri animadvertiſſet, paumper ingreſſus pedem offendit. Hujus concidentis vii caſu paſſim audito, quum complures adverſariorum oncurſum facerent, equites noſtri tranſgreſſi interiore oco adverſarios ad vallum agere cœperunt. Ita, dum upidius intra præſidia illorum ſtudent cædem facere, à urmis & levi armatura ſunt intercluſi. Quorum niſi umma virtus fuiſſet, vivi capti eſſent. Nam & munitione præſidii ita coanguſtabantur, ut equites ſpatio interciuſo vix ſe defendere poſſent. Ex his utroque genere pugnæ complures ſunt vulneribus affecti, in quîs etiam Clodius Aquitius: inter quos ita cominus eſt pugnatum, ut ex noſtris, præter II centuriones ſit nemo deſideratus, gloriâ ſe efferentes. Poſtero die ab Soricaria utræque convenere copiæ. Noſtri brachia ducere cœperunt. Pompeius, quum animadverteret, caſtello ſe excludi Aſpavia, quod ab Ucubi millia paſſuum V diſtat: hæc res neceſſariò vocabat, ut ad dimicandum deſcenderet. Neque tamen æquo loco ſui poteſtatem faciebat, ſed ex grumo excelſum tumulum capiebat: uſque eò, ut neceſſariò cogeretur iniquum locum ſubire. Quô factô, quum utrorumque copiæ tumulum excellentem petiſſent, prohibiti à noſtris ſunt, dejectique planicie. Quæ res ſecundum

Clodius Aquitius] Pariſienſes, *Clodius Arquitius*. Fecit hæc varietas, ut de mendo cogitarem. Qua in ſuſpicione cum eſſem, reperi in antiquis marmoribus, *Avitum* cognomen eſſe Clodiorum. Nihil igitur dubito, quin ita hóc locô emendandum ſit.

Romæ, in domo Cæſia,

D. M
CLODIÆ
AVITÆ
HEREDES
EX. TESTAMENTO

In ædibus Arberinorum.

D. M
TI. CLAUDIO
FELICI. PATRI. ET
CLAUDIÆ
PRIVATÆ. MATRI
TI. CLAUDIUS. AVITUS
FILIUS OPTIMUS
PARENTIBUS

Cum verò hoc cognomen non admodum frequens apud veteres ſit, inde factum eſt, ut mendoſe quandoque ſcriptum reperiatur. Nominatur à Plinio lib. 34 cap. 7 *Vibius Avitus*. Idem.

Aſpavia] Hiſpaniæ oppidum ad Salſum fluvium prope Cordubam; forte *Apea*, prope *Caſtro el Rio*; nonnullis ipſum *Caſtro el Rio*. Cluſius.

Dejectique planicie] Lego, *dejecti in planiciem*. Gland.

Qui-

cundum noſtris efficiebat prælium. Undique autem cedentibus adverſariis, noſtri magna in cæde verſabantur: quibus mons, non virtus, ſaluti fuit: quô ſubſidio tunc, niſi adveſperaſſet, à paucioribus noſtris omni auxilio privati eſſent. Nam ceciderunt ex levi armatura CCCXXIV: ex legionariis CXXXIIX: præterquam quorum arma & ſpolia ſunt allata. Ita pridie II centurionum interitio hac adverſariorum pœna eſt litata. Inſequenti die pari conſuetudine, quum ad eundem locum ejus præſidium veniſſet, priſtinô illô ſuô utebantur inſtitutô. Nam præter equites nullô locô æquô ſe committere audebant. Quum noſtri in opere eſſent, equitum copiæ concurſus facere cœperunt, ſimulque vociferantibus legionariis, quum locum efflagitarent; ut conſueti inſequi exiſtimare poſſent, ſe paratiſſimos eſſe ad dimicandum: noſtri ex humili convalle bene longè ſunt egreſſi, & planitie iniquiore loco conſtiterunt. Illi tamen procul dubio ad congrediendum in æquum locum non ſunt auſi deſcendere, præter unum Antiſtium Turpionem, qui fidens viribus, ex adverſariis ſibi parem eſſe neminem cogitare cœpit. Hic, ut fertur, Achillis Memnoniſque congreſſus. Q. Pompeius Niger eques Romanus Italicenſis ex acie noſtra ad congrediendum progreſſus eſt. Quoniam ferocitas Antiſtii omnium mentes converterat ab opere ad ſpectandum, acies ſunt diſpoſitæ. Nam inter bellatores principes dubia erat poſita victo-

Quibus mons] Lego *hoſtibus mons.*

Ita pridie] Lego, *ita pridianæ* &c. *Idem.*

Litata] *Litata* paſſivè dixit pro vindicata; alioqui *litare* eſt ſacrificare, & ſacrificio Deos placare. *Idem.*

Et planicie] Lego, *& in planicie.* Idem.

Cogitare cœpit] Lego, *clamitare cœpit.* Idem.

Hic ut fertur] Lego, interpoſita præpoſitione, *Hic ut fertur de Achillis & Memnonis congreſſu.* Porro *Memnona* quidam præclarum ducem, Tithoni filium, alii Æthiopiæ regem fuiſſe volunt. Laborantibus hic bello Trojanis auxilio venit, cumque magnam Græcorum cædem feciſſet, cum Achille congreſſus, occubuit. Diodorus Siculus per inſidias à Theſſalis occiſum tradit. Regiam ejus in Æthiopia, ſepulcrum apud Ilion extare, tradit Plinius lib. 10. *Idem.*

Quoniam ferocitas] Lego, *quoniam autem ferocitas* &c. *Idem.*

Finem

ctoria; ut prope videretur finem bellandi duorum dirimere pugna. Ita avidi cupidique ſuarum quiſque partium, * expertorum virorum fautorumque voluntas habebatur. Quorum virtute alacri quum ad dimicandum planitiem ſe contuliſſent, ſcutorumque laudis inſignis præfulgens opus cælatum, quorum * pugna eſſet prope profectò dirempta, niſi propter equitum * conceſſum, ut ſupra demonſtravimus, levis armatura præſidii cauſsâ non longè ab opere caſtrorum conſtitiſſet. Ut noſtros equites in receptu, dum ad caſtra redeunt, adverſarii cupidius ſunt inſecuti, univerſi clamore facto impetum dederunt. Ita metu perterriti, quum in fugâ eſſent, multis amiſſis, in caſtra ſe recipiunt. Cæſar ob virtutem, turmæ Caſſianæ donavit millia XIII, & præfecto torques aureos II, & levi armaturæ millia X. Hoc die A. Bæ-

Finem bellandi duorum dirimere pugna] Locus hic per complures verſus valdè corruptus mendoſuſque eſt. Convenientius erat, pro *dirimere*, *allatura* legere. *Idem.*

Expertorum virorum] Senſus aliquis tolerabilis fuerit, ſi legas, *ita avidi cupidique ſuarum quiſque partium erant, & anceps infenſorum fautorumque voluntas habebatur.* Idem.

Quorum virtute] Lego, *cum virtute alacri ad dimicandum.* Idem.

Quorum pugna] Magna eſt hujus loci mutilatio. Deeſt enim ipſa monomachia, ſeu ſingulare certamen horum equitum, quos nominavit, deinde congreſſionis fortuna & exitus, poſtremò quâ ratione ab ipſis è medio diſceſſum ſit. *Idem.*

Caſſianæ] Videtur hoc nomen inditum à *Caſſio* præfecto. *Idem.*

Millia XIII] *Tredecim millia,* ut intelligas *nummûm* vel *ſeſtertiûm*, ſunt trecenti vigintiquinque coronati. *Decem* vero *millia*, ſunt ducenti quinquaginta coronati. *Idem.*

Torques aureos] Ita ſolent Romani: ſi quis enim extra ordinem, aut in ſingulari pugnâ, aut in excurſione, aut velitatione, aut tali tempore, in quo nulla neceſſitas fuerit viritim periclitandi, ſponte ſe & ultro eo dederit, & hoſtem percuſſerit, haſtâ donabatur: quod jaculi genus ſine ferro, ideoque *haſta pura* dicta: ſicut *argentum purum* cui nihil inſculptum: & *veſtis pura*, cui nihil à purpurâ attextum. Qui verò hoc amplius hoſtem dejecerit, aut ſpolia legerit, duplex jam hic præmium, diverſum pro genere militiæ: Nam pediti datur *armilla*, equiti *phaleræ*. *Phaleræ* diſtinctæ à torquibus; illæ demiſſæ ad pectus pendebant, hæ ſtringebant magis & ipſum collum ambibant. Diverſitas etiam in formâ, quod illæ planiores & magis jacentes: Iſtæ contortæ & ex annulis aut catellis plexæ. Et tales duæ præfecto huic donatæ à Cæſare: quem idcirco inter cives fuiſſe credo: proprium enim hoc civibus donum: etſi tamen Plinius prodidit, *auxiliares & externos torquibus aureis donatos, at cives non niſi argenteis.* Lipſius.

Equi-

A. Bæbius & C. Flavius & A. Trebellius equites Romani Aſtenſes, argento prope tecti equites, ad Cæſarem transfugerunt; qui nunciaverunt equites Romanos conjuraſſe omnes, qui in caſtris Pompeii eſſent, ut tranſitionem facerent; ſervi indicio omnes in cuſtodiam eſſe conjectos, è quibus, occaſione capta, ſe transfugiſſe. Item hoc die litteræ ſunt deprehenſæ: quas mittebat Urſaonem Cn. Pompeius: S. V. G. E. V. Etſi, prout noſtra felicitas, ex ſententia adverſarios adhuc propulſos habemus; tamen, ſi æquô locô ſui poteſtatem facerent, celerius, quàm veſtra opinio eſt, bellum confeciſſem. Sed exercitum tironum non audent in campum deducere, noſtriſque adhuc freti præſidiis bellum ducunt: nam ſingulas civitates circumſident: inde ſibi commeatus capiunt. Quare & civitates noſtrarum partium conſervabo, & bellum primô quôque tempore conficiam. Cohortes animo habeo ad vos mittere. Profecto noſtro commeatu privati, neceſſariò ad dimicandum deſcendent.

Inſe-

Equites Romani Aſtenſes] Et Sabellicus, & Beroaldus, *Aſtenſes* abſque aſpiratione legunt: & ſi quid ego judicare poſſim, melius. Siquidem Pomponius Mela lib. 3 *Aſtam* procul à littore diſſitam coloniam in Hiſpaniâ ponit. Quod huc maximè quadrat. Quippe quum & Oppius eos hic *Romanos equites* vocet; & paulò inferius equitum Romanorum ex Hiſpanienſibus coloniis, & oppidi Aſtæ meminerit. *Rhell.*

Urſaonem] Ουρσιὸν Straboni. *Urſo* Plinio, cui & *Genua* (fortaſſe *Gemina*) *Urbanorum*, *Urſaon* in antiquis hujus loci inſcriptionibus, teſte Navagiero. Sed de hôc opidô fuſius ad calcem hujus libri. *Merula.*

S. V. G. E. V.] Id eſt, *Si vales, gaudeo, ego valeo.* Vetus ſcilicet epiſtolarum ordiendi formula, quæ & his notis concipi ſolet, S. V. B. E. E. V. *Si vales, bene eſt, ego valeo.* Ut fruſtra turbetur, & ad mutandum moveatur Ciacc. hic & Bar. Briſſ. lib. 8 de for. Græcis χαίρειν, εὐδιάγειν, εὐπράττειν in uſu fuit. Certè bonam valetudinem invicem precari longè gratum eſt. Notus Græcorum ſenarius:

Οὐκ ἔσθ' ὑγιείας κρεῖττον οὐδὲν ἐν βίῳ.

Bona valetudine nihil eſt in vitâ melius.

Unde illud apud Cicer. lib. 2 de offic. extr. *Valere ut malis, quàm divitem eſſe.* Ex cujus epiſtolis hoc quoque diſcimus, Imperatores qui in provinciis exercitui præerant, reſque gerebant, cum ad Senatum ſcriberent, aut magiſtratus, præſcribere litteris ſolere, *Si vos liberique veſtri valetis, bene eſt, ego exercituſque valemus.* Teſtis Xiphilinus è Dione in Hadriano. *Brant.*

Bellum ducunt] Id eſt, producunt: quæ ἀφαίρεσις perquàm familiaris eſt Livio & aliis hiſtoricis. *Mont.*

Equi-

Inſequenti tempore quum noſtri temere in opere diſtenti eſſent, equites in oliveto, dum lignantur, interfecti ſunt aliquot. Servi transfugerunt, qui nunciaverunt a. d. III Nonarum Martii prælio, ad Soritiam quod factum eſt, ex eo tempore metum eſſe magnum, & Attium Varum circum caſtella præeſſe. Eo die Pompeius caſtra movit: & circa Hiſpalim in oliveto conſtitit. Cæſar prius quàm eodem eſt profectus, luna horâ circiter VI viſa eſt. Ita caſtris motis Ucubim præſidium, quod Pompeius reliquit, juſſit ut incenderent, & deuſtô opidô in caſtra majora ſe reciperent. Inſequenti tempore Ventiſponte opidum quum oppugnare cœpiſſet, deditione factâ, iter fecit in Carrucam: contra Pompeium caſtra poſuit. Pompeius opidum, quod contra ſua præſidia portas clauſiſſet, incendit. Mileſque, qui fratrem ſuum in caſtris jugulaſſet, interceptus eſt à noſtris, & fuſti percuſſus. Hinc itinere facto, in campum Mundenſem quum eſſet ventum, caſtra contra Pompeium conſtituit. Sequenti die quum iter facere Cæſar cum copiis vellet, renunciatum eſt ab ſpeculatoribus, Pompeium de III vigilia in acie ſtetiſſe. Hoc nuncio allato, vexillum pro-

Equites] Indubiè Cæſareani.

Servi] Supple, *Pompeiani: transfugerunt*, ſcilicet *ad Cæſarem*.

Luna horâ circiter ſextâ] Significat habitum prodigii loco, lunam meridiano tempore conſpectam; ſiquidem locus eſt integer: alioqui legi poterat, *Luna noctis horâ circiter ſextâ viſa eſt obſcurari.* Cæterum hôc aut illô modô legas, prodigium fuiſſe ſentiendum eſt, & unum ex iis, cujuſmodi pleraque commemorat Dion, quibus imminens calamitas Pompeio prænunciata eſt. *Gland.*

Ita caſtris motis] Hæc de Pompeio dici non eſt dubium, ſed magna eſt orationis & perſonarum confuſio. Rectius ſic legatur; *Caſtris motis, Pompeius præſidio quod reliquit Ucubim, juſſit ut incenderet* &c. Idem.

In Carrucam] Opinamur legendum, *in Cauraſiam. Cauraſiæ* namque populi Hiſpalenſis conventus memorantur Plinio lib. 3. Apud Ptolemæum invenio *Cariaſſum* opidum inter Cordubam & Hiſpalim, ubi fortaſſis legendum *Cauraſum*. Idem.

Et fuſte percuſſus] Intelligit *Fuſtuarium*, ut Cicero vocat Philip. 3. de quo Polybius: *Ea*, inquit, *pœna eſt talis. Fuſtem capiens Tribunus condemnatum leviter tangit & delibat, quô factô omnes qui in caſtris ſunt, ferientes, alius fuſtibus, alius lapidibus, pleroſque in ipſis caſtris occidunt.* T. Liv. l. 5 Ann. *Fuſtuarium meretur, qui ſigna relinquit, aut præſidio decedit.* Brant.

Vexillum propoſuit] Hoc eſt, pugnæ ſignum dedit. Etenim (ſicuti ex ſuperioribus de bello Gallico libris, & ex Plu-

propoſuit. Iccirco enim copias eduxerat, quod Verſaonenſium civitati [fuiſſent fautores] antea litteras miſerat, Cæſarem nolle in convallem deſcendere; quod majorem partem exercitum tironem haberet. Hæ litteræ vehementer confirmabant mentes opidanorum. Ita hac opinione fretus totum ſe facere poſſe exiſtimabat. Etenim & naturâ loci defendebatur, & ipſius opidi munitione, ubi caſtra habuit conſtituta. Namque, ut ſuperius demonſtravimus, loca excellentia tumulis contineri, interim nulla planitia dividit. Sed ratione nulla placuit taceri id, quod eo incidit tempore. Planities inter utraque caſtra intercedebat, circiter millia paſſuum v, ut auxilia Pompeii duabus defenderentur rebus, opidi excelſi, & loci natura. Hinc dirigens proxima planities æquabatur. Cujus decurſum antecedebat rivus, qui ad eorum acceſſum ſummam efficiebat loci iniquitatem. Nam paluſtri & voraginoſo ſolo currebat ad dextram partem: & Cæſar, quum aciem directam vidiſſet, non habuit dubium, quin media planitie in æquum ad dimicandum adverſarii procederent. Hoc erat in omnium conſpectu. Huc accedebat, ut locus illa planitie equitatum ornaret, & diei, ſoliſque ſerenitas: ut mirificum & optandum tempus prope ab Diis immortalibus illud tributum eſſet ad prælium committendum. Noſtri lætari

Plutarcho diſcimus) quoties Cæſar pugnam indepturus erat, rubrô propoſitô vexillô ſuis pugnam denunciabat. *Glan.*

Idcirco enim copias eduxerat, quod Verſaonenſium civitati fuiſſent fautores] Eandem civitatem nunc *Verſaonem* appellare videtur: quam paulo ſuperius *Urſaonem* vocat. Idque ex eo collegi, quod mox ſubjungit, *Fauſto* (ſic enim Beroaldus legit) *antea literas eſſe miſſas*, in quibus continebatur, *Cæſarem nolle in convallem deſcendere.* Apparet autem Fauſtum illum (ad quem Pompeius hæc ſcripſerat) Urſaoni præfuiſſe: etiamſi hoc in ſuperioribus literis non deprehendatur. Quum ergo Cæſarem audiviſſet in campeſtria ſe contuliſſe, Pompeius æquum dimicandi cum eo locum nactus, ea, quæ Urſaonenſibus pollicitus erat, præſtare voluit, dum copias in aciem eduxit. *Mont.*

Etenim & naturâ loci defendebatur] Supple, *Pompeius*. Idem.

Et ipſius oppidi] Scilicet *Mundæ*.

Ut ſuperius demonſtravimus] Ab exordio ferme iſtius libri Oppius narrat, ulterioris Hiſpaniæ regionem, propter edita loca, & ad caſtrorum munitiones non parum idonea, difficilem oppugnatu eſſe. *Idem.*

Non-

ætari, nonnulli etiam timere, quod in eum locum res ortunæque omnium deducerentur, ut, quidquid poſt ıoram caſus tribuiſſet, in dubio poneretur. Itaque noſtri ad dimicandum procedunt: id quod adverſarios exiſtimabamus eſſe facturos. Qui tamen à munitione opidi ∞ paſſibus longius non audebant procedere, in quo ſibi prope murum adverſarii conſtituebant. Itaque noſtri procedunt. Interdum æquitas loci adverſarios efflagitabat, ut tali conditione contenderent ad victoriam. Neque tamen illi à ſua conſuetudine diſcedebant, ut aut ab excelſo loco, aut ab opido, diſcederent. Noſtri pede preſſo propius rivum appropinquaſſent, adverſarii patrocinari loco iniquo non deſinunt. Erat acies XIII aquilis conſtituta, quæ lateribus equitatu tegebatur, cum levi armatura millibus VI. præterea auxiliares accedebant prope alterum tantum. Noſtra præſidia LXXX cohortibus, & ı IX millibus equitum. Ita, quum in extrema planitie niquum in locum noſtri appropinquaſſent, paratus hoſtis erat ſuperior, ut tranſeundi ſuperius iter vehementer eſſet periculoſum. Quod quum à Cæſare eſſet animadverſum, nequid temere culpâ ſuâ ſequius admitteretur, eum locum definire cœpit. Quod quum hominum auribus eſſet objectum, moleſte & acerbe accipiebant, ſe impediri quo minus prælium conficere poſſent. Hæc mora adverſarios alacriores efficiebat. Cæſaris copias timore

Nonnulli etiam timere] Apparet hiſtoricum illum hiſtoriæ Cæſareanæ de hôc præliô Mundenſi aut non peritum fuiſſe, aut malignè eam infideliterque ne dicam inſulſe literis mandaſſe. Plutarchus namque & Appianus tantum terrorem exercitui incuſſum eſſe ſcribunt, ut pugnâ etiam inceptâ, eis excuti nequiret: donec Cæſar militis cujuſdam clypeô arreptô, duces circumſidentes in hunc modum affatus eſt, *Erit hic mihi vitæ finis, vobis autem rei militaris dies ultima.* Cauſam autem tanti timoris, multitudinem, experientiam deſperationemque hoſtium fuiſſe perhibent. Quo fit ut non pauci (ut Oppius hic ait) ſed magna exercitus pars adeo perculſa fuerit, ut Cæſar poſt pugnam ad familiares ſuos converſus dixerit, *Sæpenumero pro victoriâ, nunc autem primùm pro vitâ dimicavi.* Idem.

Erat acies XIII *aquilis conſtituta*] Id eſt, totidem legionibus: has enim ipſas per aquilas numerabant, & legionis totius aquila fuit, hoc eſt, alitis ejus effigies ſive corpus ex argento vel auro, ſummæ perticæ inſiſtens; & pede altero fulmen ſæpe tenens. *Brant.*

more impediri ad committendum prælium. Ita ſe efferentes iniquo loco ſui poteſtatem faciebant, ut magno tamen periculo acceſſus eorum haberetur. Hic Decumani ſuum locum cornu dextrum tenebant, ſiniſtrum III & V legio, itemque cetera auxilia & equitatus. Prælium clamore facto committitur. Hic etſi virtute noſtri antecedebant, adverſarii loco ſuperiore defendebantur acerrimè, & vehemens fiebat ab utriſque clamor, telorumque miſſus, concurſus; ſic, ut prope noſtri diffiderent victoriæ. Congreſſus enim & clamor, quibus rebus maximè hoſtes conterrentur, in collatu pari erant conditione. Itaque ex utroque genere pugnæ, quum parem virtutem ad bellandum contuliſſent, pilorum miſſu fixa cumulatur, & concidit adverſariorum multitudo. Dextrum demonſtravimus Decumanos cornu tenuiſſe; qui, etſi erant pauci, tamen propter virtutem, magno adverſarios timore eorum opera afficiebant: quod ſuô locô hoſtes vehementer premere cœperunt, ut ad ſubſidium, ne ab latere noſtri occuparentur, legio adverſariorum tranſduci cœpta ſit ad dextrum. Quæ ſimul eſt mota, equi-

Magno tamen periculo] Non convenit huic loco adverſativa particula, *tamen*: Proinde legendum: *Ut magno in periculo* &c. Siquidem de Pompeianis locus intelligendus eſt. *Gland.*

Decumani] Hoc eſt, milites decimæ legionis, quos ob ſingularem virtutem Cæſar, ut ea in bellis Gallicis eſt videre, maximo amore eſt proſequutus. *Mont.*

Legio adverſariorum traduci cœpta] Supra dixit, Cæſarianos victoriæ prope diffiſos. & res profecto ſic habebat. Veterani namque, XIV annis vincere ſueti, retrocedere cœperunt. Etſi autem nondum fugerent, apparebat tamen pudore magis quàm virtute reſiſtere. Hic Cæſar ablegatô equô caſſideque projectâ, ut ab omnibus noſcitaretur, procurrit in primam aciem, ac compellatis militibus, viderent quid facerent, ſe non niſi victorem in caſtra reverſurum, tanto impetu in hoſtes irruit, ut per decem pedes eos loco propelleret. Ita animis ſuorum erectis & acie reſtitutâ, cùm Labienus nonnullas cohortes ſuis alibi laborantibus ſubſidio mitteret; Cæſar, ut erat vir calidiſſimus, fugere hoſtes exclamavit. Eâ voce milites exhilarati, fortius incubuerunt. Pompeiani dum ſuos fugere credunt, nec jam amplius adverſariorum vim ſuſtinent, in fugam convertuntur. Ita parta victoria eſt. Cæſar poſt pugnam ad ſuos converſus, aliàs pro victoriâ ſe, tum primum pro vitâ & ſalute dimicaſſe dixit. Hæc ab autore noſtro, quiſquis fuit, prætermiſſa, cùm magno conſenſu à C. Velleio Paterculo, Floro, Frontino, Plutarcho & Appiano tradantur, neutiquam tranſeunda duximus. *Glandorp.*

Ad dextrum] Rectius legas, *à dextro.*

Cæſaris

equitatus Cæſaris ſiniſtrum cornu premere cœpit. At ii eximiâ virtute prælium facere incipiunt; ut locus in acie ad ſubſidium veniendi non daretur. Ita, quum clamori eſſet intermiſtus gemitus, gladiorumque crepitus auribus oblatus, imperitorum mentes timore præpediebat. Hic, ut ait Ennius, *pes pede premitur*, *armis teruntur arma*, adverſarioſque vehementiſſimè pugnantes noſtri agere cœperunt: quibus opidum fuit ſubſidio. Ita ipſis Liberalibus fuſi fugatique non ſuperfuiſſent, niſi in eum locum

Cæſaris ſiniſtrum cornu] Miſcet & confundit omnia. Nec enim equitatus Cæſaris ſiniſtrum hoſtium cornu premere potuit, cum ipſe in ſiniſtro cornu collocatus, contra hoſtium dextrum cornu pugnaret. Lego itaque, *Equitatus Cæſaris qui ſiniſtrum cornu tenebat*. Idem.

At ii eximia] Lego, *atque ita eximia* &c.

Hic, ut ait Ennius, pes pede premitur, armis teruntur arma] Ennianum mihi locum conſultus oſtendit interioribus litteris erudititiſſimus P. And. Schottus, quem honoris cauſſa nomino, ex Homerico converſum eſſe Iliad. *ν*.

Ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ.

Quomodo & A. Furius apud Macrob. lib. 6 Satur. cap. 3. ex eod. Homero.

Preſſatur pede pes, mucro mucrone, viro vir.

Maro quoque 10 Æneïd.

——— *hæret pede pes, denſuſque viro vir.*

Sed neutrum Homero hic parem eſſe Critici judicarunt auctore eôdem Macrobiô lib. 5, cap. 13. Vide adag. *Pedem conferre*. Brant.

Ita ipſis Liberalibus fuſi fugatique] Illuſtrat hunc locum J. Lipſius centuria epiſt. ad Germ. & Gall. epiſt. 1. cujus verba, quia mire huc conducunt, non pigebit adſcribere: *Notabilis*, inquit, *res in hiſtoria, diſceſſus Pompeii ab urbe, & qui notarunt, videntur aberraſſe. Plutarchus ubi de Mundenſi pugna*: τὴν μάχην ἐνίκησε (Καῖσαρ) τῇ τῶν Διονυσίων ἑορτῇ, καθ' ἣν λέγεται καὶ Πομπήϊος Μάγνος ἐπὶ τὸν πόλεμον ἐξελθεῖν· *Pugnam hanc Cæſar pugnavit & vicit, ipſis Liberalibus, quô item die dicitur Pompeius Magnus ad bellum urbe egreſſus. Notat triſtem & à fatô concurſum: quod eôdem die filii victi, quô pater urbem, & eum fortuna reliquit. Oroſius conſentit: & quidem eo die bellum hoc actum eſt, quô Pompeius pater ab urbe bellum geſturus aufugerat. Quando igitur hæc Liberalia? Sic enim rectius ego, quam interpres, qui* Διονύσια, *Saturnalia vertit. Mecum certè Hirtius, aut quis alius in hâc pugnâ: Ipſis Liberalibus fuſi fugatique ſunt hoſtes. Sed quando, inquam, Liberalia? in decimum ſextum Kalend. Apriles Kalendarium marmoreum vetus confert: & ex eôdem Hirtii Diariô, circa hoc tempus rem geſtam liquebit. At ſi hæc vera, quomodo de Pompeii fugâ verum? quam Cæſaris tota narratio libro tertio oſtendit ab initio anni ſtatim fuiſſe? Ipſis Kalendis Januarii, inquit, cœptum agi de provinciis. & mox: ante* VII *Idus peractum. Ipſe deinde ſine morâ Ariminum: & Conſules ac Pompeius in fugam. Quid Cicero ad Atticum, qui harum rerum velut ephemeridem conſcripſit? Vide pluſculas ejus epiſtolas libro ſeptimo; omnes evincent hanc fugam valdè maturiorem fuiſſe. Ecce una ſcribit: Vidi hominem (Pompeium)* XIIII *Kal. Februarias, plenum formidinis. Et ubi vidiſti? In Campaniâ, ubi ipſe tunc erat. Alia deinde palam & ſignanter: Pompeium Brundiſii conſcendiſſe naves, & reliquiſſe Italiam quarto Kal. Martias. Si*

tunc

cum confugiſſent, ex quo erant egreſſi. In quô præliô ceciderunt millia hominum circiter XXX, & ſi quid amplius; præterea Labienus, Attius Varus: quibus occiſis utriſque funus eſt factum: itemque equites Romani partim ex urbe: partim ex provincia ad millia III. Noſtri deſiderati ad hominum ∞ partim peditum, partim equitum, ſaucii ad D. adverſariorum aquilæ ſunt ablatæ XIII, & ſigna & faſces. Præterea duces belli XVII capti ſunt. Hos habuit res exitus. Ex fugâ hâc quum opidum Mundam ſibi conſtituiſſent præſidium, noſtri cogebantur neceſſariò eos circumvallare. Ex hoſtium armis, pro ceſpite cadavera collocabantur, ſcuta & pila pro vallo, * inſuper occiſi, & gladii, & mucrones, & capita hominum ordinata; ad opidum converſa univerſa hoſtium timorem, virtutiſque inſignia † propoſita viderent, & vallo circumcluderentur adverſarii. * Ita Galli tragulis jaculiſque opidum ex hoſtium cadaveribus ſunt circumplexi, oppugnare cœperat. Ex hôc præliô Valerius adoleſcens, Cordubam cum paucis equitibus fugiens, Sex. Pompeio, qui Cordubæ fuiſſet, rem geſtam refert. Cognitô hôc negotiô, quos equites, quod pecuniæ ſecum habuit, eis diſtribuit, & opidanis dixit; ſe de pace ad Cæſarem proficiſci, & ſecundâ vigiliâ ab opidô diſceſſit. Cn. Pompeius autem cum equitibus paucis nonnulliſque peditibus ad navale præſidium parte alterâ contendit Carteiam; quod opidum abeſt â Cordubâ millia paſſuum CLXX. Quo quum ad octavum milliarium veniſſet; P. Calvitius, qui caſtris

tunc Italiam, quantò citius Romam? Neque Ciceroni hæc ignota aut incerta eſſe potuerunt. De die olim Liberalium ambigere incipiebam, & an non aliter ante digeſtos Faſtos Julianos? ſed detraxit hoc pallium ille Hirtius, qui pluribus diebus ante Mundenſem pugnam, opidum quoddam à Cæſare captum ſcribit, undecimo Kal. Martias. Igitur poſt id tempus Liberalia, de quibus illi ſermo. hæc Lipſius. Tu de conflictu hoc ad Mundam vide Plutarch. in Cæſare: Appian. libro ſecundo bel. civ. Strab. libro tertio: Sueton. in Cæſare cap. 36. & in Auguſto cap. 94. Valer. Max. lib. 7. cap. 6. *Idem.*

Opidum Mundam] *Munda* vulgo hodie *Monda*. Putant tamen alii antiquam Mundam eſſe, quæ hodie *Ronda Veja*: *Mondam* autem duobus inde milliaribus exſtructam fuiſſe ab Arabibus, priſcô retentô nomine, uti mos illis. *Merula.*

Car-

caſtris antea Pompeii præpoſitus eſſet, ejus verbis nuncium mittit; quum minus bellè haberet, ut mitteret lecticam, quà in opidum deferri poſſet. Litteris miſſis, Pompeius Carteiam defertur. Qui illarum partium fautores eſſent, conveniunt in domum, quò erat delatus: qui arbitrati ſunt clanculum veniſſe, ut ab eo, quæ vellent, de bello requirerent. Quum frequentia conveniſſet, de lectica Pompeius eorum in fidem confugit. Cæſar ex prælio munitione circumdata, Cordubam venit. Qui ex cæde eò refugerant, pontem occupaverunt. Quum eò eſſet ventum, conviciari cœperunt, nos ex prælio paucos ſupereſſe, quò confugeremus? Ita pugnare cœperunt de ponte. Cæſar flumen transjecit, & caſtra poſuit. Scapula totius ſeditionis familiæ & libertinorum caput, ex prælio Cordubam quum veniſſet, familiam & libertos convocavit: pyram ſibi exſtruxit, cenam afferri quàm opimam imperavit, item optimis inſternendam veſtimentis: pecuniam & argentum in præſentiâ familiæ donavit. Ipſe de tempore cenavit; * reſinam & nardum identidem ſibi infundit. Ita noviſſimo tempore ſervum juſſit, & libertum,

Carteiam] *Carteia*, teſte Livio, *in ora Oceani ſita eſt, ubi primum è faucibus anguſtis panditur Mare.* Ταρτησσὸς etiam Græcis legitur appellata, ut Strabo, Plinius & Pomponius teſtantur: *Ταρτήσσιον ὄλβιον ἄστυ* eſt apud Homerum. *Tarteſſo* nomen dediſſe volunt fluvium *Tarteſſum*, qui poſtea Bætis. Meminit autem non ſemel *Carteiæ* Cicero, eamque hic autor à Cordubâ abeſſe M. P. CLXX tradit: cujus verba, ſi vera ſint, ſatis arguunt, non bene Cluſium adferre Carteiam hodie eſſe *Cartagenam*; quod videret hanc ab illa non prorſus abludere. *Tariſſam*, quam Carteiam quidam opinantur, ex Tarteſſo corruptam, ſi quis dixerit, non admodum pugnabo. *Idem.*

Cæſar ex prælio munitione circumdata] Supplendum, *Mundæ opido:* quod modo hoſtium cadaveribus, pilis & ſcutis loco ceſpitum à Cæſarianis circumvallatum eſſe dixit. *Rhell.*

Cæſar flumen trajecit] Bætim haud dubiè: ſupra namque ex ſecundâ Europæ tabulâ Ptolemaicâ diximus, Cordubam non longè à Bæti diſſitam. *Idem.*

Scapula totius ſeditionis &c.] Appianus Scapulam unum ex Pompeii ducibus fuiſſe tradit. *Idem.* Sed præter hunc etiam *T. Quintii Scapulæ*, ut totius belli concitatoris, meminerunt M. Cicero epiſtolarum lib. 9 ad Dolabellam, & Dion Græcus autor lib. 43. *Gland.*

Totius ſeditionis familiæ] Lego voce adjecta, *totius ſeditionis autor.* Idem.

Ipſe de tempore cœnavit] Et hic autoris barbaries elucet, quando inquit, *de tempore*, pro *in tempore.* Rhell.

Reſinam & nardum identidem ſibi infundit] Beroaldus *vinum, reſinam & nardum* legit. Ne cui autem mirum videatur reſi-

tum, qui fuiſſet ejus concubinus, alterum ſe jugulare, alterum pyram incendere. Opidani autem, ſimul Cæſar caſtra contra opidum poſuit, diſcordare cœperunt uſque eò, ut clamor in caſtra noſtra perveniret, fere inter Cæſarianos & inter Pompeianos. Erant hic legiones, quæ ex perfugis conſcriptæ, partim opidanorum ſervi, qui erant à Sex. Pompeio manumiſſi, tunc in Cæſaris adventum deſcendere cœperunt. Legio XIII opidum defendere cœpit: nam quum jam repugnarent, turres ex parte & murum occuparunt. Denuo legatos ad Cæſarem mittunt, ut ſibi legiones ſubſidio intromitteret. Hoc quum animadverterent homines fugitivi, opidum incendere cœperunt: qui ſuperati, à noſtris ſunt interfecti hominum millia XXII; præterquam extra murum qui perierunt. Ita Cæſar opido potitus; dum hic detinetur ex prælio, quos circummunitos ſuperius demonſtravimus, eruptionem fecerunt; & bene multis interfectis, in opidum ſunt redacti. Cæſar Hiſpalim quum contendiſſet, legati deprecatum venerunt. Ita quum opidum ſeſe tueri dixiſſet: Caninium legatum cum præſidio intromittit. Ipſe caſtra ad opidum ponit. Erat bene magnum intra Pompeianas partes præſidium; quod Cæſaris præſidium receptum indignabatur, clam quendam Philonem, illum, qui

reſinam Romanis olim in deliciis fuiſſe, Plinius lib. 14, naturalis hiſtoriæ autor eſt: vina aſperiora in aliquâ Italiæ parte rabulana, pice ac reſinâ mitigata eſſe. Porro per *nardum* vel unguentum nardinum, vel factitium vinum ex nardo intelligere poſſumus. De quo videto eundem Plinium. *Idem.*

Quos circummunitos ſuperius demonſtravimus] Mundenſe præſidium innuit. Supra enim ait eos, qui ex prælio effugerant, ſe Mundam recepiſſe: eamque dein à Cæſare circumvallatam. *Idem.*

Erat bene magnum intra Pompeianas partes] Apparet locutionem iſtam, alioquin non illepidam, aut plus ſatis autori huic arriſiſſe: aut eum præ nimiâ verborum inopiâ nequiviſſe aliâ ad vitandam ὁμοιολογίαν uti. Nunc enim decies, & infra aliquoties illam uſurpavit, & quod majorem nauſeam facit, aliquoties in duabus periodis perpuſillô ſpatiô inter ſe diſtantibus; ut hic luce clarius cernitur. *Idem.*

Clam cuidam Philoni in &c.] Beroaldus aliter ad hunc legit modum: *clam erga quendam Philonem illum.* ſed (niſi totus fallor) utraque lectio vitioſa eſt. Si namque priorem ſequamur, conſtructio grammatica parum obſervata eſt. *Clam* enim non cum dandi, ſed auferendi caſu conſtruitur. Sin poſteriorem, æquè inepta

qui Pompeianarum partium fuiſſet defenſor acerrimus. Is totâ Luſitaniâ notiſſimus erat. Hic clam præſidio in Luſitaniam proficiſcitur; & Cæcilium Nigrum nomine Barbarum ad Lenium convenit; qui bene magnam manum Luſitanorum haberet. Rurſus in Hiſpalim opidum denuo noctu per murum recipitur, præſidium vigileſque jugulant, portas præcludunt: de integro pugnare cœperunt. Dum hæc geruntur, legati Carteienſes renunciarunt, quod Pompeium in poteſtate haberent: quod ante Cæſari portas præcluſiſſent, illô beneficiô ſuum maleficium exiſtimabant ſe lucrifacere. Luſitani Hiſpalim oppugnare nullo tempore deſiſtebant. Quod Cæſar quum animadverteret; ſi opidum capere contenderet, ut homines perditi incenderent, & mœnia delerent. [Ita] conſiliô habitô noctu, patitur Luſitanos eruptionem facere. Id quod conſultô non exiſtimabant fieri. Ita irrumpendo naves, quæ ad Bætim flumen fuiſſent, incendunt. Noſtri, dum incendio detinentur, illi profugiunt, & ab equitibus conciduntur. Quô factô, opidô recuperatô, Aſtam iter facere cœpit; ex qua civitate legati ad deditionem venerunt: Mundenſeſque, qui ex prælio in opidum confugerant, quum diutius circumſiderentur, bene multi deditionem faciunt: &, quum eſſent in legionem diſtributi, conjurant inter ſe, ut noctu ſignô datô, qui

inepta fermè verborum ſtructura, & oratio imperfecta eſt. Quocirca illam ſic emendaverim, *clam quidam Philone illo.* nam *quidam* etiam, pro *quodam*, ſecundum Donati grammaticam, dicitur. Hanc verò (quam etiam magis probo) ad hunc modum: *clam ergo Philonem illum*, ſupplendum *præſidium Pompeianum amandat*; ut *clam* adverbialiter ponatur. *Idem.*

Hic clam præſidio] Supple, *Cæſareano.*

Hiſpalim] Hiſpalim Epiſcopus Gerundenſis Straboni *Juliam Romuleam* vocari, & hodie Cluſius & Tarapha *Sevillam*, aiunt. Emporium Hiſpaniæ celeberrimum eſt. *Ortelius.*

Aſtam] *Aſtam* Navagierus nunc illud opidum eſſe putat, quod Hiſpanis dicitur *Xeras de la Fontera.* Strabo *Aſtam*, quæ Antonino *Haſta* per aſpirationem, cum Nebriſſa ad æſtuaria Bætis collocat. Moralis nomen etiam hoc tempore retinere ait, vel locum illum eſſe, circa *Guadeletem* amnem, qui vulgo *Maſa de Aſta.* Ortelius haud multum abeſt, quin ſubmerſam putet cum inſula Tarteſſo in Bætis oſtio. Præſtantiſſimos totius Hiſpaniæ equos ager hujus opidi profert, vulgus *Genettas* nuncupant. *Merula.*

qui in opido fuiſſent; eruptionem facerent; illi cædem in caſtris adminiſtrarent. Hâc re cognitâ, inſequenti nocte, vigiliâ tertiâ, teſſerâ datâ, extra vallum omnes ſunt conciſi Mundenſes duces. Cæſar in itinere reliqua opida oppugnat: quæ propter Pompeium diſſentire cœperant. Pars erat, quæ legatos ad Cæſarem miſerat: pars, qui Pompeianarum partium eſſent fautores. Seditione concitata portas occupant. Cædes fit magna. Saucius Pompeius naves XXX occupat longas, & profugit. Didius, qui Gadis claſſi præfuiſſet, ad quem ſimul nuncius allatus eſt, confeſtim ſequi cœpit; partim peditatibus & equitatibus ad perſequendum celeriter iter faciens. Item IV die navigatione confecta, inſequuntur. Qui imparati à Carteiâ profecti ſine aquâ fuiſſent, ad terram applicant. Dum aquantur Didius claſſe occurrit, naves incendit, nonnullas capit. Pompeius cum paucis profugit, & locum quendam munitum natura occupat. Equites & cohortes, quæ ad perſequendum miſſæ eſſent, ſpeculatoribus ante miſſis, certiores fiunt: diem & noctem iter faciunt. Pompeius humero & ſiniſtro crure vehementer erat ſaucius. Huc accedebat, ut etiam talum intorſiſſet: quæ res maximè impediebat. Ita lectica à turre qua eſſet allatus, in ea ferebatur. Luſitanus more militari, quum à Cæſaris præſidio fuiſſet conſpectus, celeri-

Gadis] Apparet hic *Gadis* dici numero ſingulari, ita ut pro alterutra harum inſularum (duæ enim ſunt in extremô Europæ, extra freti Gaditani anguſtias teſte Plinio, ſitæ) ſumatur. Aliàs etiam *Gades* vocantur. Nunc *Gades* inſula anguſtô ſpatiô à continente diviſa *Cadiz*, & corruptè *Calis*, vel etiam *Calis Malis*, à noſtris nautis, ad differentiam *Cales* ſive *Caleti* in Gallia, nuncupatur. *Montan.*

Equites & cohortes] Horum præfectus fuit Cæſennius Lento, ut tradit Dion.

Pompeius humero ſaucius] Pompeius hic natu major eſt, prænomine *Cnæus*: junior enim *Sextus* dictus. Ita de eo Appianus: *Cum autem*, inquit, *& eos, qui ipſum in lectica portabant, deſperantes intueretur, veritus ne ab illis traderetur hoſtibus, fugâ denuo initâ ſcapham ingreſſus eſt: pede caſu à funibus implicito, dum funem gladio ſecare nititur, pedis plantam gladiô abſcidit*, &c. *Montan.*

Ita lectica] Lego, *Itaque lectica à turri, in quam erat allatus, ferebatur.* Glandorpius.

Luſitanus more militari] Lego, *Luſitanus autem militari more præcedens.* Idem.

Ac-

leriter equitatu cohortibuſque circumcluditur. Erat acceſſus loci difficultas. Nam idcirco, quod propter ſuos à noſtro præſidio fuiſſet conſpectus, celeriter munitum locum natura ceperat ſibi Pompeius, quem vix magna multitudine deducti homines ex ſuperiore loco defendere poſſent. Subeuntes in adventu noſtri depelluntur telis: quibus cedentibus, cupidius inſequebantur adverſarii, & confeſtim tardabant ab acceſſu. Hoc ſæpius facto, animadvertebatur noſtro magno id fieri periculo. Opere circummunire inſtituit: pari autem & celeri feſtinatione circum munitiones in jugo dirigunt; ut æquo pede cum adverſariis congredi poſſent. A quibus quum animadverſum eſſet, fuga ſibi præſidium capiunt. Pompeius, ut ſupra demonſtravimus, ſaucius & intortô talô, idcirco tardabatur ad fugiendum: itemque propter loci difficultatem, neque equo, neque vehiculo ſaluti ſuæ præſidium parare poterat. Cædes à noſtris undique adminiſtrabatur, excluſa munitione, amiſſiſque auxiliis. Ad convallem autem atque exeſum locum, ut ſpeluncam, Pompeius ſe occultare cœpit; ut à noſtris non facile inveniretur, niſi captivorum indicio. Ita ibi interficitur. Quum Cæſar gradiebatur Hiſpalim, pridie Id. Aprilis caput allatum, & populo datum eſt in conſpectum. Interfecto Cn. Pompeio adoleſcente, Didius, quem ſupra demonſtravimus, illâ affectus lætitiâ, proximo ſe recepit caſtello, nonnullaſque naves ad reficiendum ſubduxit. Luſitani, qui ex pugna ſuperfuerunt, ad ſignum

Acceſſus loci difficultas] Lego, *acceſſus loci difficilis*. Idem.

Quem vix] Lego, *in quem vix*, &c. *deſcendere poſſent*. Idem.

Et confeſtim tardabant] Lego, *& vulneribus confectos tardabant*. Idem.

Excluſa munitione amiſſiſque auxiliis, &c.] Et hunc locum Appiani verba planiorem facere poſſunt, quæ ſic habent: *Quum denuo quæreretur ab hoſtibus, per iter profundum dumiſque obſitum fuga elabitur: ſentibus vulnus ſtimulantibus, ſub arbore tandem feſſus conſtitit. Deprehenſus itaque ab his, qui illum inquirebant, non ignavè ſe protegens interfectus eſt*. Rhellican.

Pridie Iduum Aprilis caput] Scilicet *Cnæi Pompeii allatum*, ſupple, *à Didio*, ut Plutarchus ſcribit. Ut autem Appianus addit, Cæſar illius caput ad ſe perlatum humandum curavit. *Idem*.

Qui

ſignum ſe receperunt, & bene magnâ manu comparatâ, ad Didium ſe reportant. Huic etſi non aberat diligentia ad naves tuendas; tamen nonnunquam ex caſtello propter eorum crebras excurſiones, ejiciebatur; & ſic prope quotidianis pugnis inſidias ponunt, & tripartito ſigna diſtribuunt. Erant parati, qui naves incenderent, incenſiſque qui ſubſidium repeterent. Ii ſic diſpoſiti erant, ut à nullo conſpectu omnium ad pugnam contenderent. Ita quum ex caſtello Didius ad propellendum proceſſiſſet cum copiis, ſignum à Luſitanis tollitur: naves incenduntur: ſimulque qui in caſtello ad pugnam proceſſerant, eodem ſigno fugientes latrones dum perſequuntur, à tergo inſidiæ clamore ſublato circumveniunt. Didius magna cum virtute cum compluribus interficitur. Nonnulli eâ pugnâ ſcaphas, quæ ad litus fuerant, occupant. Item complures nando, ad naves, quæ in ſalo fuerunt, ſe recipiunt. Anchoris ſublatis, pelagus remis petere cœperunt. Quæ res eorum vitæ ſubſidio fuit. Luſitani prædâ potiuntur. Cæſar Gadibus rurſus ad Hiſpalim recurrit. Fabius Maximus, quem ipſe ad Mundam præſidium oppugnandum reliquerat, operibus aſſiduis, hoſteſque circum ſeſe intercluſi, inter ſe decernere, factâ cæde bene magnâ, * eruptionem faciunt. Noſtri ad opidum recuperandum occaſionem non prætermittunt, & reliquos vivos capiunt, ac deinde Urſaonem proficiſcuntur: quod opidum magnâ munitio-

Qui ſubſidium repeterent] Locus eſt mutilus, quod indicat adverbium *tripartitò*, cùm tantùm duas Luſitanorum partes ſeu manus nominarit. Opinor autem legendum, *incenſiſque qui ſubſidium allatum repellerent*. Gland.

A nullo conſpectu] Lego, *à nullo conſpecti omnino*. Idem.

Operibus aſſiduis] Locus ita corruptus, ut illi ſuccurri non poſſit. *Idem*.

Urſaonem] Hirtii vel Oppii verba conveniunt cum hodierno ſitu. A Munda Urſaonem uſque unius diëi iter eſt: opidum aquam nullam habet conterminam: arborum genus ſimiliter nullum; præter olivarum copiam; quas proculdubio Pœni, Romanis Hiſpaniſque ad terræ cultum procliviores, poſt immanem illam Gothorum provinciæque totius cladem, ibidem plantarunt. Inventa commemorantur ibi fragmenta teſtacea, quæ ſequentes literas præferebant: O F F. P A T R. U R S. *Merula*.

Com-

itione continebatur; ſic, ut ipſe locus non ſolùm ope-e, ſed etiam naturâ editus, ad oppugnandum hoſtem bverteret. Huc accedebat, quod aqua præterquam in pſô opidô, non erat: nam circumcirca rivus nuſquam eperiebatur propius millia paſſuum IIX. Quæ res magno erat adjumento opidanis. Tum præterea accedebat, ut agger materieſque, unde ſolitæ ſunt turres agi, ropius millia paſſuum VI non reperiebantur. Ac Pompeius, ut opidi oppugnationem tutiorem efficeret, omnem materiam circum opidum ſucciſam intrò congeſit. Ita neceſſariò deducebantur noſtri, ut à Munda, quam proximè ceperant, materiem illo deportarent. Dum hæc ad Mundam geruntur & Urſaonem; Cæſar, quum à Gadibus ad Hiſpalim ſe recepiſſet, inſequenti lie, concione advocatâ, commemorat: Initio quæſturæ uæ eam provinciam ex omnibus provinciis peculiarem ibi conſtituiſſe; &, quæ potuiſſet, eo tempore beneficia largitum eſſe. In ſequenti prætura ampliato honore, vectigalia, quæ Metellus impoſuiſſet, à Senatu petîſſe, & is pecuniis provinciam liberaſſe: ſimulque, patrocinio uſcepto, multis legibus ab ſe in Senatum inductis, ſimul publi-

Commemorat initio quæſturæ ſuæ] Oratio hæc expoſtulatorii generis eſt. Primùm namque ingentia beneficia non ſolum in Hiſpalenſeis, verùm etiam totam ulterioris Hiſpaniæ provinciam Cæſar commemorat: ac deinde eorundem maleficia viciſſim recenſet, atque immanem ingratitudinem eis exprobrat. Cæterùm quod Oppius Quæſturæ ac Præturæ ejuſdem apud Iberos geſtæ mentionem eſſe factam tradit, non frivolum & commentitium eſt. Siquidem Plutarchus in illius vita recenſet, Cæſarem Quæſtorem cum Tuberone prætore in Iberiam profectum eſſe: & poſtea ipſum quoque inibi præturam geſſiſſe. *Rhellic.* Imo geſſit præturam anno ab U. C. DCXCI & Tuberonis filium quæſtorem habuit. Conſul autem deſignatus eſt cum M. Bibulô quadrienniô poſt, annô nempe ab U. C. DCXCV. *Montan.*

Metellus] Eſt hic Q. Metellus Pius bellicis laudibus maximè inſignis: cui à Sertoriô variis cladibus fractô, primùm Lollius è Narbonenſi Galliâ ſubſidio venit; & poſt Lollium, cum magnis copiis Pompeius. Proculdubiò difficili iſto tempore ad ſublevationem Sertoriani belli gravia aliquot vectigalia Hiſpaniæ ille impoſuit. Et hæc forte hôc locô intelliguntur. *Montan.*

Multis legibus] Glandorpius, Beroaldus & Rhellicanus ſubſtituunt *legationibus.* Et rectè quidem. Quid enim hoc eſt, *leges inducere in Senatum*? Novimus multas à Cæſare latas. Sed ſi ex verbis his ſenſum commodum elicere velimus:

publicas privataſque cauſſas, multorum inimicitiis ſuſceptis, defendiſſe: ſuo item in conſulatu abſentem, quæ potuiſſet commoda provinciæ tribuiſſe. Eorum omnium commodorum eſſe & immemores & ingratos in ſe & in Populum Romanum, hoc bello & in præterito tempore cognoſſe. Vos jure gentium, inquit, & civium Romanorum inſtitutis cognitis, more barbarorum Populi Romani Magiſtratibus ſacroſanctis manus ſæpe & ſæpius attuliſtis: luce clara Caſſium in mediô forô nefariè interficere voluiſtis. Vos ita pacem ſemper odiſtis: ut nullo tempore legiones deſint Populi Romani in hac provincia haberi. Apud vos beneficia pro maleficiis, maleficia pro beneficiis habentur. Ita neque in otio concordiam, neque in bello virtutem ullo tempore retinere potuiſtis. Privatus ex fuga Cn. Pompeius adoleſcens à vobis receptus, faſces imperiumque ſibi arripuit. Multis interfectis civibus, auxilia contra Populum Romanum comparavit, agros veſtramque provinciam veſtro impulſu depopulavit. In quos vos victores exiſtimabatis? An me deleto, non animadvertebatis x habere legiones Populum Romanum, quæ non ſolum vobis obſiſtere, ſed etiam cœlum diruere poſſent? quarum laudibus & virtute

Deſunt reliqua.

mus: correctio citata probanda eſt. Vult itaq; legationes horum provincialium à ſe in Senatum introductas, & eorum cauſas ſimul ſuſceptas. *Montan.*

Magiſtratibus ſacroſanctis manus] Haud dubiè illam taxat perfidiam, quæ à Pompeiano præſidio orta, eò evaſit, ut Luſitanis Hiſpalim Philonis operâ receptis, magna clades à Cæſareano præſidio accepta ſit. Quamquam id non interdiu, ſed noctu factum eſſe ſuperior Oppii deſcriptio oſtendit. *Rhellican.*

Quarum laudibus & virtute] Multa hic deſunt, non orationi Cæſaris tantùm, ſed integræ rerum hôc totô bellô geſtarum narrationi. Nam cum Cæſar pridie Id. Aprilis Hiſpalim ingreſſus tradatur, pridie Calend. Maias indidem literas conſolatorias ad Ciceronem, ſuper obitu filiæ, dedit, ut teſtatur ipſe Cicero in epiſtolis ad Atticum lib. 13. Deinde dum reliquas urbes ſubigit, dum totam provinciam pacat, menſes aliquot tranſierunt. Octobri namque demum in urbem rediiſſe Cæſarem, auctor eſt Velleius Paterculus. Interea multa geſta eſſe Cæſari apud Hiſpanos relatu ſcituque digna, quis eſt cui dubium relinquatur? *Glandorpius.*

HISTORIÆ IVL. CÆSARIS FRAGMENTUM

EX V. C.

De quô ſcias: reperta fuiſſe iſta in Cujacii codice ſine ullo nomine; in codice autem eadem Petaviano, ſub nomine PETRARCHÆ: quæ quia videbantur facere ad eum librum ultimum, addere nos hic voluiſſe.

NAM diuturnitas belli pacem, labor requiem, triumphum victoriæ flagitant; non civiles quidem iſtæ, ſed hoſtiles illæ, de quibus antea dixeramus. Quô modô autem triumpharet, aut quâ ratione quieſceret, de quo ſcriptum ſit, nil actum credens cum quid ſupereſſet. Pompeii Magni filii Hiſpanias occuparant (ſequebatur autem illos non quidem patris virtus, ſed hominum favor ingens, & paternum nomen) Cneus & Sextus. Sic pro uno duos ſubſtituerat fortuna Pompeios. Egeratque Cn. major natu, cui plus induſtriæ inerat atque conſilii, confugiendo in fidem & clientelam omnium Hiſpaniæ civitatum, precandoque fortunam ſuam miſerando, Patriſque memoriam renovando; ut ſibi multum jam licentiæ partum eſſet. Nec precibus tantùm, ſed vi etiam congregato exercitu inciperet provinciam vaſtare; ita ut pedetentim qui favorabiles ab initio fuerant, eſſe inciperent odioſi. Hunc ſibi noviſſimum belli actum minimè negligendum ratus Cæſar, eò raptim proficiſcitur. Duo in hoc iter vix auditu credibilia inciderunt. Nam etiam ab urbe Româ in Hiſpaniam ulteriorem immenſum terræ ſpatium emenſus, IV & XX die pervenit: viatori, ne dicam exercitui, celeritas optanda. Magnum: hoc quod ſequitur, majus. Horum ſiquidem tam paucorum ſpatio dierum, tam multas inter curas, Poëma ſcripſit, quod inſcripſit Iter, quod illud ſcilicet in itinere edidiſſet. Sic Pierides armis inſerere, etiam nunquam otioſus eſſe didicerat. Primô Cæſaris in Hiſpaniam adventu civitatum motus ingens fuit, undique legati

ad

ad eum, undique transfugæ. Iam enim Pompeiani juvenes ſive in odium, ſive in tædium verti cœperant; etiam ut nulla eſſet in eis culpa. Mos eſt tamen antiquus populorum ſemper novos dominos, novas res optare; etiam fama Cæſaris haud immerito ſuper omnes excreverat: ut univerſi homines ejus ſplendore caperentur, cuperentque coram cernere, quem uſque adeo mirabilem audiebant. In hôc principiô ipsô maris in hoſtiô, ubi Oceanus terris illabitur, etiam Mediterraneum hoc pelagus noſtrum parit, inter legatos invicem partium hinc Didium, illinc Varum, & ambobus cum ipſa tempeſtate creatum eſt. Nec minus à ventis & fluctibus, quàm ab hoſtibus, periculi, atque horroris, dum & hinc hoſtes ſævirent, & illinc ſævitiam rabiemque hominum maria coërcerent, utraque claſſe, bellô ſimul & naufragiô laborante, duæ partes, duo maria, duplex furor, duæ elementorum atque hominum procellæ. Per hos dies à Cæſarianis duo pedites capti ſunt, qui ſe ſervos dicerent. Non licuit in his Cæſari ſuam conſuetudinem ſervare. Antequam ad eum deducerentur, quod à Cæſariano exercitu transfugiſſent, recogniti etiam à militibus interfecti ſunt. Et tabelliones capti, qui ad Pompeium Corduba mittebantur, etiam præciſis illico manibus ſunt remiſſi. Similiter ſpeculator Pompeianus captus, atque occiſus eſt. Credo ego iratos bello milites, & Imperatoris ſui morum conſcios atque clementiæ, hoc remedii genus excogitaſſe, ne quis faciem ejus videret, ut ſic nullus evaderet. Cordubam Pompeii tenebant, Cæſar obſidebat. Illis tamen abſentibus, multis ibi etiam magnis præliis decertatum eſt. Cumque die quodam ferro & flammis ſolitò etiam gravius pugnaretur, opidani irâ in furorem verſâ, hoſpites qui ſecuri ſecum jure veteris hoſpitii morabantur, inſpectante Cæſaris exercitu, jugulatos è muris præcipitare; quaſi crudelitate, non virtute victoria quæreretur, inceperant. Spectaculum miſerum atque horrendum. Qua re ex gemitu morientium audita: unus qui ad tutelam muri ſub terram in cuniculo erat, exclamavit; Tetrum ſcelus & immane flagitium, nullaque non barbarie deteſtandum commiſiſtis abſque ullâ cauſsâ. Nihil enim mali merebantur, qui nihil mali fecerant; qui ad vos veſtraſque ſe aras & focos infauſtâ fiduciâ contuliſ-

*tuliſſent. Ius hoſpitii ſanctum gentibus ſoli vos ſpreviſtis, atque utinam ſpreviſſe ſufficeret. Inhumano illud ſcelere violaſtis. Multa quoque in hanc ſententiam dixit: quorum verecundiâ repreſſi cives ab hoſpitum cædibus ſe continuerunt. Sic interdum unius boni viri multos inter malos valuit oratio, etiam inter hoſtes, etiam ſuum honorem virtus invenit. Ea res relatu transfugæ in exercitu primum Cæſaris innotuit. Die proximo Tullius quidam cum Catone quodam Luſitano legatus ex opido ad Cæſarem venit. Hujus prima pars orationis fuit optare, ut ſuus potius felicitate, quàm in illius miſeriâ præſtitiſſet. Finis autem fuit ſe à Pompeiô deſertos, victos à Cæſare, ſeque & opidum dedere, atque orare ut clementiam quam victis gentibus præbuiſſet, ſuis civibus non negaret. Multa præter hæc locutus eſt, quæ ſcriptorum vitio confuſa vix intelligi poſſunt. Vnum illud intelligitur, quod multis ultro citroque dictis tunc deditio non proceſſit. Creſcebat, ut ſit, in dies obſidio, nec Pompeius exſpectatam opem aut ferebat, aut mittebat obſeſſis. Quin etiam pro concione dixiſſe ferebatur; ut quoniam eis auxiliô adeſſe non poſſet, ipſi noctu etiam beneficio tenebrarum è conſpectu hoſtium evaderent. Quod cum diceret unum ex aſtantibus reſpondiſſe, ut pugnæ potius quàm fugæ ſignum daret; eumque qui id dixiſſet, quaſi duci ignaviam exprobraſſet, neci datum. Hæc quoque res ex * profugis agnita, intus quoque in opido anguſtiæ * ita neceſſe eſt, creſcebant. Matrona è muro deſiliens dixit ſe cum ancillâ ſuâ ſtatuiſſe transfugere: illam, ſorte cognitô propoſitô, jugulatam: ſe fuga præcipiti evaſiſſe. Tabellæ quoque è muris projectæ, ſunt inventæ; in quibus ſic ad literam ſcriptum erat, L. Munatius Cæſari. Si mihi vitam tribuis, quoniam à Cn. Pompeio ſum deſertus, qualem me illi præſtiti, tali virtute, etiam conſtantia futurum me in te præſtabo. Simul & legati, qui prius venerant, ad Cæſarem redierunt. Eorum oratio ſimplex fuit & aperta, & brevis. Si eis vitam largiretur ſe die proximo opidum dedituros. Quibus Cæſar hoc unum breve reſpondit; Cæſar ſum, fidem præſtabo. Sic effectum eſt ut ante diem XI Kalendar. Mart. opido potiretur. Id cum Pompeio notum eſt, depoſita ſpe curaque Cordubæ defendendæ, caſtriſque motis, abſceſſit ac Vcubim opidum petiit. Ibique*

que convocatis quos ſibi fidos arbitrabatur, imperavit; ut ſummô ſtudiô perquirerent, qui ad eum, quive ad Cæſarem proni eſſent. Quod cum ad ſe relatum eſſet, LXIV *ex his qui faventes Cæſaris victoriæ dicebantur, quaſi Cæſarem amare ingens crimen eſſet, ſecuri ictos occidit.* Reliquos *intra opidum incluſit,*equitibus* CXX *recluſis cuſtodiis ad Cæſarem transfugerunt. Multa præterea ab ipſis Pompeianis per eoſdem dies crudeliter geſta ſunt; ceu præſagientibus fati diem ſibi inſtare, & (qui mos ferus eſt quorundam) inferias ſibi præmittere aliena cæde quærentibus. Pompeius hoc tempore magnanimitatem ſuam, etiam metum Cæſaris ſimulabat. Inventæ ſunt literæ ejus continentes Cæſarem non audere in campum copias educere, ſuis tyronibus diffidentem, qui ſi copiam æquis in locis aliquando faceret, ſe rem omnium opinione celerius confecturum, idque ſe expectare, etiam ſperare. Ibat præterea Hiſpanias ambiendo, ut ipſe dicebat, civitates ſuarum partium conſervando. Itaque Hiſpalin venit, contraque urbem in oliveto caſtra poſuit. Inde alias atque alias adiit. Ad extremum Mundæ ſubſtitit, quam ſupremis cladibus ejus fortuna delegerat. Eo & Cæſar venit, contraque Pompeium caſtra metatus eſt. Pompeius Fauſto ſcripſerat: qui quantum datur intelligi, intra opidum erat: Cæſarem mediam in vallem nolle deſcendere, quod exercitus ſui magna pars tyronum eſſet. Quæ literæ miris modis opidanorum animos attollebant. Cupidè enim ſpes arripiunt omnes mortales, etiam ea ſibi fingunt animis, quæ nec eſſe, nec fieri poſſe cognoſcunt. Tam dulce eſt non dicam ſperare, ſed cogitare quæ delectant. Quod enim impoſſibilia ſperentur, non intelligo. Cogitari autem poſſunt omnia. Dum ſe ſic Pompeius, ſic alios ſolaretur, & ingenti, quantum arbitror, ſollicitudine agitatus, magna parte noctis ſtructis inſtaret aciebus; Cæſar, neſcio quonam iter acturus, caſtris egrediebatur. Cui cum ſtatus hoſtium nunciatus eſſet, conſtitit, conſtituitq; aciem. Concurſum eſt magnis hinc inde clamoribus; ſed majoribus animis, ineffabilibus odiis atque immenſis, pugnatumq; acriter ac pertinaciter, & (quod pene pudendum dixeris humanæ fragilitatis indicium) nuſquam Cæſari, aut cum hoſtibus, aut cum civibus tam anceps eventus, extremove periculo propius res fuit. Vſque adeo ut (ſicut elegantiſsimè ait Florus)*

planè

planè videretur neſcio quid deliberare fortuna: etiam quid aliud rear, niſi, an amicum ſuum uſque in finem rara etiam ſibi prorſus inſolita fide comitaretur, an eum extremo jam calle deſereret, ad alium tranſiret? Tantaque hæc fortunæ deliberatio tam diuturna, ut inter moras prælii, neutram in partem inclinante victoria, cum jam veterana illa militum manus tot probata victoriis (Cæſareis oculis inſuetum dedecus) ſenſim retrofugeret, nec quominus palam fugeret tam virtute, quàm pudore teneretur. Quod nunquam ante illum diem fecerat, dubitare Cæſar ceperit atque diffidere, etiam ſolitò mæſtior ante aciem ſtare, ita tamen ut nihil idem de ſolitâ imperatoriâ virtute remitteret: imo equo deſiliens, & furenti ſimillimus, primam peditum in aciem evolaret, clamans, increpans, obſecrans atque exhortans. Nec tamen voce & oculis, ſed manu & pectore fugam ſiſtens, etiam fugere incipientes in prælium vi retorquens. Tanta denique trepidatio lucis illius fuit, tamque diu ambiguus pugnæ finis, ut cogitaſſe Cæſarem de extremis, ſcriptorum plurimi tradiderunt; & eo vultu fuiſſe, quaſi jam mortem ſibi conſciſcere cogitaret. Quanquam apud eos, qui prælio interfuerunt, nulla penitus rei hujus eſt mentio. Et eſt ſane difficile non tantùm abſentibus, ſed præſentibus, diffinire quid quiſque ſecum cogitet: ego autem haud difficile ad credendum ducar: quod ſi de victoria Cæſar timuit, ſimul & de morte cogitavit. Quando enim, quove animo uni adoleſcenti terga vertiſſet is, qui patrem ejus talem virum, qui tot reges, qui tot duces, qui tot populos, non urbium modo, ſed regnorum totiens terga ſibi vertere coëgiſſet. Vtique igitur ſi vinci timuit, mori optavit, vincere ſolitus, non vinci. Sed an vinci timuerit, quis novit? Dicunt tamen etiam, quidam etiam pro compertô afferunt. Tandiu hæc rerum ambiguitas duravit, donec quinque cohortes hoſtium à Labieno caſtris laborantibus directæ, mediamque per aciem properantes fugæ ſpeciem prætenderunt. O fortuna in omni re, ut creditur, potens, ſed in bello potentiſſima! Siquidem Cæſar ſive illas vere fugere arbitratus, ſive credulitatem ſimulans ducum ſagaciſſimus; veluti in perfugas impetum fecit, animoſque etiam ſuis addidit, ut fugere hoſtes rati ſequerentur, etiam hoſtibus de-

miſit, ut dum ſuos fugere arbitrantur, fugerent. Ita Labienus Cæſaris deſertor ac transfuga, ſuique priſtini ducis hoſtis inexorabilis, cui parare perniciem quærebat, victoriam inſperatam peperit; eô enim prælio & ipſe concidit, unaque ſecum Actius Varus, & cum eis XXX millia hominum cecidere. Cecidiſſent plures niſi tam proximum urbis profugium fuiſſet. De victoribus ad tria millia hominum cæſi, plures ſaucii equitum ac peditum. Itaque cum Cæſar muris obſidionem admoviſſet, agger flebilis etiam horrendus de cadaveribus factus eſt, per quem ad oppugnationem urbis aſcenderetur, quæ telis ac mucronibus velut calce compacta invicem cohærebant; murique officium miniſtrabant. Ite nunc miſeri, & civilibus bellis incumbite, dumque aliis invidetis, vos ipſos opprimite. Ecce de veſtris cadaveribus ſuperſtites oppugnantur. An aliud petitis, an quidquam furoribus etiam nunc veſtris deeſtur? An vult aliud Labienus tam fervidis inſultator? Et alii cecidere tuis inſtigatibus, Labiene, & tu miſer cum aliis cadaver unicum jaces: quamvis & tibi etiam Varo ſepulcra facta reperiam. Et quoniam tuis in eo ſtatu vacaſſe non arbitror, æſtimo illa Cæſareæ (tibi quod prorſus indebitæ) fuiſſe clementiæ: ſatiſque auguror, ſi ſic eſt, te obſtinato, ut eras, animo inhumatum abjici maluiſſe. Cneus quidem Pompeius & humerô & lævô crure ſauciô inter medias cædes prælio pulſus exceſſit. Hunc in lectica, quod nec equo nec vehiculo uti poſſet, nemoroſa avia penetrantem fuga humili & occulta, atque in ſpeluncis latitantem, Cæſonius Cæſaris legatus reſiſtentem adhuc, etiam miſeræ ſpei reliquias refoventem, aſſequutus ad Lauronem (id eſt loco nomen) obtruncat: caput ad Cæſarem refertur, talibus aſſuetum muneribus non gaudentem. Hujus germanum Sextum Pompeium in Celtiberia abſcondiſſe fortunam tradunt, ne quando ſcilicet deeſſent bellis civilibus alimenta. Munda poſt prælium expugnata quidem à Cæſare, ſed ingenti prius ſanguinis perfuſa diluvio. Per eoſdem dies oppugnata rurſus Corduba: quæ qualiter defeciſſet non invenio. Magni ibi motus, ingens in civitate diſſenſio, parte una ad Cæſarem, altera in contrarium inclinante; cumque eſſet ad arma diſcurſum, vicit pars quæ Cæſarem colebat, ſibique opidum ceſſit. De parte adverſa

duo

duo & viginti millia cecidere, quamvis magnæ urbi civilibus inſignis ſtrages. Cæſar Hiſpali digreſſus Idibus Aprilis, Gades petiit. Inde rurſum Hiſpalim rediit, ut Hiſpanas res, velut ultima voluntate, diſponeret; quò reverſurus amplius non erat. Ibi verò concione advocata, beneficia ſua in eam urbem commemoravit & antiqua, etiam nova. In finem eos arguit, tanquam mala pro bonis omni tempore reddidiſſent, in pace ſeditioſi, in bello autem ignavi. Quod Cn. Pompeius adoleſcens, eorum ſotus auxilio, cæſis civibus, agros & viciniam vaſtaſſet; etiam illic contra ſe ſaſces, etiam imperium ſuſcepiſſet: imo verò contra populum Romanum, cujus ipſe regimen teneret. Quid enim? Crederentne forſitan Hiſpalenſes, Romanos vincere, quod eorum provinciam populati eſſent? An extincto Cæſare, qui mortalis eſſet, non ſentirent Romanum populum immortalem, & in præſens decem habere legiones, quæ non tantùm Hiſpalenſibus reſiſtere, ſed cœlum ipſum diruere ſint potentes? Quô in verbô non ſolùm illa ineſt altitudo, quæ omnibus patet; ſed illa etiam occultior, quod in recenſendis viribus Romanis, non omnes, ſed ſuas tantùm dinumerat legiones, quaſi reliquas nullius pretii, & ne memoria quidem dignas cenſeat. Multa hic hiſtoriæ in loco ſcripta, ſcriptorum vitio confuſa, prætereo ad finem properans. Hic ergo bellorum civilium finis.

C. JULII CÆSARIS
FRAGMENTA.
EX LIBRIS EPISTOLARUM AD MARCUM TULLIUM CICERONEM.

Cæſar Imp. S. D. Ciceroni Imp.

QUUM Furnium noſtrum tantum vidiſſem, neque loqui, neque audire me commode potuiſſet; quum properarem, atque eſſem in itinere, præmiſſis jam legionibus; præterire tamen non potui, quin & ſcriberem ad te, & illum mitterem, gratiaſque agerem. etſi hoc officium & feci ſæpe, & ſæpius mihi facturus videor: ita de me mereris. inprimis à te peto, quoniam confido me celeriter ad Urbem venturum, ut te ibi videam, ut tuo conſilio, gratia, dignitate, ope omnium rerum uti poſſim. ad propoſitum revertar: feſtinationi meæ brevitatique literarum ignoſces. reliqua ex Furnio cognoſces. Vale. *Ex Cic. lib. 9. Epiſt. ad Attic. Epiſt. 5.*

Cæſar Imp. Ciceroni Imp. S.

Recte auguraris de me (bene enim tibi cognitus ſum) nihil à me abeſſe longius crudelitate. atque ego quum ex ipſa re magnam capio voluptatem, tum meum factum probari abs te, triumpho & gaudeo. neque illud me movet, quod ii, qui à me dimiſſi ſunt, diſceſſiſſe dicuntur, ut mihi rurſus bellum inferrent: nihil enim malo, quam & me mei ſimilem eſſe, & illos ſui. Tu velim mihi ad Urbem præſto ſis, ut tuis conſiliis atque opibus, ut conſuevi, in omnibus rebus utar. Dolabella tuo nihil mihi ſcito eſſe jucundius. hanc adeo habebo gratiam illi, neque enim aliter facere potuit; tanta ejus humanitas, is ſenſus, ea in me eſt benevolentia. Vale. *Ex Cic. lib. 10. Epiſt. ad Attic. Epiſt. 9.*

Cæſar Imp. Ciceroni Imp. S.

Etſi te nihil temere, nihil imprudenter facturum judicarem, tamen permotus hominum fama, ſcribendum ad te exiſtimavi, & pro noſtra benevolentia petendum, ne quo progredereris inclinata jam re, qua integra etiam progrediendum tibi non exiſtimaſſes. namque & amicitiæ graviorem injuriam feceris, & tibi minus commode conſulueris, ſi non fortunæ obſecutus videbere; omnia enim ſecundiſſima nobis, adverſiſſima illis accidiſſe videntur; nec cauſſam ſecutus; (eadem enim tum fuit, quum ab eorum conſiliis abeſſe judicaſti;) ſed meum aliquod factum

ctum condemnaſſe: quo mihi gravius abs te nihil accidere poteſt: quod ne facias, pro jure noſtræ amicitiæ à te peto. Poſtremo, quid viro bono, & quieto, & bono civi magis convenit, quam abeſſe à civilibus controverſiis? quod nonnulli quum probârent, periculi cauſſa ſequi non potuerunt. tu, explorato & vitæ meæ teſtimonio, & amicitiæ judicio, neque tutius, neque honeſtius reperies quidquam, quam ab omni contentione abeſſe. xv Kal. Mai. ex itinere. Vale. *Ex Cic. lib.* 10. *Epiſt. ad Attic. Epiſt.* 9.

M. Furium quem mihi commendas, vel regem Galliæ faciam, vel Leptæ legatum: ſi vis tu, ad me alium mitte, quem ornem. *Ex Cic. lib.* 7. *Epiſt. ad Fam. Epiſt.* 5. *ad Cæſ.*

Neque pro cauto ac diligente ſe caſtris continuit. *Ex Chariſ. lib.* 1.

Quid quæris quid Cæſar ad me ſcripſerit? quod ſæpe, gratiſſimum ſibi eſſe, quod quierim: oratque in eo ut perſeverem. *Ex Cicer lib.* 8. *Epiſt. ad Attic. Epiſt.* 11.

De tribunatu quod ſcribis, ego vero nominatim petivi Curtio, & mihi ipſe Cæſar nominatim Curtio paratum eſſe reſcripſit. *Ex Cic. lib.* 3. *Epiſt. ad Quinctum Fratrem, Epiſt.* 1.

Quod quidem propemodum videor ex Cæſaris literis, ipſius voluntate facere poſſe: qui negat neque honeſtius neque tutius mihi quidquam eſſe, quam ab omni contentione abeſſe. *Ex Cicer. lib.* 10. *ad Attic. Epiſt.* 10.

Cæſar mihi ignoſcit per literas, quod non venerim, ſeſeque in optimam partem id accipere dicit. Facile patior quod ſcribit, ſecum Tullum & Servium queſtos eſſe, quia non idem ſibi quod mihi remiſiſſet, &c. ſed tamen exemplum miſi ad te Cæſaris literarum. *Ex Cic. lib.* 10. *Epiſt. ad Attic. Epiſt.* 3.

Sextius apud me fuit, & Theopompus pridie veniſſe à Cæſare narrabat literas: hoc ſcribere, ſibi certum eſſe Romæ manere; cauſſamque eam adſcribere, quæ erat in epiſtola noſtra, ne ſe abſente leges ſuæ negligerentur, ſicut eſſet neglecta Sumptuaria. *Ex Cic. lib.* 13. *Epiſt. ad Attic. Epiſt.* 7.

Sed heus tu, celari videor à te. quomodonam, mi Frater, de noſtris verſibus Cæſar? Nam primum librum ſe legiſſe ſcripſit ad me ante: & prima, ſic, ut neget ſe ne Græca quidem meliora legiſſe. Reliqua ad quendam locum ῥαθυμώτερα. hoc enim utitur verbo, &c. *Ex Cic. lib.* 2. *Epiſt. ad Quinctum Fratrem, Epiſt.* 15.

Ex Britannia Cæſar ad me Cal. Septembr. dedit literas, quas ego accepi A. D. IV Kal. Octobr. ſatis commodas de Britannicis rebus: quibus ne admirer, quod à te nullas acceperim, ſcribit ſe ſine te fuiſſe cum ad mare acceſſerit, &c. *Ex Cic. lib.* 3. *Epiſt. ad Quinctum Fratrem, Epiſt.* 1.

Quum hanc jam epiſtolam complicarem, tabellarii à vobis venerunt

A. D. XI Kal. Septembr. viceſimo die. O me ſolicitum! quantum ego dolui in Cæſaris ſuaviſſimis literis! Sed quo erant ſuaviores, eo majorem dolorem illius ille caſus afferebat. *Ex Cic. lib. 3. Ep. ad Quinctum Fratrem, Ep. 1.*

EX LIBRIS EPISTOLARUM AD C. OPPIUM ET BALBUM CORNELIUM.

Cæſar Oppio & Cornelio S.

Gaudeo mehercule vos ſignificare literis, quam valde probetis ea, quæ apud Corfinium ſunt geſta. conſilio veſtro utar libenter, & hoc libentius, quod mea ſponte facere conſtitueram, ut quam leniſſimum me præberem, & Pompeium darem operam ut reconciliarem. tentemus hoc modo ſi poſſumus omnium voluntates recuperare, & diuturna victoria uti, quoniam reliqui diuturnitate odium effugere non potuerunt, neque victoriam diutius tenere præter unum L. Sullam, quem imitaturus non ſum. hæc nova ſit ratio vincendi; ut miſericordia & libertate nos muniamus. id quemadmodum fieri poſſit, nonnulla mihi in mentem veniunt. & multa reperiri poſſunt. de his rebus, rogo vos, ut cogitationem ſuſcipiatis. Cn. Magium, Pompeii Præfectum deprehendi: ſcilicet meo inſtituto uſus ſum, & eum ſtatim miſſum feci. Jam duo Præfecti fabrûm Pompeii in meam poteſtatem venerunt, & à me miſſi ſunt; ſi volent grati eſſe, debebunt Pompeium hortari, ut malit mihi eſſe amicus, quam iis qui & illi & mihi ſemper fuerunt inimiciſſimi: quorum artificiis effectum eſt, ut Reſp. in hunc ſtatum perveniret. *Ex Cic. lib. 9. Epiſt. ad Attic. Epiſt.* 8.

Cæſar Oppio & Cornelio S.

A. D. VII Id. Mart. Brundiſium veni: ad murum caſtra poſui. Pompeius eſt Brundiſii: miſit ad me Cn. Magium de pace. quæ viſa ſunt reſpondi. hoc vos ſtatim ſcire volui. quum in ſpem venero, de compoſitione aliquid me conficere, ſtatim vos certiores faciam. Valete. *Ex Cic. lib. 9. Epiſt. ad Attic. Epiſt.* 16.

De Cæſare fugerat me ad te ſcribere. Video enim quas tu literas exſpectaris. Sed ille ſcripſit ad Balbum faſciculum illum epiſtolarum, in quo fuerat & mea, & Balbi, totum ſibi aqua madidum redditum eſſe: ut ne illud quidem ſciat, meam fuiſſe aliquam epiſtolam. ſed ex Balbi epiſtola pauca verba intellexerat. ad quæ reſcripſit his verbis: De Cicerone video te quiddam ſcripſiſſe, quod ego non intellexi: quantum autem conjectura conſequebar, id erat hujuſmodi, ut magis optandum quam ſperandum putarem. Itaque poſtea miſi ad Cæſarem eodem illo exemplo literas. Jocum autem illius de ſua egeſtate ne ſis aſpernatus, &c. *Ex Cic. lib. 2. Epiſt. ad Quinctum Fratrem, Epiſt.* 11.

Libri

Libri ſunt epiſtolarum C. Cæſaris ad C. Oppium, & Balbum Cornelium, qui res ejus abſentis curabant. In his epiſtolis quibuſdam in locis inveniuntur litteræ ſingulariæ, ſine coagmentis ſyllabarum, quas tu putes poſitas incondite. nam verba ex his litteris confici nulla poſſunt. erat autem conventum inter eos clandeſtinum, de commutando ſitu litterarum. ut inſcriptio quidem alia aliæ locum & nomen teneret: ſed in legendo locus cuique ſuus & poteſtas reſtitueretur, &c. eſt ideo Probi Grammatici commentarius ſatis curioſe factus, de occulta litterarum ſignificatione epiſtolarum C. Cæſaris ſcriptarum. *Ex Agell. lib.* 17. cap. *9.*

EX LIBRO EPISTOLARUM AD Q. PEDIUM.

Cæſar Q. Pedio S.

Pompeius ſe oppido tenet: nos ad portas caſtra habemus: conamur opus magnum, & multorum dierum, propter altitudinem maris: ſed tamen nihil eſt, quod potius faciamus. ab utroque portus cornu moles jacimus, ut aut illum quamprimum trajicere, quod habet Brundiſii copiarum, cogamus, aut exitu prohibeamus. *Ex Cic. lib. 9. Epiſt. ad Attic.*

EX LIBRO EPISTOLARUM AD PISONEM.

Locellum tibi ſignatum remiſi. *Ex Char, lib.* 1.

EX LIBRO EPISTOLARUM AD ANTONIUM.

Nam ad me miſit Antonius exemplum Cæſaris ad ſe literarum, in quibus erat: ſe audiviſſe Cæſarem, & L. Metellum in Italiam veniſſe, Romæ ut eſſent palam: id ſibi non placere; ne qui motus ex eo fierent; prohiberique omnes Italia, niſi quorum ipſe cauſſam cognoviſſet: deque eo vehementius erat ſcriptum. *Ex Cic. ad Attic. lib.* 11.

EX LIBRO EPISTOLARUM AD SERVILIUM.

P. Servilius pater ex litteris quas ſibi à Cæſare miſſas eſſe dicebat, ſignificat valde te ſibi gratum feciſſe, quod de ſua voluntate erga Cæſarem humaniſſime diligentiſſimeque locutus eſſes. *Ex Cic. lib. 3. Ep. ad Quinctum Fratrem, Epiſt.* 1.

DE C. JULII CÆSARIS EPISTOLIS TESTIMONIA.

Epiſtolæ quoque ejus ad Senatum extant: quas primus videtur ad paginas, & formam memorialis libelli convertiſſe: cum antea Conſules & Duces non niſi tranſverſa charta mitterent ſcriptas. extant & ad Ciceronem; item ad Familiares domeſticis de rebus. in quibus ſi qua occultius perferenda erant, per notas ſcripſit. id eſt, ſic ſtructo litterarum ordine, ut nullum verbum effici poſſet. quæ ſi quis inveſtigare & perſequi vellet, quartam elementorum litteram, id eſt, D pro A, & perinde reliquas commutet. *Ex Suet. in Cæſ.* * *Harum mentio apud Cicer. in Epiſt.* 11. *lib.* 16. *ad Famil.* Omnino & ipſe Cæſar, amicus noſter, minaces ad Senatum & acerbas literas miſerat, *&c.*

Scribere, & legere ſimul, dictare & audire ſolitum accepimus. epiſtolas vero tantarum rerum quaternas pariter librariis dictare, aut ſi nihil ageret, ſeptenas. *Ex Plin. lib.* 7. *cap.* 15.

Ἐν ἐκείνῃ δὴ τῇ στρατείᾳ προσεξήσκησεν ἱππαζόμενος τὰς ἐπιστολὰς ὑπαγορεύειν, καὶ δυσὶν ὁμοῦ γράφουσιν ἐξαρκεῖν· ὡς δὲ Ὄππιός φησι, καὶ πλείοσιν. λέγεται δὲ καὶ τὸ διὰ γραμμάτων τοῖς φίλοις ὁμιλεῖν. Καίσαρα πρῶτον μηχανήσασθαι. Ex Plut. in Cæſare.

EX ORATIONE IN FUNERE JULIÆ.

Quæſtor Juliam amitam, uxorem Corneliam defunctas laudavit è more pro roſtris. ſed in amitæ quidem laudatione, de ejus ac patris ſui origine ſic refert: Amitæ meæ Juliæ maternum genus ab regibus ortum, paternum cum diis immortalibus conjunctum eſt. nam ab Anco Marcio ſunt Marcii Reges: quo nomine fuit mater. à Venere Julii, cujus gentis familia eſt noſtra. Eſt ergo in genere & ſanctitas regum, qui plurimum inter homines pollent, & cæremonia deorum, quorum ipſi in poteſtate ſunt reges. *Ex Suet. in Cæſ.*

Ὅτι τῆς Μαρίου γυναικὸς ἀποθανούσης, ἀδελφιδοῦς ὢν αὐτῆς, ἐγκώμιόν τε λαμπρὸν ἐν ἀγορᾷ διῆλθεν, καὶ περὶ τὴν ἐκφορὰν ἐτόλμησεν εἰκόνας Μαρίου προθεῖναι. Ex Plut. in Cæſar.

EX ORAT. PRO BITHYNIS.

C. Cæſar Pont. Max. in oratione, quam pro Bithynis dixit, hoc principio uſus eſt. Vel pro hoſpitio regis Nicomedis, vel pro horum neceſſitate, quorum res agitur, refugere hoc munus, M. * Vinici, non potui. nam neque hominum morte memoria deleri debet, quin à proximis retineatur; neque clientes ſine ſumma infamia deſeri poſſunt, quibus etiam à propinquis noſtris opem ferre inſtituimus. *Ex Agel.*

Agel. lib. 5. cap. 13. Ita Fulvius Urſinus ex libri manuſcripti corrupta ſcriptura.

Quid ergo? ſyngraphæ non ſunt, ſed res aliena eſt. *Ex Julio Rufiniano de Figuris.*

EX ORAT. PRO LEGE PLAUTIA.

Reperi tamen in oratione C. Cæſaris, qua Plautiam rogationem ſuaſit; neceſſitatem dictam pro neceſſitudine, id eſt, jure adfinitatis. verba hæc ſunt: Equidem mihi videor pro noſtra neceſſitate, non labore, non opera, non induſtria defuiſſe. *Ex Agel. lib. 13, cap. 3. & Nonio in voce* Neceſſitas.

EX ORAT. IN CN. DOLABELLAM.

Cæſar in Dolabellam: * Actionis illibuiſti, quorum in ædibus, faniſque poſita, & honori erant, & ornatu. In libris quoque Analogicis omnia iſtiuſmodi ſine I litera dicenda cenſet. *Ex Agell. lib. 4. cap. 16.* * *Alias* Actionis allibuiſti, *ſed emendata Stephani & Torneſii editio:* Cæſar in Dolabellam Actionis III. Ibi iſti, quorum, *&c.*

Nono decimo ætatis anno L. Craſſus C. Carbonem, uno & vigeſimo Cæſar Dolabellam, altero & trigeſimo Aſinius Pollio Catonem, non multo ætatem antecedens Calvus Vatinium, iis orationibus inſecuti ſunt, quas hodieque cum admiratione legimus. *Ex Auctore Dialogi de oratoribus.*

Cæterum compoſita ſeditione civili, Cornelium Dolabellam conſularem & triumphalem virum repetundarum poſtulavit, abſolutoque Rhodum ſecedere ſtatuit. *Ex Suet. in Cæſ.*

Divus quoque Julius, quam cæleſtis numinis tam etiam humani ingenii perfectiſſimum columen, vim facundiæ propriæ expreſſit, dicendi in accuſatione Cn. Dolabellæ, quem reum agit, extorqueri ſibi cauſſam optimam L. Cottæ patrocinio. *Ex Valer. Max. lib. 8. cap. 9.*

C. Cæſar Cn. Dolabellam accuſavit, nec damnavit. *Ex Pediano in orat. pro Marco Scauro.*

Significat & Cæſarem, item adoleſcentem; in Dolabella reo ex Sicilia, qui quidem damnatus eſt, quantum oportuit per Hortenſium, *&c. Ex Pediano in Divin.*

Ἐπανελθὼν δ᾽ εἰς Ῥώμην, Δολαβέλλαν ἔκρινε κακώσεως ἐπαρχίας, καὶ πολλαὶ ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος τῶν πόλεων μαρτυρίας αὐτῷ παρέσχον. ὁ μὲν οὖν Δολαβέλλας ἀπέφυγε τὴν δίκην. *Ex Plut. in Cæſ.*

EX ORAT. AD MILITES.

Fama vero hoſtilium copiarum perterritos, non negando minuendove

dove, ſed inſuper amplificando, ementiendoque confirmabat. itaqu cum expectatio adventus Jubæ terribilis eſſet, convocatis ad concionem militibus; Scitote, inquit, pauciſſimis his diebus regem affuturum cum x legionibus, equitum xxx levis armaturæ c millibus elephantiſque ccc. proinde deſinant quidam quærere ultra, aut opinari; mihique qui compertum habeo, credant: aut quidem vetuſtiſſima nave impoſitos quocunque vento in quaſcunque terras jubebo avehi. *Ex Suet. in Cæſ.*

C. Cæſar apud milites de *incommodis eorum; Non fruſtrabo vos milites. *Ex Diomede lib.* 1. * *Alias* commodis.

EX ORAT. PRO DECIO SAMNITE.

Niſi forte quiſquam aut Cæſaris pro Decio Samnite, aut Bruti pro Dejotaro rege, ceteroſque cujuſdam lenti luminis ac temporis libros legit, &c. *Ex Auctore Dial. de orator.*

EX ORAT. PRO SEXTILIO.

Quo enim iambo, qua procella verborum, impium Sextilii caput obrui meretur? quod C. Cæſarem, à quo cum ſtudioſe, tum etiam feliciter graviſſimi criminis reus defenſus fuerat, &c. *Ex Val. Max. lib.* 5. *cap.* 3.

EX ORAT. DE CONJURATIS.

Catonem primum putat de animadverſione dixiſſe, quam omnes ante dixerant præter Cæſarem. & cum ipſius Cæſaris tam ſevera fuerit, qui tum Prætorio loco dixerit, &c. *Ex Cic. ad Attic. lib.* 12.

Sed Cæſar, ubi ad eum perventum eſt, rogatus ſententiam à Conſule, hujuſcemodi verba locutus eſt: Omnes homines, &c. *Ex Salluſt. in Conjur.*

Ὁ δὲ Καῖσαρ ἀναστὰς, λόγον διῆλθεν πεφροντισμένον, ὡς ἀποκτεῖναι μὲν ἀκρίτους ἄνδρας ἀξιώματι καὶ γένει λαμπροὺς, οὐ δοκεῖ πάτριον, οὐδὲ δίκαιον εἶναι, μὴ μετὰ τῆς ἐσχάτης ἀνάγκης. εἰ δὲ φρουροῖντο δεθέντες ἐν πόλεσι τῆς Ἰταλίας, ἃς ἂν αὐτὸς ἕληται Κικέρων, μέχρι οὗ καταπολεμηθῇ Κατιλίνας, ὕστερον ἐν εἰρήνῃ καὶ καθ' ἡσυχίαν περὶ ἑκάστου τῇ βουλῇ γνῶναι παρέξει. οὕτω δὲ τῆς γνώμης φιλανθρώπου φανείσης, καὶ τοῦ λόγου δυνατῶς ἐπ' αὐτῇ ῥηθέντος, οὐ μόνον οἱ μετὰ τοῦτον ἀνιστάμενοι προσετίθεντο, πολλοὶ δὲ καὶ τῶν τὰς εἰρημένας γνώμας ἀπειπάμενοι πρὸς τὴν ἐκείνου κατέστησαν, ἕως ἐπὶ Κάτωνα τὸ πρᾶγμα καὶ Κάτλον περιῆλθεν. *Ex Plutar. in Cæſ.*

EX ORAT. IN :: :: :: ::

Sic fac exiſtimes: poſt has miſerias, id eſt, poſtquam armis diſceptari cœptum eſt de jure publico, nihil eſſe actum aliud cum dignitate. Nam & ipſe Cæſar accuſata acerbitate Marcelli (ſic enim appellabat) laudataque

aque honorificentiſſime & æquitate tua & prudentia, repente præter ſpem dixit, ſe Senatui roganti de Marcello, ne * hominis (L. ominis) quidem cauſſa negaturum. *Ex Cic. lib.* 4. *Epiſt. ad Fam. Epiſt. ad Ser. Sulpicium.*

EX ORAT. IN FUNERE CORNELIÆ.

Quæſtor Juliam amitam, uxoremque Corneliam defunctas laudavit e more pro roſtris. *Ex Suet. in Cæſ.*

Τὸ μὲν οὖν ἐπὶ γυναιξὶ πρεσβυτέραις λόγους ἐπιταφίους διεξιέναι πάτριον ἦν Ῥωμαίοις, νέαις δ᾽ οὐκ ἦν ἐν ἔθει· πρῶτος εἶπεν Καῖσαρ ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς ἀποθανούσης. Ex Plut. in Cæſ.

DE C. JULII CÆSARIS ORATIONIBUS TESTIMONIA.

Tum Brutus: Orationes quidem ejus mihi vehementer probantur, complures autem legi, &c. *Ex Cic. in Bruto.*

Orationes aliquas reliquit: inter quas temere quædam feruntur. pro Q. Metello, quam non immerito Auguſtus exiſtimat magis ab actuariis exceptam, male ſubſequentibus verba dicentis, quam ab ipſo editam. nam in quibuſdam exemplaribus invenio ne inſcriptam quidem pro Metello, ſed quam ſcripſit Metello, cum ex perſona Cæſaris ſermo ſit, Metellum, ſeque adverſus communium obtrectatorum criminationes purgantis. apud milites quoque in Hiſpania. idem Auguſtus orationem eſſe vix ejus putat. quæ tamen duplex fertur, una quaſi priore habita prælio, altera poſteriore, quo Aſinius Pollio ne tempus quidem concionandi habuiſſe eum dicit, ſubita hoſtium incurſione. *Ex Suet. in Cæſ.*

EX LIBRIS IN CATONEM.

Reliquit & de Analogia duos libros, & Anticatones totidem. *Suet. in Cæſare.*

EX LIB. I.

Cæſar in Anticatone priore: Uno enim excepto, quem alius modi atque omnis natura finxit, ſuos quiſque habet caros. *Priſcianus bis lib. 6. & lib. 7. & lib.* 13.

INCERTA EX IISDEM.

Erunt officia antelucana, in quæ incidere impune ne Catoni quidem licuit. quem tamen C. Cæſar ita reprehendit, ut laudet. deſcribit enim, eos quibus obvius fuerit, cum caput ebrii retexiſſent, erubuiſſe. deinde adjicit: Putares non ab illis Catonem, ſed illos à Catone deprehenſos. Potuitne plus auctoritatis tribui Catoni, quam ſi ebrius tum venerabilis erat? noſtræ tamen cœnæ ut apparatus & impendii

pendii ſic temporis modus conſtet. neque enim hi ſumus, quos vituperare ne inimici quidem poſſunt, niſi ut ſimul laudent. *Ex Plin. lib.* 3 *Epiſt. ad Attil. Sever.*

C. etiam Cæſar gravis auctor Linguæ Latinæ, in Anticatone: Unius inquit, arrogantiæ, ſuperbiæque, dominatuque. *Ex Agell. lib.* 4 *cap.* 16.

DE C. JULII CÆSARIS IN CATONEM SCRIPTIS TESTIMONIA.

Qualis futura ſit Cæſaris vituperatio contra laudationem meam perſpexi ex eo libro, quem Hirtius ad me miſit, in quo colligit vitia Catonis, ſed cum maximis laudibus meis: itaque miſi librum ad Muſcam, ut tuis librariis daret. volo enim eum divulgari. *Ex Cic. ad Attic. lib.* 12.

Hirtii epiſtolam ſi legeris, quæ inibi quaſi πρόπλασμα videtur ejus vituperationis, quam Cæſar ſcripſit de Catone. *Ex lib.* 12. *ad Att.*

Cum mihi Baldus nuper in Lanuvino dixiſſet, ſe & Oppium ſcripſiſſe ad Cæſarem, me legiſſe libros contra Catonem, & vehementer probaſſe. *Ex lib.* 13. *ad Att.*

Quibus omnibus generibus uſus eſt nimis impudenter Cæſar contra Catonem meum. *Ex Cic. in Topic.*

M. Ciceronis libro, quo Catonem cœlo æquavit, quid aliud Dictator Cæſar, quam reſcripta oratione velut apud Judices reſpondit? *Ex Tacito lib.* 4.

Hiſque uſum C. Cæſarem in vituperando Catone notaverit * Cicero. *Ex Quinct. lib.* 3. (* in Topicis.)

Ut Catonem Tullius laudans: & duobus voluminibus Cæſar accuſans. *Ex Mart. Capell. lib.* 5.

Atque utinam ritus veteres, & publica ſaltem
His intacta malis agerentur ſacra, ſed omnes
Noverunt Mauri, atque Indi, quæ pſaltria penem
Majorem, quam ſint duo Cæſaris Anticatones,
Illuc, &c. Ex Juven. Sat. VI.

Πυθόμενος δὲ ὡς ἑαυτὸν ὁ ἀνὴρ διειργάσατο, δῆλος μὲν ἦν δηχθεὶς, ἐφ᾽ ᾧ δὲ, ἄδηλον· εἶπε δ᾽ οὖν· ὦ Κάτων, φθονῶ σοι τοῦ θανάτου, καὶ γὰρ σύ μοι τῆς σωτηρίας ἐφθόνησας. ὁ μὲν οὖν μετὰ ταῦτα γραφεὶς ὑπ᾽ αὐτοῦ πρὸς Κάτωνα τεθνεῶτα λόγος, οὐ δοκεῖ πρᾴως ἔχοντος, οὐδ᾽ εὐδιαλλάκτως σημεῖον εἶναι· πῶς γὰρ ἐφείσατο ζῶντος, εἰς ἀναίσθητον ἐγχέας ὀργὴν τοσαύτην; Paulo poſt: καὶ τὸν λόγον ἐκεῖνον οὐκ ἐξ ἀπεχθείας, ἀλλὰ φιλοτιμίας πολιτικῆς συντετάχθαι διὰ τοιαύτην αἰτίαν. ἔγραψε Κικέρων ἐγκώμιον Κάτωνος, ὄνομα τῷ λόγῳ θέμενος Κάτωνα. καὶ πολλοῖς ὁ λόγος ἦν διὰ σπουδῆς ὡς εἰκὸς, ὑπὸ τοῦ δεινοτάτου τῶν ῥητόρων εἰς τὴν καλλίστην πεποιημένος ὑπόθεσιν. τοῦτο ἠνία Καίσαρα, κατηγορίαν αὐτοῦ νομίζοντα, τὸν τοῦ τεθνεῶτος δι᾽ αὐτὸν

ἔπαι-

ἔπαινον. ἔγραψεν οὖν πολλάς τινας κατὰ τοῦ Κάτωνος αἰτίας συναγαγών. τὸ δὲ βιβλίον Ἀντικάτων ἐπιγέγραπται, καὶ σπουδαστὰς ἔχει τῶν λόγων ἑκάτερος διὰ Καίσαρα καὶ Κάτωνα πολλούς. *Ex Plut. in Cæſ.*

Αὐτὸς δ᾽ οὖν ὕστερον ἐν τῇ πρὸς Κικέρωνα περὶ Κάτωνος ἀντιγραφῇ, παραιτεῖται μὴ στρατιωτικοῦ λόγον ἀνδρὸς ἀντεξετάζειν πρὸς δεινότητα ῥήτορος εὐφυοῦς, καὶ σχολὴν ἐπὶ τοῦτο πολλὴν ἄγοντος. *Ex Plut. in Cæſ.*

Ἐκ δὲ τούτου διετέλει τιμῶν καὶ φιλοφρονούμενος, ὥστε καὶ γράψαντι λόγον ἐγκώμιον Κάτωνος, ἀντιγράφων, τόν τε λόγον αὐτοῦ καὶ τὸν βίον, ὡς μάλιστα τῷ Περικλέους ἐοικότα καὶ Θηραμένους ἐπαινεῖν. ὁ μὲν οὖν Κικέρωνος λόγος Κάτων· ὁ δὲ Καίσαρος, Ἀντικάτων γέγραπται. *Ex Plut. in Cic.*

EX LIBRIS DE ANALOGIA
AD M. T. CICERONEM.

Reliquit & de Analogia duos libros, &c. *Ex Suet. in Cæſ.*

EX LIB. I.

Quin etiam in maximis occupationibus cum ad te ipſum, inquit, in me intuens, de ratione Latine loquendi accuratiſſime ſcripſerit, primoque in libro dixerit verborum delectum originem eſſe eloquentiæ: tribueritque, mi Brute, huic noſtro, qui me de illo maluit, quam ſe dicere, laudem ſingularem, (nam ſcripſit his verbis, cum hunc nomine eſſet affatus,) ac ſi cogitata præclare eloqui poſſent, nonnulli ſtudio & uſu laboraverunt. (cujus te pœne principem copiæ, atque inventorem, bene de nomine ac dignitate Populi Romani meritum eſſe exiſtimare debemus.) hunc facilem & cotidianum noluiſſe ſermonem, nunc pro relicto eſt habendum. Tum Brutus, amice hercule, inquit, & magnifice te laudatum puto, quem non ſolum principem atque inventorem copiæ dixerit, quæ erat magna laus, ſed etiam bene meritum de Populi Romani nomine & dignitate. *Ex Cic. in Bruto.*

C. Cæſar ille perpetuus dictator, Cn. Pompeii ſocer, à quo familia & appellatio Cæſarum deinceps propagata eſt, vir ingenii præcellentis, ſermonis præter alios ſuæ ætatis caſtiſſimi, in libris quos ad M. Ciceronem de Analogia ſcripſit, Arenas vitioſe dici exiſtimabat, quod Arena numquam multitudinis numero appellanda ſit, ſicuti neque Cœlum, neque Triticum: contra autem Quadrigas, etiamſi currus unus equorum quatuor junctorum unum ſit, plurativo ſemper numero dicendas putat: ſicut Arma, & Mœnia, & Comitia, & Inimicitias, &c. *Paullò poſt*: Tunc prolato libro de Analogia prima verba hæc ex eo pauca memoriæ mandavi. nam quum prædixiſſet, neque Cœlum, Triticumve, neque Arenam multitudinis ſignificationem pati:

pati: Num tu, inquit, harum rerum naturâ accidere arbitraris, quo unam terram, & plures terras, & urbem, & urbes, & imperium & imperia dicamus? neque Quadrigas in unam nominis figuram redigere, neque Arenam in multitudinis appellationem convertere poſſimus? *Ex Agell. lib.* 19. *cap.* 8.

Atque id quod à C. Cæſare excellentis ingenii ac prudentiæ (*ita Agellius, Macrobius* providentiæ) viro in primo de Analogia libro ſcriptum eſt, habe ſemper in memoria atque in pectore, ut tanquam ſcopulum ſic fugias inauditum atque inſolens verbum. *Ex Agell. lib.* 1. *cap.* 10. *& Macrob. lib.* 1. *Saturnal. cap.* 5.

EX LIB. II.

C. Cæſar in libro de Analogia ſecundo, hujus die, & hujus ſpecie dicendum putat. *Ex Agell. lib.* 9. *cap.* 14.

Panium Cæſar de Analogia libro ſecundo dici debere ait, ſed Verrius contra. nam *i* detracta Panum ait dici debere. *Ex Chariſ. lib.* 1.

Cæſar de Analogia ſecundo, Fagos, Populos, Ulmos. *Ex Chariſ. lib.* 1.

Cæſar de Analogia ſecundo Turbonem, non Turbinem, etiam in tempeſtate dici debere ait, ut Cato Catonis, non ut homo hominis *Ex Chariſ. lib.* 1.

Lacer an Laceris, &c. Cæſar de Analogia ſecundo, nec non Valgius de rebus per epiſtolam quæſitis. *Ex Chariſ. lib.* 1.

Is homo, Idem compoſitum facit, niſi quia Cæſar libro ſecundo (*de Analogia videlicet*) ſingulariter Idem, pluraliter Iidem dicendum affirmat. ſed conſuetudo hoc non ſervat. *Ex Char. lib.* 1.

EX IISDEM, NON DISTINCTO LIBRO.

C. Cæſar gravis auctor linguæ Latinæ in libris Analogicis omnia iſtiuſmodi (*puta, Senatu, Victu, Aſpectu, &c.*) ſine *i* litera dicenda cenſet. *Ex Agell. lib.* 4. *cap.* 16.

Hic & hæc Samnis, hujus Samnitis. ſic Cæſar de Analogia. *Ex Priſc. lib.* 6.

Partum. Cæſar de Analogicis harum partum. *Ex Char. lib.* 1.

EX IISDEM, UTI VEROSIMILE EST, NON ADSCRIPTO TAMEN UBI LAUDANTUR LIBRO.

Mihi autem placet Latinam rationem ſequi quouſque patitur decor. neque enim jam Calypſonem dixerim, ut Junonem: quanquam ſecu-

ſecutus antiquos C. Cæſar utitur hac ratione declinandi. *Quinct. lib.* 5. *cap.* 5.

M. Tullius & C. Cæſar, mordeo momordi; pungo pepigi; ſpondeo ſpepondi dixerunt. *Agell. lib.* 7. *cap.* 9.

C. Cæſar ait *L* literâ nominativo ſingulari neutra finita nomina, eandem definitionem capere, quam capiant *E* literâ terminata. huic animali, & ab hoc animali, huic puteali. *Char. lib.* 1.

Apluſtre. Omnium nominum quæ ſunt neutri generis & in *E* terminantur, ait Plinius, Cæſarem ſciſſe eoſdem eſſe ablativos, quales ſunt dativi ſingulares. *Char. lib.* 1.

AR literis nomina neutralia terminata, ait Cæſar, quod dativo & ablativo pari jure funguntur, ut idem Plinius ſcribit. *Char. lib.* 1.

Jubar. Plinius ait inter cætera etiam iſtud Cæſarem dediſſe præceptum, quod neutra nomina *AR* nominativo clauſa, per *I* dativum ablativumque ſingulares oſtendant: Jubar tamen & Far ab hac regula diſſidere. nam huic jubari dicimus, ab hoc jubare, & huic farri, ab hoc farre. *Char. lib.* 1.

Ac ne illa ratio recepta eſt, quam Cæſar ponit in femininis, ut puppim, reſtim, pulvim. hoc enim modo & ab hoc cani, & ab hoc cane. *Char. lib.* 1.

Tribus III junctis qualis poſſet ſyllaba pronuntiari? nam poſtremum I pro vocali accipiendum, quod Cæſari artis Grammaticæ doctiſſimo placitum fuiſſe à Victore quoque in arte Grammatica de ſyllabis comprobatur. *Priſcian. lib.* 1.

V loco conſonantis poſita eandem prorſus in omnibus vim habuit apud Latinos quam apud Æoles digamma F. pro quo Cæſar hanc figuram Ⅎ ſcribere voluit. quod quamvis illi recte viſum eſt, tamen conſuetudo antiqua ſuperavit. *Priſc. lib.* 1.

Hæc pollis pollinis. ſic Chariſius. Probus autem & Cæſar, hoc pollen pollinis declinaverunt. *Priſc. lib.* 6.

Præterea Cæſar declinat, pubis puberis: Probus, pubes puberis: quidam puber puberis. *Priſc. lib.* 6.

Quamvis Cæſar non incongrue protulit ens à verbo ſum, es, eſt. *Priſc. lib.* 18.

Hoc lutum atque macellum ſingulari exire memento, licet Ennius, iſta macella, dicatque & Cæſar, luta. *Ex Capro.*

Lacrumæ an Lacrimæ, Maxumus an Maximus, & ſi quæ ſimilia ſunt, ſcribi debeant, quæſitum. Terentius Varro tradidit Cæſarem per *I* ejuſmodi verba ſolitum eſſe enunciare & ſcribere: inde propter auctoritatem tanti viri conſuetudinem factam. Sed ego in antiquorum, &c. *Caſſiodorus ex Annæo Cornuto de Orthographia.*

Varie etiam ſcriptitatum eſt, Mancupium, Aucupium, Manubiæ,

 ſiqui-

ſiquidem C. Cæſar per I ſcripſit, ut apparet ex titulis ipſius. *Ex Velio de Orthographia.*

An ideo minor eſt M. Tullius Orator, quod idem artis hujus (*Grammaticæ*) diligentiſſimus fuit, & in filio, ut in Epiſtolis apparet, recte loquendi uſquequaque aſper quoque exactor? Aut vim C. Cæſaris fregerunt editi de Analogia libri? *Quinctil. lib.* 1. *cap.* 7.

APOPHTHEGMATA.

Sed tamen ipſe Cæſar habet peracre judicium, &, ut Servius frater tuus, quem literatiſſimum fuiſſe judico, facilè diceret, hic verſus Plauti non eſt, hic eſt, quod tritas haberet aures notandis generibus Poëtarum & conſuetudine legendi: ſic audio Cæſarem quum volumina jam confecerit ἀποφθεγμάτων, ſi quid afferatur ad eum pro meo, quod meum non ſit, rejicere ſolere. quod eo nunc magis facit, quia vivunt mecum fere quotidie illius familiares. Incidunt autem in ſermone vario multa, quæ fortaſſe illis quum dixi, nec illiterata, nec inſulſa eſſe videantur. Hæc ad illum cum reliquis actis perferuntur. Ita enim ipſe mandavit. Sic fit ut, ſi quid præterea de me audiat, non audiendum putet. *Cicer. lib. 9. Epiſt. ad Famil. Epiſt.* 16. *ad Pap. Pætum.*

DICTA COLLECTANEA.

Feruntur & à puero & ab adoleſcentulo quædam ſcripta, &c. item Dicta collectanea. quos omnes libellos vetuit Auguſtus publicari. *Suetonius in Cæſare.*

EPHEMERIDES.

C. Julius Cæſar quum dimicaret in Gallia, & ab hoſte raptus equo ejus portaretur armatus, occurrit quidam ex hoſtibus, qui eum noſſet; & inſultans ait * Cecos Cæſar, quod Gallorum lingua, Demitte, ſignificat: & ita factum eſt, ut dimitteretur. Hoc autem ipſe Cæſar in Ephemeride ſua dicit, ubi propriam commemorat felicitatem. *Servius in lib.* 11 *Æneidos Virgilii.*

* *Alias* Cetos Cæſar. *Servius P. Danielis* Cæſar Cæſar. *quod quid velit, docti examinent.*

LIBRI AUSPICIORUM.

Sed contra Julius Cæſar XVI Auſpiciorum libro negat nundinis concionem advocari poſſe; id eſt, cum populo agi, ideoque nundinis Romanorum haberi comitia non poſſe. *Macrob. lib.* 1 *Saturnal. cap.* 16.

A U-

AUGURALIA.

Cæſar in Auguralibus: Si ſincera pecus erat. *Priſcianus lib.* 6.

DE DIVINATIONE.

Genus eloquentiæ duntaxat adoleſcens adhuc Strabonis Cæſaris ſecutus videtur: cujus etiam ex Oratione, quæ inſcribitur Pro Sardis, ad verbum nonnulla tranſtulit in Divinationem ſuam. *Suetonius in Cæſare. Erunt forte qui hoc ad Orationum Fragmenta pertinere exiſtimabunt, me non multum repugnante.*

ASTRONOMICA.

Nam Julius Cæſar ut Siderum motus, de quibus non indoctos libros reliquit; ab Ægyptiis diſciplinis hauſit: ita hoc quoque ex eadem inſtitutione mutuatus eſt, ut ad Solis curſum finiendi anni tempus extenderet. *Macrobius lib.* 1. *Saturnal. cap.* 26.

Tres autem fuere ſectæ, Chaldæa, Ægyptia, Græca: his addit apud nos quartam Cæſar Dictator, annos ad Solis curſum redigens ſingulos, qui prius antecedebat. *Ex Plin. lib.* 18. *cap.* 25.

A Bruma in Favonium Cæſari nobilia ſidera ſignificant: Kal. Januarii matutino Canis occidens. *Paulo poſt:* Pridie Nonas Januarii Cæſari Delphinis matutino exoritur, & poſtero die Fidiculi, quo Ægypto Sagitta veſperi occidit. *Paulo poſt:* A Favonio in æquinoctium vernum Cæſari ſignificat XVII Kal. Martii triduum varie & VIII Kal. Hirundinis viſu, & poſtero die Arcturi exortu veſpertino. item III Nonas Martii Cæſar Cancri exortu id fieri obſervavit. *Paulo poſt:* Cæſar & Idus Martias ferales ſibi annotavit Scorpionis occaſu. *Paulo poſt:* III Nonas Aprilis in Attica Vergiliæ veſperi occultantur. eædem poſtridie in Bœotia; Cæſari autem & Chaldæis, Nonis. *Paulo poſt:* Cæſari VI Idus ſignificatur imber Libræ occaſu: XIV Kal. Maii Ægypto, Suculæ occidunt veſperi, ſidus vehemens, & terra marique turbidum, XVI Atticæ, XV Cæſari, continuoque triduo ſignificat. *Paulo poſt:* VI Nonas Maii Cæſari Suculæ matutino exoriuntur, & VIII Idus Capella pluvialis. *Ex Plin. lib.* 18. *cap.* 26.

A Vergiliarum exortu ſignificant Cæſari poſtridie Arcturi occaſus matutini. *Paulo poſt:* XI Kal. Cæſari Orionis gladius occidere incipit: III Non. Junii Cæſari, & Aſſyriæ Aquila veſperi oritur, &c. XI Kal. ejuſdem Orionis gladius Cæſari occidere incipit. *Ex Plin. lib.* 18. *cap.* 27.

A Solſtitio ad Fidiculæ occaſum VI Kal. Junii (*al.* Julii) Cæſari Orion exoritur. *Paulo poſt:* XVIII Kal. Auguſti, Ægypto Aquila occidit matutino, Eteſiarumque prodromi flatus incipiunt, quod Cæ-

ſar x Kal. ſentire Italiam exiſtimavit. *Paulo poſt:* Aquila Atticæ matutino occidit: III Kal. regia in pectore Leonis ſtella matutino Cæſari immergitur. *Ex Plin. lib. 18. cap. 28.*

DE SIDERIBUS

etiam aliquid Poëticum edidit.

Sed nec aliquis pene Latinorum de hac arte Inſtitutionis libros ſcripſit, niſi paucos verſus Julius Cæſar, & ipſos tamen de alieno opere mutuatus. *Jul. Firmicus Matheſ. lib. 2. initio.*

Exſecutus eſt etiam horum Siderum numerum Græce Aratus, Poëta diſertiſſimus; Latine vero Cæſar, & decus eloquentiæ Tullius. Sed hi tantum nomina ipſorum & ortus, non autem apoteleſmatum auctoritatem ediderunt: ita ut mihi videantur non aliqua Aſtrologiæ ſcientia, ſed Poëtica potius elati licentia, docilis ſermonis ſtudia protuliſſe. *Jul. Firmicus Matheſ. lib. 8. cap. 5.*

POEMATA.

Reliquit & de Analogia libros duos, & Anticatones totidem, ac præterea Poëma quod inſcribitur Iter. Quorum librorum primos, in tranſitu Alpium, quum ex citeriore Gallia, conventibus peractis, ad exercitum rediret: ſequentes, ſub tempus Mundenſis prælii fecit: noviſſimum, dum ab Urbe in Hiſpaniam ulteriorem * IV & XX die pervenit. *Suetonius in Cæſare.* * VII *&* XX *legit ex Strabone & Appiano Caſaubonus.*

Feruntur & à puero & ab adoleſcentulo quædam ſcripta: ut Laudes Herculis, tragœdia OEdipus, &c. quos omnes libellos vetuit Auguſtus publicari. *Sueton. in Cæſare.*

Olus quoque ſilveſtre eſt trium foliorum, D. Julii carminibus præcipue jociſque militaribus celebratum. alternis quippe verſibus exprobravere lapſana ſe vixiſſe apud Dyrrhachium, præmiorum parcimoniam cavillantes. Eſt autem id cyma ſilveſtris. *Plin. 19. cap. 8.*

Donatus, ſeu potius Suetonius, in vita Terentii hos ſub C. Julii Cæſaris nomine verſus producit.

Tu quoque, tu in ſummis, ô dimidiate Menander,
Poneris, & merito puri ſermonis amator,
Lenibus atque utinam ſcriptis adjuncta foret vis
Comica, ut æquato virtus polleret honore
Cum Græcis, neque in hac deſpectus parte jaceres.
Unum hoc maceror, & doleo tibi deeſſe, Terenti.

Sequens etiam Epigramma C. Julio Cæſari quidam inſcribunt, alii Germanico.

Thrax puer aſtricto glacie dum ludit in Hebro,
Pondere concretas frigore rupit aquas.
Dumque imæ partes rapido traherentur ab amne,
Abſcidit tenerum lubrica teſta caput.
Orba quod inventum mater dum conderet urna,
Hoc peperi flammis, cætera, dixit, aquis.

Illud vero diſtichon,

PELTRIA. PERPETUO. NIVIUM. DAMNATA. RIGORE.
TERRA. MIHI. POSTHAC. NON. HABITANDA. VALE.

falſo Cæſari inſcriptum eſt, etſi quidam in membrana, alii in ſaxo exſtare dicant. Aiunt quoque Cæſaris Decretum Viterbii in Hetruria inventum, hoc exemplo:

C. JULIUS. CÆSAR. M. TULLIUM CICERONEM. OB. EGREGIAS. EJUS. VIRTUTES. SINGULARES. ANIMI. DOTES. PER. TOTUM. ORBEM. NOSTRIS. ARMIS. VIRTUTEQUE. PERDOMITUM. SALVUM. ET. INCOLUMEM. ESSE. JUBEMUS. C. JABOLENUS.

Nugæ nugæ.

INCERTA.

Unguenta dicuntur à locis, ut Telinum, cujus Julius Cæſar meminit dicens: Corpuſque ſuavi Telino unguimur: Hoc conficiebatur in Inſula Telo, quæ eſt una ex Cycladibus, &c. *Iſidorus lib.* 4. *Origin. cap.* 12.

Inſertum hoc ab Fulvio Urſino Fragmentis de Analogia. ut & illud ex Nonio in voce Cinis, *nec non locum Plinii ex lib.* 7. *cap.* 3. *ubi alloquitur M. T. Ciceronem. Quid habuerit cauſæ, cur hoc fecerit, comminiſci non potui. Quocirca inter* INCERTA *referendum duxi. Niſi quis potius Cæſari Straboni, non Dictatori, tribuendum arbitretur. Si ad hunc modum addita una vocula ſcripſerit, erit integer Senarius:*

Corpuſque ſuavi Telini unguine unguimur.

Idem Urſinus ex Priſciani lib. 8. *Fragmentum hoc,*

C. Cæſar, quæ res augurantur, οἰωνοσκοπεῦνται· *ad Auguralia transtulerat. ego prætermiſi, quum iſto Priſciani loco non* Caius Cæſar, *ſed* Lucius Cæſar, *legatur. Non eſt quod corruptum aliquis exiſtimet. Citatur nominatim L. Cæſar à Feſto, in voce* Majorem. *Ex eodem fortaſſis eſt quod apud Servium nuper ex Petri Danielis & Fuldanæ bibliothecæ membranis editum habemus, Commentario ad Æneidos Virgilii lib.* 1. Occiſo, *inquit,* Mezentio Aſcanium, ſicut J. Cæſar (*veroſimile mihi fit legendum* L. Cæſar) ſcribit, Iulum cœptum vocari dicunt, vel quaſi ἰοβόλον, id eſt, ſagittandi peritum, vel à prima barbæ lanugine, quam ἴουλον Græci di-

cunt, quæ ei tempore victoriæ naſcebatur. *Hæc ibi. Similiter expunxi quod inter Fragmenta Epiſtolarum legebatur,*

Veſpera fatigatus, luce dormitans.

Non enim apud Chariſium lib. 2. *unde hæc deſcripta ſunt, nominatur* Julius Cæſar, *ſed* Aurelius Cæſar. lib. 11. *ſive* XI Epiſtolarum ad Frontonem. *Quo comperto, auctoritatem Civis Romani inſuper habui. Sed quid ſpuriis his diutius immoror, quin legitima, ſi quæ porro reſtant, Fragmenta collego?*

Apud Cæſarem & Catulum & Calvum lectum eſt: Quum jam fulva cinis fueris. *Nonius in voce* Cinis.

Salve primus omnium parens Patriæ appellate, primus in toga triumphum linguæque lauream merite, & facundiæ, Latinarumque literarum parens: atque (ut Dictator Cæſar hoſtis quondam tuus de te ſcripſit) omnium triumphorum lauream adepte majorem, quanto plus eſt, ingenii Romani terminos in tantum promoviſſe, quam imperii. *Plin. lib.* 7. *cap.* 30. *in fine, ubi de Cicerone.*

Cicero Cauſarum XIII: Re vendita iterum empta. unde manifeſtum fit venita non dici, ſed aut venundata, aut vendita, ut Cicero. C. Cæſar: Poſſeſſiones redimi, eas poſtea pluris venditas. *Diomedes lib.* 1.

Eſſeda vehiculi vel currus genus, quo ſoliti ſunt pugnare Galli: Cæſar teſtis eſt libro ad Ciceronem III: Multa millia equitum atque eſſedariorum habet. Hinc & gladiatores eſſedarii dicuntur, qui curru certant. *Junius Philargyrus in* 3 *Georg. Virgilii.*

Auguſtus quoque in Epiſtolis ad C. Cæſarem ſcriptis emendat, quod is Calidum dicere quam Caldum (*in libris forte de Analogia*) malit: non quia illud non ſit Latinum, ſed quia ſit odioſum, &, ut ipſe Græco verbo ſignificavit, περίεργον. Quinctilianus lib. 1.

C. JULII CÆSARIS DICTA.

Tu, quæſo, quicquid novi (multa autem exſpecto) ſcribere ne pigrere. in his, de Sexto ſatiſne certum: maxime autem de Bruto noſtro: de quo quidem ille, ad quem diverti, Cæſarem ſolitum dicere: Magni refert, hic quid velit: ſed quidquid vult, valde vult. (V. C. quidquid volet, valde volet.) idque eum animadvertiſſe quum pro Dejotaro Niceæ dixerit, valde vehementer eum viſum & libere dicere. *Cicero lib.* 14. *Epiſt. ad Atticum, Epiſt.* 1.

Proxime quum Sextii rogatu apud eum fuiſſem, exſpectaremque ſedens, quoad vocarer, dixiſſe eum: Ego dubitem, quin ſummo in odio ſim, quum M. Cicero ſedeat, nec ſuo commodo me convenire poſſit. Atqui, ſi quiſquam eſt facilis, hic eſt, tamen non dubito, quin me male oderit. *Cicero lib.* 14. *Epiſt. ad Attic. Epiſt.* 1.

Aiebat Cæſarem ſecum, quo tempore Sextii rogatu veni ad eum, quum

quum exſpectarem ſedens, dixiſſe: Ego nunc tam ſim ſtultus, ut hunc ipſum, facilem hominem, putem mihi eſſe amicum, quum tamdiu ſedens meum commodum exſpectet? *Cicer. lib.* 14. *Epiſt. ad Attic. Epiſt.* 2. *Idem cum eo quod ſupra ex epiſtola prima attulimus.*

Quo gaudio elatus, non temperavit quin paucos poſt dies frequenti curia jactaret, invitis & gementibus adverſariis adeptum ſe quæ concupiſſet: proinde ex eo inſultaturum omnium capitibus: ac negante quodam per contumeliam, Facile hoc ulli feminæ fore, reſponderit quaſi alludens: In Aſſyria quoque regnaſſe Semiramin; magnamque Aſiæ partem Amazonas tenuiſſe quondam. *Suetonius in Cæſare.*

Pharſalica acie cæſos profligatoſque adverſarios proſpicientem, hæc eum ad verbum dixiſſe refert Aſinius Pollio: Hoc voluerunt. tantis rebus geſtis C. Cæſar condemnatus eſſem, niſi ab exercitu auxilium petiſſem. *Suetonius in Cæſare.*

Conſecutuſque cohortes ad Rubiconem flumen, qui provinciæ ejus finis erat, paululum conſtitit, ac reputans quantum moliretur, converſus ad proximos, Et etiamnunc, inquit, regredi poſſumus. quod ſi ponticulum tranſierimus, omnia armis agenda erunt. *Suetonius in Cæſare.*

Cunctanti oſtentum tale factum eſt. Quidam eximia magnitudine & forma, &c. Tunc Cæſar, Eatur, inquit, quo Deorum oſtenta, & inimicorum iniquitas vocat. Jacta alea eſt, inquit. *Suetonius in Cæſare.*

Romam iter convertit; appellatiſque de Rep. Patribus, validiſſimas Pompeii copias, qui ſub tribus Legatis M. Petreio, & L. Afranio, & M. Varrone in Hiſpania erant, invaſit; profeſſus ante inter ſuos, Ire ſe ad exercitum ſine duce, & inde reverſurum ad ducem ſine exercitu. *Suet. in Cæſare.*

Prolapſus in egreſſu navis, verſo ad melius omine. Teneo te, inquit, Africa. *Suetonius in Cæſare.*

Quum exſpectatio adventis Jubæ terribilis eſſet, convocatis ad concionem militibus, Scitote, inquit, pauciſſimis his diebus Regem affuturum cum x legionibus, equitum xxx, levis armaturæ c millibus, elephantis ccc. Proinde deſinant quidam quærere ultra, aut opinari; mihique qui compertum habeo, credant: aut quidem vetuſtiſſima nave impoſitos, quocunque vento in quaſcunque terras jubebo avehi. *Suetonius in Cæſare.*

Jactare ſolitus, Milites ſuos etiam unguentatos bene pugnare poſſe: nec milites eos pro concione, ſed blandiori nomine commilitones appellabat. (*etiam* Quirites.) *Suet. in Cæſare.*

Famem & cæteras neceſſitates, &c. tantopere tolerabant, ut Dyrrhachina munitione Pompeius, viſo genere panis ex herba, quo

ſuſtinebantur, cum feris ſibi rem eſſe dixerit, &c. *Suetonius in Cæſare.*

Quoſdam infimi generis ad ampliſſimos honores provexit. Quum ob id culparetur, profeſſus eſt palam, Si graſſatorum & ſicariorum ope in tuenda ſua dignitate uſus eſſet, talibus quoque ſe parem gratiam relaturum. *Suetonius in Cæſare.*

Interrogatus cur repudiaſſet uxorem; Quoniam, inquit, meos tam ſuſpicione, quam crimine judico carere oportere. *Suetonius in Cæſare.*

Acie Pharſalica proclamavit, ut civibus parceretur. *Suetonius in Cæſare.*

Nec minoris impotentiæ voces propalam edebat, ut T. Ampius ſcribit: Nihil eſſe Rempublicam. Appellationem modo, ſine corpore, ac ſpecie. Sullam neſciſſe literas qui Dictaturam depoſuerit. Debere homines conſideratius jam loqui ſecum, ac pro legibus habere quæ dicat. *Suet. in Cæſare.*

Eoque arrogantiæ progreſſus eſt, ut Haruſpice triſtia, & ſine corde exta ſacro quodam nunciante, Futura diceret lætiora quum vellet: nec pro oſtento ducendum ſi pecudi cor defuiſſet. *Suet. in Cæſare.*

Triumphanti & ſubſellia Tribunitia prætervehenti ſibi unum è collegio Pontium Aquilam non aſſurrexiſſe, adeò indignatus, ut proclamaverit: Repete ergo à me Aquila Rempublicam Tribunus. nec deſtiterit per continuos dies quidquam cuiquam, niſi ſub exceptione polliceri, Si tamen per Pontium Aquilam licuerit. *Suetonius in Cæſare.*

Plebei Regem ſe ſalutanti, Cæſarem ſe, non Regem eſſe reſpondit. *Suetonius in Cæſare.*

De quo genere optime C. Cæſarem prætextatum adhuc accepimus dixiſſe, Si cantas, male cantas; ſi legis, cantas. *Quinctilianus lib.* 1.

Elevandi ratio eſt duplex, ut aut veniam quis aut jactantiam minuat: quemadmodum C. Cæſar Pomponio oſtendenti vulnus ore exceptum in ſeditione Sulpitiana, quod ipſe ſe paſſum pro Cæſare pugnantem gloriabatur, Nunquam fugiens reſpexeris. inquit. Aut crimen objectum, ut Cicero, &c. *Quinctilianus lib.* 6.

Eſt & illa ex ironia fictio, qua uſus eſt C. Cæſar. Nam quum teſtis diceret, à reo femina ſua ferro petita, & eſſet facilis reprehenſio, cur illam potiſſimum partem corporis vulnerare voluiſſet: Quid enim faceret, inquit, quum tu galeam & loricam haberes? *Quinctilianus lib.* 6.

Sic fac exiſtimes; poſt has miſerias, id eſt, poſtquam armis diſceptari cœptum eſt de jure publico, nihil eſſe actum aliud cum dignitate. Nam & ipſe Cæſar, accuſata acerbitate Marcelli (ſic enim appellabat) laudataque honorificentiſſime & æquitate tua, & prudentia, repente præter ſpem dixit, ſe Senatui roganti de Marcello, ne * hominis qui-

quidem cauſa negaturum. (*Sic Victorius edidit, eumque ſecutus Lambinus, cui tamen ominis legendum videtur. ipſum vide.) Cicero lib. 4. Epiſt. ad Famil. Epiſt. 4. ad Ser. Sulpicium.

Demetrio Megæ Siculo Dolabella rogatu meo Civitatem à Cæſare impetravit: qua in re ego interfui. Itaque nunc P. Cornelius vocatur. Quumque propter quoſdam ſordidos, qui Cæſaris beneficia vendebant, tabulam in qua nomina Civitate donatorum inciſa eſſent, revelli juſſiſſet, eidem Dolabellæ, me audiente, Cæſar dixit, Nihil eſſe, quod de Mega vereretur; beneficium ſuum in eo manere. *Cicero lib. 13 Epiſt. ad Famil. Epiſt. 36 ad Acilium.*

DE C. JULIO CÆSARE.

Sed tamen, Brute, inquit Atticus, de Cæſare & ipſe ita judico, & de hoc hujus generis acerrimo æſtimatore ſæpiſſime audio, illum fere omnium Oratorum Latine loqui elegantiſſime, nec id ſolum domeſtica conſuetudine, ut dudum de Læliorum & Domitiorum familiis audiebamus, ſed quamquam id quoque credo fuiſſe, tamen ut eſſet perfecta illa bene loquendi laus, multis literis, & iis quidem reconditis & exquiſitis eſt conſecutus, &c. *Ex Cic. in Bruto.*

Sed perge, Pomponi, de Cæſare, & redde quæ reſtant: Solum quidem, inquit ille, & quaſi fundamentum Oratoris, &c. Cæſar autem rationem adhibens, conſuetudinem vitioſam & corruptam, pura & incorrupta conſuetudine emendat. itaque quum ad hanc elegantiam verborum Latinorum, quæ etiamſi Orator non ſis, & ſis ingenuus civis Romanus, tamen neceſſaria eſt, adjungit ille oratoria ornamenta dicendi: tum videtur tamquam tabulas bene pictas collocare in bono lumine. hanc quum habeat præcipuam laudem in communibus, non video cui debeat cedere: ſplendidam quandam minimeque veteratoriam rationem dicendi tenet, voce, motu, forma etiam magnifica, & generoſa quodammodo. Tum Brutus: Orationes quidem ejus, &c. atque etiam Commentarios quoſdam ſcripſit rerum ſuarum, valde quidem, inquam, probandos: nudi enim ſunt, recti, & venuſti, omni ornatu orationis tamquam veſte detracta: ſed dum voluit alios habere parata unde ſumerent, qui vellent ſcribere hiſtoriam, ineptis gratum fortaſſe fecit, qui volunt illa calamiſtris inurere, ſanos quidem homines à ſcribendo deterruit, &c. *Ex Cic. in Bruto.*

Quid Oratorum? quem huic antepones eorum, qui nihil aliud egerunt? quis ſententiis aut acutior, aut crebrior? quis verbis aut ornatior, aut elegantior? *Ex Cic. ad Cor. Nepot. apud Suet. in Cæſ.*

Sed bene loquendi de Catulis opinio non minor, ſale vero (mero) conditus, & facetiis Cæſar. *Ex Cic. lib. 1. de offic.*

Reliquit & rerum ſuarum Commentarios Gallici, civiliſque belli Pompeiani. nam Alexandrini, Africique & Hiſpanienſis incertus au-

ctor eſt. alii enim Oppium putant, alii Hirtium: qui etiam Gallici belli noviſſimum, imperfectumque librum ſuppleverit. *Paulo poſt:* Pollio Aſinius parum diligenter, parumque integra veritate compoſitos putat; quum Cæſar pleraque & quæ per alios erant geſta, temere crediderit: & quæ per ſe, vel conſulto, vel etiam memoria lapſus, perperam ediderit: exiſtimatque reſcripturum, & correcturum fuiſſe. *Ex Suet. in Cæſ.*

C. vero Cæſar ſi tantum foro vacaſſet, non alius ex noſtris contra Ciceronem nominaretur; tanta in eo vis eſt, id acumen, ea concitatio, ut illum eodem animo dixiſſe, quo bellavit, appareat: exornat tamen hæc omnia mira ſermonis, cujus proprie ſtudioſus fuit, elegantia. *Ex Quinct. lib.* 10.

Quid tantum noceret vim Cæſaris, aſperitatem Cœlii, diligentiam Pollionis, judicium Calvi quibuſdam in locis aſſumere? *Ex Quinct. lib.* 10.

Hinc vim Cæſaris, indolem Cœlii, ſubtilitatem Calidii, gravitatem Bruti, acumen Sulpicii, acerbitatem Caſſii, diligentiam Pollionis, dignitatem Meſſallæ, ſanctitatem Calvi reperiemus. *Ex Quinctiliano lib.* 12.

At triſtior Calvus, numeroſior Aſinius, ſplendidior Cæſar, amarior Cœlius, gravior Brutus, vehementior & plenior & valentior Cicero. *Ex Auctore Dialogi de orator.*

Λέγεται δὲ καὶ φῦναι πρὸς λόγους πολιτικοὺς ὁ Καῖσαρ ἄριστα, καὶ διαπονῆσαι φιλοτιμότατα τὴν φύσιν, ὡς τὰ δευτερεῖα μὲν ἀδηρίτως ἔχειν, &c. *Ex Plut. in Cæſ.*

Ἐν δὲ Ῥώμῃ πολλὴ μὲν ἐπὶ τῷ λόγῳ περὶ τὰς συνηγορίας αὐτοῦ χάρις ἐξέλαμπεν. Ex Plut. in Cæſ.

Ac mihi ex Græcis orationes Lyſiæ oſtentat. ex noſtris Gracchorum, Catoniſque: quorum ſane plurimæ ſunt circumciſæ & breves. ego Lyſiæ Demoſthenem, Æſchinem, Hyperidem, multoſque præterea: Gracchis, & Catoni Pollionem, Cæſarem, Cœlium, inprimis M. Tullium oppono, cujus oratio optima fertur eſſe, quæ maxima. *Ex Plin. lib.* 1 *Epiſt.*

Sed ego verear ne me non ſatis deceat, quod decuit M. Tullium, C. Calvum, Aſinium Pollionem, M. Meſſallam, &c. Divum Julium. Divum Auguſtum, Divum Nervam, T. Cæſarem, &c. *Ex Plin. lib.* 5 *Epiſt.*

JO-

JOSEPHI JUSTI SCALIGERI

Jul. Cæs. Fil.

NOTITIA GALLIÆ.

Item

EIVSDEM NOTÆ
Super appellationibus locorum aliquot, & Gentium apud

CÆSAREM.

Vulgatis caſtigatiores & auctiores ex ipſo Scaligeri autographo editæ.

EX MUSEO

PAULI TERHAARII

AMSTELODAMÆI.

JOSEPHI SCALIGERI NOTITIA GALLIÆ.

ANte tempora Auguſti, qui de imperii Romani Provinciis ſcripſerunt, in diviſione Galliarum nunquam provinciam Narbonenſem comprehendunt, quæ intra Alpes, Juraſſum montem, Cebennas, Tarnim fluvium, Garumnam, Pyrenæorum initium, & mare Maſſilioticum continebatur. Itaque quum apud illos ſcriptores Galliarum mentio occurrit, excipe ſemper Narbonenſem, ſi res geſtæ ante imperium Auguſti memorantur. Et quidem unus omnium Romanorum C. Cæſar, ut Gallias arbitrio armorum ſubegit, ita etiam ſuo illas diviſit; in Belgas à Reno, ad Sequanam: hinc ad Garumnam, in Celtas: quod reliquum eſt, intra Garumnam, Pyrenæos, & mare Oceanum, in Aquitanos. Sed hæc tertia pars, cum alterutra priorum comparata, adeo exigua viſa eſt, ut alia diviſio inſtituenda fuerit. Itaque Auguſtus non ſolum illam diviſionem caſtigavit, ſed in nova Galliarum diviſione inſtituenda etiam Provinciam Narbonenſem complexus eſt; quicquid intra Alpes, mare mediterraneum, & Oceanum, & Renum continetur, uno Galliarum nomine comprehendens, & quicquid intra illos fines ſitum eſt, in decem & ſeptem Provincias partitus eſt, Belgicam primam, Belgicam ſecundam, Germaniam primam, Germaniam ſecundam, Lugdunenſes quatuor, Maximam Sequanorum, Viennenſem, Alpes Graias & Pœninas, Alpes maritimas, primam Aquitaniam, ſecundam Aquitaniam, Novempopulaniam. Poſtea Conſtantinus Magnus inſtitutis quatuor præfectis prætorio, duobus in Oriente, totidem in Occidente, alterum Occidentis in urbe Roma, alterum in urbe Treverenſi collocavit, qui præfectus prætorio Galliarum vocatus fuit. Et quia per occupationes Imperii in illis urbibus perpetuo hærere illis non licebat; vicarii aliquot eis attributi ſunt, qui eâdem poteſtate provinciis jus redderent. Præfecto igitur prætorii Galliarum tres vicarii dati. Primo ſedes data Treveris, ſecundo Lugduni, tertio Viennæ. Itaque ut horum vicariorum magna erat auctoritas, ita urbium quoque, in quibus ſedem habebant, maxima claritas. Treverenſi vicario parebant primæ & ſecundæ Germania & Belgica, & tota Britannia inſula. Lugdunenſi, quatuor Lugdunenſes, cum maxima Sequanorum. Viennenſi primæ & ſecundæ Narbonenſis & Aquitania. Alpes Graiæ & Pœninæ, Alpes maritimæ, Novempopulania. Totum hoc, quod unius vicarii juriſdictioni ſubjacet, Latini quomodo deſignarint, non memini: ſed Græci *ἐξαρχίαν*, *διοίκησιν*, *πατριὰν* vocant. Regnorum vices multa in hac diviſione immutarunt, ſed ſtatus Eccleſiaſticus tam

in

in Oriente quam in Occidente ejus integra veſtigia hactenus retinuit. Nam civitates, quæ provinciis nomina fecerunt, μητροπόλεις vocant: & ſi in eis ſedes fuerit vicarii, quem ἔξαρχον vocabant, eas non ſolum μητροπόλεις, ſed & ἐξαρχίας & πατριαρχίας vocant: & præſules earum ἐξάρχους καὶ πατριάρχας. reliquos μητροπολίτας, καὶ ἀρχιεπισκόπους, qui ſub ſe tantum ἐπισκόπους habent: nam οἱ ἔξαρχοι ſub ſe præter epiſcopos μητροπολίτας habent, μητροπολῖται vero tantum ἐπισκόπους. In Eccleſia Latina Archiepiſcoporum & nomen & jus manet, & juriſdictio Canonica in ſuos epiſcopos ſuffraganeos, ſed ἐξάρχων nulla veſtigia extant: niſi forte quædam umbra ejus fuerit, quod metropolita ſive archiepiſcopus Viennenſis primatem primatum ſeſe vocat. Eo enim oſtendit ſub ſe primates habuiſſe, qui ſub eo eſſent, Narbonenſem primatem Provinciæ, Bituricenſem primatem Aquitaniæ. Aliter quomodo aut quo jure primas primatum diceretur, niſi ratione diœceſeos Vicarii Viennenſis præfecti prætorio, qui ſeptem provincias ſub ſe habebat, in quibus prima Narbonenſis, & prima Aquitania? Quod vero Lugdunenſis primatem ſeſe vocari gaudeat, nuperum & novitium eſt, & illi ex beneficio Pontificis Rom. indultum. neque tamen novum eſt. Nam Guilielmus Brito in ſua Philippeïde ita canit:

Et Lugdunenſis, quo Gallia tota
ſolebat,
Vt fama eſt, Primate regi.

At primas primatum antea dici jure non potuit, quia nullam primam provinciam ſub ſe habebat. Viennenſis primas quidem primatum vocari vult, ſed cauſſam tam ille, quam omnis eccleſia ignorat. Hæc diviſio Galliarum, ut omnium antiquiſſima, ita certiſſima nobis ſequenda erat, neque ulla melior quærenda à nobis erat, ſi integræ illæ ἐξαρχίαι adhuc finibus Regni Francorum continerentur, ut olim ſub Karolo Magno, & ejus filio, & nepotibus. Sed quia ex illo ampliſſimo imperio multæ Provinciæ detractæ ſunt, alia nobis tributio inſtituenda. Galliæ igitur ſive Franciæ imperium Octo tribunalibus temperatur, quæ jus reddunt provinciis ſuis, à quibus Tribunalibus provocatio non eſt. Quorum & majeſtas auguſtiſſima eſt, & auctoritas ſacroſancta. Parlamenta Galli idiomate ſuo vocant. Non poſſumus meliorem noſtræ partitionis rationem inire, quam ſi in octo hæc Parlamenta omne Francorum regnum dividam, & ea in Provincias ſuas. Per Provincias autem non, ut hodie à regibus inſtituuntur, quia quot reges, tot mutationes provinciarum & nomina, aut regimina eorum oriuntur: Sed per diœceſes Eccleſiaſticas & Epiſcopatus procedet diviſio noſtra: quia hoc modo non diſcedemus à priſca Romani imperii notitia. Quod ſi quidam novi epiſcopi inſtituti ſunt, aut Metropolitæ, hoc non nocet veteri Romanæ diſpoſitioni: modo conſtet unde illi epiſcopatus abſciſſi ſint. Nam certum eſt, quum epiſcopatus novi inſtituuntur, veteres minui tantum,

rum, quantum ex illis abſciſſum in novam diœceſim confertur. Vetuſtiſſimum igitur Tribunal Pariſienſe eſt, idque primo unicum in regno fuit, & reliqua ad ejus exemplum poſterioribus temporibus inſtituta.

SUB PARISIENSI Parlamento diœceſes ſunt xxx. in his epiſcopatus xxv, Archiepiſcopatus quinque.

EPISCOPATUS OCTO, ſuffraganei Remenſi Metropolitæ, ſive Archiepiſcopo.

I. *Laudunenſis.* Dux & Par Franciæ, olim Laudunum Clavatum. vulgo *Laon.*

II. *Catalaunenſis.* Comes & Par Franciæ. *Chaalon.*

III. *Sueſſonenſis.* Olim Auguſta Sueſſonum. *Soiſſons.*

IV. *Morinenſis.* Teroana Morinorum. Retinet nomen, quanquam deleta à Carolo V. ejus epiſcopalis ſedes Bononiam tranſlata, ubi eſt navale veteribus Geſſoriacus dictum.

V. *Ambianenſis.* Samarobriva Ambianorum. *Amiens.*

VI. *Noviomagenſis,* Comes & Par Franciæ. *Noion.* Noviomagus Vadicaſſium Ptolemæo. (vulgo Eccleſiaſticorum Noviomus dicitur per compendium, ut Treſſes pro Tricaſſes.)

VII. *Silvanectenſis. Senlis.* Silvanectum.

VIII. *Bellovacenſis.* Cæſaromagus Bellovacorum. Comes & Par Franciæ. *Beauvais.*

SEPTEM EPISCOPATUS SUB Metropoli Senonenſi.

IX. *Pariſienſis.* Lutetia Pariſiorum. Caput totius Francorum regni.

X. *Carnutenſis.* Autricum Carnutum. *Chartres.*

XI. *Aurelianenſis.* Genabum Aurelianorum. *Orleans.* Inepte vocant Aureliam. Temporibus C. Cæſaris hæc urbs Carnutibus accenſebatur, & Autrico parebat.

XII. *Nivernenſis. Nevers.* Noviodunum Nivernenſium.

XIII. *Autiſſiodorenſis. Auſſerre.* Autiſſiodorum.

XIV. *Tricaſſenſis.* Auguſtobora Tricaſſium. *Trois en Champaigne.* Vulgo Eccleſiaſtico Treſſes corrupte, ut Noviomus pro Noviomagus.

XV. *Meldenſis.* Jatinum Medorum. *Meaux.*

QUATUOR EPISCOPI, ſub Metropoli Burdigalenſi.

XVI. *Pictavienſis.* Auguſtoritum Pictorum. *Poitiers.*

XVII. *Maleacenſis.* Novus Epiſcopatus ex Monaſterio, delibatus ex diœceſe Pictavienſi. *Maillezês.*

XVIII. *Luxonenſis.* Luſſon. Novus Epiſcopatus ex Monaſterio, detractus ex Pictavienſi.

XIX. *Enculiſma.* Auſonio Eculiſma. *Engouleſme.*

DUO EPISCOPATUS SUB Metropoli Turonenſi.

XX. *Andegavenſis. Angiers.* Juliomagus Andicavorum. in Ptolemæo excuſum eſt ἀνδικαῦναι, pro ἀνδικαῦαι.

XXI.

XXI. *Cenomanenſis. le Mans.* Vindicum Aulercorum Cenomanorum.

DVO EPISCOPATVS SVB Metropoli Bituricenſi.

XXII. *Claromontenſis. Clermont.* Auguſtonemetum Alvernorum. Sidonio ejus urbis epiſcopo dicitur tantum Alvernum.

XXIII. *Sancti Flori. Sainct Flour.* Novus epiſcopatus, delibatus ex Claromontenſi.

DVO EPISCOPATVS SVB Metropoli Lugdunenſi.

XXIV. *Lingonenſis. Langres.* Dux & Par Franciæ. Andomatunum Lingonum.

XXV. *Matiſconenſis. Maſcon.* Matiſco Eduorum. Cæſar in extremo Commentario VII.

QVINQVE METROPOLES, ſive Archiepiſcopatus.

XXVI. *Remenſis.* Dux & primus Par Franciæ. Secunda Belgica. Durocortorum Remorum. *Reims.*

XXVII. *Senonenſis.* Agendicum Senonum. quarta Lugdunenſis. *Sens.*

XXVIII. *Bituricenſis.* Primas Aquitaniæ. Avaricum Biturigum Cuborum. Prima Aquitania. *Bourges.* In Decreto Gratiani vocatur Patriarcha, & aliquando legimus hunc titulum ipſos Bituricenſes Præſules uſurpare. Sed Forojulienſis Epiſcopus ipſe quoque vocatur Patriarcha. In vetuſtiſſimis Annalibus Franciæ: *Paulinus Patriarcha Forojulienſis obiit.*

XXIX. *Turonenſis.* Tertia Lugdunenſis. *Tours.* Cæſarodunum Turonum. In Ptolemæo male excuſum eſt Τυράπιοι pro Τυρόνιοι.

XXX. *Lugdunenſis.* Lugdunum Seguſianorum. Prima Lugdunenſis. *Lion.* Hodie primatus Cleri Gallicani.

TRIBUNAL TOLOSANUM ampliſſimum inſtitutum à Rege Karolo VII, habet ſub ſe diœceſes unam & triginta, Epiſcopatus in his XXIIX, Archiepiſcopatus tres.

SVB METROPOLI NARbonenſi Epiſcopatus novem.

I. *Nemauſenſis.* Nemauſus Volcarum Arecomicorum. *Niſmes.*

II. *Ucetienſis. Uſetz.* Ucetienſium civitas.

III. *Lutevenſis.* Luteva. *Lodeve.*

IV. *Sancti Pontii Tomeriarum. Sainct Pont de Tomieres.*

V. *Aletenſis. Alet.* pro quo in Decreto & Decretalibus aliquando perperam editum eſt, *Arelatenſis.* civitas Aletenſium.

VI. *Magalonenſis. Mompelier.* ab inſula Magalone, ubi prius fuit ſedes Epiſcopalis, in Volcis Arecomicis.

VII. *Bitierenſis. Beſiers.* Biticræ, aut Biteræ Septimanorum in Arecomicis. Ptolemæo βαιτίρραι.

VIII. *Agathenſis. Agde.* ἀγαθὴ τύχη. à Maſſilienſibus Græcis condita in Volcis Arecomicis.

IX.

IX. *Carcaſſonenſis. Carcaſſone.* Carcaſſo Volcarum Tectoſagum.

SVB METROPOLI BITVricenſi Epiſcopatus ſeptem.

X. *Mimatenſis. Mende.* Vicus Mimates Gabalorum, vel Gabalitanorum, *Mende de Givauldan.* Nam ſyllabam GA primam in vocibus Galli mutant in GI, Gabalitanum, *Givauldan:* Gabalum, *Gibet:* Garumna, *Gironde:* quam etiam Gerunnam vocat Guilielmus Brito in ſua Philippeïde: *Quum poſt retrofluum pelago creſcente Gerunnam.*

XI. *Caſtrenſis. Caſtres.* Epiſcopatus novus.

XII. *Albigenſis. Albi.* Civitas Albigenſium.

XIII. *Anicienſis. Le Pui en Velay.* Civitas Velaunorum.

XIV. *Rutenenſis. Rodés.* Segodunum Rutenorum.

XV. *Vabrenſis. Vabres.* Novus Epiſcopatus ex Monaſterio, abſciſſus à Rutenſi.

XVI. *Cadurcenſis. Caors.* Divona Cadurcorum.

SVB METROPOLI NOVA Toloſa, ſeptem novi Epiſcopatus ex Monaſteriis, detracti de diverſis; partim ſinguli de ſingulis, partim ſinguli de pluribus.

XVII. *Apamienſis. Pamiers.*

XVIII. *Mirapicenſis. Mirepoix.*

XIX. *Sancti Papuli. Sainct Papoul.*

XX. *Montalbanenſis. Montaulban.*

Sainct Theodard de Montaulban.

XXI. *Vaurenſis. La Vaur.*

XXII. *Rivenſis. Rieus.* Rivi. Rivenſe Monaſterium.

XXIII. *Lombarienſis. Lombés.* Lombarienſe monaſterium.

SVB METROPOLI AVſcorum quatuor Epiſcopatus.

XXIV. *Convenenſis. Sainct Bertrand de Cominge.* Lugdunum Convenarum olim ab exercitu Guntchranni Regis dirutum, & ex ejus ruinis Sancti Bertrandi Fanum in valle Capraria conſtructum.

XXV. *Conſarannenſis. Sainct Legier de Conſerans.* Civitas Conſarannorum.

XXVI. *Tarbenſis. Tarbe.* Tarba Bigerronum. In notitia Provinciarum Galliæ male editum *Turba.*

XXVII. *Lactoratenſis. Laictoure.*

IN METROPOLI VIENnenſi Epiſcopatus unicus.

XXVIII. *Vivarienſis.* Caſtrum Vivario Albenſium, vel Elvenſium. *Viviers.* Apud Cæſarem hactenus omnes interpretati ſunt Albigenſes. At Albigenſes ſunt in Aquitania ad flumen Tarnim. Albienſes, vel Elvienſes ad Rodanum. In Notitia Provinciarum Galliæ ſub provincia Viennenſi prima *Civitas Albenſium, hoc eſt, Beliſio.* Ridiculum eſt. Nam ſcripti libri habent, *Civitas Albenſium, nunc Vivario.* Cæſar profecturus in Gallias per Albenſes tranſivit in finibus provinciæ Romanorum. Atqui, ut diximus, Albigenſes non erant in provincia Romana. Apud Plinium Alba Helviorum eſt, quæ hodie *Aubenas* vocatur in Vi-

varienſi diœceſi, Ptolemæo ἀλβοκώγγυσαι ἑλικωκίων. vocat Helicocios, quos Latini Helvios. *Aubenas* autem eſt nomen pluralis numeri Albanates, ut à Toloſa Toloſates, à Nola Nolates in veteri inſcriptione.

METROPOLES TRES,

XXIX. *Narbonenſis. Narbone.* Narbo Martius. Prima Narbonenſis. Secunda Viennenſis.

XXX. *Auſcenſis.* Auguſta Auſcorum; Novempopuli. Civitas Novempopulania. *Auch.* inepte vulgo Eccleſiaſtico Auxitanus Archiepiſc. pro Auſciorum, aut Auſcorum.

XXXI. *Toloſa*, nova Metropolis detracta metropoli Narbonenſi. Novempopuli, à quibus nominata eſt, ſunt hi: Convenæ, Conſaranni, Bigerrones, Lactoratenſes, Vaſates, Eloronenſes, Laſcarienſes, Tarbelli, Atyrenſes. Nam Lapurdenſes comprehenduntur ſub Tarbellis. Vide Extravagantes. Toloſa Volcarum Tectoſagum.

GRATIANOPOLITANUM Tribunal à Karolo ſeptimo inſtitutum ſeptennio poſtquam Toloſanum inſtitutum: vulgo *Parlamentum Delfinatus*. Habet diœceſes ſeptem: in his epiſcopatus quinque, archiepiſcopatus duos.

SUB METROPOLI VIENNENSI Epiſcopatus tres.

I. *Valentinus. Valence.* Valentia Segalaunorum, non autem Cavarum, ut eſt apud Plinium.

II. *Dienſis. Die.* Auguſta Dia Vocontiorum in veteribus inſcriptionibus. Hæ duæ diœceſes ab uno epiſcopo reguntur: & tamen ſeparatæ ſunt: neque altera alterius jura uſurpat. In aliis codicibus dicitur Dea, non Dia: & in Notitia Provinciarum ex veſtigiis priſcæ lectionis videmur odorari *Civitas Deenſium*: ubi hodie vitioſe excuſum *Civitas Athenſium*, & omnino Deenſium legendum, ut diximus: quia alioquin hæc Civitas deſideraretur.

III. *Gratianopolitanus. Grainoble.* à Gratiano imperatore ita dicta, quum antea Cularo vocaretur, ut in duabus egregiis inſcriptionibus legimus. In epiſtola Planci ad Ciceronem, quæ incipit Nunquam Mehercule, in fine ita editum vulgo: *Octavo Eidus Junias, Civarone, in finibus Allobrogum.* Ubi legendum *Cularone*, In Notitia imperii ita excuſum eſt: In Provincia Gallia Riparensi: *Tribunus cohortis primæ Flaviæ Sapaudiæ Calaronæ.* Ubi legendum quoque *Cularonæ*, aut *Cularone*. Gratianopolis igitur eſt ſedes ampliſſimi Senatus Delfinatenſis ad flumen Iſaram ſita; Cujus fluminis non ſemel meminit Plancus ad Ciceronem. Territorium illius urbis, vel potius ager ſuburbicarius

rius vocatur *Graiſivouldan* à vulgo Delfinatium, voce corrupta ex Gratianopolitano.

SVB NOVA METROPOLI Arelatenſi unus Epiſcopatus.

IV. *Tricaſtinenſis. Sainct Antoni de Tricaſtin.* Auguſta Tricaſtinorum. aliam civitatem ponit Ptolemæus, Juliomagum Tricaſtinorum.

SVB METROPOLI Aquenſi unus Epiſcopatus.

V. *Vapincenſis. Gap.* Vapingum. Territorium dicitur *Gapençois.*

DVÆ METROPOLES.

VI. *Viennenſis. Vienne.* Vienna Allobrogum. prima Viennenſis.

VII. *Ebrodunenſis. Ambrun.* Ebrodunum Alpium maritimarum. Quarta Viennenſis. Ebrodunum Caturigum. Aliud eſt Ebrodunum in finibus Helvetiorum, *Iverdun.*

TRIBUNAL BURDEGALENSE inſtitutum primo à Karolo ſeptimo; annis quatuor poſt Toloſanum. Quum autem per populares factionis Anglicæ rebellaſſent Burdigalenſes, armis iterum à Karolo Burdegala recepta, multati ſunt privilegiis ſuis, & Tribunali, & à decuria Senatus Pariſienſis tamdiu recti ſunt, donec Ludovicus undecimus iterum tribunal reſtituit. Hinc factum, ut Senatus Burdigalenſis, qui antea tempore Gratianopolitanum antecedebat, nunc poſterior ſit, & quartus in ordine ſupremorum Senatuum Galliæ. Habet ſub ſe epiſcopatus undecim, metropolim unam, ipſam ſcilicet Burdegalam.

SVB METROPOLI AVſcorum Epiſcopatus quatuor.

I. *Baionenſis. Baionne.* Baiona Lapurdenſium in Tarbellis. Nam totus ille tractus Syrtium, quas Landas vocant, dicitur Lapurdum Sidonio: hodie *Labord.*

II. *Aquenſis. Aqs.* Aquæ Tarbellicæ. Aquæ Tarbellorum.

III. *Vaſatenſis. Baſats.* Vaſconice, *B*, pro *V*, Coſſio Vaſatum.

IV. *Adurenſis. Aire.* Atyrenſium civitas, vel Aturenſium, à flumine Atyro, vel Aturo, vide Lectiones Auſonianas.

SVB METROPOLI BVRdegalenſi Epiſcopatus quinque.

V. *Xantonenſis. Saintonge.* Mediolanum Xantonum, vel Santonum.

VI. *Petrocorienſis. Perigueus.* Veſuna Petrocoriorum. etiam hodie vetus opidum illius Civitatis vocatur Veſuna: & turris vetuſtiſſimæ ſtructuræ.

VII. *Sarlatenſis. Sarlat.* Novus epiſcopatus detractus Petrocorienſi.

VIII. *Agennenſis. Agen.* Aginnum Nitiobrigum. In Plinio male excuſum, *Antobroges Tarneg amne diſcreti à Toloſanis.* Legendum enim: *Nitiobriges Tarno amne.* Vide lectiones Auſonianas. In libro Hieronymi de claris ſcriptoribus dicitur *Agennum* ut vulgo: ſed Ptolemæo & Auſonio Aginnum per i.

IX. *Condomienſis. Condom.* Nonus epiſcopatus in pago Aginnenſi ultra Garumnam, ex monaſterio, delibatus de Aginnenſi.

SVB METROPOLI BITVricenſi Epiſcopatus duo.

X. *Lemovicenſis. Limoges.* Ratiaſtum Lemovicum.

XI. *Tutelenſis. Tulle.* Novus epiſcopatus ex monaſterio, deminutus de Lemovicenſi.

METROPOLIS VNICA.

XII. *Burdigalenſis. Bourdeaus.* Burdigala Biturigum Viviſcorum. Secunda Aquitania.

TRIBUNAL AQUENSE, inſtitutum à Ludovico duodecimo. Sub eo ſunt diœceſes tredecim: in quibus Epiſcopatus undecim, Archiepiſcopatus duo.

SVB METROPOLI EBROdunenſi Epiſcopatus quinque.

I. *Dinienſis. Dine.* Dinia Sentiorum, aut Ebroduntiorum.

II. *Graſſenſis. Graſſe.*

III. *Glandatenſis. Glandeve.* Glannate.

IV. *Sanitienſis. Senas.* Sanitium Veſdiantiorum in Alpibus maritimis.

V. *Ventienſis. S. Paul de Vences.* Ventium Neruſiorum in Alpibus maritimis.

SVB METROPOLI AQVENſi quatuor Epiſcopatus.

VI. *Aptenſis. Apt.* Apta Julia Vulgientium. male Athenſium in notitia Provinc. pro Aptenſium.

VII. *Reienſis. Riës.* Male apud Sidonium & alios Regienſis. Civitas Reienſium.

VIII. *Forojulienſis. Frejus.* Forum Julium, Octavanorum coloniæ Pacenſis claſſica.

IX. *Ceſteronenſis. Ciſteron.* Ceſtero. Excuſum tamen Ceſſero in Notitia Provinciarum. Segeſtoriorum civitas.

SVB NOVA METROPOLI Arelatenſi Epiſcopatus duo.

X. *Maſſilia. Marſeille.* Urbs Græcorum Phocæenſium.

XI. *Telonenſis. Toulon.* Telonum.

DVÆ METROPOLES.

XII. *Aquenſis. Aix.* Aquæ Sextiæ Salyorum. Secunda Narbonenſis. tertia Viennenſis. Sedes Parlamenti.

XIII. *Arelatenſis. Arles.* Arelate Salyorum. Arelate Sextanorum. Nova Metropolis. neque mihi conſtat quando inſtituta. Nam ante trecentos annos erat ſub Viennenſi.

DIVI-

DIVIONENSE TRIbunal, inſtitutum à Ludovico XII. Sub eo duo epiſcopatus. Divio Caſtrum vocatur in Martyrologiis vetuſtiſſimis.

SUB METROPOLI LUGDUnenſi Epiſcopatus duo.

I. *Auguſtodunenſis. Auſtun.* Auguſtodunum Eduorum.

II. *Cabillonenſis. Challon ſur Saone.* (Ita ſcribi debet Gallice, non *Chaallon.* Nam hoc eſt Catalaunum.) Caballinum, vel Caballionum Eduorum.

ROTOMAGENSE Tribunal, inſtitutum à Ludovico duodecimo. Sub quo diœceſes ſeptem: quarum ſex epiſcopatus: unus Archiepiſcopatus.

SUB METROPOLI ROTOmagenſi Epiſcopatus ſex.

I. *Abrincantenſis. Avrenches.* Ingena Abrincantorum.

II. *Ebroïcenſis. Evreux.* Mediolanum Aulercorum Eburovicum.

III. *Baiocenſis. Baieux.* Baiocaſſes.

IV. *Saienſis. Sais.* Saiorum Civitas.

V. *Conſtantienſis. Coutances.* Conſtantia.

VI. *Lexovienſis. Liſieux.*

METROPOLIS UNICA.

VII. *Rotomagenſis. Rouen.* Rotomagus Venellocaſſium. ſecunda Lugdunenſis. ſedes ampliſſimi Senatus Normanniæ.

TRIBUNAL REDOnenſe in Britonibus Aremoricis, inſtitutum ab Henrico ſecundo memoria noſtra. Sub eo ſunt diœceſes novem, omnes epiſcopatus.

SUB METROPOLI TURONenſi novem Epiſcopatus.

I. *Briocenſis. Sainct Brieu.*

II. *Machlovienſis. Sainct Malo.*

III. *Leonenſis. Sainct Paul de Leon.*

IV. *Nannetenſis. Nantes.* Condivicinum Nannetum.

V. *Venetenſis. Vannes.* Veneti ſatis noti Commentariis Cæſaris.

VI. *Tricorienſis. Triguier. Landtriguier.*

VII. *Curoſopitenſis. Cornouaille.*

VIII. *Dolenſis. Dol.* Hic epiſcopus habet jus pallii, & ideo locum habet inter Archiepiſcopos.

IX. *Redonenſis. Renes.* Condate Redonum. Sedes Parlamenti Britanniæ Aremoricæ.

Atque hi quidem ſunt octo ampliſſimi Senatus Franciæ. Sed accrevit ditioni Regis Franciæ Senatus ſupremus Benearnenſis, Chriſtianiſſimo Henrico rege Navarræ capeſſente ſceptrum regni Franciæ jure ſucceſſorio. Tamē Benearnenſis principatus ſemper ſeparatus fuit à ditione Francorum, & eodem jure fuit, quo regnum, quod eſt optimo maxi-

maximo jure, id eſt, nulli ditioni ſubditum.

TRIBUNAL BENEARNENſE ab Henrico rege Navarræ Chriſtianiſſimi Henrici quarti avo materno inſtitutum in caſtro Palo. Sub eo ſunt Epiſcopatus duo:

SUB METROPOLI AVſcorum Epiſcopatus duo.

I. *Laſcarienſis. Leſcar.* Civitas Laſcarienſium.

II. *Oloronenſis. Oleron.* Eloronenſium civitas.

Rurſus rex potitur Civitate Mediomatricum, ubi Magiſtratus miſſus à Rege Senatui urbis præſidet.

TRIBUNAL MEDIOmatricis urbis habet epiſcopatus tres.

SUB METROPOLI TREverenſi Epiſcopatus tres.

I. *Metenſis. Metz.* Divodurum Mediomatricum: olim ſedes Regni Lotaringiæ. Luitprandus, *Metenſem urbem, quæ potentiſſima in regno Lotarii claret.* Regnum Lotarii *Lotar-rijck*, Lotaringiam vocat.

II. *Tullenſis. Toul.* Tullum Leucorum.

III. *Virdunenſis. Verdun.* Verodunum. In veteribus Conciliis Gallicanis aliquando *epiſcopus Veronenſis* perperam legitur pro *Verodunenſis.* Alii Verdunum ſcribunt.

Igitur hodie ſub ditione Chriſtianiſſimi Francorum Regis ſunt Diœceſes CXVI, in quibus CII Epiſcopatus, XIV Archiepiſcopatus. Quia igitur nulli fines provinciarum certi ſunt, Regibus pro arbitrio omnia mutantibus, ideo nobis hæc tributio omnium expeditiſſima viſa eſt. quam jure ſequuti ſumus.

Præter Diœceſes CXVI quæ hodie ſub ditione ſunt Regis Francorum, aliæ V ſunt intra fines Imperii Gallicani, & tamen ſunt extra ditionem Francorum; quatuor nempe in Comitatu Venitiæ, id eſt, Avenionenſi; & una extra Comitatum.

COMITATUS AVENIONENSIS ſive Venitiæ, Diœceſes habet IV ſub ditione Pontificis Romani, in quibus

ARCHIEPISCOPATUS I.

EPISCOPATUS III.

METROPOLIS SIVE ARchiepiſcopatus I.

I. Avenio. Metropolis nova. *Avignon.* Avenio Cavarum. Pontifices Romani inſtituerunt hanc Metropolin, quum antea ſuffragaretur Viennæ, ut & tres reliquæ civitates.

EPISCOPATUS III *SUB Metropoli Avenionenſi.*

I. Carpentoractenſis. *Carpentras.* Carpentoracte Meminorum.

II. Cabillonenſis. *Cavaillon du*

Con-

Contat. Cabillio Cavarum Colonia.

III. Vaſionenſis. *Vaiſon.* Vaſio Vocontiorum.

EXTRA COMITATVM Avenionenſem Epiſcopatus eſt

Arauſionenſis. *Orange. Aurange* indigenis, vulgo inepte *Auraſio* & *Auraica:* Arauſio Cavarum. Hic Principatus habet hodie proprium Dynaſtam ſeu Principem ex gente illuſtriſſimâ Naſſawiâ.

Quia vero initio hujus diatribæ mentionem fecimus Galliarum quas in XVII Provincias Auguſtum tribuiſſe monuimus; non poſſumus ſine piaculo ipſas provincias tranſire, partim ut eam diviſionem proponeremus, partim ut notitiam earum provinciarum, quæ mirifice depravata circumfertur, ex veteribus Codicibus emendatam poſteritati daremus. Scito quicquid diſcrepat ab excuſis, id à ſcripta lectione eſſe.

NOTITIA PROVINCIARUM GALLIÆ.

PROV. LVGDVNENSIS I.

Metropolis Civitas Lugdunenſium. *l'Archeveſché de Lion.*

Civ. Eduorum, hoc eſt, Auguſtodunum. *l'eveſché d'Autun.*

Civitas Lingonum. *l'eveſché de Langres.*

Caſtrum Matiſconenſe. *l'eveſché de Maſcon.*

Caſtr. Caballionenſe. *l'eveſché de Challon ſur Saoſne.*

PROV. LVGDVNENSIS II.

Metrop. Civitas Rotomagenſium. *l'Archeveſché de Rouen.*

Civitas Baiocaſſium *l'eveſché de Baieux.*

Civitas Abrincatorum. *l'eveſché d'Avranches.*

Civit. Saiorum. *l'eveſché de Sês ou Sais.*

Civ. Lexoviorum. *l'eveſché de Liſieus.*

Civit. Conſtantienſium. *l'eveſché de Coutances.*

PROV. LVGDVNENSIS III.

Metr. Civitas Turonorum. *l'Archeveſché de Tours.*

Civ. Cennomannorum. *l'eveſché du Mans.*

Civitas Redonum. *l'eveſché de Renes.*

Civitas Andegavorum. *l'eveſché d'Angiers.*

Civitas Nannetum. *l'eveſché de Nantes.*

Civ. Curoſopitorum. *l'eveſché de Cornouaille.*

Civ. Ciantium, id eſt, Venetorum. *l'eveſché de Vennes ou Vannes.*

Civ. Oſiſmiorum.

Civ. Diablintum, id eſt, Cariſes.

PROV. LVGDVNENSIS IV.

Metr. Civitas Senonum. *l'Archeveſché de Sens.*

Civitas Carnutum. *l'eveſché de Chartres.*

Civitas Autiſiodorum. *l'eveſché d'Auxerre.*

Civ. Trecaſſium. *l'eveſché de Troies.*

Civitas Aurelianorum. *l'eveſché d'Orleans.*

Civ. Pariſiorum. *l'eveſché de Paris.*

Civitas Meldorum. *l'eveſché de Meaux.*

PROV. LVGDVNENSIS V.

Metr. Civitas Criſpolinorum, id eſt Veſuntio. *l'Archeveſché de Beſançon.*

Civ. Equeſtrium, id eſt, Nevidunum. *la ville de Nion entre Geneve & Lauſanne.*

Civ. Elvicorum.id eſt, Aventicum. *Avanches.*

Civ. Baſilienſium.

Caſtrum Viridunenſe.

Caſtrum Ebrodunenſe.

Caſtrum Argentarienſe.

Caſtrum Rauricenſe.

Portus Abucina.

PROVINC. BELGICA I,

Metr. Civ. Treverorum. *l'Archeveſché de Treves.*

Civ. Mediomatricum, hoc eſt, Metis. *l'eveſché de Metz.*

Civ. Leucorum, id eſt, Tullo. *l'eveſché de Toul.*

Civ. Verdonenſium. *l'eveſché de Verdun.*

PROV. BELGICA II.

Metr. Civ. Remorum. *l'Archeveſché de Reims.*

Civ. Sueſſonum. *l'eveſché de Soiſſons.*

Civ. Catalaunorum. *l'eveſché de Chaallon.*

Civitas Veromanduorum. *la Ville de Sainct Quentin en Vermandois.*

Civ. Atrebatum. *l'eveſché d'Arras.*

Civ. Cameracenſium. *l'eveſché de Cambrai.*

Civ. Tornacenſium. *l'eveſché de Tournay.*

Civit. Silvanectum. *l'eveſché de Senlis.*

Civit. Bellovacorum. *l'eveſché de Beauvais.*

Civitas Ambianenſium. *l'eveſché d'Amiens.*

Civ. Morinorum, id eſt, Ponticum. *l'eveſché de Terouane.*

Civit. Bononienſium. *La Ville de Bouloigne ſur mer.*

PROV. GERMANIA I.

Metr. Civitas Magontiacenſium.

Civitas Argentoratenſium. Stratiburgo.

Civ. Nemetum, hoc eſt, Spira.

Civit. Wangionum, hoc eſt Warmacia.

PROV. GERMANIA II.

Metr. Civit. Agrippinenſium, hoc eſt, Colonia.

Civ. Tungrorum. *La Ville de Tungres.*

PROV. VIENNENSIS I.

Metr. Civitas Viennenſium. *l'Archeveſché de Vienne.*

Civit. Genevenſium. *l'eveſché de Geneve.*

Civ. Gratianopolitanorum. *l'eveſché de Grenoble.*

Civ. Deenſium. *l'eveſché de Die.*

Civ. Valentinorum. *l'eveſché de Valence.*

Civ. Tricaſtinorum. *l'eveſché de Sainct Antoine de Tricaſtin.*

Civit. Vaſionenſium. *l'eveſché de Vaiſon.*

Civitas Arauſicorum. *l'eveſché d'Aurange.*

Civ. Carpentoractenſium, nunc Vindauſica. *l'eveſché de Carpentras.*

Civ.

Civ. Caballicorum, *l'eveſché de Cabaillon.*

Civ. Avennicorum, *l'Archeveſché d'Avignon.*

Civ. Arelatenſium, *l'Archeveſché d'Arles.*

PROVINC. VIENNENSIS II.

Metr. Civ. Narbonenſium, *l'Archeveſché de Narbone.*

Civ. Toloſatium, *l'Archeveſché de Toloſe.*

Civ. Agathenſium, *l'eveſché d'Agde.*

Civ. Aletenſium, *l'eveſché d'Alet.*

Civ. Beterienſium, *l'eveſché de Beſiers.*

Civ. Magalonenſium, *l'eveſché de Magalone, ou Mompelier.*

Civ. Nemauſenſium, *l'eveſché de Nimes.*

Caſtrum Luteva, *l'eveſché de Lodeve.*

Caſtrum Vcetienſe, *l'eveſché d'Uſetz.*

PROVINC. VIENNENSIS III.

Metr. Civit. Aquenſium, *l'Archeveſché d'Aix.*

Civ. Reienſium, id eſt, Reius, *l'eveſché de Riës.*

Civ. Aptenſium, *l'eveſché d'Apt.*

Civ. Forojulienſium, *l'eveſché de Frejus.*

Civ. Wapincenſium, *l'eveſché de Gap.*

Civ. Segeſtoriorum, *l'eveſché de Siſteron.*

Civ. Antipolitana, *La ville d'Antibe, ou Antibol.*

PROVINC. VIENNENSIS IV.
in Alpibus Maritimis.

Metr. Civ. Ebrodunenſium, *l'Archeveſché d'Ambrun.*

Civ. Dinienſium, *l'eveſché de Dine.*

Civ. Rigomagenſium.

Civ. Sollinienſium.

Civ. Sanicienſium, id eſt, Sanici, *l'eveſché de Senas.*

Civitas Glannatena, *l'eveſché de Glandeves.*

Civit. Cemelevenſium.

Civit. Vencienſium, *l'eveſché de S. Paul de Vences.*

PROVINC. VIENNENSIS V.
Alpium Graiarum Peninarum.

Metr. Civitas Centronum, hoc eſt, Tarantaſia, *l'Archeveſché de Tarantaiſe.*

Civ. Vallenſium, hoc eſt, Octodurum, *Sainct Maurice.*

PROVINC. AQVITANIA I.
ſexta Viennenſis.

Metr. Civit. Bituricum, vel Betorigorum, *l'Archeveſché de Bourges.*

Civitas Arvernorum, *l'eveſché de Clermont en Auvergne.*

Civ. Rutenorum, *l'eveſché de Rodês, ou Rodais.*

Civitas Albigenſium, *l'eveſché d'Albi.*

Civitas Cadurcorum, *l'eveſché de Caors.*

Civit. Lemovicum, *l'eveſché de Limoges.*

Civ. Gabalorum, *le païs de Givauldan.*

Civ. Velaunorum, *le païs de Velai.*

PROVINC. AQVITANIA II.
Septima Viennenſis.

Metropol. Civ. Burdegalenſium, *l'Archeveſché de Bourdeaux.*

Civ. Agennenſium, *l'eveſché d'Agen.*

Civitas Encoliſmenſium, *l'eveſché d'Engouleſme.*

Civitas Sanctonum, *l'eveſché de Sainctes.*

Civ. Pictavorum, vel Pectavonum, *l'eveſché de Poitiers.*

Civ. Petrogoriorum, *l'eveſché de Perigueus.*

PROVINC. AQVITANIA III. *NOVEMPOPVLANIA, octava Viennenſis.*

Metr. Civ. Auſciorum, *l'Archeveſché d'Auch.*

Civ. Aquenſium, *l'eveſché d'Aqs.*

Civitas Lacturacium, vel Laſtoracium, *l'eveſché de Laictoure.*

Civ. Convenas, *l'eveſché de Cominges.*

Civ. Conſarannorum, vel Conſorannorum, *l'eveſché de Conſerans.*

Civ. Boatum, id eſt Borus. *Le païs de Buchs.*

Civ. Benearnenſium, id eſt, Benaanus. *Le païs de Bearn.*

Civ. Aturenſium, *l'eveſché d'Aire.*

Civ. Vaſatica, *l'eveſché de Baſats.*

Civ. Tarba, ubi caſtrum Begorra, *l'eveſché de Tarbe de Bigorre.*

Civ. Eloronenſium, *l'eveſché d'Oleron en Bearn.*

Civitas Eluſatium, *la ville & païs d'Euſe en Gaſcogne.*

Hæ ſunt XVII Provinciæ, in quas Auguſtus Cæſar Gallias diviſit, & in quibus Conſtantinus Magnus alia officia, & magiſtratus conſtituit. Provincia aliquando dicitur Diœceſis; Epiſcopatus autem, qui in ea continentur, aliquando etiam dicuntur Parochiæ. In Proclamatione Karoli Calvi *Tullenſis Parochia* pro Epiſcopatu, aut urbe ipſa Epiſcopali poſitum eſt.

QUÆ-

QUÆDAM LOCA IN CÆSARIS COMMENTARIIS DISCUSSA.

Multa ſunt in Commentariis belli Gallici apud C. Cæſarem, quæ nondum explorata ſunt: multa etiam quæ male ad veteres appellationes relata, quæ nos caſtiganda ſuſcepimus. Obſcuritatem etiam peperit duplex appellatio locorum apud veteres: ut Scaldis, & Tabuda idem eſt; Phrudis & Sumina, *la riviere de Somme*; Obrinca & Moſella; Araris & Sagona. Bratuſpantium, & Cæſaromagus: *la ville de Beauvais.* Bononia maritima, & Geſſoriacus. Item nomina populorum pro ipſa urbe, ut Pariſii pro Lutetia: Turones pro Cæſaroduno: Aureliani pro Genabo, & alia ſimilia. Nos pauca ſed magis neceſſaria in Cæſare delibabimus.

A*Tuatici*. Atuatucum eſt urbs Tungrorum, quæ & hodieque *Tungres* dicitur. Quum à Barbaris vaſtata eſſet, epiſcopatus tranſlatus fuit in Trajectum Moſæ, vulgo *Maſtricht*: ſed & illa quoque urbe à Normannis incenſa, epiſcopatus in vicum Sancti Lamberti traductus: qui hodie Leodium dicitur, id eſt Hominium, quia eſſet de hominio & feudo Epiſcopi Tungrenſis. In Conciliis Gallicanis epiſcopus Trajectenſis pro Tungrorum epiſcopo legitur. Cave intelligas Trajectum Reni, vulgo *Utrecht*. Bekkeſelenus, quo nullus mortalium magis abuſus eſt & ingenio & otio ſuo, multum ſudat, ut perſuadeat Atuaticos Cæſaris eſſe Antwerpiam. Hoc verum fuerit, ſiquidem Antwerpia eadem cum Tungrorum urbe eſſe poteſt. Sed nugas Bekkeſelenicas miſſas facimus. Antwerpiæ vetuſtiorem mentionem non reperio, quam in Annalibus vetuſtis Franciæ editis à Pithœo noſtro, in quibus ſub annum Chriſti DCCCXXXV legimus: *Normanni Antwerpiam civitatem incendunt.*

Agendicum. La ville de Sens, non autem *Provins*, ut ſtulti.

Avaricum. Stulti putant eſſe oppidulum Bituricenſis diœceſeos nomine *Vierzon.* Sed hæc jam confutata ſunt. Et nemo eſt hodie paulo humanior, qui ignoret Avaricum Cæſaris eſſe urbem Metropolim Biturigum, quæ *Bourges* dicitur.

Auſci. Auch. ut ſupra diximus. Nam

Nam imperite faciunt, qui Auxitanos vocant.

BEllocaſſi. Apud Cæſarem male pro Baiocaſſii, qui & Baiocaſſes. *Bayeux.*

Bigerrones. In Notitia provinciarum, Civitas Bigerronum vocatur Tarba, ut hodie. Sed male excuſum eſt *Turſa*, & *Turba.* Marlianus inſanit, qui ait ibi hanc Turſam eſſe, & Caſtrum Begorram, ubi eſt Epiſcopatus Bitterenſis provinciæ Narbonenſis. quæ ſententia non eſt ſobrii capitis.

Bituriges duplices ſunt, cognomentis diſtincti. Bituriges Cubi, quorum Metropolis Avaricum primæ Aquitaniæ. Bituriges Vibiſci, aut Viviſci, quorum Metropolis Burdegala, ſecunda Aquitania. Utraque Civitas libera ſub Romanis.

Bratuſpantium. Civitas Bellovacorum, ſub Cæſaribus Romanis tranſnominata Cæſaromagus. *Beauvais.*

CAbillonum. Vide in Tribunali Divionenſi.

Cadurci. Eorum civitas Divona. *Caors en Querci.*

Caletes. *Le bailliage de Caus en Normandie.*

Cantabri. *Le païs des Baſques.*

Caduaci. Lege Atuaci. vide ſupra Atuatici.

Caturiges. Sunt Alpes maritimæ. Metropolis Ebrodunum. *les Alpes d'Ambrun.*

Centrones. *Les Alpes de Tarentaiſe.* Graiæ Peninæ Alpes.

Curioſolitæ. In Notitia Provinciarum, & in libro Fiſci Romani Curioſolitæ. *Cornouaille.*

EBurovices. *l'Eveſché d'Evreux en Normandie.*

Elaver. *Allier.* Ingens fluvius, qui Ligeri excipitur.

Eluſates. Ita legendum, non *Fluſſates.* Vide lectiones Auſonianas. *la ville d'Euſe en Gaſcogne.* Hinc oriundus erat Ruffinus ille præpotens inſidiator imperii Romani, in quem extant duo ϛηλιτδυτικὰ poëmata Claudiani. In priore ita legimus.

Invadit muros Eluſæ, notiſſima dudum
Tecta petens.

Quod enim media ſyllaba corripiatur, pronunciatio Vaſconica id oſtendit, quæ Eluſa, tanquam Elſa effert. Nam l ante Conſonantem, non ſolum Vaſcones in u ſemper convertunt, ſed & Franci, & major pars Teutoniſmi inferioris. Qui Fluſſates legebant, dicebant eſſe Comitatum de Fuxio: & hoc ſtupore ſuo perſuaſerunt illuſtri viro nomen *de Foix* in Fluſſatem recudere. quo nihil abſurdius. Nam aliud eſt Franciſcus de Fluſſa, aliud Franciſcus Fluſſas. Nam de Fluſſa eſſet verum cognomen familiæ. Sed Fluſſas eſſet nomen nationis. Itaque Franciſcus Fluſſas eſſet natione Fluſſas, non de familia de Fluſſa. Sed Fluſſa non eſt *Foix.* Nam id eſſet Foxium, aut aliud quidvis potius quam Fluſſa.

GAbali. *Le païs de Givauldan.* Marlianus dicit quondam fuiſſe provinciæ Bituricenſis, nunc vero provinciæ Arelatenſis. Certe & nunc quoque eſt provinciæ Bituricenſis. Sed inter Gabalos,& provinciam Arelatenſem *Longa procul longis via dividit invia terris.* Et ridicula ſunt hæc.

Garumna. Retinet nomen ſemper, ſed integrum à capite ad Blaviam Caſtrum, ubi lingua Francica incipit. Nam tunc pro *Garonne*, dicitur Geronde, & *Gironde.* Vide in Tribunali Toloſano in Civitare Mimatenſi. Excipit navigeros fluvios Tarnim, *le Tarn*: Oliten, ſive Oldum, *Ooldt*, aut cum articulo *l'Ooldt*: Duranium Auſonio, Dordoniam apud Gregorium Turonenſem, *la Dordogne*, unum ex præcipuis non ſolum Aquitaniæ ſed etiam totius Galliæ fluminibus.

Gebenna. Scribendum Cebenna per C. *Les Cebenes & Cevenes.*

Genabum qui negant Aurelianenſium urbem eſſe, habent oppoſita omnes veri veſtigia apud Cæſarem & multa alia argumenta. Nam quo nomine vocandi ſunt, qui *Gien* eſſe putant?

Geneva. Media corripi debet, ut in Eluſa: quod non ſolum Helveticus Germaniſmus oſtendit, qui *Genff* vocat, ſed etiam ipſi ruſtici ſuburbicarii, & reliqui Sabaudi: qui Zenevam, accentu in prima enunciant. Sed Gallorum proprium eſt mediam correptam producere. *publique, facile*: quæ Latine corripitur.

Gergovia. Superſunt quædam veſtigia cum veteri appellatione aliquot ſtadiis ab urbe Claromontenſi Arvernorum.

HElvii. Diximus ſupra eſſe *le païs de Vivarais.* ubi Alba Helviorum ſine dubio *Aubenas.* id eſt Albanates. Cæſar trans Rodanum dicit eſſe, & extra provinciam Romanam, proximos Alvernis, & Cebennis montibus.

ICius. Eſt promontorium prope Bononiam maritimam. Navale autem dicitur Geſſoriacus. & delirant, qui aliud volunt eſſe à navali Bononienſi. Nam multa adverſus eorum pertinaciam objici poſſunt. At qui Icium opidum *Cales* eſſe putant, nullo negotio refelluntur à Ptolemæo; qui prius ponit Icium, deinde Geſſoriacum; hoc eſt Navale Bononiæ, à quo opidum *Cales* diſtat pluſquam viginti millibus paſſuum: hoc eſt Leucis Belgicis ſeptem.

LEmovices. *le païs & Seneſchauſſée de Limoſin.* urbs eorum Ratiaſtum. Sed Commentario octavo, ubi vulgo editum eſt, *ad oppidum Lemovicum contendit*; legendum *Lemonum*: cujus opidi mentio in Itinerario Antonini, & apud Ptolem.

Lige-

Ligeris. ejus caput eſt in pago Velauno,& vulgo dicitur *la Font de Leire*. hoc eſt fons Ligeris. excipit ingentes & navigiorum patientes fluvios non paucos: in quibus Elaverim, æmulum ipſi, neque magnitudine cedentem, & magis piſculentum; Carum, vel Carem,ut habet Fortunatianus: vulgo *Le Cher*. item *Vigennam*, *La Viane*, *la Vignane*, & alios præterea.

Lexovii. *l'eveſché & païs de Liſieux en Normandie*.

Lingones. *Langres*.

Lutetia, Græcis λευκοτεκία, λουκοτεκία.

M*Atiſco, l'eveſché de Maſcon*.

Matrona. *Marne*. ingens flumen, neque minus ipſo Sequana.

Melodunum. Hoc nomen perperam inſultum eſt apud Cæſarem bis,pro quo veteres omnes ſcripti codices habent Metioſedum. Verum quidem eſt Melodunum & Metioſedum unum idemque opidum eſſe.ſed Melodunum poſterius eſt. Hodie *Melun* in inſula Sequanæ inſtar Lutetiæ Pariſiorum. Aliud Melodunum, vel, ut alibi reperio, Miliodunum in agro Bituricenſi. Vulgo *Meun*.Alii pro Metioſedum legunt *Joſedum*, & *Corbeil* interpretantur. Quibus bonam mentem precamur.

Mediomatrices. Poſterioribus temporibus urbs Mediomatricum vocata eſt Metæ, & vulgo nomen retinet, quum antea Divodurum ei nomen eſſet.

Menapii.Strabo cum Morinis continuat in maritimis Belgii, & Cæſar quoque indicat ibi eſſe. Denique Ptolemæus collocat ad oſtia Moſæ. Non ſunt igitur Geldrii. neque, qui ſapiunt, hoc concedent. Sed pars hodiernæ Hollandiæ & Brabantiæ maritimæ,vel potius ſecundum Strabonem ora Flandriæ maritima, ſunt veri Menapii. & Menapiſcus pagus dicitur in Capitulariis Karoli Magni pro Flandriæ Comitatu. Nunquam perſuaderi nobis potuit Menapios eſſe Geldrios.

Morini. eorum urbs Teroana diruta à Karolo quinto.

N*Antuates*. Cave credas eſſe monaſterium hoc nomine in Sabaudia, ut quædam non ſana capita volunt. Sunt ii, in quibus pagus Octodurus eſt, id eſt,Sanctus Mauricius.Cujus rei fidem faciunt monumenta paſſionis legionis Thebæorum, in quibus Octoduri eſt mentio: Octodurum autem à Cæſare in Veragris proxime Nantuatibus collocatur.Quidam legunt Antuates. Sed qui Nantuates ad Acronium lacum conſtituunt & Conſtantienſes eſſe dicunt, non minus deſipiunt, quam qui monaſterium illud Benedictinorum interpretantur.

Nitiobriges. *Le païs & ſeneſchaucée d'Agenois*. Eorum civitas Aginnum Auſonio, Ptolemæo; Agennum Hieronymo, Gregorio Turonenſi,aliis. Si vis ridere, lege quæ hactenus omnes

de

de his delirarunt, quorum alii *Mompelier* eſſe dicunt, qui locus ſex dierum itinere diſtat à Nitiobrigibus. alii *Engouleſme* ſomniant. Alii jubent pro Aginno legendum eſſe Ageſinates. Et quo non proceſſit audax inſcitia?

Nannetes. Nantes. Vide in Tribunali Aremorico.

Nervii. Quemadmodum certo nobis conſtat non eſſe Tornacenſes, quod vulgo perſuaſum eſt; ita quinam ſint, & quo nomine hodie appellentur, haud temere affirmarim.

Noviodunum ad Ligerim. *Nevers.* Noviodunum Nivernenſium, ut in quadam Notitia provinciarum Galliæ legimus, quæ penes Juriſconſ. Cujacium magnum erat. Et jam multis conjecturis nobis exploratum antea erat Noviodunum iſtud Eduis proximum civitatem Nivernenſium: in cujus opidi inveſtigatione multi multa nugati ſunt. Alia duo opida hoc nomine memorat Cæſar, ſed nobis ignota. Nam nugatoribus jurantibus non credimus. Quartum præterea eſt, quod Civitas Equeſtrium dicitur, & nomen retinet, ad Lemanum lacum. Dicitur enim *Nion.* Nam longe falluntur, qui Genevam Equeſtrium Civitatem eſſe credunt, quia quædam vetus inſcriptio Genevenſis, ut aiunt, ejus mentionem fecerit. Hoc modo quot nominibus Roma vocanda eſſet, in qua tot monumenta & ſaxa hodie extant, quæ tot urbium mentionem faciunt? Denique Provincia Sequanorum, in qua civitas Equeſtrium eſt, eſt in ſiniſtra ripa Lemani: Geneva in dextra, in Provincia Viennenſi. Et, quod caput eſt, Noviodunum civitas equeſtrium dicitur in manu ſcripta provinciarum Notitia: quamquam ibi poſitum eſt Nevuduno, quomodo in ultimis illis obſoleſcentis Latinitatis temporibus omnia in pejus ac retro ferebantur, & ut imperii, ita Latini ſermonis ruina ſequebatur.

Petrocorii. Le païs de Perigord. Eorum civitas diviſa eſt in duo opida, vetus & novum. Vetus adhuc dicitur Veſuna veteri appellatione. Vide ſextum libr. de emend. Temp.

Pictones. Le païs de Poitou. Sunt hodie in tres epiſcopatus tributi, Pictavienſem, Maliacenſem, & Luxovienſem. Pictaviorum civitas olim Auguſtoritum dicta.

Redones. l'Eveſché de Renes en Bretagne.

Rodanus. In univerſum Gallis dicitur *Le Roſne*: ſed indigenis *Lo Ros.* Excipit Iſaram, Druentiam, Drunam, & Ararim non minorem eo, antequam in illum exoneretur.

Ruteni. Le païs & Seneſchaucée de Rodais. Eorum urbs Sedunum Rutenorum.

Sabis. La Sambre du païs bas.

Samarobriva. Urbs Ambianorum. *l'Eveſché d'Amiens.*

Scal-

Scaldis. l'Eſcault.

Seguſiani. Le païs & ſeneſchaucée de Lionnois. Nam Lugdunum eſt in Seguſianis, ut illud alterum in Convenis ad Garumnam. Sed & totus pagus Forenſis, qui hodie *le païs de Foreſt* dicitur, continetur in Seguſianis. Et vetus inſcriptio extat in opido *Furs*, in qua mentio eſt Fori Seguſianorum. Nam à Foro Forenſes dicti. & ipſum opidum *Furs*.

Senones. Eorum urbs Agendicum. *l'Archeveſché de Sens.*

Sequana. Seine.

Sequani. Le païs de Beſançon & Franche-conté. Eſt provincia, quæ dicta Maxima Sequanorum.

Sueſſones. aliis *Sueſſiones. Soiſſons.*

T*Arbelli. Le païs de Labord.* Urbs Aquæ Tarbellicæ. *Aqs.* vide Auſon. Lection. Aturrus fluvius, qui vulgo *l'Ador* vocatur, alluit illam urbem, unde Lucano dicitur Tarbellicus Aturus.

Turones. Eorum urbs Cæſarodunum. *l'Archeveſché de Tours.*

V*Elauni. Le païs de Velai.* pagus Velaunus. in veteribus Martyrologiis Epiſcopatus Anicienſis. *Le pui en Velai.* id eſt, Podium in Velauno, quia urbs eſt in editiſſimo loco, qui lingua Gallorum *Pui*, id eſt, Podium dicitur.

Velocaſſes perperam edi putamus pro Baiocaſſibus. *Le païs, bailliage & Eveſché de Baieux en Normandie.*

Veneti. Vennes en Bretagne.

Veromandui. Eorum civitas Auguſta Veromandorum. *Sainct Quentin en Vermandois.* In vita S. Quintini diſerte dicitur Auguſta Vermanduorum.

Veſuntio. Aliis ſcribitur Biſuntio. *Beſançon.* Maxima Sequanorum.

Vienna. Vienne de Daulfiné. Vienna Allobrogum.

Vocates. Suſpicamur eſſe *Boates*, *Buchs.* quod omnino certum eſt. Siti ſunt in finibus Lapurdenſium poſt Medulos in Novempopulania.

Vocontii. Le païs de Die juſques à Vaiſon.

Volcæ. Duplices ſunt. Volcæ Arecomici, in quibus Nemauſus, Ucetenſes, Magalonenſes, Bitierræ. Volcæ Tectoſages, in quibus Carcaſſo, & Toloſa. In Cæſare editum eſt *Volgæ*, ut & in quibuſdam aliis ſcriptoribus.

Uxellodunum. Nomen retinet, *Uſſoldun*, & *lo puech d'Uſſoldun*, id eſt podium Uxelloduni. quia eſt in editiſſimo & valde prærupto loco ſitum. Locus eſt in finibus Cadurcorum, ut Cæſar quoque notat, prope oppidum Martellum. Flumen, cujus nomen tacuit Cæſar, eſt Dordonia: horrendum aſpectu præcipitium, quale deſcribitur à Cæſare. Multæ ſunt ibi reliquiæ vetuſtatis venerandæ. Quotidie ab arantibus numiſmata Romana effodiuntur. Vix reperias

perias ruſticum, qui de loco interrogatus, non ſtatim reſpondeat: Caſtrum Uxellodunum illud à Cæſare magnis operibus expugnatum fuiſſe. Præterea oſtendunt fontem, cujus uſum obſeſſis intercluſerant Romani. Si uſpiam ſcriptores hujus ævi in notandis veterum locorum appellationibus hariolati ſunt, hic vero unus locus eſt, in quo melius fuiſſet illos tacuiſſe: Et quid opus eorum ſomnia referre?

Hæc pauxilla de appellationibus locorum & gentium in Cæſare delibavimus. Nam quæcunque omiſimus, adeo inexplorata ſunt, ut tantum abeſt, ea vere retulerint, qui de illis ſcripſerunt, ut mihi conſtet nullam ſpem eſſe ad eorum indagationem penetrandi. Quare in medio ea relinquimus, & ingenue fatemur nos ea neſcire, quod tam ſalvo pudore facere poſſumus, quam impudenter multi ſe ea ſcire profeſſi ſunt, in quo exemplo temeritatis primas tenet Bekkeſenus cum ſuo Teutoniſmo, ex quo Hebraïſmum etiam propagatum eſſe jurat. ἅλις δρυός.

Sequitur Illuſtriſſimi
JOSEPHI JUSTI SCALIGERI,
JUL. CÆS. FIL.
Ad Clariſſimum Virum,
PAULUM G. F. P. N. MERULAM,
EPISTOLA:
Ejuſdem cum ſuperiore Diatribâ de GALLIÆ NOTITIA argumenti.

Territorium Rupellæ dicitur in veteribus monumentis Pagus Alniſienſis. Hodie *le païs d'Aulnis*. Accenſebatur Seneſchalliæ Santonum. Sed ex quo Rupella excuſſo jugo Anglorum dedidit ſe Regi Franciæ, pagus Alniſienſis ceſſit in privatam præfecturam, & à Santonio ſecluſus eſt. Neque ulli ſupremæ Curiæ poteſt ſubditus eſſe, præterquam Pariſienſi. Id enim inter capita eorum privilegiorum continetur.

Le Païs entre deux Mers. Pinguiſſimus tractus inter Garumnam & Duranium ingentes fluvios, qui propter magnitudinem vocantur maria ab incolis.

Le Marquiſat de Fronſac, eſt in Seneſchallia Burdigalenſi.

Agenois, Nitiobriges, vocant ſeſe Aquitanos hactenus; etiam ſi aliter inſtituerit Ludovic. XI.

Medoc, Meduli, Pars Seneſchalliæ Burdigalenſis: arenoſa regio: Meduli Auſonio.

Boates. Vide Auſon. Lectiones. Dominium illius tractus pertinet ad Comites Candallæ, qui vocant ſeſe Capitales, id eſt, Dominos de Buchs. Sunt in finibus Medulorum.

l'Iſle Jordain. una ex quatuor civitatibus Comitatus Armaniacenſis, ubi eſt tribunal Seneſchalli. Fuit quidem parvus comitatus, ſed hodie vix memoria ſupereſt.

Garre, parvus Comitatus in finibus Bigerronum.

Eſtrac, parvus Comitatus in finibus Bigerronum.

Allebret Oppidulum in Syrtibus Lapurdenſibus, quas Landas vocant, dedit nomen ampliſſimo Ducatui, qui memoria noſtra inſtitutus eſt, compoſitus ex mutilatione Seneſchalliatus A-gen-

gennenſis, Armaniacenſis, & Vaſatenſis.

Vaſconia proprie eſt quicquid continetur intra Garumnam, Pyrenæos montes, & Oceanum: quod Julio Cæſari in commentariis belli Gallici dicitur Aquitania. Dicta eſt Vaſconia à Vaſconibus ferociſſimis Pyrenæorum populis, quos devictos primum à Pipino, deinde à Ludovico Caroli Magni filio (qui poſtea dictus fuit Pius) rege Aquitaniæ, in plana Novempopulaniæ deductos poſtea nomen huic regioni dediſſe certum eſt. Nam fuerunt pars Cantabrorum, quos etiam hodieque Hiſpani *Vaſcuença* vocant. Itaque quæ prius Regio à Cæſare Aquitania, poſtea à novem populis Novempopulania dicta, ea tandem à Vaſconibus devictis, & in eam à Pyrenæorum ſaltibus demiſſis Vaſconia vocata fuit. Eſt autem tertia pars veteris Aquitaniæ. Nam Aquitania ab Auguſto triplex inſtituta fuit. Prima, cujus caput & Metropolis Bituriges Cubi, *Bourges*. Secunda Aquitania, Bituriges Vibiſci, cujus caput & Metropolis Burdegala. Tertia Aquitania, tota Tranſ-Garumnana, cujus metropolis Auguſta Auſcorum, vulgo *Auchs*: quæ provincia, ut diximus, ab Auguſti temporibus ad Pipinum vocata fuit Novempopulania. à Pipino ad hunc uſque diem Vaſconia.

Guienna depravatum quidem nomen eſt ex Aquitania, ut res ipſa loquitur: ſed ex quo tempore Reges Angliæ per affinitatem Francorum regum fuerunt Domini Guiennæ, anguſtioribus finibus determinata eſt, quam olim. Nam Arverni, Biturigium (*Berry*,) &c. ſecluſi fuerunt extra fines Guiennæ: quæ incipiebat à Confluentibus Viennæ & Croſæ fluminum ad Oceanum, Pyrenæos, Tarnim flumen, & montes Arvernorum. Itaque quum Edoardus tertius, nomine Aquitaniæ, homagium faceret Regi Franciæ, has præfecturas, ſive Seneſchallias, nominatim comprehendit. Citra Garumnam, Pictonium ampliſſimam regionem, Xantonium, Encholiſmenſes, Lemovicum, Petrocorium, Aginnenſes, Cadurcium (*Querci*) Rutenenſes (*Rouargue*.) Ultra Garumnam tota Novempopulania, præter Benearnum (*Bearn*) quod ſemper fuit abſoluti imperii. Itaque omnium iſtorum tractuum nomine, rex Angliæ, aut primogenitus Angliæ (*princeps de Galles dictus*) faciebat homagium regi Franciæ: Comites autem Armaniacus, Bigorrenſis, Fuxenſis, & alii faciebant ipſi Anglo Homagium non Regi Franciæ. Hæc latiſſima, ampliſſima, & prædives regio nomine Guiennæ cenſebatur uſque ad regnum Ludovici XI, qui cum Fratri attribuiſſet Ducatum Aquitaniæ; & ipſi promiſiſſet quinque Seneſchallias, ex una Burdegalenſi Seneſchal-

lia fecit tres: Burdegalenſem, quæ unam tantùm Diœceſim complectitur: Burdegalam ipſam; Vaſatenſem, in qua duæ Diœceſes, nempe Adurenſis, & ipſa Vaſatenſis, & tertiam Lapurdenſem, in qua duæ Diœceſes, Aquæ Tarbellicæ, & Lapurdenſium civitas, ſive Baiona. quartam Seneſchalliam Xantonium addidit. Ab eo tempore Aquitania cœpit vocari totum illud, quod illas tantum quatuor Seneſchallias continet. Sed Regum eſt, mutare terminos provinciarum, non memoriam rerum. Nam hactenus omnes reliquæ Seneſchalliæ vocant ſeſe Aquitanos vel Guiennenſes. atque adeo Seneſchallus Burdigalenſis vocatur magnus Seneſchallus, non quidem quod hodie talis ſit, (eſt enim minimus omnium), ſed quia Burdegalenſis Seneſchallia quinque Diœceſibus finiebatur: & quum eo nomine magnus, ut re vera erat, vocaretur; hodie, ditione imminuta nomen integrum retinuit. Quin etiam quicquid ad Burdigalam ſolam pertinet, id non Burdigalenſe hodie vocatur, ſed Aquitanum, vel Guiennenſe. Et curia Burdigalæ minor, à qua provocatio eſt ad Parlamentum, curia Guiennæ, & judices Guiennæ vocantur, non Burdigalæ. Hæc igitur Guienna, quæ hodie quatuor Seneſchalliis cenſetur, vocari jure merito poteſt Aquitania ſive Guienna Ludovici XI. Quod dixi de Pictonio, quum in feudo Aquitaniæ ſive Guiennæ comprehendit Edoardus III, ſcito ſæpe excluſum fuiſſe ex Aquitania, ut ſub Ludovico IX, (is eſt Sanctus Ludovicus) ſæpe reſtitutum finibus Aquitaniæ. Certe hodie non parva pars Pictonii dicunt ſeſe Guiennenſes, ut olim erant revera.

Comitatus Avenionenſis, alias Comitatus *Veniſſe*, habet quatuor Diœceſes. Unum Archiepiſcopatum Avenionem; tres Epiſcopatus Avenioni ſuffraganтes: Carpentoracte, Cabalionem, Vaſionem. ut alibi notavimus. Totus Comitatus ille comprehendens quatuor illas Diœceſes datus fuit Pontifici Romano à Johanna Regina Neapolis, & Comitiſſa Provinciæ, in compenſationem tributi Papæ per multos annos non ſoluti nomine regni Neapolitani, cujus feudatarium Dominum dicit ſe Papa. Itaque Rex Franciæ nihil juris habet in illum Comitatum.

Burgundiæ Comitatus. Eſt feudum Imperii ſub protectione Bernenſium Helvetiorum: quemadmodum Dunkerka eſt Borboniæ familiæ, ideoq; regis Franciæ. Sed Comes Flandriæ eſt Dominus feudatarius, ad cujus tribunalia à Dunkerkæ judice appellatur.

Charolois eſt regis Hiſpaniarum; ſed rex Franciæ eſt Dominus feudatarius. Eſt ſimplex feudum, neque ſupremi juris.

Armaniacenſis (vulgo *Armagnac*) Comitatus continet Diœceſes duas

duas ultra Garumnam, nempe Lactoratenſem, vulgo *Laictoure*,& Auſcenſem (vulgo *Auchs*) Metropolim totius Novempopulaniæ, ſive Vaſconiæ. Subjicitur Parlamento Toloſano.

Bigerronum Comitatus (*le Conté de Bigorre*) continet unum Epiſcopatum Tarbam, ſedem epiſcopalem: vulgo *Tarbe de Begorre*, aut *Bigorre*, ſub metropoli Auſcenſi in Vaſconia, nempe ultra Garumnam. Eſt ſub Parlamento Toloſano.

Ducatus Allebreti, ut ſupra diximus, quod de Conſtantinopoli dixit Hieronymus, eam nuditate omnium civitatum conſtructam fuiſſe, ita nuditate proximarum Seneſchalliarum compoſitus eſt tam ultra, quàm citra Garumnam. Caput eſt Neracum. Totus ducatus eſt ſub Parlamento Burdigalenſi.

Lemovicium (*Limoſin*) Seneſchallia comprehendit duos Epiſcopatus Ratiaſtum Lemovicum, *Limoges*. Et Tutelam, *Tulle*. Subjacet Parlamento Burdigalenſi.

Petrocorium (*Perigor*) Seneſchallia continet duos Epiſcopatus, Veſunnam Petrocoriorum, *Perigueus*, & Sarlatum. Subjicitur Parlamento Burdigalenſi.

Seneſchallia Agennenſis continet duos Epiſcopatus, nempe citra Garumnam Aginnum Nitiobrigum (*Agen*), ultra Garumnam Condomium, quod peculiari nomine dicitur Vaſconia. Quemadmodum enim Africa dicitur tota illa magna continens, quæ patet à Nilo ad Gades, & tamen in ea erat provincia, quæ peculiariter dicebatur Africa, in qua Carthago: ita Vaſconia quidem dicitur ampliſſima illa regio, quæ olim vocata fuit Novempopulania. Sed peculiariter Vaſconia quoque dicitur in ea Epiſcopatus Condomienſis. Itaque Seneſchallus Agennenſis vocat ſe Seneſchallum Agennenſium & Vaſconiæ, id eſt Condomii. Quæ appellatio vetus eſt. Nam temporibus Pipini pagus Agennenſis citra Garumnam & ultra Garumnam dicebatur. Itaque ſub Pipino in vetuſtiſſimis Annalibus refertur pluiſſe frumento in pago Agennenſi ultra Garumnam: id eſt in ea regione, quæ proprie dicitur Vaſconia, in qua Condomium. Seneſchallia Agennenſis ſubjacet Burdigalenſi Parlamento.

Seneſchallia Cadurcium (*Querci*) continet duas Diœceſes, Divonam Cadurcorum (*Cahors*), & Montalbanum. Subjacet Parlamento Toloſano.

Seneſchallia Rutenenſis (*Rouargue*) complectitur duas Diœceſes, Segodunum Rutenorum (*Rodais*), & Vabras. Subjacet Parlamento Toloſano.

Languedokium totum eſt ſub Parlamento Toloſano. Comprehendit tres ingentes Seneſchallias, Toloſanam, Carcaſſonenſem, Belloquadrenſem (*Beaucaire*), Epiſcopatus XXI.

Arvernium (*Auvergne*) Dividitur in montanum, & planum. Planum dicitur Alimania. quod no-

nomen jam obtinebat tempore Gregorii Turonenſis; quæ regio opima eſt & fertiliſſima, civitatibus ampliſſimis: vicis, villis, prætoriis magnificis exculta. Duo Epiſcopatus ſunt in Arvernio, in plano quidem Auguſtonemetum Arvernorum, *Clermont en Auvergne*, non longe à Gergovia Cæſaris. In montano eſt Epiſcopatus Sanctus Florus. Totum Arvernium eſt ſub Pariſienſi Parlamento.

Pagus Gabalitanus vulgo *Givauldan*, unum Epiſcopatum habet Mimatenſem. vulgo *Mende*. Subeſt Toloſano Parlamento. Eſt enim in Languedokio.

Pagus Vellaunenſis unum Epiſcopatum habet Anicienſem, *le Pui en Vellai*. Eſt pars Languedokii, ideo ſubeſt Toloſano Parlamento.

Fuxenſis Ducatus, Foix, ante paucos annos attributus eſt Languedokio, cum antea Guiennæ cenſeretur. Continet unum Epiſcopatum Apamienſem.

Convenarum Comitatus, *le Conté de Cominges*, unum tantum Epiſcopatum continet, Sanctum Bertramum. eſt in Vaſconia ſub Parlamento Toloſano, ut diximus in Epiſcopatibus.

Picardia ampliſſima regio tota ſub Parlamento Pariſienſi.

Pares Franciæ XII. Sex Clerici: quorum tres duces: Remenſis Archiepiſcopus, Laudunenſis, & Lingonenſis Epiſcopi. Tres Comites Clerici, Catalaunenſis, Noviomenſis, Bellovacenſis. Sex Laïcorum tres duces, Normanniæ, Burgundiæ, Aquitaniæ. Tres Comites, Campaniæ, Flandriæ, Toloſæ. Omnes illi XII non poſſunt eſſe ſub alio Parlamento, quam Pariſienſi, cujus ipſi conſiliarii ſunt. Parlamentum enim Pariſienſe conſtabat antiquitus ex LXXVII Senatoribus, & XII paribus Galliæ. Itaq; omnino erat centumviralis Senatus regni Franciæ. Ideo ſolum Parlamentum Pariſienſe eſt Parlamentum Parium Franciæ: qui apud id ſolum Parlamentum conveniri & cauſſam dicere, &, ſi opus eſt, condemnari poſſunt.

FINIS.

INDEX

INDEX RERVM & VERBORVM Locupletiſſimus.

A.

AB iis, pro eorum. 284
Acarnaniæ regionis deſcriptio. 631
Accenſus quis in caſtris. 616
Acco. 215. trucidatur. 264
Achaïæ deſcriptio. 577, 631
Achillas Ægyptius. 677. Pompeium Magnum interficit. *ibid.* ejus acerrima pugna cum Cæſare. 684. crudele factum. 682. qualis & ex quibus illius exercitus. 683. perimitur. 691
Achillis Memnoniſque certamen. 846
Acies ſimplex. 761. triplex. 22, 500, 501. duplex. 515
Aciëi nomina ac formæ. 329
Aciëi Afranianæ deſcriptio. 515
Acies Cæſaris in Helvetios. 22
Acilla urbs. 777
M. Acilius. 593. Oricum tuetur. 617. oppugnatur à Cn. Pompeio filio. 617, 618
Adcantuannus. 112, 113
Adjicere telum pro conjicere. 80
Ad Ilerdam reverti, qualis loquendi modus. 503
Adrumetum urbs. 551, 753, 819
Adulphus Rex Angliam vectigalem reddit Pontifici Romano. 177
Adyta quæ. 673
Ædificia antiquitus juxta fontem & nemora exſtructa. 520
Ædui. 11. legatos mittunt ad Cæſarem oppugnati à Germanis. 12. ab iiſdem clade affecti. 30, 31. cauſam Æduorum Cæſar contra Arioviſtum ſuſcipit. 35, 36. & maximi facit. 206. pro Bellovacis precantur. 74. eorum oppidum. 162. clientes. 349. civilis diſſenſio. 163. factiones cum Sequanis. 10, 222. plurimis beneficiis à Cæſare affecti. 322. deficiunt à Romanis. 311, 312, 313, 330
Æger & ægrotus pro eodem. 260
Ægi fraudulentia & defectio. 634. ad Pompeium. 635
Ægimurus inſula. 784
Æginii urbis deſcriptio. 651, 652
Ægyptus. 577. eam Romano imperatori cum faſcibus ingredi cur vetitum. 680, 690. conjungitur Phœnice. 707. per equitem Ægyptium adminiſtrata. 712 cur non à Romanis in provinciam redacta. 712, 713
Ægypti diviſio. 708
L. Æmilius. 22
Æquinoctium duplex. 154
Æraria Romæ tria. 449
Ærarium ſanctius quod. 449
Ærario condebantur inſtrumenta publica. 682
Æſtuaria quæ. 85
Æſtus receſſuſque marinus, atque utriuſque cauſæ. 102, 103
Ætolia. 612, 631
Affligere pro dejicere cum impetu. 247
Afranius. 478. ejus copiæ. 480. bellum cum Cæſare in Hiſpaniâ. 482, 483, 484. auxilium Gallicum Cæſari ſubmiſſum aggreditur. 490. debellati Cæſaris nuncium ſpargit. 491, 492. multæ civitates ab eo deſciſcunt in Hiſpaniâ. 497. in ſummas anguſtias redigitur. *ibid.* 513, 514. Ilerdâ in Celtiberiam cur diſcedere proponat. 497, 498. pugna cum equitibus Cæſaris. 499, 500. cum Petreio diſputat de tempore profectionis. 502. milites ejus cum Cæſarianis colloquuntur amice. 507, 508. auditâ ſuorum cum Cæſarianis pace ſe continet. 509. milites ad Cæſarem tranſfugiunt. 511, 512. velitationis genus cum Cæſarianis. 512, 513. acies in Cæſarem. 515. ejus oratio ad Cæſarem. 516, 117. dimittere exercitum cogitur 519. interficitur. 823
Afranius filius. 508. Cæſari obſes. 516
Africi belli commentarius puriſſimus. 751
Africus. 163

Agar opidum quale. 801
Agendicum opid. 264, 277, 325
Aggeris etymon, ſtructura, uſus. 73. 283. triplex ſignificatio vocis. 326, 483. cuniculo evertebatur aut igne. 290, 291, 294, 295
Agger altus pedes. 80. latus. 330. ubi exſtructus. 522
Agger lateritius. 540
Agros à ſuis finibus quàm latiſſimè vacare volebant Germani.
Alarii. 56
Alariæ cohortes. 505
Alba duplex, vel Longa vel Marſorum. Hujus deſcriptio. 453
Albici ſtrenui milites. 495, 525
Alcium deſcriptio varia. 247
Alduaſdubis fluvii deſcript. 38
Aleſiæ deſcriptio. 339. deditur poſt graviſſimam & admirandam obſidionem. 366
Alexandria urbs. 580, 581. aſylum omnium perditorum. 683. ejus deſcriptio. 689, 690. tota ſuffoſſa. 691. pars urbis comburitur. 684. dimidiâ ex parte Aſiæ, dimidiâ Africæ accenſetur. 698
Alexandrinorum militum colluvies ac turpiſſima licentia. 683
Alexandrini ingenioſi. 690. ſubdoli. 692, 693. delectus inſtituunt. 689, 690. vincuntur præliô navali. 695, 700, 706, 707. pontem ad pharum oppugnant. 702. Cæſarianos male mulctant. 703, 704. legatos de pace ad Cæſarem mittunt. 704, 705. dedunt ſeſe habitu ſupplici. 712, 713
Alexandrini belli origo & cauſa. 681, 682, 683
Alexandrini belli Commentarium Cæſar non conſcripſit. 687
Algâ jumenta ſuſtentantur. 769
Allieni prætoris vita. 753
Allobroges. 8. infidi. 332, 333. eorundē bella cum Romanis. 50, 332, 334
Allobrogis vocis etymon. 8
Alpes ſummæ, Pæninæ. 93
Aluta. 104
Amagetobria urbs. 31
Amantiani populi. 590, 591
Amanus mons. 609
Ambactus qualis magiſtratus. 229. etymon vocis à Belgicâ *Ambt*. ibid.
Ambarri conſanguinei Æduorum. 12. eorundem ſedes. 350
Ambibari. 353
Ambialites. 101
Ambiani Romanis fidi, eorundem ſedes. 75, 351, 375
Ambiorix. 180, 182, 391. cædit Cottam ac Sabinum. 188, 189, 190. ejus oratio ad legatos Cottæ. 182, 183. Ciceronis caſtra oppugnat. 191, 192, 193. fugâ elabitur. 250. ejus ditio. 390, 391
Ambivariti corruptè pro Aduaticis. 126. ut & pro Ambarris. 349, 350
Ambraciæ urbis ſitus & conditor. 614, 615
Amentum & amentare, quid. 200
Amici ſubitò ac miro exemplo ex hoſtibus facti. 507, 508
Ammonitarum mirum ac horrendum ſimulacrum. 231
Amphipolis urbis deſcript. 674
T. Ampii ſacrilegium. 678
Anartium fines. 246
Anas fluv. 478
Ancalitum pop. ſedes. 175
Anconæ urbis deſcript. 447
Andes pop. 97, 270
Androſthenes prætor Theſſaliæ. 652
Anfractus quid deſignet. 316
Animarum tranſmigrationem in alia corpora qui docuerunt. 227, 228
T. Annius Scapula. vid. Scapula.
Annum unum modo Scythæ ac Suevi in eodem loco manent. 121
Anſer ſacer Britannis. 168
Antebrogius. 62
Anteceſſores in agmine qui. 760
Antenna quid. 105
Antidos quid. 236, 237
Antiochia & prodigium in iſta urbe. 678, 679
C. Antiſtii Regini acta. 210, 361
Antiſtius Turpio, ejus ſingulare certamen. 846, 847
Antiſtia gens. 210
Antipatris Judæi res geſtæ. 708, 709
Antonacum urbs. 219
C. Antonius. 840
M. Antonii legati vita & mors. 360, 371, 430. auguratum ambit. 401. victores Pompeianos reprimit. 635. ſiniſtrum cornu tuetur in acie Pharſali-

ſalicâ. 662. Tribunus plebis. 425. Libonem à Brundiſio fugat. 603. cum legionibus aliquot Cæſaris transfretat. 605. Cæſari conjungitur. 608. Sulmonem occupat. 455. hoſtis judicatus à ſenatu. 434
Antoniani milites in exercitu Pompeii, 578
Apertum hoſtem aggredi quid. 58
Apollo Gallis Belenus. 233. eſt morborum Deus. 235
Apollonia urbs. 581
Aponiana inſula. 752, 753
Appiani errores. 516, 517, 613
Appius Claudius cenſor. 414, 415. falſo res Cæſaris extenuat. 436, 437
Apſus fluv. 591, 592
Apuliæ regionis deſcriptio. 450. duplex eſt. 576
Aquâ & igni interdicere. 264
Aquæ marinæ inſtrumentis per aërem ſparſæ. 692
Aquæ dulces in omnibus litoribus inveniuntur. 693
Aquileiæ urbis deſcr. 11
Q. Aquila claſſi præfectus. 798. ejus res geſtæ mari. 799, 801
Aquilæ forma & origo. 147
Aquiliferi morientis virtus & generoſa oratio. 638, 639
Aquiliferi decimæ legionis virtus. 147
M. Aquinius Jubæ non Scipioni obſequitur. 793, 794. Catonis filius eſt. 820
Aquitania unde dicta, ejus varia diviſio. 116, 404, 481. Craſſo ſe dedit. 116, 117. ærariis ſcatet. 404. Galliæ eſt tertia pars.
Aquitanorum fines. 4. cuniculorum agendorum peritiſſimi. 112. vincuntur. 116, 117
Arabes literam P. ignorant, 541
Arar fluv. 367
Arauſionenſis principatus ad Cabilloni Dominos devolvitur, & ab iis ad comites Naſſavios. 312, 313
Arbitror etiam de rebus compertis dictum. 429
Arbores ad ſtructuram aggerum. 540
Arboribus inflexis qui populi iter impediebant. 77, 78
Arduennæ ſylvæ magnitudo. 159, 160
Arelate urbs. 477
Arguetius. 835
Ariarates. 742, 743
Arietis quaſſationem exſpectantes. 88
Arimini deſcript. 442, 445
Ariobarzanes Cappadox. 579. ejus vita & mors. 714, 742
Arioviſtus Sequanis ſubſidio venit. 30. eoſdem opprimit. 31. ſævit in Gallos. 32. ſuperba ejus reſponſio legatis Cæſaris. 34. ſocius atque amicus à P. R. dictus. 35. reſpondet Cæſari. 36, 37. intercedente Cæſare in amicitiam P. R. recipitur. 42. ejuſdem colloquium cum Cæſare. 47, 48, 49, 50, 51, 52. ſecundum cum eodem colloquium petit. 53. ejus crudelitas. 54. Cæſaris caſtra oppugnat. 55. prælium cum eodem ubi commiſſum. 57. vincitur. 59. perit. 184. uxores duæ. 59
Ariſtius tribun. plebis. 302
Ariſtidis egregium facinus. 197
Armamentum unde dictum & quid. 106. 476
Armaneon fluv. 339
Arma tradere. 112. iis exui probroſum. 97
Arma de muro jacta. 88
Armoricæ civitates, unde dictæ & quæ. 205, 353. ad mare ſitæ ſunt. 396
Armorum concuſſio quid ſignificet. 288
C. Arpinus. 182, 183, 835
Arretii deſcriptio. 446
Arſinoës diſſenſio cum Achilla, & fraudulentia. 691. abducitur à Cæſare ex Ægypto. 713
Arvernorum magna potentia & factio. 30, 36. clades. 51. non ferebant regium imperium. 269. vincuntur. 275. eorundem fines. 304. hodierna ſedes. 350
Aſculi Piceni deſcr. 451, 452
Aſcurum op. 768
Aſia duplex. 576
Aſia propriè dicta quæ. 719, 720
Aſpavia op. 845
Aſſeris varia ſignificatio. 522, 523
Aſta op. 857
Ategua op. 832. oppugnatur ac deſcribitur. 833. 842
Athenarum deſcript. 577
C. Ateius. 820

Atrebates. 76, 352, 376

P. Atrius. 820

Q. Atrius. 164, 165

Atticiſmo Latini quandoque utuntur. 740

Attius Rufus. 655

Attii Vari nomen variè legitur. 394. in pleriſque editionibus Varrus. 550. ejus vita. *ibid.* res geſtæ. 470, 471, 550

Atuatici. 76. prognati ex ſtirpe Cimbrorum & Teutonum. 86. fortiſſimi. 190. opidum eorum munitiſſimum. *ibid.* nomen ipſum variè ſcriptum. 86. fines. *ibid.* Romanas machinas attoniti admirantur. 87. iiſdem adducuntur ad deditionem. 87, 88. ſtratagema. 88, 89

Atuatuca maxima olim urbs, hodie *Tongeren*. 180, 181, 186, 252, 253

Avarici urbis deſcriptio & hodiernus ſitus. 281, 283, 285. vi capitur. 298. paludes. 301

Avaricenſes acriter ſe defendunt. 295, 296, 289, 290

Augurum dignitas. 409

C. Avienus ignominiosè à Cæſare dimittitur. 791, 792

Aulerci quadruplices. 90, 270

Aulercorum Brannovicum ſedes. 350. Cenomanorum. 352. Eburonum. *ibid.* Eburovicum. 107, 375

Aurelianenſis urbs quondam Genabus. 278. ejus deſcrip. *ibid.*

Auſci pop. 117

Auſetani. 497

Auſtun olim Ædua. 162

Auxilia unde dicta: in iis Latini, ſocii & barbari militabant. 114, 115

Auximi op. deſcr. 448

Axona fluv. 66

B.

Bacenis ſylva Cheruſcos à Suevis ſeparat. 221. ejus hodierna appellatio. *ibid.*

P. Sextius Baculus. 83, 715. vid. Sextius.

A. Bæbius. 848

Bætis fluv. 735, 831

Bagrada fluv. 551

Corn. Balbus, ejus admirandæ divitiæ. 597

Cor. Balbi doo. 368, 369

Baleares peritiſſimi funditores. 68. eorundem inſulæ. 68, 69, 768.

Balliſta, etymon vocis, jaciens lapides 300 pondo. 522

Balteus. 196, 197

T. Balventius ſauciatur. 188. 189

Barbarus quis. 33, 144, 206, 390

Baſilica qualis locus. 729

Batavorum prolixa deſcriptio. 128, 129, 130

Batuere quid. 804

Batualia quis locus. 804

Beda quando vixit. 174

Belenum dixerunt Galli Apollinem. 232, 233

Belgæ fortiſſimi Gallorum. 3, 63. etymon vocis ac eorundem fines. 4. oppugnandi urbes mos. 67. Gallos ex Belgicâ expulerunt. 63. partem Britanniæ occuparunt. 167. ob quas cauſas in Romanos conjurant. 61, 62. à Germanis plerique ſunt oriundi. 63. Cimbros ſuſtinuerunt. *ibid.* Cæſarem invadunt. 69, 70. cæduntur à Sabino. *ibid.* domum diſcedunt re frumentariâ laborantes. 70, 71. interficiuntur. 72

Bella à victis nomen mutuabant, more Romano. 14

Bellocaſſi pop. 352

Bellonæ ſacri mutuis ſe vulneribus laniabant. 742

Bellovaci inter Belgas plurimum pollent. 63, 66, 204, 205, 354, 404. eorum fines. 327, 328. defectio. 327, 351, 387. in fide & clientela ſunt Æduorum. 74. dedunt ſe. *ibid.* prudens conſilium. 376. ab Antonio coërcentur. 398

Bene pro valde. 830

Beneficia nunc feuda dicuntur. 545, 546

Beneficiarii qui in exercitu. 509

Beroaldi error. 733

Berones qui & quales: variæ itidem opiniones & lectiones. 730

Beſſi pop. 580

Beſtiæ epiſtolas perferunt. 200

Beturia regio. 844

Betuitus. 51

Bibliotheca Alexandrina comburitur. 684

Bibra-

Bibracte. 21, 22, 323, 330. concilium totius Galliæ in eâ urbe indicitur. 330. Cæſar ibidem hyemat. 307, 373
Bibrax. 66
Bibrocorum ſedes. 175
M. Bibulus triginta naves Cæſarianas capit. 583. & cum nautis incendit. 584. crudelitatis alterum ſpecimen. 592. in magnas à Cæſare anguſtias redigitur. 593. inimicitias privatas cum eodem exercet. 594. moritur. 596. obſeſſus à Parthis. 609. conſul ſimul cum Cæſare. 581, 582. maritimo officio ſolus præponitur. 582, 583
Bibuli filii duo interfecti. 683
Bigerriones pop. 117
Biſontes ubi hodie reperiuntur: quomodo antiquitus Germanis dicti. 246, 247
Bithyniæ deſcrip. 576, 577
Bituriges. 18. vel Vibiſci vel Cubi. 272. habent multas ferrarias. 290. magnam potentiam. 371
Bivius Curius. 462
Bodinus inſulsè Galliæ etymon derivat ab *où allons nous?* 61
Boduognatus quid Germanicè ſignificet. 81
Bœotiæ deſcriptio. 578
Bogudis regis vita & mors. 736, 737, 768. Caſſio ſubſidio venit. 737. pugnat cum Marcello. 738. inducias violat. 738, 739. ejus regnum quod. 769, 770
Boia quale opidum. 282
Boiorum prælia cum Romanis. 24. migratio, fines, opidum. 276, 277. civitas exigua. 352, 353
Boreales homines magis proceri, quàm auſtrales. 87
Bos cervi figura. 246, 247
Brachia in munitionibus. 710, 711
Brannoviorum ſedes. 350
Bratuſpantii opidi deſcrip. 74
Britanniam Cæſar attigit, ubi Dubrenſis portus eſt. 145. plumbi olim ut & nunc ferax. 167. ferri venas habet. 168. temperatior quàm Gallia. *ibid.* triquetra Cæſari. *ibid.* ambitus ejus male à Plinio & Cæſare traditur. 170. 171. libertati quando reſtituta. 176. 177
Britanni tormentis pelluntur. 146. fracto fœdere Romanos aggrediuntur. 152, 153. taleis ferreis pro nummis utebantur. 167. denas aut duodenas uxores habebant inter ſe communes. 171. eorum opida qualia. 175, 176. egregii bellatores ex eſſedis. 152, 153. pacem petunt à Romanis. 149. vincuntur atque iterum petunt. 153. denuo vincuntur. 164, 165. ſubito Cæſarem invadunt. 171. mirus illorum pugnandi modus. 172
Britannici freti latitudo. 158. 159
Brundiſii urbis deſcrip. 461. obſidetur. 466. occupatur à Cæſare. 467
Brundiſinus portus. 464. ac ſinus. *ibid.*
Brutiorum fines: nominis etymon. 470
D. Brutus, ejus vita & mors. 104, 105. ſcelus ac mors. 275, 276, 364. Maſſiliam oppugnat. 477. pugnæ navales cum Maſſilienſibus. 494, 495, 496. eoſdem ſecundo ſuperat. 528, 529
Bullidenſes. 590, 591
Burſavolenſes. 843
Buthroti opidi deſcr. 594. fabula de origine nominis hujus. *ibid.*

C.

CAbilloni prolixa deſcriptio. 312, 313
Cadaverum crematio omnibus fere gentibus communis: quando apud Romanos introducta. 237
Cadetes pop. 353
Cadurci quadruplices. 270
Cadurcium. 333
Cæcina. 820
Cæcilius primipili centurio interficitur. 487
M. Cælii Rufi vita. 598. geſta ipſius tumultuoſa. 597, 598, 599. Miloni ſe adjungit. 600. interficitur. 602
Cæreſi qui populi. 65
C. Cæſar unde dictus, à cæſarie non à cædendo. 1. ejus genus. *ibid.* filiam ducit Piſonis. 9. ſuam Pompeio nuptum dat. *ibid.* quando in Galliam profectus. *ibid.* Tigurinos cædit. 13. Ararim trajicit. 14. ejus verba ad Diviconem. 14, 15. ad Divitiacum. 19, 20. Helvetios vincit. 24, 25, 26. materiam ambit triumphorum, quærendo bella. 35. ſæpe mirus rerum deſignator. 37. ſuperat Arioviſtum. 59. in Menapios proficiſcitur. 118, 119.

119. ut & in Tenchteros ac Uſipetes. 125, 126. Uſipetibus reſpondet. 126. pontem in Rheno ſtruit. 139. timore perculſus è Germania diſcedit. 142. Belgas invadit. 62. & Nervios. 76. ab iiſdem ferociſſimè invaditur. 79, 80. admodum urgetur. 82, 83, 84. eoſdem vincit. 86. Venetis bellum infert. 102, 103, 104. in Britanniam proficiſcitur ſpe margaritarum. 142. Britannos vincit. 148. rebellantes denuo ſubigit. 153. ut & Morinos. 155. Piruſtas pacat. 157. è Treviris ſecundâ vice in Britanniam transfretat. 163. Britannos tertiò ſuperat. 173. ad Ciceronem liberandum feſtinat. 198. Nervios cædit. 203. barbam ſubmittit capillumque ob cædem Coſſæ. 203, 204. Ambiorigem aggreditur. 213. iterum pontem in Rheno ſtruit. 218. eundem reſcindit. 249. Narbonem tendit. 272. ejus incredibilis labor in diſcutiendâ nive Cebennæ montis. 274. à Germanis equites accerſit. 280, 335. admiranda ipſius celeritas. 309, 310. cum Vercingetorige prælium committit, & vincit. 338. ad Aleſiam ſtupenda & vix humana opera perficit. 339. Comii equites fugat. 358. ipſius caſtra oppugnantur. 358, 359. repelluntur oppugnantes. 359. Aleſiam capit. 366. cum Bellovacis præliatur. 385. Correum ſuperat. 386. Uxellodunum obſidet. 400. in deditionem accipit. 403. incredibili honore excipitur. 409, 410. hibernat in Belgio. 405. in Aquitanos. 404, 405. in Italiam tendit pro M. Antonii auguratu. 409. legiones Pompeio remittit. 414. literas dat ad Senatum R. 423, 424. imperium ei abrogatur. 429. poſtulata ipſius à Senatu qualia. 436. reſponſa & querelæ ad L. Cæſarem. 443, 444. concionatur apud milites de injuria ſibi illata à ſenatu. 440, 441, 442. colloquium Pompeii poſtulat. 444. Ariminum invadit. 442. ut & Arretium, Piſaurum & Fanum. 446. Anconam & Iguvium. 447. nec non Auximum. 448. Cingulum, Aſculum, Picenum. 451. Camerinumque. 452. Sulmonem. 454. Corfinium. 58, 59. Brundiſium obſidet. 464. ut & portum Brundiſinum. 465. quo die eò pervenit. 463. paci ſtudet. 408, 465, 466. Colloquium per Cn. Magium ſecundò petit cum Pompeio. 462, 463. Brundiſium occupat. 467. ac totam Italiam ſexaginta diebus. 468. penuriâ navium Pompeium transfretantem perſequi non poteſt. *ibid.* Romæ concionem habet de injuria ſibi & Tribunis plebis illata. 471, 472, 473. pacem proponit ſimulatè. 473. in Galliam tendit. 474. Maſſiliam obſidet. 477. ejus cum Afranio ac Petreio bella. 482, 483, 484, 485, pugnatur dubio marte. 486, 487. annonæ caritate laborat. 488, 489, 490, 491. flagitantibus militibus renuit perterritos Afranianos aggredi. 585, ob quas rationes. 506. itinera illis præoccupat munitione. 506, 507. eoſdem clementiſſimè ſuis reſtituit. 511. acies contra Afranium. 515, 516. oratio ad eundem. 517, 518, 519. cogit illum demittere exercitum. 519. Ulterior Hiſpania ſe ei dedit. 543, 548. ut & Maſſilia. *ibid.* Dictator dicitur. 549. conſul deſignatur. 571. dictaturâ ſe abdicat. 573. Brundiſio cum ſeptem legionibus transfretat. 575, 576, 582. Pharſalum appellit. 583. pacis conditiones Pompeio offert. 587, 588. Salonas occupat. 586. ut & Oricum & Apolloniam. 590. Amantiani & Bullidenſes ad Cæſarem deficiunt. 590. ut & tota Epirus. 591. ſcribit durius Antonius ut cum reliquis legionibus transfretet. 604. in Pompeium movet. 591. pacem iterum offert. 595, 596, 597. Pompeium ſtupendis operibus claudit, & ob quas rationes. 621, 622, 623, 624, 625, 626, 627. cum Scipione per Clodium de pace agit. 632, 633. in ſummo vitæ diſcrimine eſt. 628, 643. ſigna triginta duo amittit. 643. concionem habet ad milites de hac clade. 646, 647. ejus celeritas. 644, 648. Theſſaliâ totâ potitur. 653. pontificatus ipſius. 655. Pompeium

ad pugnam elicit. 656. audax facinus. 662. acies prælii Pharſalici. 662. 663. oratio ad milites. 663, 664, Pompeium vincit. 667, 668. equites Pompeianos fugat. 666, 667. aſtutum illius conſilium. 673. caſtra Pompeii oppugnat. 668. & occupat. 669. Pompeium ſequitur. 674, 675, tranſmittit Helleſpontum. 678. Alexandriam appellit. 680. offertur illi caput ac annulus Pompeii. *ibid.* bellum cum Alexandrinis. 682, 683, 684. pharum occupat. 684, 685. auxilia undique convocat. 687. opera ejus Alexandriæ. 688. urgetur graviſſimè aquæ penuriâ. 692. ob quas rationes non poſſet excedere Alexandriâ, ut ut admodum laboraret. 693, 694. claſſis ejus Alexandriæ. 697. cur Ptolemæum regem demittit. 705. ejus oratio ad eundem. *ibid.* reprehenditur ob nimiam lenitatem. 706. in mare proſilit. 702, 703. Cleopatram deperit. 713. ex devicta Ægypto in Syriam, Ciliciam & Aſiam Minorem proficiſcitur. 740, 741. Deiotaro ignoſcit. 743, 744. Pharnacem Ponto decedere jubet. 744, 745. tergiverſantem debellat. 748, 749. Romæ interim ipſo abſente omnia turbantur. 740, 741. in Siciliam transfretat. 751, 752. in Italiam venit. 450. in Africa exercitum exponit. 753, 754. miſeratione tangitur infelicitatis Scipionis. 758. Labienum & Pacidios bis invadentes bis fugat. 763, 764. frumenti penuriâ laborat. 766, 769. auxilia ex Sicilia accerſit. 771. res geſtæ ad Ruſpinam. 773, 774, 775, 776, 777. cur prælio abſtinet. 775, 776, 805, 806. movet caſtra. 780, 781. Scipionem Labienumque in caſtra compellit. 781, 782. laborat annonæ caritate. 786, 787. acies contra Scipionem. 796, 797. ipſius celeritas. 798, 799. milites ut laniſta edocet artem pugnandi. 804. Elephantos cur ex Italia transfretari jubet. 895. Thabenam in deditionem capit. 808. Scipionis equitatum pellit. 809. Thapſum quô conſiliô tendit. 810. Scipionis exercitum fundit. 812, 813, 814, 815. trinis caſtris Scipionis, Afranii ac Jubæ potitur. 815. ex Africa annuatim grandem ſummam pecuniæ & olei exegit. 824, 825. geſta ipſius confecto bello Africano. 825, 826. triumphat. 825. munera Romæ dat & ſpectacula exhibet. 827. in Hiſpaniam proficiſcitur. 828. velitationes cum Cn. Pompeio filio. 832, 838. ſe ipſum, laborante maximopere acie, occidere vult. 851, 852. ancipiti maximè prælio Pompeium vincit. 852, 853. caput Pompeii ipſi affertur. 859. ipſe ſcelera ſua ſæpe ſubticet. 575. res ſuas aliquando plus juſtò extollit. 122, 123. negligentiſſimus eſt geographus. 166. græciſmis ſæpe utitur. 520. reprehendit milites ob temeritatem. 321. eos ſummoperè amabat. 255. plurimos habebat adverſarios 50, 51. aſtutia ejuſdem. 481. animoſitas. 759. ubique non fide dignus. 432, 575. multa tradit frigida & Cæſare parum digna. 534. illius errores. 238, 239, 240, 241, 249, 257, 299, 300

Cæſariani in iniquum locum deſcendunt. 486, 623. fame premuntur. 284, 625, 626. charâ radice ſe ſuſtentant. 625, 626. vincuntur à Pompeianis. 643. poſt cladem animoſiores. 647, 704. alii alios ad pugnandum ſtimulant. 699, 700. cæduntur ab Alexandrinis. 702, 703, 704. eorundem rabies in milites Scipionis. 814, 815. injuſſu Cæſaris in hoſtem irruunt. 797, 812

Cæſario filius Cæſaris ex Cleopatra. 713

L. Cæſaris vita & mors. 818. Cæſarem convenit. 443. Pompeio dicta Cæſaris renunciat. 444, 445. Uticam dedit. 819. veniam à Cæſare impetrat. 819, 820. paulò poſt nihilominus interfectus. *ibid.*

S. Cæſar, ejus vita & mors. 547. Syriæ præficitur. 741

Calagurritani pop. 496

Calcatæ qualis vox. 838

Q. Caleni vita. 400

Caletes pop. 375

M. Calidius. 428

Calonum munus, etymon, 82. locus ſub

ſub caſtris. 259
Calpurnius Salvianus. 731. vitam auro redimit. 732
C. Calviſius Sabinus. 613
P. Calvitius. 855
Calydonis urbis deſcrip. 613
Camerini urbis deſcr. 452
Campaniæ fines & fertilitas. 451
Camulogenus Aulercus. 325, 328. ejus prælium cum Labieno; fortiter pugnans interficitur. 330
Candavia. 589. ejus montes. 651
Caninius legatus. 856
Caninius Rebilus. 361, 391, 392. Uxellodunum obſidet. 396, 397. Lucterium cædit. 397. Drapetem vivum capit. 398. mittitur à Cæſare ad Libonem. 465. ad pacem componendam cum Pompeio. 465, 466
Canopi urbis deſcr. 706
Cantabrorum fines & ſumma fortitudo. 116, 479
Cantium promontorium. 169
L. Canuleius in Epirum mittitur. 620
Canuſii urbis deſcr. 461
Capillis paſſis obteſtari. 318
Capitolium unde dictum, & à quo conditum. 439
Capots vel Gahets homines deteſtandi Vaſconienſibus. 116
Cappadociæ fines. 714
Capreoli. 535
Capuæ deſcriptio. 444, 445. in belli ſedem à Pompeianis deligitur. 450, 451
Caput fluminum quid. 131
Caralis op. Sardiniæ. 825
Caralitani. 469
Carcaſſone. 110, 111
Carceres in ludis Circenſibus qui. 705
Carfulenus caſtra Pompeii capit. 711, 712
Carmo urbs. 733
Carmona. 546
Carmonenſes qui. *ibid.*
Carnifex habitabat extra urbem. 786
Carnilius. 176
Carnutes. 180, 373. rebelles. 351. principes Gallicæ conjurationis. 267. Fabio ſe dedunt. 395, 396
Caroli Magni ſtirps orta apud Eburones. 65
Carolus VII Galliæ Rex. 18
Carri pro vallo diſpoſiti. 25
Carruca op. 849
Caſilinum op. 600, 601
C. Caſſius. 58. claſſem Pomponianam incendit. 673. ut & Sulpicianam. 673, 674. cæditur tandem ipſe & vix evadit. 674
L. Caſſius Longinus conſul ab Helvetiis occiditur. 9
L. Caſſius Longinus, ejus res geſtæ in Theſſaliâ. 613. graviter per inſidias vulneratur. 726, 729. ejus largitiones. *ibid.* expilat Hiſpaniam. 727. jure odio eſt omnibus Hiſpanis. 728, 731. injungitur illi à Cæſare, ut in Africam trajiciat. 728. ejus crudelitas. 731. avaritia. 732, 733. perit in flumine Ibero. 739
Q. Caſſius Tribunus plebis. 425. vita & mors. 430. ulteriori Hiſpaniæ præficitur. 548. ducit legionem vernaculam. 733
Caſſii tres in bello civili inter Cæſarem ac Pompeium. 673
Caſſiorum Britanniæ populorum etymon, fortitudo & ſedes. 175
Caſſivellaunus. 166. Belinus propriè dictus. 173. ejus geſta. 174. 175. ſudes defigit in Thamiſi. 173, 174
Caſticus. 6
Caſtra movendi mos. 15, 218. eorundem munitio qualis & à quibus. 72. Cæſaris in Bellovacis. 378, 379. carris connexis, apud quos obtinuit. 299. quando contrahebantur. 310
Caſtra lunata quæ. 811. Corneliana. 552
Caſtris hoſtium ſemper potitur Cæſar. 25
Caſtris quintis aliquò pervenire, quid. 305
Caſtulonenſis ſaltus. 478
Caſu pro caſui. 262
Catamantaledes. 6
Catapultæ etymon, forma, vis. 775
Cataſcopum quale navigium. 771
Cativulcus. 180, 181, 251. taxo ſe necat. 252
Cato Luſitanus legatus Cordubenſis. 839. ad Cæſarem fugit. 840
Cato Uticenſis Cæſari inimiciſſimus. 50, 432. repulſam conſulatus & præturæ æquo animo fert. 432. Siciliam obtinet. 469. de Pompeio conqueritur. 470. Cæſarem hoſtibus dedi-

dedi debere ſtatuit. 134. ejus dicendi modus. 472. oratio ad Cn. Pompeium filium. 767, 768. Scipioni auxilia ſubmittit. 779. Uticenſes Uticâ ejicit. 816, 817. ex trecentis negotiatoribus Romanis ſenatum eligit. 817. res geſtæ; conſtantia & verba ante mortem, ac rabies in morte. 818. ab Uticenſibus ſepelitur. 819
Catti pop. 221
Cavarillus capitur. 338
Cavarinus. 206
Cebenna mons. 274, 275. nix à Cæſare diſcutitur. 275
L. Cella pater & filius. 820
Celtæ pop. 2
Celtiberi. 479
Celtiberia. 498
Celtillus. 268, 269
Cenimagni, iidem qui Iceni, eorum ſedes. 175
Cenſorum poteſtas & munus. 431
Cenſus duplex. 28
Centrones. 12. iidem duplices, eorum fines. 190, 191
Centuriones duûm generum, à quibus electi. 41. qui digniores. 42, 183. eorundem promotio. 262. primorum ordinum qui. 46, 508. quot in legione. 195. qui & quando in Concilium militare admiſſi. 183, 184. locum caſtris deligebant. 76
Centurionis Cæſariani admiranda conſtantia. 784, 785
Cerauniorum terra. 582
Cercina inſula. 757
Ceremonia unde dicta. 267
Cervix à quo primum uſurpata numero ſingulari. 842
Cervorum & cervolorum uſus & formæ in militiâ. 344
Ceſpitis ex quo agger magnitudo & forma. 343
Cetra. 480
Cherroneſi inſigniores quatuor. 694
Cheruſcorum fines. 221. eorundem continua bella cum Cattis. ibid.
Ciacconii errores. 304, 305, 658, 663
Q. Ciceronis mors & genus. 178. Atuatucæ præficitur. 253. à Sigambris oppugnatur. 258, 259, 260
Cilicia. 577. ejus deſcriptio. 715
Cimbri. 34. eorum bella cum Romanis & Gallis. 356, 357
Cinga fluv. 488
Cingetorix Gallus. 159, 208
Cingetorix Britannorum Rex. 176
Cinguli opidi deſcr. 451
Cippi. 345
Circumſpicere ſe, quid. 786
Circulari, quid. 500
Cirta urbs magna. 770
L. Ciſpius. 798
Civitas. 5. apud doctos quotupliciter vox ſumta. 256, 302, 353. quibus Romæ civitas dabatur. 53
Civilis Belli liber primus ἀκέφαλος. 424. ejuſdem libro ſecundo multa deſunt. 569, 570, 587. ut & tertio. 627, 628
Clamor militaris. 288, 289, 665
Clamore quid ſignificandi apud Gallos Peruanoſque mirus mos. 267, 268
App. Claudius Pompeii affinis, ejus conſulatus & genus. 156
Cleopatræ cum fratre bellum. 676. ad Cæſarem defertur ſtragulæ involuta. 713. filium illi parit. ibid.
Clientes ſe quandoque imperio ſuperiorum ſubtrahebant. 223
in Clientelâ eſſe quid. 215
Clientelæ Gallicæ quales. 215, 302
Clodius Aquitius. 845
Clodius Pompeii & Cæſaris familiaris. 632. à Cæſare ad Scipionem de pace miſſus, redit infectâ re. 633
P. Clodii nefaria facinora; cædes & funus. 265
Cluſa. 8
C. Cluſinas ignominioſè dimittitur. 792
Clypea urbs. 550, 551, 753
Cocoſates. 117
Cohors. 46. prætoria unde dicta, & à quo inſtituta. 45. 46. quot manipulos & homines continet. 164. quot cohortes in legione. 504. quot in quotidianâ ſtatione. 259. primæ ex quot militibus. 172
Cohortes ſcutatæ & cetratæ. 504. alariæ. 542
Collegium Pontificum. 459
Colonicus quid. 546
Coloniarum varia genera. 389. earum origo & deducendi modus. 399
Coloſſorum æneorum & lapideorum uſus & origo. 231

Co-

Comana Pontica emporium celeberrimum. 716. multitudo meretricum ibidem. 716
Comana in convallibus Antitauri. 742
Q. Cominius. 784. interficitur. 786
Comius Atrebas. 143, 149, 176, 374, 376, 405, 406. à Cæſare deſciſcit multis beneficiis affectus. 354. in Cæſarem movet ad Aleſiam. 358. fugit ad Germanos. 387. per inſidias graviter vulneratur. 388
Commeatus. 177
Commendare verbum in extremo vitæ uſitatum. 567
Commentaria quæ. 1. Cæſaris venuſta, in caſtris ſcripta. 370
Compendium quid propriè. 313
Concilia Germanorum armata. 207. ejuſdem indictio initium belli. *ibid.* concilii congregandi mos crudeliſſimus. 207, 208
Concilium totius Galliæ juramento ad ſilentium obſtrictum. 29, 30
Condruſi pop. 64. Trevirorum clientes. 125, 252
in Conjuratione qualis mos obſervatus. 266
Conquiſitores qui. 210
C. Conſidius Longus. 551. Acillam obſidet. 753, 777. ejus crudelitas. 755. obſidionem ſolvit. 783, 784. obſidetur à Cn. Domitio. 816. à Getulis interficitur. 822
C. Conſidius filius. 819
P. Conſidius, ejus error. 20, 21
Conſidio Noniano Citerior Gallia obvenit. 437, 438
Conventus quatuor ſignificat. 60. juridici in Ulteriori Hiſpaniâ quatuor. 546. conventus, concio & concilium quid differant. 201
Conventus qui agebant. 60
Conventus peragere, quid. 157
Converſa ſigna inferre. 84
Convictolitanes. 302, 306. Æduos inſtigat in Romanos. 311, 312
Copia pro copiis. 759, 781
C. Coponius. 581. claſſi Rhodiæ præfectus. 605. claſſem amittit. 606
Corcyræ inſulæ deſcr. 577, 634
Corcyra nigra. 587
Cordubæ urbis deſcr. 546, 831. Varronem excludit 546. acerrimè in ipſa urbe pugnatur. 835, 836. oppugnatur à Cæſarianis. 836, 837. dedit ſe. 841, 842
Cordubenſes erumpunt, & reprimuntur. 839. eorundem inauditum ſcelus. 838, 839, 841
Corſinii opidum deſcr. 453, 454, 458, 459
Cornelii ſacerdotis admirandum vaticinium. 679
P. Cornelius Scipionis evocatus interficitur. 807
Q. Cornificius. 720. res geſtæ in Illyrico. 720, 721
Corona in oppugnatione urbium quæ & quotuplex. 67. in eâdem ob res bene geſtas donandâ quis mos obſervatus. 297. ſub coronâ vendere quid. 107
Coronæ in ædificiis quæ. 378
Corporum proceritas unde. 39
Correus Bellovacus. 374. ad miraculum fortis. 385. interficitur. 386
Corus ventus. 162
Coſa ob multitudinem murium deſerta. 601
Coſanus ager. 474
C. Fuſius Cotta. 267. Sardiniam obtinet. 469. ejicitur. *ibid.*
L. Aurunc. Cotta. 71, 180, 181, 186, 187
Cothon, navium receptaculum. 398
Cotuatus. 267
Cotus Æduus adoleſcens nobiliſſimus. 302. capitur. 338
Cotus rex, nomen regum Thraciæ. 579. in Caſſium movet. 614
Cowayſtakes in Thameſ. quæ. 173
M. Craſſus. 20, 21. ejus ſecundus conſulatus cum Pompeio. 120
M. Craſſus quæſtor. 197
Otacilius Craſſus, ejus perfidia crudelis. 606, 607
P. Craſſus. 59, 89. vita & mors. 109, 110. vincit Soſiates. 111. ut & Aquitaniam. 404. ejus hiberna ubi. 198. Samarobrivæ præficitur. 199
Craſtini primipili ardor. 664, 665. invenitur inter trucidatos. 671. ſepulchrum inſigne illi à Cæſare erectum. *ibid.*
Cratium duplex uſus. 326, 359
Cremabantur olim cum Dominis dilectiſ-

lectiſſimi domini ac clientes. 237, 238
Cretæ inſulæ circuitus. 68. varia nomina. 578
Cretenſes peritiſſimi ſagittarii. 68
Crevecœur opid. ibidem Craſſi hiberna. 198
Crinibus paſſis ſupplicandi mos. 58
M. Criſpus tribunus. 808
Critognati crudeliſſima oratio. 355, 356, 357
Cuneus qualis acies. 261
Cuniculorum inventor, uſus & forma. 112, 290
Cuniculis fontis venæ ſubtractæ. 402, 403
Cupæ. 491
Curioſolitæ. 98, 353
C. Curionis tribuni-plebis mores. 411, Cæſaris cauſam agit. 412. Cæſaris literas Senatui tradit, non Fabius, ut vulgo in Commentariis. 423, 424, bellum civile ſuſcitat. 431. Iguvium capit. 447. in Siciliam mittitur. 469. ejus laus. 566. geſta in Africâ. 551, 552, 553. legem promulgat, quâ regnum Jubæ publicat. 553. ejus conſilium & oratio. 557, 558, 559, 560, 561. Varum in fugam compellit. 562, 563. Numidas cædit. 565. ejuſdem oratio ante prælium cum Sabura. 566. prælium ipſum. 567. pugnans fortiſſimè interficitur. 568
Curſum tenere. 148
Cyclades inſulæ. 576. 577
Cyprus inſula. 675
Cyrenis regio. 581

D.

DAcorum fines. 246
L. Licin. Damaſippus perit. 823
Damaſippi liberi. 820
Dardani. 580
Debitores jubet ſatisfacere creditoribus Cæſar. 572, 573
Deceſia quæ urbs, ubi hodie ſita. 303
L. Decidius Saxa, Cæſaris caſtrorum metator. 502
Decedere pro averſari. 225, 226
Decucurrit pro decurrit. 80
Defectus participium à deficior. 372
Decurio quis? 22. in municipiis qualis. 448
Dedititii. 27
Dejectus quid. 69
Dejotarus rex. 579. Domitium ſupplicat. 714
Delectus per quos habitus. 210, 211, 266, 470
Delphorum urbis deſcr. 532
Delta Ægypti pars. 708
Denarii valor. 490
Deſtinare quid aliquando. 290, 291
Dextram prehendere quid. 20
Diablintes populi. 101
Dialecti tres apud Gallos. 36
Dierota quale navigii genus. 725. variæ opiniones de eâdem. *ibid.*
Die perendini pro perendino, ſic & quarti, quinti. 185
Dies civilis quis. 150
Dies notatu digniſſimus. 853, 854
Didius. 853, 854. interficitur. 859, 860
Diminuti capite vel capitis, quid & qui. 560
Dio Cæſari in hiſtoria ſua Cæſari repugnat. 132
Dioſcorides graviſſimè per ſcelus vulneratur. 682
Diſceſſionem facere. 412
Diſciplinæ militaris Romani obſervantiſſimi. 108
Divico, ejus oratio ad Cæſarem. 14, 15
Divitiacus. 16. futura prædicit. 6
Divitiacus rex Galliæ potentiſſimus. 63, 167
Cn. Domitius præfectus equitum evadit ex clade Curioniana. 568
Cn. Domitius Calvinus, ejus res geſtæ in Macedoniâ. 613. in Aſiâ contra Pharnacem. 714, 715. jubet Pharnacem decedere Armeniâ & Cappadociâ. 715. inſidias diſponit. 717. aciem inſtruit. 718. vincitur à Pharnace. 719. Conſidium obſidet Tiſdræ. 816. Scipionem terret ac fugat. 616. caſtra ipſius caſtris collata habet. 651. ab hoſtibus certior fit de adventu Pompeii & ad Cæſarem ſe confert. 651, 652. mediam aciem Pharſalicam obtinet. 662

L. Domitius Ahenobarbus. 156. ejus geſta. 437, 438. Gallia ulterior illi obvenit. *ibid.* Corfinii à Cæſare obſidetur. 453, 454. auxilium à Pompeio implorat. 454. variant hiſtorici in recenſendis ejuſdem actis. 456, 457. deditur Cæſari à ſuis militibus. 457, 458. poſcit venenatam potionem. 456. ſed ſervus ſomniferam exhibet. 458. Maſſiliam occupat. 474
Donderdag Celtis unde dictus. 234
Dordonia Uxellodunum cingit. 498
Dorſus pro dorſum. 314
Dos à quo & cui data. 236, 237
Drapes. 395. Uxellodunum occupat. 396. capitur. 398. ſe inediâ conficit. 403
Dranſe fluv. 93
Druides unde dicti, eorum origo, authoritas, munus, privilegia. 224, 225. opinio de animis, ſideribus, mundo, Deorum vi. 227. 228. diſciplina in Britanniâ reperta. 226. erant apud Germanos & Gallos. 238. Cæſar tamen contrarium tradit. *ibid.*
Druidibus omnibus præerat unus. 226
Druidis imago in ſaxo. 225
Dumnacus. 392. vincitur. 394, 395. fugit ſolus ac latitans. 396
Dumnorix. 6, 17, 18, 161, 162. interficitur. 163
Duumvirum munus. 460. quales. 468
Duracius. 392
Durocortorum Rhemorum. 263, 264
Dyrrhachium, opidi deſcriptio. 463. ſenatus Romanus eò confugit. *ibid.* cur urbi huic tantopere timeret Pompeius. 591

E.

Eburones. 64. Trevirorum clientes. 125, 18[illegible]. ad eos diripiendos evocantur finitimi. 256, 257. Romanos cædunt. 187, 188, 189, 190. cum Nerviis cæduntur. 202, 203
Eburovices. 107
Edictum ex antiquis monumentis, quo Cæſari prohibetur Rubiconem tranſire. 440
Egeſaretus. 613, 614
Eyeriant inſula. 131
Elaver fluv. 304
Elephanti quomodo docentur ac terrentur. 771, 772. ubi vulnerantur & quo pacto terrentur. 805
Eleutheri Cadurci. 350
Eleutheri Sueſſones. 351
Elidis deſcriptio & miraculum ibidem. 678
Eludere propriè gladiatorum. 495
Eluſates pop. 117
Enipeus fluv. tegit dextrum cornu Pompeii. 661
Epaſnactus Arvernus. 403
Epheſi deſcriptio, conditor, varia nomina. 612
Epibatæ qui. 695, 696, 765
Epidauri opida tria. 723
Epiri regionis deſcriptio. 578
Eporedorix, quid quondam Gallis ſignificaverit: capitur. 338
Eporedorix. 308. Cæſari fidus. 309
M. Eppius. 820
Equeſtre prælium mirum. 54
Equitatu pro equitatui. 18, 59
Equites in Republ. Romanâ qui. 101
Equites Cæſariani fœdè funduntur. 132, 133
Equites Galli, eorundem ſtudia. 229. triginta pellunt Maurorum bis mille. 756
Equites peditibus mixti inter præliandum. 335, 381
Equi commoda. 407
Equis diſpoſitis utebantur ad celeritatem. 588, 589
Eratoſthenis patria, eruditio, vita & mors. 245
Ergaſtulum & ergaſtulus quid. 601
Erich Celtis quis, & *Erich tag* Germanis dies Martis. 234
Ericius portus quis; variæ de illo opiniones. 641
Error facilis à perturbatione. 21
Erumpere activè ſumtum Cæſari. 538, 539, 584
Erumpere omnibus portis. 96
Eſſeda qualia. 146. eſſedarii quales. *ibid.*
Eſſedaria Britannorum pugna qualis. 152, 153
Eſſuorum ſedes dubiæ. 178
Eteſiæ quales venti. 680, 681

Evocati in exercitu qui. 335, 454, 455. in acie non erat ipſis certus locus. 661
Euphranor Rhodius rei nauticæ periſſimus. 698. ejus oratio & fortitudo. 698, 699. perit. 707
Eura fluv. 283
Exercituum hoſtilium admiranda & amica reconciliatio. 506, 507, 508, 509
Ex itinere oppugnare quid. 72

F.

FAbius centurio fortiſſimè pugnans. 318. interficitur. 320
Fabius legatus. 177. caſtris à Cæſare præficitur. 310. ejus vita. *ibid.* oppugnatur. 311. fortiter pugnat. 364. Carnutes cogit. 395, 396. Uxellodunum obſidet. 398, 399. in Hiſpaniam tendit. 477, 478. ejus velitationes cum Afranianis. 481
Q. Fabius Maximus. 829
Fabius Pelignus interficitur. 562, 563
Fabri à quibus in legionibus inſtituti, eorumque munus. 165
Factio quid. 30
Factiones in Gallia plurimæ. 222. earundem principes. *ibid.*
Falx quid. 105. earum forma & uſus. 362
Fani opidi deſcr. 446, 447
Fanum Herculis. 543
M. Favonius, ejus vita & mors. 614
C. Felginas Placentia. 644
Felginas Teuticanus Gallus. 644
Felicitas ſignum in Cæſariana acie contra Scipionem. 812
Femen quid. 346
Ferrariæ quæ. 290
Ferrifodinæ in Angliâ ubi. 168
Fides anguſta quid. 572. fidem alicui præſtare. 197
Fiduciarius quis. 541, 542
Fiduciariam operam habent legati in caſtris. 628
Fiſtuca. 139
C. Flavius. 848
Flori errores. 112, 366
Fluvios avertere quid. 497, 498
Fœneratores cohibiti Romæ. 572
A. Fonteius ignominiosè dimittitur. 792
Fortis pro firmus. 524
Franciſcus Floridus belli Civilis libros Cæſarem auctorem habere, negat. 571
Frentanorum fines. 461
Frequentare pro augere. 766
Frumentum quantum & quo die militibus diſtributum. 16
Frumentum in ſpecubus recondunt Afri, Germani, Pannones. 300
Q. Fulginius interficitur. 486
Fulvius Poſthumus. 637
Fumo agnoſcebatur adventus Cæſaris. 201, 639. ſic & Belgarum. 69
C. Fundanius eques Romanus. 836
Funda unde dicta. 359, 360. ejus uſus. *ibid.*
Funditores non magni habiti in exercitu. 579
Funes collatorii vel chalatorii. 105
Q. Fuſius Calenus cum exercitu Cæſariano ſe in portum recipit. 592. res illius geſtæ in Achaia. 631, 632, 633
Fuſius aliis Fufius. 520
Fuſtuarium quale ſupplicium. 849

G.

GAbali populi. 273. eorum ſedes. 332, 333, 350
Au. Gabinius. 8. ejus res geſtæ in Ægypto. 580, 676. 698. vita & mors. 580, 722
Gades, ejus opidi deſcriptio. 543, 858
Gaditanum fretum. 548
Galba. 63. illius filii. 74
Serg. Galba. 92, 93. vita. 409. oppugnatur à Sedunis & Veragris. 94, 95. eoſdem cædit. 96, 97. in Allobroges legionem deducit. 97
Galearum forma. 80
Galeari quid. 760
Gallia unde dicta. 61. ejus diviſio. 1, 2, 357. ſub ſeptemtrione jacet. 16. fines. 4, 61
Gallia citerior. 388, 659
Gallia Togata. 389, 659
Galli Cæſari reportatam ab Helvetiis victoriam gratulantur. 28, 29. & quare. 29. ſunt linguæ intemperantis. 48, 49. leves ad bella ſuſcipienda, molles admodum in calamitatibus. 109. frigoribus aſſueti hye-

hyeme plerumque rebellabant. 281. bellicoſiſſimi. 118, 203. vitæ prodigi. 112. à Dite prognati. 235. in liberos uxoreſque jus vitæ ac necis habent. 237. principio Germanos virtute ſuperabant. 184, 185, 242, 243. conjurant in Romanos occaſione ſeditionis Milonianæ. 266, 267. pro libertate ducenta & quadraginta millia peditum conſcribunt. 354. ad omnia momenta aptiſſimi. 289. multi in exercitu Pompeii. 580
Gallorum lingua. 2. fines. 4. curioſitas & levitas. 124, 125, 311. mores & ingenium. 236, 237, 238. quorundam egregium facinus. 296. ingens cædes ad Aleſiam poſt acrem pugnam. 365. regia apud eoſdem poteſtas qualis. 300, 301. quales equites. 225. plebs deſpecta & ſervilis. 224
Gallica arma & inſignia. 21. murorum fabrica. 291, 292, 293, 294
Gallina ſacra Britannis. 168
Gallo-græcia. 743
C. Gallonius. 543, 544. Gadibus ejicitur. 547
Ganymedes eunuchus. 691. ejus admirabilia opera. 692. impotens dominatio. 713
Garites pop. 117
Garceli pop. 11
Garumna fluv. 2, 3
Garumni pop. 117
Gauw, *Geuw*, *Gouw* quid Germanis deſignet. 121
Gebenna mons etiam Cebenna. 274, 275, 324
Genabum urbs. 278. inceditur à Cæſare. 267. Geneva urbs. 8, 9
Genitivum quintæ declinationis inflexerunt veteres per *e* non *ei*. 112
Genuſus fluv. 648, 649
Germanorum nomen unde. 3, 4. ipſi Romanis formidabiles. 33. eorundem clades ſub Arioviſto, quanta. 59. ſacrificiis non ſtuduiſſe falſo Cæſar tradit. 238. fœminæ notitiam non habebant intra viceſimum annum. 239. eorum arma & ſigna ubi poſt bellum aſſervata. 134. agri in pagos diviſi. 121. veſtitus. 239, 240. victus. 240. domicilia, opes. *ibid.* magiſtratus. 241. lattocinari ipſis haud infame. 241. plures habuerunt Deos, quam tres, quod tamen aſſerit Cæſar. 239. fœminas pro vatibus ac diis habent. 56. cur proceri. 39. nandi peritiſſimi. 516. Gallis terribiles. 39. Romanis ſæpiſſimè victoriam cauſati ſunt. 337, 340, 359, 398, 710
Germani Cis-Rhenani qui. 213. iidem Cæſari ſæpe Galli. 194
Geſum quale telum. 95
Getuli. 770. à Jubâ deficiunt. 792. à Metello primùm militiam edocti 793. à Mariô magnis beneficiis affecti. 776. ad Cæſarem transfugiunt. 776, 792. duorum Getulorum oratio ad Cæſarem, 778, 779
Gladiatores libertati confirmati. 451
Gladius Cæſaris in Arvernorum templo ſuſpenſus. 366
Glandes ferventes. 194. literæ iis inſcriptæ. 836, 837. eorundem uſus. 360
Glandorpii error. 805
Glareani errores. 118, 179, 270, 363, 588
Glaſtum quid. 171
Gobanitio. 269
Gomphi urbs. 652. diripiuntur à Cæſare. 653
Gorduni pop. 190, 191
C. Gracchi tumultus ac cædes. 441, 442. ut & Tiberii Gracchi. 441
Græcis characteribus Helvetii uſi. 28, 200. ut & Galli. 227
Græciſmus Cæſari familiaris. 121
Grapaldi error. 805
A. Gravius. 644
Grudii pop. 190, 191
Grumus quid. 834
Guturvatus verberibus exanimatur. 399. ejus nomen variè ſcribitur, & quid ſignificet. *ibid.*

H.

Hadriatici maris deſcr. 463, 464
Hæreditatis perſequendæ causâ legatio libera ſenatoribus in provincias conceſſa. 544
Haliacmon fluv. 614
Harpagonum uſus in præliis navalibus & in-

& inventor. 359, 494. in eruptionibus. 839
Harudes. 31, 57
Haſta pura quæ. 847
Haſtæ ſubjici. 89
Haſtati qui & quotuplices. 487
Helleniſmus in hodierna Romano-Gallica lingua ab Maſſilienſibus. 538
Helvetiæ longitudo. 5. civitas in quatuor pagos diviſa. 13
Helvetiis continua bella cum Germanis. 4, 245. finibus excedere ac Galliam invadere contendunt. 5, 6. legatos ad Cæſarem mittunt. 9. ad Sequanos. 10. eorundem acies in Cæſarem. 22. prælium. 23, 24. vincuntur. 24, 25. 26. jubentur in ſuas ſedes reverti poſt acceptam cladem. 27. quot millia hominum domo eduxerant in Galliam. 28. qualis olim gens & quæ jam. 245
Helviorum ſedes. 274, 333, 334, 476. eorum opida. 334, 335
Heraclea Sentica urbs. 651
Heracleæ urbes quot. 23, 651
Hercules Gallis Ogmius dictus. 234. illius imago & ſacellum. *ibid*
Herculis Fanum. 547. ejuſdem columnæ. *ibid.*
Hercynia ſylva unde dicta. 244. ejus longitudo ac latitudo. 244, 245. principium ab Helvetiorum finibus. 244, 245, 246. repleta variis feris. 246, 247
Herminius mons. 727
Hexamilius murus à Turcis dirutus. 632
Hiberna. 11, 12, 94
Hiberniæ deſcriptio. 169
Hippo Regius. 823, 824. tria iſthoc nomine opid. 824
Hippotoxotæ. 580
A. Hirtius Panſa quis & qualis. 368. Cæſaris continuator. 687. hujus commentaria admodum commendat. 368, 369, 370, 826, 827
Hiſpalis opidi etymon, conditor & magnitudo. 542, 543. oppugnatur. 857
Hiſpaniarum diviſio. 468
Hiſpania Citerior. 113, 478. Hiſpania ulterior. 479
Hiſpanienſis Belli auctor quis. 826, 827. barbarus & infidelis eſt hiſtoricus. 831. ejus barbariſmi, Ταυτολογίαι. 835, 836, 856
Horologiis aqueis uſi veteres. 170
Hoſpitum corpora ſacra antiquis. 242, 838
Hoſpitii jus violatum. 838
Hotomanni errores. 110, 343, 585
Humilitas pro tenuitas. 182
Hyempſal. 793

I.

IAcetani pop. 497
Iadera & Iadertini. 721
Iao ſummus Deorum, nunc Pluto, nunc Jupiter. 235
Iberus fluv. 497, 739
Iccius. 61, 68. oppugnatur. 67
Idibus ipſis penſiones creditarum pecuniarum ſolvi ſolitæ. 599
Igilis inſula. 474
Ignes in bello quibus uſibus. 89
Iguvii opidi deſcr. 447
Illatum bellum pro confectum. 167
Ilurgavonenſes. 497
Ilurgis op. 733
Illyricum. 97, 585
Imanuentius. 174
Immolandi homines apud Gallos conſuetudo. 230. ut & animalia capta. 235
Impedimenta quæ in exercitu, & ubi. 76. 252. in medium recepta. 337
Imperatores alloquebantur milites ante pugnam. 23, 663, 664
Imperatoris nomen quibus exhibebatur. 553. veſtitus in bello. 364. erat puniceus. 365. qualis ante pugnam. 794. equo ut plurimum vehebantur. 23
Imperatorum nomen cur aſſumptum à Cæſaribus Romanis & non Regum. 553
Indo rex interficitur. 835, 836
Induciæ unde dictæ. 133
Induciomarus. 181, 159, 160, 161, 207. Gallos in Romanos concitat. 209. oppugnatur. 206. interficitur. 209
Infeſtus ac infenſus quid differant. 666
Inſulæ deſcr. 537

 Inſcri-

Inſcriptionum epiſtolarum variæ formulæ apud veteres. 848
Inſcriptiones in lapidibus antiquis aut nummis, quæ paſſim in Commentationibus ad Cæſarem citantur. 27, 51, 64, 107, 127, 130, 173, 179, 210, 212, 213, 336, 426, 427, 428, 429, 437, 438, 441, 446, 448, 452, 459, 461, 477, 484, 509, 520, 525, 569, 579, 581, 590, 593, 608, 628, 635. 636, 644, 727, 749, 772, 784, 792, 820, 825, 845, 860.
Inſignia militaria Gallica. 21. Romana varia. 80, 315, 316
Inſtrumenta ad caſtra munienda. 194
Inſulæ aliquot inter Britanniam ac Hiberniam. 170
Inſulæ Hollandiæ. 131
Intercedere pro impedire. 429
Interpretes quales. 19
Intra cancellos conjecti pugnare. 762
Joannes Comnenus. 535
Jocus legionarii. 47
Flav. Joſephus in gratiam ſuæ gentis Judaïcæ ſcribit. 709
Iſſa inſula & urbs. 585, 725
Iſthmi deſcriptio. 632
Italicæ hodiernus ſitus. 547
Italicenſes. 730
Itinerarium Antonini Auguſti. 415, 416, 417, 418, 419
Itinerum menſuram quomodo colligerent veteres. 5, 6
Itius portus ubi. 158
Ituræi populi qui. 766
Jubæ regnum Curio publicat. 553. ejuſdem crudelitas. 553, 801. ſuperbia. 569, 794. Curionem cædit. 567, 568. in Cæſarem movet. 758, 769, 770. Scipioni auxilium fert. 787, 788. exercitum Cæſaris terret. 788. Zamæ pyram extruit ad comburenda omnia. 822. in villam ſuam opido excluſus fugit. *ibid.* à ſervo occiditur. 823
Julia lex. 451
Julius Celſus Conſtantinus Cæſaris Commentaria immutavit ac quædam interpolavit. 1, 367
Julius Patiecus. 830
Jumenti uſus in obſidione. 522
Q. Junius. 182, 183
Junius jugulationem hoſpitum Cordubæ impedit. 839
Jupiter Celtis in Aſiâ *Taran* dictus, ut & *Tonar*, *Donnar* & *Dondar*. 234. idem Suedis *Thor*. *ibid.*
Jura mons. 5
Jurabant milites ſe non reverſuros niſi victores. 337
Jus bellicum victoris in victos fusè deſcriptum. 36, 37
Jusjurandum ethnicorum. 29. ejuſdem formulæ. 510, 511
Jusjurandum adigere. 510
Juſtum iter quid. 460

K.

Q. KAlenus, vide Calenus.

L.

T. LAbienus. 11, 85, 155, 163, 179. ubi ejus caſtra in Belgicâ. 294, 208. à Treviris oppugnatur. 208, 209. eoſdem vincit. 209. ſecunda vice. 404. ſtratagema in Treviros. 217, 218. geſta ejus ad Lutetiam. 325, 326, 327, 330. ſollicitatur ab inimicis Cæſaris. 410, 411. primus jurat in verba Pompeii. 591. Cæſarianis victis inſultat. 645. ejus oratio ante prælium Pharſalicum. 659. Cæſarem aggreditur. 760, 761. premit. 762, 763. pellitur in fugam. 763, 764, 765. ejus ingentes copiæ. 764, 765. Leptim oppugnat. 773. fugatur. 781, 782, 790, 807. Cæſarem invadit. 803. ex inſidiis. 789, 790, 800. fugit. 801. perit. 854
Lacedæmon urbs hodie quæ. 579
Lacedæmonienſes juvenum aſtuta furta admittebant. 241, 242
Lacrymæ cur præ gaudio erumpant. 705, 706
Lacte & pecore vivunt Suevi. 121
D. Lælius, vita & mors. 581. inſulam ad Brundiſium occupat. 672, 673
Laniſtæ qui. 804
Laqueis falces avertere. 289
Larinates. 461
Lariſſæ urbis deſcr. 652
L. Laterenſis. 730, 731
Latinæ feriæ. 575

Latro-

Latrones unde dicti & qui. 828
Legati in exercitu. 11. eorum dignitas ac numerus. 310
Legati etiam hoſtibus & barbaris ſacri. 99
Legio unde dicta. 11. gemella. 577, 578. vernacula. 731. ſeditionem movet in Hiſpaniâ. 733, 734
Legiones, Cæſaris ævo, modicæ. 295. nomina & cognomina unde deſumpta. 330, 376, 377
Legiones Cæſari quot in prælio contra Arioviſtum. 58
Legioni decimæ quamplurimum tribuit Cæſar. 45, 46. ejuſdem virtus. 45, 85
Legio decima tertia addicit Cæſari opem ad bellum civile. 442
Lemanus lacus. 5
Lemovices duplices. 270, 354
Lemovicum ſedes. 351, 405
Lentulus Barbatus. 43
Lentulus Marcellinus quæſtor. 636. nomen Marcellini adoptitium à Marcellis. 636, 637
L. Lentulus Spinther Cæſari inimiciſſimus. 409, 425, 426. ſummam imperii ſperat. 433. eſt obæratus. 432. graviſſimè decernit de Cæſare ac Tribunis plebis. 435. fugit Aſculo Piceno, ac deſeritur à ſuis. 452. dedit ſe. 458, 459. delectum Capuæ inſtituit. 451. ſtultæ ipſius cum Scipione altercationes. 655. Pompeio fugæ Ægyptum verſus author eſt. 675, 676. necatur. 678
Lenunculi qui. 569
Lepidus diſſidiorum inter Caſſium ac Marcellum arbiter. 738, 739
M. Lepidus prætor Cæſarem dictatorem dicit. 549
Leptitani pop. 565
Leptis opid. 756
Lepus ſacer Britannis. 163
Levaci pop. 190, 191
Leuci pop. 44, 45
Lex Cornelia. 656
Lex Curiata. 571, 572
Lex Julia. 451, 816
Lex Pompeia. 574
Lexobii pop. 102, 107, 352
Liberalia quæ feſta, & quo die recurrebant. 853, 854
Liberaliter pro blandè. 143
Liberi impuberes Gallorum ac Germanorum in conſpectum parentum prodeunt. 236
Liberos immolant Carthaginienſes & Galli. 230, 231
Libertatum ſpecies triplices apud Romanos. 53
Libo inſulam ante Brundiſium occupat. 602. naves Cæſaris incendit. 603. obſidionem Brundiſianam ſolvit. *ibid.*
Libra & ad libram facere turres. 618
Librilia quæ inſtrumenta. 360
Liceri quid. 18
Licinius Squillus. 730, 732
Lictores alternis menſibus habebant conſules. 439. quot antecederent conſulem. 680
P. Ligarius. 799
Q. Ligarius. 323, 393, 819
Ligeris fluv. 99. quali ponte ſternitur. 279
Lilium inſtrumentum obſidionale. 346
Lilybæum promontorium. 752
Limonum, variæ de hoc opido opiniones. 392
Lingones pop. 25, 26. Romanis fidi. 330. eorundem fines. 331, 336
Lingua quid aliquando. 102
Lingua Gallorum qualis. 2. facile mutatur. *ibid.*
Liſcus, ejus oratio ad Cæſarem. 16, 17
Liſſus op. 606
Litavicus idem quod Ludovicus: quid id nomen ſignificet. 323. Romanos interficit. 309. ejus orationes. 307, 308
Litem æſtimare quid. 157
Literis Senatum certiorem faciebant Imperatores de rebus geſtis. 367
Littora nudare quid. 593
Littus Britanniæ quod Cæſar primum attigit. 146
Livineius Regulus. 819
Loci mutatio ad valetudinem, quandoque facit. 410
Longurii qualia inſtrumenta. 105, 411. eorum uſus. 362, 536
Loricæ varia ſignificatio. 192, 193, 343
Lucani populi unde dicti. 469. eorundem fines. 470
Q. Lucanius interficitur. 189

Luceriæ opidi deſcr. 461
L. Luceius Veſpillo Pompeii conſiliarius. 596
Q. Lucretius. 455
Lucterius Cadurcus. 271, 273, 395. Uxellodunum occupat. 396. cæditur. 397. capitur. 403, 404
Luerii inſignis opulentia. 30
Luna priſcis Germanis *Mana* & nunc *Maan* dicitur. 234. etiam Fria & Fricca nuncupata, quæ eadem cum Venere. *ibid.*
Lunæ nomine Deum Filium cultum à Germanis, falſo tradit Cluverius. 239
Luſitaniæ deſcr. 479
Luſtrare exercitum quid. 410
Lutetiæ Pariſiorum tenuis origo. 325. in tres partes ſecatur. *ibid.* inceditur. 327
Lycomedes Bithynius ſacerdos Bellonæ, ampliſſima auctoritate. 742

M.

Macedoniæ deſcriptio. 578. quæ libera dicta. 613
Cn. Magii vita ac mors. 462. dimittitur à Cæſare ad Pompeium ad pacis conditiones offerendas. 462, 463
Magiſtratum eundem intra decennium non licebat gerere apud Romanos. 471
Malacæ urbis deſcr. 739
Malaciæ varia ſignificatio. 106
Malcus. 687
Mandubratius. 174
Mandubiorum ſedes. 338
Manibus paſſis ſupplicandi mos. 74. in manibus Cæſari, quid. 79
L. Manilius procoſ. ejus clades. 110
Manipuli quot homines reciperent. 84
Manipulos laxare. 84
Manlius Capitolinus. 297
L. Manlius prætor. 461
Manus dare. 186
Manus ferrea. 494
Manus præcidere, quale & quorum ſupplicium. 403, 836
Cl. Marcellus Cæſari inimiciſſimus. 413. ejus legiones duas Pompeio tradit. 413, 414. urbe profugit. 449
M. Marcellus, ejus oratio. 428. nulli provincia decreta ob affinitatem cum Cæſare. 438
M. Marcellus Æſerninus. 734. homo inſtabilis. 735. contra Caſſium dux eligitur. 736. cur non confligit cum poſſet Caſſium ſuperare. 738. cum Lepido conjungitur. 738, 739
Marcomanni. 57
Mare noſtrum quid Romanis. 156, 157
Marea ſeu Mareotis lacus. 683, 688
C. Marius. 42. ejus affinis Cæſar. 43, 776
Marliani errores. 73, 126, 285, 392
Marrucinorum fines. 460, 461, 562
Mars idem qui Hercules & Vulcanus: ejus varia cognomina. 233, 234
Marſi pop. 453
Q. Martius tribunus mil. 833
Maſaniſſa. 35
Maſſilia Cæſari portas claudit. 475. ejus deſcriptio. 477, 494. arx & portus. 521. ſchola ibidem eruditionis ac patria plurimorum Philoſophorum. 538. vetuſtas. 550
Maſſilienſium oratio ad Cæſarem. 475, 476. pugna navalis. 493, 494. ſuperantur. 495, 496. ſecundâ mari ſuccumbunt. 529. inducias violant. 538, 539. opera Romanorum incendunt. 525, 539. ſupplicandi ritus eorundem. 537. maximis difficultatibus conflictantur. 541. Cæſari ſe dedunt. 550. admiranda tormenta. 522, 523
Maſſilienſium xv primi. 475
Matara quid. 25
Materia quid aliquando. 118, 168
Materiari. 344
Matiſcone urbs. 367
Matres familiæ Gallicæ excitant viros ad pugnam. 318, 319
Matrona fluvius. 4
Mauritania duplex. 437
Mazaca urbs. 742
Mediomatricorum ſedes. 130, 131, 351
Mediterraneum Mare cur concluſum. 100. ejuſdem deſcr. *ibid.*
Medobrega. 726. Medobregenſes. 727
Meldæ pop. 161
Melodunum nunquam fuit Iſis dictum. 326. fabula hæc unde nata. *ibid.*

Memno-

Memnonis certamen cum Achille. 846
Menapii. 64, 118, 119. à Tenchtheris ac Uſipetibus aſtu ſuperantur. 124. ſylvis ac paludibus muniti. 216. eorum agri à Titurio & Cotta vaſtantur. 155
Mercatorum collegium. 233
Mercurius idem qui *Theuth* Θεοῦ. 232 à Saxonibus impensè cultus. *ibid.* origo nominis. *ibid.* Godam Longobardis dictus: Gallis Deus artium mercaturæ & itinerum. 232, 233
Meretrices Comanæ Ponticæ ſacræ. 716
L. Mergilio. 730. interficitur. 732
M. Meſſala. 816. Uticam occupat. 819
M. Meſſala Niprus. 772, 773
Meſſane urbis deſcriptio.
Metatores caſtrorum qui. 76
L. Metellus tribunus plebis. 425. Cæſari ſe opponit. 474
Q. Metellus. 861
Metioſedum urbs. 326. capitur. 327
M. Mettius. 53, 60
Milites Romani præter arma etiam ſarcinas gerebant. 77
Militiæ genera tria. 266. anni apud Germanos. 236. Romanos. 337
Militaris res diligenter culta à Romanis. 108
Militaria opera Romanorum Nervii imitantur. 193, 203
Militis mirabilis pugna cum elephanto. 813
Mille nummum 25 aureis. 268
Mille paſſus unam efficiunt leucam. 268
Miliaria veterum. 268
Milo Clodium trucidat. 265. ejus contentiones. 265, 266. damnatur. 272. interficitur ictu lapidis. 601
Minerva eadem Gallis quæ Juno, Venus, Ceres, Luna. 234. quarum ſcientiarum inventrix. *ibid.*
Minuere controverſias quid. 181
Minutatim pro paulatim. 774
L. Minutius Baſilus conjurat in Cæſarem. 249, 250
L. Minutius tabellas de muro dejicit. 841
Minutius Silo, ejus inſidiæ in Caſſium. 729. ſaxis opprimitur. 730. excruciatur. 731
Miſſio quadruplex. 792
Miſſionis ignominioſæ formula. 792
Mithridatis Pergameni vita. 707. Peluſium capit. 707, 708. Ægyptios cædit. 708, 709. rex Boſphori conſtituitur. 749, 750
Mithradatis Ponticæ res geſtæ quam maximæ. 710
Mitylenarum urbis deſcriptio. 675. cur eò Pompeius fugit. *ibid.*
Modii capacitas. 491
Moloc idolum. 231
Monæ inſulæ deſcriptio. 169
More majorum ſupplicium ſumere quid. 264
Morini populi. 64, 144. è Morinis breviſſimus trajectus in Britanniam. 143. bis rebellantes bis vincuntur. 155. eorundem opidum. 352
Moritaſgus. 206
Mortem ſibi conſciſcere ignavi eſt. 355
Moſa peſſimè pro Moſella apud Cæſarem. 135
Moſæ prolixa deſcriptio. 127. cur Moſa non Maſa dictus. *ibid.*
Mulieres Germanicæ viros ad prælium excitant. 58. ut & Gallicæ. 290, 297. terribili habitu de nocte caſtra incendunt. 586. ex mulierum crinibus vincula tormentorum confecta. 585, 586
Muliones in jumentis equitum ſpeciem referunt. 315
L. Munatius Plancus. 179
Munda urbs. 854
Munera qualia Romæ data ad conciliandam plebem. 600
Municeps propriè ac impropriè quis. 507
Murus à Lemano extructus ad montem Juram. 10
Murorum Gallicorum forma. 291, 292, 293, 294
Murum primùm adſcendenti corona muralis donabatur. 297
Muſculi forma & uſus. 362
Muſculus & teſtudo in quo differunt. 533, 534
Muſculus tegebatur contra ignem latere & luto. 535
C. Mutius Reginus captus. 802

Myoparones, qualia navigia & unde dicta. 725

N.

NAbathæa regio. 687
Nannetes populi. 100
Nantuates pop. 92, 130
Narbo, ejus deſcriptio. 111, 273, 404, 405
Narbonæ ſitus. 273, 477
L. Naſidius, ejus vita. 525. Maſſiliam appellit. 526. 527. confligit prælio navali cum Bruto. 527, 528. fugit. 529
Natationi operam dabant Germani. 122
Navalia. 521
Navis etymon. 99
Naves actuariæ. 157, 467. æratæ quæ. 525. annotinæ. 164. cataphractæ. 489. longæ. 99, 158, 469. onerariæ. 144. illæ duplices. 465. turribus ſtratæ, quando, quæ. 465. turritæ in puppi ac prorâ. 618. ſpeculatoriæ. 148. tectæ. 493. vectoriæ. 163. liburnicæ. 585. quinqueremes. 697
Naves actuariæ ſexcentæ ac longæ triginta octo una hyeme à Cæſarianis militibus conſtructæ. 158. ſubito factæ. 477, 495. & quando primum à Romanis. 99. iis autem flumina tranſire contra ſecuritatem & dignitatem Romanorum. 137
Navium Venetorum fabrica & forma. 103, 105. alia à Cæſare excogitata in tranſvectione Sicoris. 492
Naviculæ Babylonicæ. 492
Navis inſigne ſeu tutela, roſtrum. 528
Nauticæ artis initium cognitio inſtrumentorum navalium. 495. officium gubernatorum. 526
Naves detrahere quid. 695
Naupactum. 613
Neapolis quæ & Leptis parva. 753
Nemetes. 57. eorum fines. 245
Nemetocenna urbs. 405
Tib. Nero claſſi ad Alexandriam præficitur: ut & ejuſdem vitâ ac mors. 706
Nervii maximè feri & maſculi inter Belgas. 75. cum Cæſare confligunt. 78, 79. acerrimè Romanos invadunt. 80, 81, 82. ex ſuorum cadaveribus præliantur. 85. inſignis eorundem clades. 86. Ciceronis hyberna cum Ambiorige oppugnant. 191, 192, 193, 194, 195. carent ferramentis. 194. in Cæſarem movent maximo impetu. 351, 352
Nel Celtis Mars dictus à *Neid* invidia. 233, 234
Nicopolis commune multis urbibus nomen. 717, 718. una in Armeniâ minore à Pompeio condita. 691
Nili priſcum nomen, limus ejus fœcundiſſimus. 691. prolixa deſcriptio, ejuſdem oſtia. 352. 696, 697
Nimbus cum ſaxea grandine. 786, 787
Nitiobrigum ſedes. 273
Nive intumeſcunt flumina. 324
Nomina regum ac principum Barbarorum quæ in Commentariis de Bello Gallico occurrunt. 420, 421, 422
Novilunium Germanis rebus agendis auſpicatum. 56
Noviodunum triplex in Gallia. 72, 279, 280. Dunum quid ſignificet. *ibid.*
Noviodunum Sueſſonum. 73, ut & Biturigum ſe dedunt Cæſari. 279, 280
Noviodunum Æduorum. 322. inceditur. 323
Nox in vigilias diſtincta. 145
Numeius. 9
Numidæ. 68. infideles & inſidioſi. 759. ſine frænis equos regunt. 783. à Scipione ad Cæſarem deficiunt. 776
Nuncius pro nuncium. 491
Nymphæum promontorium. 606

O.

OBærati qui. 7
Obſidiones maximè ſtupendæ. 341, 342, 343, 344, 345, 346, 347, 348. centum ac quinquaginta milliarium in ambitu. 622
Obteſtandi mos per cariſſima. 319
Obſtinatè quomodo aliquando ſumptum. 161
Obucula urbs. 733
Ocelum opidum. 12

M.O-

M. Octavius, ejus vita & mors. 581. capit triremem. 784. Dalmatas in Cæſarem concitat. 585. Salonas obſidet. *ibid.* in fugam conjicitur. 586. ejus res geſtæ in Illyrico. 721, 722, 723. prælium illius navale cum Vatinio. 724. fugit. 725
Octodurus vicus. 93
Octogeſa. 499
Oleum cæleſte, ubi. 62
Opera ſtupenda circum Aleſiam. 341, 342
M. Opimius præfectus equitum. 617
Oppius Zettæ opido præpoſitus. 802
Oratio Cæſaris ad milites confirmandos contra Arioviſtum. 42, 43, 44, 45
Orbem facere quid. 154. in orbem conſiſtere. 187. in orbem ſe recipere. 719
Orchomeni deſcriptio. 632
Ordines pertinaciter ſervabant Romani ſub pœna mortis. 483
Orgetorix inter Helvetios nobiliſſimus. 4. eoſdem concitat. 5. ad judicium tractus. 6, 7. creditur ſibi ipſi mortem conſciviſſe. 7
Orici opido deſcr. 589, 617
Oroſii error. 678
Oſcenſes. 496
Oſiſmii populi. 89, 353
Otacilius Craſſus. 606. 607
Otium pro quiete. 436

P.

PAcidius graviter vulneratur. 809
Pacidii duo. 760, 761
Paconia inſula. 753
Padi etymon & deſcriptio. 179, 180
Pæmani populi. 64
Pagus Germanis *Gaum*, *Goum*. 121
Pagus apud Cæſarem pro mille armatis. 37
Paludamentum cujus veſtis, ejus forma. 438, 439
Paludati poſt vota nuncupata in provincias proficiſcebantur. 439
Paludes olim & nunc multæ in Flandriâ. 251
Panes à famelicis in hoſtium caſtra abjecti. 626, 627
Panico qui in cibum utantur. 549
Parada opidum. 816. crudeliſſimum facinus ibidem in equitibus Scipionis patratum. *ibid.*
Paratonii opidi deſcr. 693
Pariſii pop. 269, 270, 304
Pariſium, unde nomen. 214. Vide Lutetiam.
Parthinii populi. 589. eorundem opidum. 619
Parthi infenſiſſimè oderant Pompeium & Romanos. 675, 676
Parthorum victoriæ à Romanis reportatæ. 609
Paſſus unde dictus. 6. quot pedum. 268
Pateræ apud Gallos miniſtri Apollinis. 233
Q. Patiſius. 715
Pecuniæ depoſitæ in templis. 439, 612. militibus diſtributæ. 373
ad pedes ſe projicere apud quos ſupplicandi mos. 26, 292, 297
Peditatus equitatui mixtus. 54, 285, 657, 803. apud quos in uſu. *ibid.*
Q. Pedius. 62, 71, 829. ejus genus ac vita. 602
Pegma quid. 533
Peligni populi. 453
Pelles pro velis. 104
ſub Pellibus quid. 119
Peluſii deſcriptio. 676. oppugnatur. 707. occupatur. 708
Pennus Deus quis. 93
Penteris quale navigium. 725
Pergami urbis deſcr. 609. miraculum ibidem. 679
Peticii nautæ mirum ſomnium. 670
Petra collis, ubi Pompeii caſtra. 620
Petreius nobilis Theſſalus, Cæſari favet 614
M. Petreius. 478. Afranio conjungitur. 479. debellati Cæſaris nuncium ſpargit. 491, 492. pugna cum equitibus Cæſaris. 499, 500. audax & crudele facinus. 509, 511. flens milites obſecrat. 510. ſuos jurejurando obſtringit. 510, 511. acies in Cæſarem. 515. iracundiſſimus. 516, 517. dimittere exercitum cogitur. 519. ad villam Jubæ confugit. 822. à Jubâ interficitur. 823
M. Petreius fortiſſimè pugnans interficitur. 320
Petrocorii pop. 351

L. Petroſidius aquilifer. 190
Phalanges ſeu Phalangæ earundem uſus. 536
Phalanx acies. 22, 23. Germanorum. 59
Phaleræ. 847
Phari deſcriptio. 684, 685. capitur à Cæſare. 798
Pharitarum pugna cum Cæſarianis. 700, 701. cæduntur. 701, 702
Pharnaces Armeniam & Cappadociam vaſtat. 714. ejus impietas in patrem. 716. Cappadociâ cedit, Armeniam retinens. *ibid.* victoria, inaudita crudelitas. 717, 719, 720. aſtutia. 745. Cæſarem invadit. 747. vincitur. 748. occiditur. 749
Pharſalus. 553
Phœnice regio. 576, 577. Ægypto contermina. 707
Philippo nulla provincia decreta ob Cæſaris affinitatem. 437, 438
Philo acerrimus defenſor Pompeianarum partium. 856, 857
Photinus Ægyptios concitat in Cæſarem. 686
Phryĉti faces quales. 89
Piceni opidi deſcr. 448
Pictones pop. 102, 270
Pila parietem ſuſtentans unde dicta. 540
Pila muralia. 192
Pila præpilata quæ. 805
Pilorum cacumina ardere viſa. 787
Pili deſcriptio. 23. vocis uſus apud Belgas. 494
Piraticum bellum. 677
Piruſtæ. 157
Piſauri opidi deſcr. 446
Piſo Aquitanus interfectus. 133
Cn. Piſo, ejus vita. 753, 754, 763
L. Piſo. 9
L. Piſo Cenſor, ſocer Cæſaris. 431
M. Piſo, ejus vita. 4, 5
Pix mirabili modo jacta ad incendium. 295
L. Munacius Plancus. 181, 482, 730, 754, 755
Planicia pro planicie. 484
C. Plætorius à Cæſaris partibus ſtans. 715
Plætorius Ruſtianus perit. 823, 824
Ploſtrum pro plauſtrum. 767
Plotina Trajani uxor. 408
M. Plotius. 597
Plutarchi errores. 366, 586. diſſentit à Cæſare in ordinatione aciëi Pharſalicæ. 660
Pluteorum forma. 296
Pompeia. 823
Cn. Pompeius ſecundum conſulatum gerit cum Craſſo. 120. Hiſpania in quinquennium illi decernitur. 211. conſulatus illi ſine collegâ offertur. 272. averſio à Cæſare & ſuperbia. 433. ne ab armis diſcedat intercceditur. 412. jus intercedendi Tribunis adimit. 434, 440, 441. Tribunitiam poteſtatem reſtituit. 440, 441. parat bellum Civile. 436, 437. colloquium Cæſaris reſpuit. 445. iniqua ab eodem poſtulat. 445. quo die Româ profugit. 449, 450. Domitio flagitanti renuit venire ſubſidio. 457. cur Brundiſii ſubſtiterit, dubium eſt. 463, 464. defendit portum contra Cæſarem. 465. Brundiſio fugit 466, 467. habet hoſtium loco, quotquot Romæ manent. 473. magna auxilia undecunque evocat. 576, 577. ejus exercitus ex quam variis gentibus. 578, 579, 580, 581, 582. exercitus fidelitatem illi jurat. 591. rerum ſumma ipſi traditur. 595. omnes pacis conditiones reſpuit. 587, 588. Antonium quærens caſtra movet. 608. ſex præliis bis mille milites amittit. 629. ad Petram ſe recipit in antiquam munitionem. 631. laborat annona pabuli. 633, 634. plurimi indies ab eo ad Cæſarem deficiunt. 635, 636. Cæſarianos fundit. 638, 639. iterum Cæſarem vincit. 643. imperator appellatur. 644, 645. cum Scipione honores partitur. 633, 654. Scipioni conjungitur. 653, 654. Orodem Parthum ad auxilia ferenda ſollicitat. 655. dicteriis ſuorum motus rem prælio committit. 654, 658. ejus oratio ante prælium Pharſalicum. 658. acies, & ubi ipſe rem geſſit. 660, 661. animum deſpondet. 667. fugit. 668, 669. in fuga ſibi detrahit inſignia Imperatoris. 669. qua via fugit. 670. quatuor co-

comitibus ſtipatus, & quibus. *ibid.* cujus conſiliô in Ægyptum fugit. 675, 676. & cur non ad Parthos. *ibid.* à rege Ægypti petit auxilia. 676. ejus ultima verba ad uxorem. 677, 678. necatur. 678. Pompeius adoleſcentulus triumphat. 767, 768
Cn. Pompeii filii expeditio in Bogudem. 768. res geſtæ ad Oricum. 617, 618, 619. naves Antonii incendit. 619. nomen ipſius in ſcutis. 735. bellum cum Cæſare in Hiſpania. 827. ejus exercitus. 834. acta ad Cordubam. 836, 837, 838. cæditur. 845, 846. ejus literæ. 848. Cæſarianos ad ſummam anguſtiam redigit. 852, 853. pedem caſu ſibi abſcindit. 858. interficitur. 859
Cn. Pompeius interpres. 189
Sext. Pompeius. 829, 861
Pompeius Rufus. 815
Q. Pompeii Nigri ſingulare certamen cum Antiſtio. 846, 847
Pompeiani de victoria minime ſolliciti ſunt. 654, 659. eorum arrogantia & ſtultitia. 654, 655. crudelitas & avaritia. 656. luxuries. 668, 669. equitatus cur fœdè fugit. 666, 667. in deditionem recipiuntur. 671. quot numero. 672. ſigna quot in prælio Pharſalico à Pompeio amiſſa. 671, 672
M. Pomponius claſſem amittit. 673
Pomptini prætoris bellum cum Allobrogibus. 334
Pons Cæſaris in Rheno ubi. 136, 137. ejuſdem fabrica. 137, 138, 139. quot diebus conſtructus. 141
Pontones qualia navigia. 607
Pontus regio. 577
Porta decumana in caſtris quæ. 82. prætoria. 774, 775
Portæ in caſtris quatuor. 96. eas obſervabant integræ cohortes. 151
Portorium. 17
Portus ſuperior ac inferior Britanniæ quis apud Cæſarem. 149, 150
Præfectus fabrum in legionibus. 462
Præfecti in caſtris plures. 98
Prælium Cæſaris cum Vercingetorige ubi. 337, 338. Cottæ ac Sabini cum Ambiorige ubi. 188, 189. equeſtre Germanorum cum intermixtis peditibus. 54. eodem pugnæ genere uſi Germani ad Capuam. *ibid.*
Præmia militaria duum generum. 631
Præſagia admiranda victoriæ Cæſaris. 575
Præſidia occupare quid. 623
Prætoria cohors. 45, 509
Prætorii ædificatio ac forma. 76
Prætoris Romani officium. 431, 432
Preces pro diris. 252
Preciani pop. 117
Prehenſio Cæſari quid. 533
Primipilus. 83. ejus dignitas & promotio. 630, 664
Princeps prior qualis centurio. 639
Principes qui in exercitu. 812
Priſtinus dies pro pridianus. 134
Prodigia victoriæ ante Cæſaris victoriam Pharſalicam. 678, 679
Promontorium unde dictum. 102
Promotio militum qualis. 195, 196
Promutuum vectigal quid. 611
Pro prætore pro proprætore. 710
Proprium pro perpetuum. 776
Propter pro juxta. 780
Proſper Columna. 193
Provincia portio Narbonenſis Galliæ. 3, 49
Provincia appellativè tria ſignificat. 50
in Provinciam redigere. 51, 52. qualis conditio regionum in provinciam redactarum. 357
Ptolemaïs urbs. 679. prodigium ibidem. *ibid.*
Ptolemæi filia minor. 685. vide Arſinoë. ejuſdem teſtamentum. 681, 682, 713
Ptolemæus filius bellum gerit cum ſorore. 676. ejus curatores. 682. ſimulatæ lachrymæ. 705. Mithridati occurrit acie inſtructâ. 709. Cæſarem tranſitu fluminis prohibere annititur. 710. à Germanis equitibus copiæ ejus funduntur. *ibid.* caſtra oppugnantur à Cæſarianis. 711. capiuntur. 711, 712. perit in flumine. 712. aliis tamen in limo. *ibid.*
Ptolemæus Philadelphus. 706
Publicani principes viri olim in Gallia. 17, 18. ut & Romæ. 609
T. Pulſio. 196. ejus egregia facinora. 197, 641, 642

Pupia lex. 430, 435
L. Pupius. 449
Purgari ſibi velle, antiqua dicendi formula. 27
Pyrenæi montes. 4, 477, 478

Q.

Quadratum agmen quid Cæſari. 378
Quadrigarum quadratarum forma. 747, 748
Quæſtio vulgo nunc informatio. 313
Quæſtores qui ac quotuplices. 58, 371
Quincuncialis ordo. 345, 346

R.

Rabirius Poſtumus. 757
L. Racilius. 729, 730, 731
Raſcipolis, variè nomen ſcriptum, & quis. 579, 580
Ravennæ deſcriptio. 436
Rauraci populi. 8. eorundem fines. 245
C. Rebellus obſidet Thapſum. 816
Rebilus legatus, militiæ gnarus. 562
Receptui canere. 317
Referre de Republica. 425
Regia poteſtas apud Germanos ac Gallos qualis. 269
Regna veterum Gallorum haud hæreditaria. 269
Regnum in provinciam mutare, quid 690
Regulæ directa tenuiora ligna. 535
Remos detergere. 495, 699
Remulco navem abſtrahere. 551, 552
Renunciare quid. 303
Repræſentare quid. 45, 744
Reſcribere in militia, quid. 47
Rheda currus qualis. 57, 353
Rhellicani errores. 273, 393, 377, 449, 585, 642, 733, 805
Rhemi populi. 62, 65, 68. præcipuo honore habiti à Romanis. 206. ſecundum dignitatis locum in Galliâ tenent. 223, 224. eorundem ſedes. 330, 331. fidi Romanis. 330, 374, 375. cæduntur à Bellovacis. 380
Rheni fontes tres hodie. 130. prolixa hujus fluminis deſcriptio. 130, 131. ubi à Cæſare prima vice ponte conſtratus. 139. ubi ſecunda. 219. non efficit multas & ingentes inſulas, ut falſo Cæſar tradit. 131
Rhenones qualia animalia, ac quale vocabulum. 239, 240
Rhodani fluvii deſcriptio. 521
Rhodiorum ars navalis inſignis. 695, 696
Rhodi inſulæ deſcriptio. 675
Robur qualis arbor. 103
Romani milites ſe ipſos interficiunt. 444, 445
Roſcilli fraudulentia ac defectio ad Pompeium. 634, 635
L. Roſcius. 178, 179, 180, 205. ejus vita & genus. 431
Roſtra Romæ unde dicta. 600
M. Rufi vita & mors. 428, 429. quæſturam gerit. 551. fugit ex Africâ. 568, 569
Ruthenorum ſedes. 271, 273, 333, 351
Rutilius Lupus prætor. 461, 631. ejus opera ad Iſthmum. 632
Ruſpina urbs. 756

S.

C. Calviſ. Sabinus, ejus vita. 613. res geſtæ in Achaïâ. 631, 632
Q. Titur. Sabinus. 70, 107, 108, 109, 180, 185, 186. interficitur. 189. quo loco. *ibid.*
Sabis fluv. 75, 76
Sabura præfectus Jubæ. 565. prælium ejus cum Curione. 567, 568. cum P. Sitio, à quo interficitur. 787
Sacramenti militaris formula. 212
Sacramento dicere, quid. 519, 520
M. Sacrativir. 644
Sacrilegium Scipionis. 612
Sadales regis Thraciæ filius. 579
Sagittarii peritiſſimi Cretenſes. 579
Sagulum qualis veſtis. 194
Saguntum vel Saguntus. 835
T. Salienus. 772. ignominioſe à Cæſare dimittitur. 792
C. Salluſtius Criſpus. 757. magno numero frumenti potitur. 777, 778. rapaciter Zamenſem provinciam habet. 824
Salonarum urbis deſcriptio. 584, 585. oppugnatur ab Antonio. 585. liberatur obſidione. 586. eò ſe recipit Gabinius.

nius poſtquam bis mille milites amiſiſſet. 722
Salſum fluv. 833
Calpurn. Salvianus. 731
Salvius Pompeium trucidat. 677
Samarobrivæ etymon ac ſitus. 177, 178, 199
Santones populi. 11, 13
ſub Sarcinis adoriri exercitum. 393
Sardanapalus duas urbes condit uno die. 741
Sardiniæ deſcriptio. 469, 757
Sarſura opidum. 807
C. Saſerna Lepti præfectus. 758, 794
P. Saſerna Ruſpinæ præfectus. 758
Satisfaciebant veteres de injuria duplici modo. 46, 47
L. Appul. Saturnini cædes. 441, 442
L. Decid. Saxa. 502
Scævæ ſcutum ducentis & triginta ictibus perforatum. 630
Scalarum varia genera. 359
Scaldis fluv. 254
Scandulæ vel potius ſcindulæ quæ. 402
Scaphæ navigia qualia. 148
T. Ann. Scapula. 731
Scapula jubet ſe jugulari & comburi inaudito facinore. 856
Q. Scipio, ejus genus & cognomina. 426, 427. quibus rationibus Cæſari infenſus. 433. Syriam obtinet. 437. Cæcilius Metellus Pius Scipio dictus. 608. ab Aſiâ graviſſimum vectigal exigit. 609, 610, 611, 612. Imperator dicitur. 608, 609. in Domitium movet. 614. & ſubitò converſus in Longinum. *ibid.* atque iterum in Domitium Favonio ſuccurrens. 615. duæ ejus turmæ cæduntur. 617. pacem à Cæſare oblatam renuit. 633. mediam aciem in pugna Pharſalica obtinet. 660. noctis adventu & pulvere ipſe & exercitus ſervatur. 790. Labieno conjungitur. 769. condocefacit elephantes. 771, 772. aciem pro Cæſaris caſtris inſtruit. 774. miratur Cæſaris conſilium cur prælio non decernat. 778. cæditur ab eodem. 782. ejus crudelitas. 785, 786. ipſius milites diffugiunt. 790. clarus familiâ. 794. acies contra Cæſarem. 795, 796, 811. vincitur. 813, 814. dies cladis. 815. perit. 824
Scipionis equitum crudelitas. 752
Scribonius Libo, ejus geſta. 466, 581
Scorpio ſpiculum quale. 773, 775
Scutati qui. 480
Scutum unde dictum. 23, 24. Cæſar militi detrahit, ac in hoſtem ruit. 84
Scutis nomina inſcripta ac tegmentis operta. 80
Scutis electos duces imponebant Germani. 242
Scutula quid. 619
Seceſſionem quoties fecit P. R. 441
Sectionem vendere quid. 89
Securis pro Imperio Romano. 357
Sedulius occiditur. 365
Seduni populi. 92, 93. Romanos oppugnant. 94, 95. cæduntur. 96, 97
Sedufii pop. 57
Segni pop. 64, 65, 252
Segonax. 176
Segovia urbs. 734
Seguſiani populi. 12. eorum ſedes. 332. fines. 349
Selandicæ inſulæ quondam continenti annexæ. 255
M. Sempronius Rutilus. 366
Senatusconſulta non propalari licita. 29
Senatusconſultum ultimum quid. 434, 435
Senatusconſulta perſcribi quid. 437. nulla fiebant poſt ſolis occaſum. 430
Senatus Imperatoribus extra Urbem dabatur. 427. in qua æde. 436
Senatus Romæ Cæſaris inimicis repletur. 431
Senones populi. 62, 205, 206, 213, 269, 303, 304. Romam vaſtant. 205. 206, 324, 325. ridiculum nominis Senonum etymon. 206
Sens opidum retinet vocabuli Senonum veſtigia. 206
Sepeliebantur ſtatim à pugnâ milites Romani. 26
Sepeliendi ritus. 26
L. Septimius Pompeium trucidat. 677, 678
Sequana fluv. 3, 325. tumidus & rapidus. 328
Sequani populi Germanos acceſſunt in auxilium contra Æduos. 30. eorum ager optimus Galliæ. 31. ab Arioviſto opprimuntur. *ibid.* factiones cum Æduis. 32. non audent detegere

hanc miſeriam Cæſari. 32, 33. eorundem ſedes. 536
Serapion legatus interficitur. 682
Q. Sertorii vita, mors, ſumma ſcientia rei militaris. 113, 114. victoriæ. 498
Serviliæ legis fragmentum vetus. 90
P. Servilii Iſaurici conſulatus cum Cæſare. 572. Cælio ſe opponit. 599. ignominioſè tractatur. 600
Servi quando ad militiam vocabantur. 585. operibus militaribus, niſi flagitante neceſſitate, vix adhibiti. 522
Servile bellum grave & anceps. 43, 44
Servus combuſtus. 842
Servire auribus quid. 554
Seſtertius quantum valet. 373
Seſtertia ſexaginta efficiunt mille quingentos aureos. 460
Seſtertia plurali numero quantum efficiant. 373
Sevare quid. 402
Sevum quid. 401, 402
P. Sextius Baculus, ejus virtus militaris. 83, 95, 96
Q. Sextius vitam auro redimit. 732
T. Sextius. 210, 319, 320
Sibutzates pop. 117
Sibyllæ vaticinium regem orbis proditurum fore in lucem, quando Ægyptus à Romanis occuparetur. 690
Sicilia Italiæ annexa. 525. ejus promontoria. *ibid.*
Sicoris fluv. 481. pons, quo conſtratus, rumpitur. 482. avertitur. 488, 497
Sigambri quo loco Rhenum tranſierunt. 256, 257. nomen variè ſcribitur. *ibid.* Romanos oppugnant. 259, 260. eorundem fines. 141, 142
Signa Romanorum qualia. 24. magnâ religione culta. 147
Signa cohortium qualia. 195
Signum pugnæ quotuplex. 58, 39, 79, 287, 663, 812.
Signum pro teſſera. 79, 316
Signa ſeu συνθήματα in exercitu ante prælium quæ exhibita aliquando. 79
Signum inferre quid. 84
Signiferi duo in manipulo. 83
M. Silani genus & vita. 210
T. Silius. 98
Simulacra Gallorum informia. 232
Siti multi pereunt ac domantur. 400
P. Sitius. 769, 770. ejus res geſtæ contra Jubam. 780. contra Saburam. 787. Fauſtum Afraniumque vivos capit. 823
Societates provinciarum, publicanorum, negotiatorum, vectigalium. 577
Socii atque amici nomen quando Senatus R. offerret exteris, ſimul pretioſa munera miſſa. 35
Solaria veterum. 24
Soldurii quales apud Gallos. 112
Solis nomine Deum Patrem cultum à Germanis, abſque ulla aſſertione tradit Cluverius. 239
Solitudines circum fines habebant Germani. 241
Somnifera potio pro veneno data. 458
Sortes conjicere quid. 438
Sotiates populi. 111. vincuntur à Craſſo. *ibid.* opidum. *ibid.*
Sparthacus Thrax. 43
Speciaria dona quæ. 630, 631
Speculatores qui. 71
Sphæra recta efficit dies & noctes fere æquales. 170. quò autem obliquior eò magis inæquales. *ibid.*
Sperare pro timere. 44
Stativa unde dicta. 615
Statius Murcus necatus. 593
Statumen, ſtatuminare quid. 492
Stipendiarii. 29
Stipendium quantum in bello civili. 844. unde dictum. 29. plures habet ſignificationes. 52
Stoechades inſulæ Maſſiliæ oppoſitæ. 494
Straminibus domos integunt Germani. 194
Stratagema Bellovacorum. 383, 384
Stratagemata Cæſaris. 45, 56, 202, 203, 297, 315, 403, 501, 502, 503
Stratagema Comii. 405, 406
Stratagema Jubæ. 565, 567. Labieni. 217, 328, 329. Q. Metelli. 124. Pompeii. 466, 467. Vari. 563. Uſipetum & Tenchtherorum. 123, 124
Styli cæci. 775
Subcoacta quæ. 623
Subductiones quid deſignent. 156

Sub-

Subjicere hyemi navigationem quid. 154
Sublicæ quæ. 139, 140
Subſtructio quæ. 552
Subſiſtere pro ſuſtinere. 165
Sudes & earum uſus. 192, 360
Sueſſones. 63, 72, 74
Sueſſones Eleutherii. 72
Suevi. 60. gens bellicoſiſſima. 126. cur proceri. 121, 122. fines. 120, 121. impropriè Cæſari ſic dicti, propriè quippe Catti. 38, 120, 121
Sulcitani mulctantur à Cæſare. 825
Sulmonis opidi deſcr. 455
Sulpicius Rufus. 145, 367
Serg. Sulpicii vita. 508
Supplicationis ritus. 90, 91. Cæſari decreta in quindecim dies, quod nunquam ante. *ibid.* inſtituebatur ob reportatam victoriam. 367
Supplicia more majorum ſumere quid apud Romanos. 399
Suppliciorum varia genera. 399. ſupplicia militaria extra vallum ſumpta. 786. alia etiam extra urbem. *ibid.* Gallorum qualia. 231
Suri qui. 637
Surus Æduus. 404
Fau. Syllæ proprætoris vita ac mors. 437, 817. vivus capitur & interficitur. 823
L. Cor. Sylla Romam capit, incendit, tribunitiam poteſtatem evertit. 434
P. Sylla Rempubl. turbat. 433. dextro cornu præeſt in acie Pharſalica. 662
Syphax. 35
Syriæ deſcriptio. 437, 576, 577

T.

Tabellæ tres in judiciis. 655, 656
Tabernacula unde dicta. 40
Tabulæ Helvetiorum conſcriptæ erant Græcis literis. 28
Tabulæ novæ quando conficiebantur. 573. & quæ. 600
Taciturnitatis exempla. 759
Taleæ ferreis hamis in obſidionibus. 347
Tamiſis fluvii ortus, curſus, etymon. 166. ubi pedibus tranſiri poteſt. *ibid.*
Tarbelli populi. 117
Tarracinæ urbis deſcr. 461, 462
Tarracinenſis ager fertiliſſimus. 462
Tarraco urbs. 549
Tarraconenſes. 496
Tarſi urbis deſcr. 715, 741
Taruſates pop. 113
Taſgetius. 180, 181
Tauris inſula omnibus Geographis ignota. 723. nomen neceſſario in aliud immutandum. 724
Tauroëntæ inſulæ deſcr. 526
Taximagulus. 176
Taxus venenifera arbor in Galliâ olim crebra, ac præcipuè in Eburonibus; ut & jam. 252
Tectoſagum fines. 242
Tegea opidum. 808
Tegere alicui latus quid. 729
Tempeſtas vox anceps. 145
Tempeſtas graviſſima in Hiſpaniâ. 487, 488
Tenchtheri è Germaniâ pulſi. 120. eorundem ſedes. *ibid.* Menapios vincunt. 124. Treviros vaſtant. 125. Vide Uſipetes: cum his enim Tenchtherorum res geſtæ ſimul annotantur.
Tendere pro tentoria figere. 259
Tentare pro lædere. 576
Tergeſtini pop. 390
T. Terraſidius. 98
Terroris inſigne exemplum. 39, 40, 41
Teſtandi modi duo apud Romanos fuſè deſcripti. 40, 41
Teſtudinis forma & uſus. 67
Teſtudo ſexaginta pedum ad Maſſiliam. 523, 524. ejuſdem forma ac uſus. *ibid.*
Teutones eorum graviſſima bella. 34, 356, 357. eorum ſedes, origo. 33. clades. 34
Thabena. 808
Thapſus opidum. 772, 784, 813, 814. obſidetur. 816
Theatri forma. 780, 781
Thebarum deſcr. 632
Theodoti Chii ſententia de Pompeio. 677
Theophanes Mitylenæus rerum geſtarum à Pompeio ſcriptor. 596. conſilium quod idem huic exhibuit. 676

Q. Minuc. Thermus prætor. 447
Theſſaliæ deſcriptio. 578. factionibus diviſa. 613, 614
Θεὸς Græcis Ζεὺς & Δεὺς, Latinis Deus. 232, 233. vocabulum à priſcis Græcis mirificè inflexum. 235
Theutomatus Olloviconis filius. 300
Theutomatus Nitiobrigum Rex. 316
Thorius. 734, 735
L. Tiburtius 597
L. Ticida. 784. interficitur. 786
Tignum quid. 540, 541
Tignis quibus Cæſar uſus in conficiendo ponte ſuper Rhenum. 137
Tigurinus pagus. 13
M. Tiro ignominiosè dimittitur à Cæſare. 792
Tirocinium quid. 776
Tiſdra opidum. 779, 807
Titi Hiſpani adoleſcentes trucidantur. 772, 773
Toloſæ urbis deſcr. 11, 110
Toloſates populi potentiſſimi. 11, 274
L. Man. Torquati vita. 589. perit. 823, 824
Torques quibus datæ. 847
Toxandrorum ſedes in Selandiâ. 251
Tragula. 25, 494
Tragulæ epiſtola alligata caſu turri adhæſit. 200, 201
Tralli urbs, prodigium ibidem. 679
Tranſtra quæ. 103
A. Trebellius. 848
M. Trebius. 98
C. Trebonius eqtes Romanus. 260
C. Ttebonii legati vita & mors. 172, 173, 253, 278, 360, 361, 380, 405, obſidioni Maſſilienſi præficitur. 477. ejus opera ad Maſſiliam. 521, 522. Romæ jus dicit debitori ac creditori ſumma æquitate. 598
Treviri, eorundem fines. 94, 159. equitatu plurimum valent. 159. trans Rhenum legatos mittunt. 207. iterum Germanos ſollicitant. 213. Moſam ubi tranſierunt. 218. cæduntur à Labieno. 219. premuntur à Germanis. 331. nomen ipſum variè ſcribitur. 82
C. Triarius. 581. quale conſilium Pompeio exhibet. 665
Triarius à Mithradate victus. 146
Tribocci populi 57
Tribunatus plebis. 425. larga ejus poteſtas. 429
Tribuni plebis qui à partibus Cæſaris ſtabant. 425
Tribuni & centuriones habebant ſervos. 26, 27
Triclinium. 410
Triclinia erant ſtrata in Pompeii caſtris tempore prælii. 668, 669
Trinitatis myſterium veteribus Germanis planè incognitum. 239
Trinobantes, eorum ſedes, etymon vocis. 174, 175
Tubæ Gallicæ forma ac nomen. 386
Tubæ etymon, forma, inventor. 79. varia genera. 386
Tubero pellitur. 470, 471. Africam ſorte obtinet. *ibid.*
Tubicen injuſſu Cæſaris ſignum dat, coactus à militibus. 812
Tulingi populi. 8, 27
Tib. Tullius legatus Cordubenſis, ejus oratio ad Cæſarem. 839, 840
Tullius Rufus interficitur. 815
Tumultus ſervilis in Italiâ. 4
Tungri qui. 65, 66. primum Germani dicti. *ibid.*
Turinus ager à Curio. 690
Turma unde dicta. 219. quot in legione. *ibid.* quot milites continebat unaquæque. 314
Turonum ſedes. 270, 405
Turres in navibus excitatæ. 105
Turres in oppugnationibus rotis interius movebantur. 295
Turres pars valli. 192. à Cæſare uno tempore excitatæ mille quingentæ ſexaginta & una. 344. earundem forma. *ibid.*
Turrium varia genera, forma, uſus. 73
Turris lateritiæ ad Maſſiliam deſcriptio. 530, 532. ejuſdem icon. 531
Tyrannorum vox in bonam partem olim ſumta. 741

V.

Vacca opidum direptum. 806
Vachalis fluvii prolixa deſcriptio: peſſimè Walis ſcribitur. 127, 128
Vahalis ac Moſæ confluentes olim ad Geroſlitium, non autem ad arcem

cem Loevenſteinianam, ut jam. 128
Vadimonio teneri quid. 727, 728
Valeria gens. 5
C. Valerius Donotaurus interficitur. 334
C. Valerius Flaccus. 53. occiditur. 629
C. Valerius Procillus. 19, 53, 60
L. Valerius Præconinus. 110
Q. Valerius legatus in Sardiniam mittitur. 468, 469, 470, 625
Valli iidem qui ſudes. 343
Vallum more Romanorum extruunt Belgæ. 193. ut & alia opera militaria. 194
Vallus quid. 637
Vangiones pop. 57
L. Varenus. 196. ejus egregium facinus. 197
A. Varro. 597
C. Varro. 734
M. Ter. Varro. 478. ejus ſacrilegium. 543. cum fortuna animum mutat. 541, 542. Hiſpaniam Ulteriorem in Cæſarem concitat. 543, 544, 545. legionem tranſdere pollicetur. 547. Cæſari præſens omnia in manus dat. 548
Varrones tres diverſis cognominibus. 99, 478
Varus fluv. 519
Q. Att. Varus Auximo profugit. 448. præfectus equitum Domitii. 616. triremem capit. 784. Uticæ claſſem in mare deducit. 797, 798. fugit. 799
Sext. Quint. Varus quæſtor Corfinii obſeſſus Cæſari deditur, 459. ejus oratio ad milites Curionis. 555
Vaſa conclamare. 501, 616
T. Vaſius. 730
Vaticinium admirabile Rhodii remigis. 605
Vaticinium de libertate Ægypti. 699
Vaticinabantur mulieres Germanorum. 56
P. Vatinius ex adverſa ripa de pace cum Pompeianis tractat. 596, 597. conſul eligitur. 597. res ejus præclare geſtæ contra Lælium. 672. Octavium. 673. prælium navale. 724. evadit victor. 725
Ubii. 60. eorundem fines, migratio, opidum. 123, 124. pulſi à Cattis, Gallicis moribus aſſuefacti. *ibid.* Cæſari ſe purgant. 220. ipſius auxilium implorant. 136
Ucubis opidum. 842, 849
Vectes, eorum forma, materia, uſus. 536, 537
Vectigalium redemptio. 7
Vectigalia graviſſima à Scipione Aſiæ extorta. 609, 680, 611, 612
Vectigalia columnaria, oſtiaria. 610, 611
Vedeliacus. 302
Q. Velanius. 98
Velaunorum terra. 350
Velites qui, eorundem prima origo. 81, 82
Vellauduni opidi ſitus. 278
Velleda fatidica apud Germanos. 56
Velocaſſes populi. 64. bipartiti iidem. 375, 376
Vendere ſub corona. 107
Veneti populi. 98. hodie qui. 106, 354. bello ſe accingunt contra Cæſarianos. 100, 101, 102, 103. multum re navali pollent. 104, 105. vincuntur à Bruto. 106. Cæſari ſe dedunt. 107
Venetia. 100
Ventiſponte opidum. 849
Veragri pop. 92
Verbigenus pagus. 27
Vercingetorix accuſatur proditionis. 286, 287. ejus crudelitas. 268, 270, 271. dirum conſilium de triginta amplius urbibus incendendis. 281, 282, 283, 332. ejus equitatus pellitur. 280. ubi. 337. Gergoviam obſidet. 276, 277. ipſe Aleſiæ obſidetur. 341. fruſtra eruptionem tentat. 344, 361. pugna cum Cæſare. 319, 320. Æduos ſibi adjungit. 330, 331. deditur. 366
Vergaſillaunus. 354, 362. vivus capitur. 365
Vergobretus quale munus apud Gallos, & unde dictus. 16, 17
Verodoctius. 9
Veromandui pop. 64
Verſaonenſium civitas. 850
Verſus ediſcebant quamplurimos Druides & Germani ſacerdotes. 226, 227

Vertico. 197, 198
Vertiſcus occiditur. 380
Verum pro æquum apud Cæſarem. 126
Verutum quid & unde dictum. 197
Veſuntio urbs. 38
L. Veſpillo: nomen variè ſcriptum & quis. 583
Veſtes Romanorum. 712
Veſtis vox quàm latè ſumpta. 318
P. Veſtrius captus. 799. Cæſar ipſi ignoſcit. 800
Veſus mons. 179
Vettones pop. 478, 479. eorundem ſtultitia. 479
Vexillum quid, vexilli & ſigni differentia. 258, 259, 663
Vexilli uſus & locus. 79
Viæ caſtrenſes quot & quales. 202
L. Vibullii Rufi res geſtæ pro maximis judicatæ à Pompeio. 452. Cæſari ſe dedit. *ibid.* in Hiſpaniam mittitur à Pompeio. 474. bis in poteſtatem Cæſaris venit, bis dimiſſus cum pacis conditionibus ad Pompeium. 587, 588. tumultum in exercitu Pompeii ſedat. 596
Viæ caſtrenſes quot & quales. 202
Vici & plateæ diſcrimen. 467
Vici duplex ſignificatio. 93
Victimæ humanæ duum generum. 230, 231. qui populi idolis has offerebant. *ibid.*
Vienna duplex Germaniæ vel Allobrogum: hujus deſcriptio. 276
Vigiliæ caſtrenſes. 13
Vigilia tertia iniquiſſima 394
Vincite quid aliquando ſignificanter deſignet. 185
Vinearum figura. 297
Vineæ quales machinæ. 73, 284. earundem uſus ac etymon. 325, 326
Vini uſum non admittebant olim Nervii omneſque Germani. 122. ut & Locrenſes & hodie Turcæ. 75
Vir virum legebat, ut alter alterius latus tegeret in acie. 54, 55
Virdumarus. 309
Cæl. Virgilius Prætorius. 772, 773, 784, 811. obſidetur à C. Rebello. 816. Cæſarem excipit Uticæ. 820
Vitis inſigne centurionum. 487
Vitro ſe inficiebant Britanni. 171
Vivicomburio qui juxta S. Literas plexi. 7
Ulcilles Hirrus, variè nomen ſcriptum invenitur. 452, 453
Ulla opidum. 737, 829. Cæſar ſuppetias fert. 830
Unelli pop. 167, 334
Vocates pop. 113
Vocio Rex Noricorum. 456
Vocontii. 12
Vogeſi montis deſcriptio. 127. male Vogeſus pro Voſegus. *ibid.*
Volcæ vel Arecomici. 274, 333, 416. vel Tectoſages: horum fines. 243
C. Volcatii Tulli parens. 249. ejus ſumma virtus militaris. 629
Voluntariorum Romæ munus. 207
C. Voluſenus. 143, 261, 388. graviter vulneratur. 406. vitæ ejus inſidiantur duo Allobroges. 635
Urbem Romam ingredi non licebat iis qui cum imperio erant. 211
ad Urbem eſſe qui dicebantur apud Romanos. 211
Urorum natura, vis, forma; varietas authorum in deſcriptione harum ferarum. 248. adoleſcentes Germani exercentur illarum venatione. 248, 249. ubi hodie inveniuntur. *ibid.*
Urorum cornua latiſſima. 248. pro poculis iiſdem uſi Germani. 249
Urſao urbs. 848, 850, 860
Ful. Urſini error. 254
Uſura multum moleſtiæ creat Romæ. 598, 599
Uticenſes quare Cæſari addicti. 564
Uticenſis Senatus qualis. 817. mulctatur à Cæſare. 820
Ut ſatis, pro ne ſatis. 42
Uterque utrique Græca conſtructio. 304
Utres in fluminum tranſvectione. 489
Vulcani nomine Spiritum Sanctum cultum abſque ulla probabilitate tradit Cluverius. 239
Vultum fingere, quid. 40
Uxellodunum obſidetur à C. Caninio. 396. ejus ſitus. 396, 397. deditur. 403
Uzita opidum. 782. expugnatur. 790, 793
Walis fluvius. 127, 128

Xanto-

X.

XAntones populi. 350. vide Santones.

Z.

ZAma opidum Jubæ. 821. Cæſari ſe dedit. 822. crudeliſſimum facinus moliebatur ibidem Juba. *ibia.*

Zelæ opidi deſcriptio. 746

Zetta opidum. 801, 802

Zoroaſtris bis centeni mille verſus de philoſophia ſua. 227

FINIS.

SPECIAL 93-B
6133
THE GETTY CENTER
LIBRARY